TRACTATVS DE IVRE ET OFFICIO BARONVM,

ERGA VASALLOS BVRGENSES,

SEV MAVIS

AVREA COMMENTARIA

SVPER PRAGMATICIS DE BARONIBVS.

LIBER PRIMVS

Editus per Celeberrimum Causarum Patronum

IO. FRANCISCVM CAPIBLANCVM

PATRITIVM BENEVENTANVM,

Baronem Roccæ Sancti Fęlicis, & Carifi.

Opus apprimè necessarium ad vniuersale Reipublica tutamen.

NVPER PER

ANTONIVM CAPIBLANCVM

AVCTORIS FILIVM, IN SACRO REGIO NEAPOLITANO CONSILIO Olim Senatorem Integerrimum, & nuper apud Suam Catholicam Maiestatem in Supremo Italico Consilio Regentem, nonnullis Additionibus locupletatus, & quantum fieri poterit vberrimè dilucidatus.

CVM PRIVILEGIO



SVPERIORVM





NEAPOLI, Typis Ioannis Francisci Paci. M.DC.LXVI. *Superiorum Permissu.*

SVMPTIBVS IACOBI ANTONII [illegible]

D· PETRVS CAPIBLANCVS
PATRITIVS BENEVENTANVS
Iudex in Criminalibus Magnæ Curiæ Vicariæ, Authoris Nepos

BENEVOLO LECTORI S. P. D.



N iterum in lucem prodeunt, candide Lector, singularia, & apud grauissimos, peritissimosq; viros accepta, ac cōmendata commentaria super Regni Pragmaticis de Baronibus olim edita per Patruum meum bonæ memoriæ D. Ioannem Franciscum Capiblancum, Virum quidem sua tempestate non tantùm doctrina, sed integritate, morumq; candore conspicuum: qui, & si iuris dicendi munere, quo ego ad præsens fungor in hac M. C. V. maleficiorum præpeditus, ipsum tamen nobis studiorum suorum rationem reddere non piguit, summamq; in vtraq; iuris disciplina præstantiam ostendit, ac maiora laborum suorum monumēta posteris reliquisset (si mors in maximam publici beneficij iacturam diem illi non clausisset extremum) Quando quidem quàm sit frugiferum, vtileq; respiciens ad legum intelligentiam, iudiciorumq; disceptationem municipalia iura præ manibus semper habenda cum iuris communis Romanorum ratione cōiungere, & accomodare huic operi, ad quod maximè incubuit: cūq; nedum Regnicolis, sed Alienigenis proficuus labor fuisset, tāti creuit apud iuris Professores ipsorum commentariorum ambitio, ac desiderium quod Bibliopolis vtile illa iterum in lucem edere visū fuit, de quo certior factus Authoris filius, frater, ac Dominus meus D. Antonius Capiblancus supremi huius Regni Senatus Regiam Cancellariam Regens, operę pretium duxit benemeriti Patris elucubrationes nouis additionibus, Scholijsq; ornatas illustrare, vt magis grata in lucem edi, ac Lectori satisfacere possint, sed hinc ad Regiam Aulam proficiscens, Sacratissimo, ac Inuictissimo Regi nostro Philippo Quarto in eius supremo Italiæ Consilio famulatum gesturus suam deliberationem ad summum exequi non valuit. Ac ideò discedens mihi mandauit Appendicem, quam Priori volumini perfecerat, statim typis excudendam curare, quod libentèr haud

ignarus

ignarus suscepi nihil fieri posse præstantius, quam de Republica benemereri: Quapropter tuum erit, Lector, optimè beneficētiam agnoscere, gratoq; semper (vt par est) animo respondere commentaria, & Scholia ipsa, quàm benignè suscipiens, Deumq; Optimū Maximum precibus exorare nè dedigneris, vt nobis omnibus dictum Dominū Regentem D. Antonium, quam diutissimè seruet incolumen, maiora ingenij sui in altera parte propediem monumenta depromptu-rum; semperq; recordare, quod inter omnia scelera, maximi omniū est ingrati animi signum, quodq; homine ingrato nil peius Terra creat. Vale.

EMINENTISSIME PRINCEPS.

ADditiones Spectabilis Regentis Antonij Capiblanci ad Librum primum Ioannis Francisci Capiblanci de Iure, & officio Baronum, alias pugna licentia huius eiusdem Curię Archiepiscopalis impressum, accuratè vnà cum eodem Libro perlegi, cumq; præsentē Librū in omnibus cū illo antiquo conuenire inuenerim, & nil in præfatis Additionibus offenderim, quod Ecclesiasticę iurisdictioni, vel bonis moribus refragari queat, eò magis, vt tanti Viri intentio cuncti admittentur, Opus dignum pręlio existimo, si Eminentiæ Tuæ videbitur. Neap. die 10. Iunij 1665.

Eminentiæ Vestræ

Deuotissimus Seruus

Carolus de Philippo Can. Deput.

IN Congregatione habita coram Eminentiss. Dño Cardinali Philamarino Archiepiscopo Neapolitano sub 12. Maij 1666. fuit dictum, quod stante relatione supradicti Reuisoris IMPRIMATVR Paulus Garbinatus Vic. Gen.

Can. D. Matthæus Renzi S.T.D. & S.Off. Consult.

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

GIacomo Antonio Bagnolo Mercante di Libri supplicando espone à V. E. come desidera fare ristampare il primo tomo de Authoritate Baronum del q. Dottore Gio: Frācesco Capobianco con l'additione del Spettabile Regēte Antonio Capobianco suo figlio. Per tanto supplica V.E. commettere la reuisione di quella à chi li parerà, vt Deus.

Mag. V.I.D. Iulius Caponus videat, & in scriptis Suæ Excellentiæ referat.

Galeota Reg. Vlloa Reg. Nauarra Reg.

Prouisum per S. E. Neap. die 28. Septembris 1663. Anastasius.

EMINENITSSIME DOMINE.


VIdi iussu Em. Tuæ Ioannis Francisci Capiblanci Patritij Benenentani Cōmentaria ad prag. de Baronibus, & perlegi ad eundem librū doctissima additiones illius nunquā satis laudati Viri Antonij Auctoris filij, & sanè de Io: Frācisco patre nihil est quid dicā; nā ante hos filij labores gloriā sibi cōparauit, immortalē, & toto orbe Terrarum Capiblanci authoritas circūfertur, & apud exteras nationes, vt aureus liber existimatur, ex quo Besoldus, Bocerus, Gaspar Clok Bonsiliarius pro Aerario, cęteriq; similes, suū Aerariū litterariū cōposuerunt, de filij verò additionibus vnū superest dicere, eas esse laboriosas, vtpotè procedentes à viro, quē laborantē semper est inuenire pro nostra Reipublica litteraria, & suo Rege, si enim illū in Iuuenili ętate consideremus exercentē Magistratus officia in Regno Neapolitano habebimus maximo semper cū applausu, vnde ad patrociniū fisci vocatū in M. C. V. illū intuemus, instituisse cōtra facinorosos talibus instantijs, vt ferè numquā M. C. illas rectissimas non iudicauerit. Si ad S.C. Sāctæ Claræ assumptum, & tunc sicuti ordinarium causarum Cōmissarium, quàm benè, quàm modestè, quàm doctè se gerentē obseruabis, sicuti Delegatū causarū ferè Religionū omniū S. Benedicti, S. Dominici, S. Mariæ Annunciatæ, &c. quorū Religiosorū fastidio quis in impatientiā nō prorumper, at noster Antonius claritate innata satisfecit nullo recedente luctuoso, si vti in Tribunali Apuliæ hic omnibus suauius Aerariū nostri Regis adauxit, si vti superintendentē in Tribunali Campaniæ, exules, forbannitos, foriudicatosq; vidisti totius Regni ad obedientiā sui Principis reductos sine vllo ferro, sed sola benignitate; vnde nil mirum si post tot exanthlatos labores, post tot gesta officia à summo nostro Monarcha ad Regentis officium fuerit allectus, eius ergo ad Patrem commentaria tam laboriosè peracta, vtpotè ad nostri Regis Regalias defendendas aptissimas imprimendas nedum censeo, sed rogo si Eminentiæ Suæ placuerit. Datum Neap. die 25. Nouembris 1665.

Eminentiæ V. Humillimus Seruus *Iulius Caponus.*

Visa retroscripta relatione, Imprimatur, verùm in publicatione seruetur Regia Pragmatica.

Galeota Reg. Ortiz Cortès Reg.

Prouisum per S. E. Neap. die 16. Aprilis 1666. Anastasius.



TRACTATVS DE IVRE ET OFFICIO BARONVM, &c.

IO: FRANCISCI CAPIBLANCI I. C. CELEBERRIMI.

RVBRICÆ

SVMMARIVM.

1 *PRoœmium finalem totius operis causam designat.*

2 *Interpretatio ex proœmio, & præfatione in omnibus dispositionibus in dubio sumitur.*

3 *Solita antiquorum norma non est respuenda.*

4 *Rubrica nigrum denotat.*

5 *Baronis etymologia, seù deriuatio, quæ apud Grammaticos, Grecos, Hebreos, queq; sit apud Feudistas?*

6 *Barones, & feudatarij fortes, validi, diuitesq; milites esse debent.*

7 *Barones, si natura, vel casu ad militare seruitiũ inhabiles fiant, an feudo priuari possint, & in eius successione alijs locus detur?*

8 *Seruitium militare an per substitutum à feudatarijs Regi præstari possit?*

9 *Infeudationis origo ab Imperatorum, & Regum secundò genitis ortum habuit.*

10 *Feudorum consuetudines, quæ Romanorum tẽpore non erant, an sint pro lege seruãde?*

11 *Feuda, & dignitates hodie venalia sunt, licèt de Iure, ex gratia, vel meritis concedenda essent.*

12 *Feuda, & dignitates pecunia obtenta, an veram dignitatem conferant, & propriè feudi concessionem habere dicantur?*

13 *Baro verè dici nõ potest, qui feudum quaternatum possidet, si illud expressè Baroniam non habeat.*

14 *Baro tacitè cõstitutus intelligetur, si Rex illi aliquem de suis quaternatis feudis infeudandi facultatem concedat.*

15 *Baro quis in Gallia non dicitur, decem non habens feudatarios, & Dux nõ appellatur, nisi decem Comites habeat.*

16 *Baronum appellatione regularitèr feudatarij non comprehenduntur.*

17 *Feudatarij an priuilegijs Baronibus concessis fruantur?*

18 *Probatio plenior ad Baronem, quam ad priuatã personã, de delicto cõuincẽdũ reqritur.*

19 *Magna Curia est competens Baronum absq; parium interuentu, Iudex, quòd in fellonia crimine fallit.*

20 *Carcerari Barones; alijque maiores Officiales inconsulto Prorege non possunt.*

21 *Titulati quàm plures in iudicio, & extrà prerogatiuas habent.*

22 *Titulus Comitis, Marchionis, Ducis; vel Principis quid significet?*

23 *Extentio de minori ad maius ad diuersa, vel separata non datur.*

24 *Baro stat vt genus, cũ dignitatũ scala dicatur.*

25 *Feuda titulata sine Proregis assensu alienari non possunt.*

26 *Baronia an titularis dicatur, & an in eius alienatione Regis requiratur assensus?*

27 *Tituli dignitatum, aut personæ, aut loco conceduntur, & qualitèr differant?*

28 *Concessio personalis, vel realis quando, & quibus ex verbis existimatur.*

29 *Monacus si Episcopus efficiatur, regula, vel*

PROOEMIVM.



CRIPTVRVS aliqua ad huius tituli pragmaticas, quia moris est, ac operæ pretiū existimatur de operis subiecto perscrutari, vt ad propositæ materiæ lectionem faciliùs legētis animus perducatur, iuxtà *Caium in l. 1. ff. de orig. Iur.* vbi *glos. & Bald.* subdunt, principiū, ordinē, &
1 substantialē totius operis esse partē, hinc procemiū cuiuscūq; dispositionis, legis, & hominis causam finalem designat, *glos. in l. si n. ff. de her. instit.* nam quæ in præfationibus dicuntur, ita disponunt vt quod
2 sequitur, ab illis interpretationē accipiat, *Vital. de clausf. art. 2. n. 5. Guttierez pract. qq. lib. 1. q. 89. ex n. 3.* & cum Iuris consultorum communi sententia ita receptū
3 sit, & à communi consuetudinis sensu nō sit aberrandum, *l. labeo. ff. de suppell. leg.*
4 consentaneū est, vt aliqua pro sequentiū explicatione præmittā, rubricam, ex qua totius operis mens elicietur, declarādo, *l. proponebatur, ff. de cast. pecul.* Artium enim sicùt, & arborum altitudo, sinè radicibus esse non potest, vt inquit *Cicero lib. 5. de finib.* singula ergò rubricæ nostræ (de Baronibus, & eorum officio) verba perpendens, super eis, totius tractatus fundamenta, supponam.

5 Et primo pro huius verbi (Baronis significatione) scias, apud Grammaticos hoc nomen pro stolido, & inepto designari, *Cicero lib. epist. fam. epist. 161.* vbi inquit ille Baro putabat se quæsiturum. In iure feudorum hoc nomen non reperitur, sed magni Valuasores, vel Capitanei, aūt Proceres nominari solent, vt in *cap. 1. de his, qui feud. dar. poss.* Sed prætermissis multis etymologijs, & deriuationibus, duæ se-
6 quentes magis receptæ sunt: Grçcè hoc verbum, hominem fortem designat, inde Baro, Vir magni corporis interpretatur, & fortitudinis, *Alber. in Ditionar. Afflict. tit. qui feud. dar. poss. Camerar. in cap. Imperialem fol. 3. lit. B.* & hoc nomen ab effectu deuenit, quia feudatarij sunt Principis milites, & suprà alios milites fortiores esse debent, *cap. si quis miles de constit. Lothar.* imò Barones sunt plusquàm milites, *And. in cap. 1. n. 23. de cap. qui cur. vend.* ac potentes dicuntur, vnde *Sess. decis. Arag. 1. n. 41. & Bouadigl. lib. 2. cap. 8. n. 37.* aiunt, Barones in Hispania vocari, etiam ricos, idest diuites, quia diuitijs eos abundare oportet, vt potentes Regis milites dici queant: Et propterea in iure feudorum mutus, aūt alitèr imperfectus feuda tenere non potest, *tit. An mutus, aut imperf. & tit. de Vas. decrep. ætat. & Reg. Tapia in const.*
7 *Officia de Officialib. n. 17. & decis. 6.* quæstionem excitat, an talis feudatarius per substitutum seruire possit, non obstante
8 personæ, a natiuitate, vel casu inhabilitate, vel sit feudo priuandus, & locus alij immediatè successuro detur? de qua latè per *Capic. in inuest. fol. 64. Tes. q. 62. Gizzarell. dec. 44. Staib. conf. 39.* Alij dixerunt potiùs Hebraicam attendendam esse designationem, vbi Baro filius interpretatur, quæ etymologia conuenire videtur, quia
9 prima infeudationis origo ex Imperatorū, & Regum filijs orta fuit; nam solum primitus filius Regis creari poterat, *c. licet, de voto*: cum Regnum duos rectè non capiat, *Andr. in cap. Imperialem, §. præterea de probib. feud. alien.* propterea Rex de aliquibus Ciuitatibus, & terris cum suis introitibus, & simplici iūrisdictione tantùm, nō autem cum prærogatiuis, quibus hodie decorantur Barones, secūdo genitos filios infeudabat, & sic quia filij dūtaxat Principis infeudabantur, ab istis, initium, origo, & feudorum cōsuetudo, ceperunt. nam Romanorum tempore, antè Imperij trāslationē feuda non aderant, indè feudorum
10 cōsuetudines, prò lege allegandas nō esse, multi dixerunt; legē tamen hodiè in feudi materia, & non extra sortiuntur, *Andr. in*

prælud.feud.n.25. sicq; ob originẽ Baro, filius nuncupari solebat. Prima tamen deriuatio est magis approbata, cum hodie feuda non solùm Regum filijs secundo genitis concedantur, sed quibuslibet ob merita, &
11 ob pretium dantur, redacta enim sunt venalia, & qui maiores habet facultates, maiora feuda, & dignitates, siuè nobilis sit, siuè ignobilis obtinere poterit *Aluar. in cap. 1. quis dic. Dux. Capic. in inuest. verf. no-*
12 *bile Ius. in prælud. feud. nu.* 119. & quamquam multi voluere, feuda, & dignitates pecunia obtenta veram non conferre nobilitatem, cum ob seruitia, vel ex gratia benemeritis essent concedenda. *Ann. sing. 166. Reg. de Põt. de potest. Proreg. tit. de elect. Official. §.8. n.20. & infr. sing.* 178. & non esse verè feudum quod pecunia obtinetur, tenent. *Bal. Aluar. & alij in proœm feud.* hoc tñ validissimis rationibus cõfutatur à *Camer. in cap. Imperialem §. præterea Ducatus f.97. ex lit. Q. 1.* iuxtà notabilẽ *tex. in l. Titius ff. de obseq. à liber.* vbi manumissio beneficiũ etiam dicitur, & si pecunia intercedat, vndè ille libertus ad omnia obsequia tenetur sequitur *de Curt. in suo diuers. feud. fol. 35. è n.42 fol.80. nu.4. & fol.83. a nu.7.* & quicquid sit, parum de eo curatur, satq; cuilibet est, talia habere priuilegia.

In Regno autem hi dicuntur Barones, qui in terris sibi infeudatis iurisdictionis præheminentiã habent *Petr. de pot. Princ. cap.22.* sed hoc, dummodò expressè in inuestitura Terra sit in Baroniam concessa: nàm sola
13 feudi quaternati concessio, dignitatem Baronalem non tribuit, nisi præcipuè in titulum Baroniæ data sit, cùm enim sit dignitas, & dignitatum caput, specificè est à Principe, cuius est eam conferre, tribuenda, dùm ab eo fluit, & refluit, l.1.5. *tandundem ff. de officio Præf.* alias si sinè Baroniæ qualitate Terra, vèl Castrum concederetur, ille feudatarius, non autem Baro diceretur *Andr. in Constit. si quis Baro, & in cap. 1 nu.22. de cap. qui cur. vend.* & probatur ex verbis *Const. vt vniuersis* ibi *Barones, & eos, q à nobis feuda tenẽt. Capic. in Inuest. verf. feu-*
14 *datarij R. de Ponte consf.57. nu.35. Anna cõs. 44. nu.60.* altero modo quis Baro creari potest, si Rex feudatariũ aliquẽ ex terris ei infeudatis alteri subinfeudare pmittat, & sic habeat sub se feudũ quaternatũ, ꝙ alius tenet tũc ob subfeuda, quę ab eo tenentur, ille tacitè efficeretur Baro, *Andr. vbi supra nu.21. Gramat. consf. cit.68.* quæ Conclusiones feudi iure non probantur, sed ita in Regno ex obseruantia, quam nostri Reges comprobarunt, cõstitutũ reperitur *Andr. in cap. 1. de Consuet. rect. feud. Afflict.*
15 *in Constit. si aliquis Baro* & in Gallia obseruatur, vt non dicatur quis Baro, nisi decẽ sub feudatarios habeat, sicq; Dux decem Comites, & gradatim, vt refert *Frec. lib. 1. tit. 2. de subfeud.* Vnde labuntur asserentes, terram cum Vasallis habenti sufficere, vt is Baro nominari possit, nàm non om-
16 ne quaternatum feudum dici potest Baronia, vt supra diximus; extrà dictos casus, quis non dicitur Baro, itaut in benigna, vel pænali Baronis appellatione propriè comprehendatur, licet maxima possideat feuda, vnde *Afflict. in Const. Comites & Gramat. consf.68.* aiunt, cum tex. dicat, Baronibus esse dandum adiutorium in casibus *in Const. quamplurium taxatis*, illud non esse ad feudatarios trahendum, quæ opinio an sit sectanda? dicam infra *prag. 1. nu.67.* similitèr *Gram. dec.34. nu.4. & Capie. in Inuest. verf. prærogatiuę* fundant, feu-
17 datarios Constit. Prosequentes, priuilegio non frui, quæ constitutio ad Crimi-
18 num probationem contra Barones statuit, testes burgenses minores octo nõ esse, quatuor milites, aut duos pares, quamquã hæc prærogatiua ab aula recessit, & iuris dispositioni, Iudicisq; arbitrio delicti probatio etiam contra titulatos admittitur *Frec. de subfeud. tit. de differ. feud. quater. reg. dist.4. n.9.* Idẽ procedere asserãt in materia *Const. Vt vniuersis*, quæ in decidendis contra Baronem causis, Baronum requirebat interuentum, sed ea *Const.* ad feudatarios non extenditur, cum dispositiones feudales strictè sint interpretandæ, & propriè, non autèm extensiuè, vel comprehensiuè; *Andr. in d. cap. Imperialem 3. col. de prohib. feud. alien.* & in *prælud. q.5.* licèt hodie ali-
19 tèr etiam seruetur, cum per *Rit.46. Magna Curia* sit Baronum, & Titulatorũ competens Iudex, & cũ restricta sit ad M.C. absq; Paribus talis prærogatiua, alij Iudices inferiores se intromittere non debent: Verùm quãdo condemnantur Barones propter læsæ Maiestatis Crimen, ob quod eorum feuda ad Dominum deuoluuntur, sententiam cum Parium interuentu promulgari videmus, iuxta dictam *Constit. vt vniuersis*, & Stylus iste dependet ex *cap. 1. de contr. feud.* apud *Par. term.* & ex *cap. 1. de contr. inter Epis. & Vas.* vbi feudorum controuersiæ, eorumq; priuationes coram Cu-
20 riæ paribus sunt agitandæ; Neque Barones carcerari possunt nisi Principe consulto *Auend. de exeq. mand. cap.11. nu.4.* vt & in Regno practicari videmus, & idem cũ officialibus maioribus, seù Præsidibus, & Prouinciarum Auditoribus obseruatur, imò, & cum Gubernatoribus, & Iudicibus Regijs, nam Proregi referri debet, antequã M.C. vel Reg. Aud. ad carcerationem procedant, *R. de Pont. de potest. Proreg. tit. de assentib. §.7.* Quam prærogatiuam in carcerando, & citando non semper cum simpli-
21 cibus feudatarijs, sed tantũ cum Titulatis

practi-

practicari videmus, infrà *sing.* 148. quorū
titulatorum multas prærogatiuas recen-
sere *Doct. in tit. quis dic. Dux, Mar. Ant. Surg.*
de Neap. illustr. cap. 23. *Mastrill. de mag. lib.*
4. *cap.* 13. ad quos te remitto, si beneficia,
quibus tàm iudicialitèr, quàm extra, Baro-
nes, & Titulati decorantur, recogno-
22 scere velis, vt ex prędictis nominibus Ba-
ronum ad nostræ rubricæ explicationem,
perfectam habeas cognitionem.

Cōsequtiuè videndū est, an sub appellatione
Baronum in huius nostri tituli dispositio-
ne, Comites, Marchiones, & Principes cō-
prehendātur, & videtur quod non; ex no-
23 minum diuersitate quæ diuersos producit
effectus *l. si idem C. de Codicill. l. à Titio ff. de*
furt. & extentio non fit de minori ad ma-
ius *l. queritur de stat. hom. l. Papinianus ff. de*
minor. vndè cum Comites, Marchiones, &
alij sint maiores gradu, quam Barones, ex-
tensio dari posse nō videtur, vt dicti Titu-
lati sub nostro titulo de Baronibus com-
prehendatur, *Gemin. in cap. fundamenta §.*
fin. de elect. cap. 6. Attamen Comites, aliosq;
24 Titulatos comprehendi nos dicimus: nàm
istud verbum *Baro* stat, vt genus, sub quo
omnes species includuntur, *l. fin. § fin. ff. de*
trit. vino, & ole. leg. & Baronia est scala,
& Regalium dignitatum caput. Hinc fuit
hæsitatum, an in Baronię alienatione, pro-
ut in alijs feudis titulatis, Regis requira-
tur assensus ex *prag.* 4. *§.* 9. *tit. de feud.* vel
Proregis sufficiat assensus, prout in cæte-
ris feudis alienandis, & Regis assensus re-
quiri videtur ex verbis *d. prag.* & quia, vt
26 diximus supra *nu.* 13. Baronia est titulus,
sicut Comitatus, & iura in regalibus di-
gnitatibus loquentia in Baronia locum
habēt *Frecc. de subfeud. lib.* 2. *tit. de diff. feud.*
reg. nu. 6. *Mastrill. de mag. lib.* 4. *cap.* 2. *ex nu.*
45. & assensum Regis requiri, firmat *Reg.*
de Ponte de pot. Proreg. tit. de assens. reg. ex *n.*
5. & *cons.* 57. *nu.* 15. *&* 35. & ad rem nostrā
redeundo, quia posito genere, veniunt spe-
cies, Titulati sub generali nostro titulo de
27 Baronibus comprehendi vidētur, siuè istæ
regales titulorum dignitates sint personis
siuè locis concessæ, cum hi tituli duplici
modo à Rege conferantur, & valdè intèr
se differant; nam si personæ titulus tribua-
tur, cum ea finitur, & ad hæredes non tran-
sit, secùs si loco: nàm ibi videtur affixus, &
trāsit ad hęredes *Andr. in cap.* 1. *de feud.*
March. duc. nu. 2. *Frecc. d. tit. quis dic. Comes*
nu. 47. *de Curt. in suo diuers. feud. fol.* 11. *Ma-*
strill. d. lib. 4. *cap.* 10. *cū seq.* & in dubio quā-
do concessio personalis, vèl realis dicatur,
& ex quibus verbis dignoscatur latè *Bar-*
bos. in l. quid tale ff. solut. matr. & eum ad no-
strum non pertineat, non insisto.

Dico igitùr, ꝑ adeptū titulū Barones nō al-
terari. Titulati .n. per acquisitā dignitatē,
Barones esse non desinunt, instar monaci,
qui licèt Abbas, vèl Episcopus efficiatur,
monacatus tamē regula non exuitur, *l. Ius*
Senatorum. C. de dign. lib. 10. vbi Senator in
Imperatorem electus, adhuc Senator est,
Boer. dec. 158. *n.* 6. & Notarius Pręsul crea-
sus, talis esse non desinit, *l. praclarum, C.*
30 *de Primic. lib.* 12. & dignitas maior super-
ueniens, minorem, quæ non est incompa-
tibilis, non absorbet, *Præs. de Franch. dec.*
445. & in facto dùm Auditor Prouinciæ
Calabriæ assiderem, & durante Præsidis
absentia illius iurisdictio mihi à Prorege
commissa fuisset, pro absoluto fuit habitū,
me vti Auditorem decernere potuisse, li-
31 cèt Præsides in causis non votent. Et sic
quia Baronalis dignitas stat vt genus, Co-
mes dicetur Baro, & sic cęteri, *Capic. in d.*
Inuest. vers. feudatarij, indè videmus Duces,
& Principes cōmuni sermone, suarum ter-
32 rarum vocari Barones, nec refragatur
doctrina *Gemin.* in contrarium allegata,
nam respondetur, esse verum, Baronum
appellatione non venire Titulatos, circa
prerogatiuas specialiter sibi ipsis cōcessas,
non autem circa spectantia ad commune
feudatariorū officium, & videtur ibi quę-
stio statuti dirigi Comiti, cuius appella-
tione Baro non venit; nam posita specie,
non venit genus, *l. fin. §. cui dulcia, ff. de*
vino leg. & posita maiori dignitate, minor
33 non comprehenditur, *glos. in clem.* 1. *de pre-*
bend. Exindè sub rubrica nostra, eiusq; le-
gibus omnes titulatos comprehendi con-
cedimus.

Posset etiam dubitarì, nùm feudatarij feuda
habentes quaternata, non autem in Baro-
niam, sub nostra rubrica contineantur? &
secundum ea, quæ supra *n.* 13. diximus,
quæstio resoluta videtur; probauimus .n.
feudatarios sub benigna, & pęnali Baronū
appellatione non venire, cum de persona
ad personā argumentari non valeat, *l. si*
34 *vnus, §. ante omnia, ff. de pact.* Verumtamē
sub rubrica nostra comprehendi etiam feu-
datarios, nos asserimus, & non refragatur
quod supra posuimus, appellatione Baro-
num hos non subintelligi, non enim talem
impugnamus conclusionem; at quia nostrę
pragmaticę in hoc titulo sitę largè loquū-
tur, & disponūt, & omni iure etiā ad feu-
datarios extēdi debēt, ꝑpterea ista ratione
35 illos comprehendi dicimus; nam statuta,
& leges licèt in pręfationibus, & parte
narratiua casus maiores, vel minores ex-
pressis, comprehendere non sint apta, si
tamen in parte dispositiua se dilatent, &
amplient, attenditur pars largior, quæ si
se etiam ad alios casus separatos, & à prę-
fatione distinctos, extendendi vim habue-
rint, rectè fiet extētio; insignis reputata est
doctrina *Io: Andr.* quam extollit *Domin. in*
cap.

cap. quoniam de immun. Eccles. lib.6. & in simili *Capic. de prohib. feud. alien. col.8. & in Inuestit. §. feudorum clausulæ, vers. limita. de Pont. cons.2. ex n.449.* qua de re licèt vi nostræ rublicę de Baronibus propriè feudatarij non comprehendantur, quia tamē illius tituli pragmaticę contra omnes habentes Vasallos disponunt, & ad Vasallos releuandos, & eorum grauaminibus, diuino, naturali, ac ciuili iure pugnantibus, succurrendum, promulgatæ fuerunt; proindè eos complecti affirmamus, nam &
36 Reges legibus ligantur; & si no vi coactiua, quia legibus soluti, tamen vi directiua compelluntur, quæ princeps ad iustū dirigit, *l. digna vox, C. de legib. l. ex imperfecto, C. de testam.* Accedat, quod hæ pragmaticæ dùm Vasallorum fauorē respiciūt, ipsi eis vti poterint, nam non tàm sunt Va-
37 salli, qui Baronis dominio subsunt, quàm qui sunt feudatarij, & sufficit, dispositionem ad vnum ex correlatiuis dirigi, *l. fin.*
38 *C. de ind. iud. l. fin. C. de cupess. lib.* 10. & Dominus, & Vasallus correlatiui dicuntur, *Afflict. decis.266.* vbi omnes paritatis, & inter eos correlationis casus notantur: & sic vno posito, alter intelligetur; qua de causa pluries decisum refert *Præs. de Franch. dec.541.* concesso Baroni cōtra Viduas, & Ecclesiasticas personas priuilegio, licèt Baronis contemplatione, posse
39 Vasallos vti, & à Tribunalibus, vbi tales personæ variauerint, se remitti postulare, etiā si Baro remissionē petere nolit; ratione inquā correlationis, vnus alterius, etiā cōtradicentis, vtitur beneficio, vt seruetur ęqualitas inter Dñum, & Vasallos, qui Baronis iurisdictioni, eius foro renunciando, præiudicare non possunt, ex notab. *tex. in l. in sacris, §. fin. C. de prox. sac. scri. lib.12.* In alijs autem, cum quibus cessaret illa ratio cōrrelationis, aliter esset dicendū ex *tex. in l. si Iudex, 42. ff. de minor.* vbi priuilegio sibi competenti ex alterius persona, illo inuito, quis vti non potest.

Item sub nostro titulo non solùm veri feudatarij, verùm etiam improprij includūtur; pro cuius scientia, ne terminos Tyrones ignorent, attendant, feudatarium dici, qui
40 feudum possidet quaternatum, saltem ad annuam vnciārum viginti perceptionem ascendens. *Andr. in cap. 1. §. similiter de Cap. qui Cur. vend. & in Const. si quis Baro, & in const. post mortem, Frecc. lib. 2. tit. 1.* quæ taxatio potiùs a cōsucta Regni significatione, quàm à feudi natura proficiscitur, vt in simili dicit *tex. in l. quod in rerū, §. si quis de leg. 1.* cum certa ratio assignari non possit, nisi quod ità placitum sit, integrum feudum taxari. Verùm nisi possideretur feudum ad tantam perceptionem ascendens, vt vidi in multis Regni partibus, tùnc ille non verè feudatarius denominabitur, ita vt eorum appellatione ve-
41 niat, nec eorum honoribus in voce danda in parlamentis, & cęteris fruetur, nam cui non conuenit definitio, nec definitum, *l.4. §. toties, ff. de dam. inf.* aliud inquam est feudum, aliud pars feudi, inde Reg. Camera, ne fiscus adhoha, & seruitio fraudaretur, ad hanc disputationem tollendā, simùl duos in diminutum feudum possidētes aggregare solet, qui vnum feudi perfectum caput repræsentant, insolidū exigit, citat, & simul comparent, & vocem dant, *Capic. in Inuest. d. vers. feudatarij*, vbi reliqua ad hæc notantur; Isti ergo improprij feudatarij ex rationibus in præcedenti quæstione positis similitèr sub titulo nostro continentur.

Postremò dubitari etiam potest, nùm fęminę feuda, Baronias, aliasq; dignitates possi-
42 dentes, sub isto titulo comprehendantur? dic, de iure feudorum fęminas esse feudorum incapaces, *cap. 1. §. hoc autem, de his qui feud. dar. poss.* quia personalitèr seruire, ac pro Rege pugnare non possunt, quod feudatariorum proprium est, & maximè quia de iure officia, & dignitates obtinere eis sit interdictum, *l. fęminæ, ff. de reg. iur.* feudatarij enim iurisdictionem, & merum habent imperium, & ipse ad talia inhabiles sunt, *Osasch. dec.26.n.9.* eò magis quia iste sexus ad regendum ineptus est; indè
43 *Luc. de Penna in l. pen. C. de prof. lib.* 10. ait, si populos regant vuluæ, nō erit gens, quæ non proclamet, cum eorum consilia sint fragilia, vota lubrica, & multos patiantur defectus, quos recēset *Viu. dec.246.* Hinc *Isai.3.* inquit, Deum ad populorum pęnam quandoque effeminatos dare dominatores. Veruntamèn in Regno alitèr est receptum, cum fęminę sint habilitatę & factę feudorum, & dignitatuui tàm Inuestitura, quàm successione capaces, vt in *const. Vt de successionibus*, & tàm in rusticis, quàm in regalibus *Franch. dec.7.* & tam in antiquo, quàm in feudo nouo, *Frecc. lib. 2. q.12.n.25. Franch. dec.73.n.25.* Et quando nubūt, & feuda dāt in dotem, an adhuc Dominæ remaneant? sunt videnda, quæ
44 notat *Camerar. in cap. Imperialem, fol. 82. lit. Z. cum seq.* tamèn re vera, etsi dominiū aliquod in maritum sine assensu non transeat, ipse tamèn vir simplicem habebit illius feudi tenutam, & fructus lucrabitur, donec vixerit mulier, cum feudatarius fructus eius vita durante vendere valeat, idem *Camerar. fol.18.* sic *Reg. de Pont. de ass. reg. sup. dot. §. 1. in princ. Montan. in cap. Imperialem n.26. 58. & 165. cum seq.* alias feudales leges iuris trāslationem super feudo, & commutationem de persona in personam prohibentes, obstarent, & hoc

modo

modo est intelligendus *tex. in cap. nuper, de donat. inter vir. & vxor.* & vocabitur Baro, Dux, &c. habebit vocem ad parlamenta, & omnibus prærogatiuis, quibus
45 est insignita vxor, fruetur, *Guttier. de tut. cap. 48. ex n. 91. Cam. de Curte in suo diuers. feud. fol. 11. n. 24.* licèt enim de iure vxor mariti radijs coruscet, *l. fœminæ, ff. de senat. l. mulieres fin. C. de senat. lib. 10.* & non e contra; nihilominùs in hoc casu Vir Vxoris radijs illustratur; *Auiles in proœm. Prat. n. 11:* quamuis enim virum ignobilem non nobilitet vxor, *Bart. in l. fin. C. de nupt. lo: de Platea in l. mulieri, C. de dignit. lib. 10.* attamen contrarium consuetudine receptum est, *Io: Garf. de nobil. §. 1. glos. 1. Guttier. vbi supra, Tiraq. de nobil. cap. 18. n. 40. de Ponte in tit. de diu. prouis. §. 1. n. 16. cum seq.* qui subiungit, & si de consue-
46 tudine maritus ex vxore titularē recipiat dignitatem, & eius prærogatiuis, viuente vxore illustretur, tamèn ea mortua dignitas finitur; et si aliud vidimus obseruatum cum D. Tiberio Carrafa, qui adhuc Bisiniani Princeps nominatur; & eius præro-
47 gatiuis ex causa vxoris licèt defunctę vtitur, quamuis ad secundas cum Principissa Scyllæ conuolauerit nuptias, non tamèn ex ea id deuenit conclusione, quod etiam dignitate finita, idē debeatur honor, *l. fin. C. d priu. eorum, qui in sac. pal. lib. 12.* & quod eundē titulum retineant, ex *tex. in l. bis quidem, §. sciturus, C. qui mil. pos. lib. 12.* vbi pater non obstante tituli refutatione, eodē titulo refutato, ob pristinum honorē se decorare poterit, *R. Rouit. prag. 1. n. 51. de tit. vsus. & infra sing. 130. & 179.* Hæ tamèn conclusiones vendicant sibi locum in eo, qui iure suo titulum habuit, fuitq; titulus suis ossibus directè infixus, *Andr. in cap. 1. n. 2. circa finem de feud. March.* sed D. Tiberius ex gratia, sua vita durante à S. C. M. in transactione super Bisiniani statu inita, eam prærogatiuam obtinuit, & per priuilegium hoc concedi posse, habetur not. *tex. in l. nuptæ, ff. de senator.* vnde ad regulam non est trahendum.

Sed ad digressā redeundo, fœminæ feudatariæ, vel eius mariti, constante matrimonio, sub nostra rubrica comprehenduntur. Et non est prætermittendum, adeò mulieres ad populos regendos habilitatas esse, vt possint esse aliorum feudorum baliæ, dūmodò sint Matres, vel Auiæ, quibus permissum est tutelam gerere, per *Auth. matri, & Auiæ, C. quādo mul. tut. off. fung. post.* alias expressa requiritur Principis dispēsatio, *l. fin. ff. de tutelis,* quam esse concedendam, ex multis fundat *Fōtanell. dec. 429. cum seq.* Possunt etiam esse Vicariæ, & procuratrices, Vicarius inquam est eadē persona cum Constituente, & plusquam procurator, *de Pont. conf. 36. n. 54.* & notat *Mastrill.* qui hunc locum allegat *d. lib. 4. cap. 13. n. 207.* & sic eas iurisdictionem mandare, gratias facere, & delicta componere, posse vti ipsi met constituentes valerent, dummodò in specie ea concedātur, *Carauit. in rit. 1. n. 33. Minad. in consl. In aliquibus, Bouad. lib. 2. cap. 16. n. 65. & 225.* nàm consuetudine, fœminæ dignitates habere possunt, *Felin. in cap. dilecta de maior. & obed.* Sed hinc non inferas, eas ad officia habilitatas intelligi, cum de vno ad aliud, argumentum non valeat, *Ann. alleg.*
50 *135. Mastrill. de magistr. lib. 2. cap. 4.* adeò vt si mulieri officium fuisset concessum, dispensatum intelligatur, eas per substitutum seruire posse, authoritate tamen officij retenta, vt ibi *in fin. & de Pont. d. tit. de diu. prouis. in rubrica de pot. substit. n. 3.* In omnem tamen casum, in quo mulieres sunt habilitatæ, vti masculi, sub statutis includuntur, ex r gula, masculinum con-
51 cipit femininum, vbi cadē vrget ratio, *l. 1. ff. de verb. sign. Gabr. Rom. tit. eod. concl. 5. Tiraq. de retract. §. 1. glos. 9. ex n. 177.* cum enim ipsę fauoribus, & feudorum priuilegijs gaudeant, eorum legibus, & culpis subijci debēnt, nàm qui priuilegio vtitur illud cùm suis qualitatibus damnis, & fauoribus indiuidualitèr obseruare cogitur, *l. 1. §. denique ait, ff. de aq. plu. arc. l. secundum naturam, ff. de reg. iur.* De
52 Prælatis tenentibus feuda à manu Regia, licet a Principis iurisdictione sint exempti, ratione tamen rei feudalis, feudalibus seruitijs subijciuntur, *cap. verum de foro compet. & cap. Regni Item statuimus, quod Clerici,* & infra *prag. 1. n. 38.* & exinde in consequentiam infertur, Ecclesias, Prælatos, aliosq; Ecclesiasticos sub nostra rubrica comprehendi, si feuda laicalia teneāt *Afflict. in consl. Comitem.*

Hæcq; ad nominis, & substantię huius verbi nostrę rubricę de Baronibus cognitionem sufficiant, & extrà Prouinciam egrederer,
53 si de eorum origine, & dignitate verba facerem, nàm si aduertas, illa prima dictio (*de Baronibus, & eorum officio*) causam essentialem Baronum circa eorum officiū, non autem circa reliqua versari, demonstrat: nàm verbum adiunctum post dictionem (*de*) rei denotat essentiam, *l. 1. ff. ad municip. Sard. decis. 129. n. 15.* Satis putans, quæ de prædictis scripserunt *Luc. de Penn. in l. 1. C. de pet. bon. subl. lib. 10. Boer.*
54 *in consuet. Bituric. tit. de iurisd. Cassan. in Catal. 8. par. consider. 15. Frecc. de subfeud. de orig. Baro. Marc. Ant. Surgent. de Neap. illustr. fol. 397.* Et quibus in iure ęquiparētur, an Prouinciarum Præsidibus, vel Cu-
55 rialibus? vide *Rebuff. in l. 2. C. de Primic. lib. 10.* Nota tamèn, Barones, Officiales perpe-

56 perpetuos,Magistratus, & ordinarios, ac
Regis dici Consiliarios, qui etiam consi-
lio Regem iuuare tenentur, vt *in cap.1. de
form.fidel.*& Titulati Consiliarij Collate-
rales nuncupantur, itaut cęteris Officiali-
bus Regijs præferantur, *Minad. in repet.
constit. In aliquibus à n.44. Ann.in cons.122.
n.39.* alios coacervat *Mastrill. d. lib. 4.
cap. 13. n. 13.* & eos offendens,regios mi-
nistros offendere dicitur, & indultu gau-
dere non posse, idem *Mastrill. lib. cit. cap.
15. n. 17.* prout e contrà ipsi Barones de-
licta intuitu,calore, aut officij authorita-
te committentes ab indultu proùt cęteri
Officiales excluderentur, *Capic. latro con-
sult. 67.*

Sequitur in Rubrica (*& eorũ officio*) vnde de
dictione (*&*) hic posita quęrendum erit,
an demonstret in hoc titulo coniunctiuè
de Baronibus,& eorum officio esse tractã-
dum, vel disiunctiuè, aut implicatiuè? &
hanc dictionem multos fefellisse scias, ob
diuersas naturas, & proprietatès, quas ea
57 habet,& nõ in vtile erit,cõclusiuè aliqua
adnotari, vndè aduertas dictionem (*&*)
aliquando copulare, & copulatiuũm con-
cursum tàm in affirmatiuis, quàm negati-
uis dispositionibus requirere, *l. si hæredi*
58 *plures, ff.de cond. instit. Mascard. de probat.
conclus. 325.* vbi discutitur, an gratia co-
pulatiuè cũ aliquibus qualitatibus facta,
omnibus non verificatis valeat,& *Tess.dec.
189. Euer.loco topico 50. Plot. de in lit.iur.
§.6.n.33.* Aliquando diuersum à præce-
denti effectũ operatur si inter diuersa, vel
contraria ea ponatur, vt *ff. de iur. & fact.
ign.* nàm hic vnum ab alio separat, *Crem.
sing.147.* Itẽ multoties diuidit per portio-
nes, iuxta *tex. in l. reos, §. cum in tabulis,
ff. de duobus reis, l. 2. C. si plur. vna sent.*
59 vbi si plures obligentur, vel copulatiuè
condemnẽtur, quilibet pro rata debitum
soluere tenetur, *Afflict. dec.215.Gram.dec.
68.n.9.* etiam si sententia obligationem
innouaret, plures cum dictione (*&*) con-
demnando, quia intelligitur pro virili,cũ
obligatio fuerit insolidum promissa, *Rom.
cons. 99.* & decisum refert *Præs. de Franch.
dec. 680.* Aliquando verò dispositionem
ampliat, *l. ea tñ adiectio, ff. de leg.3.* & ad-
ducit ad hoc exempla *Plot. loc. præcit.* Itẽ
non coniungit hæc dictio, quando inter
60 personas ponitur, inter quas charitatis,
& affectionis ordo cadit, veluti si filij, &
nepotes substituantur, priùs enim de iure
vocati filij censentur, & in subsidium suc-
cessiuè nepotes, *Doct. in l. Gallus, §. quidã
de lib. & posth. cap. 1. de eo,qui sibi,& hęr.
Osasch. dec. 81. Vin. decis. 214. Peguer.dec.
99. & Præs. de Franch. dec. 633.* Sed circũ-
scriptis alijs talis coniunctio circa nostræ
rubricæ subiectum dispositiuè, seù disiun-
ctiuè ponitur, vt *3. de Baronibus*, seù eorũ
officio, quod ex pluribus arguitur, rubri-
ca enim nigrum denotat, *Bart. in l. 1. ff. si
cert. pet.* Cumq; in omnibus sanctionibus
huius tituli non tractetur, nisi dè Baronũ
officio, non autem de dignitate, eorum,
origine, potestate, vèl cæteris, propterea
61 ad superfluitatem euitandam dicendum,
est, dictionem (*&*) in vel resolui, insignis
est *glos.* in terminis *in rub. C. de reb. cred.
& iur.* In illo .n. *tit.* penitùs de rebus cre-
ditis tractatur, sed tantùm de iure iuran-
do, sed *glos.* exponit ibi illam dictionem
rubricæ (*&*) pro, vel; ad euitandum ab-
surdum, vnde idẽ est dicendum in rubrica
nostra dictionem (*&*) pro vel poni, cum
in tituli dispositionibus solùm de officio
ad Barones pertinente, non autem de alijs
tractatur.

Vltimò rubricæ nostræ verba (*eorum officio*)
declarando dico, relatiuum (*eorum*) prę-
62 cedentis sermonis esse demonstratiuum,
*Dec.cons.292. Ias. & Rip. in l. filius fam. §.
Diui, ff. de leg. 1. & Surd. decis. 121.* dispu-
tãt, an sit demonstratiuum personale, vel
reale, ad omnia præcedentia, ad quos te
63 remitto: Officium quomodo hic capiatur?
scias, hoc verbum adeò esse genericum, vt
ad maiora, & infima, publica, & priuata
extendatur. Poniturq; pro dignitate, vt
in *tit. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd.* Po-
nitur pro ministerio vili; vnde Coquus
officium habere dicitur, *glos. in l. legatis
seruis. §. 1. verbo Coquus, ff. de leg. 3.* non
hùc nostræ rubricæ pertinet intentio, sed
verè conuenit cum ipsius officij definitio-
ne, vt pro norma interpretetur, & meta
iuxta definitionem, quam ponit *Luc. de
Penn. in rub. C. de diu. offic. lib. 11.* qui di-
cit, officium esse debitum exequendi, quod
vnicuiq; ex institutis, aut moribus agen-
dum sit: Instituto, & Baronum moribus
nihil aliud conuenit, nisi trium qualitatũ
habitus, rectè scilicèt imperãdi, regendi, &
iustitiam ministrandi, *Osasch. in proœm.
dec. Castan. in Catal. glor. mund. d. 8. par.*
de quibus omnibus partibus, si animaduer-
tatur, passim in istarum pragmaticarum
repetitione, verba faciemus.

Verumtamèn antequam ad sequentium san-
ctionum explicationem veniamus, vbi de
officio gubernandi multitudinem erimus
tractaturi, præmitto, partium subiectiua-
rum moralis philosophiæ, primam esse
64 illam, qua quis se regit; secunda verò qua
multitudo gubernatur, hanc politicam,
illam verò ethicã nominant *Luc. de Penn.
in l. 1. C. de Metrop. Berit. lib. 12. Io: Mõ-
taign. tract. de parlam. §. hoc reassumpto.*
At quia prima valdè se ad secundã cõfert,
necessariam esse dicimus; proindè antequã
ad politicam descendam, admonendos
duxi

duxi Barones, vt studeant seipsos benè re-
gere, vt viuendi normam subiectis prę̨sta-
re possint, qui enim aliena malefacta cor-
rigere vult, se ipsum antea castigare debet
l. iusta, C. de iur. fisci lib. 12. c. porro, 9. q. 6.
nàm, inquit ille sapiens, magnum profe-
ctò parendi necessitatem suo populo Supe-
rior imponit, cum non tantum verbis prę-
cipiat, sed exemplo præsit, quæ quidem
necessitas non vi, nec ferro subditos impu-
65 lit, sed pudore, timoreq; iniecto, ne ipsi
ea faciant, quæ suum Principem odisse vi-
dent. Et *Eccles.* nuntiat: Qualis enim
Rector populi, tales & ministri eius, &
66 habitantes in terra; hinc est, vt si Princeps
hæresi maculetur, reijci debeat, ne subditi
eius exemplo etiam maculentur. *Napod.*
in consuet. rub. Castald. tract. de imp. q. 81.
67 & nouissimè *P. Ier. Salz. de reg. Princ. lib.*
1. cap. 6. dissert. 9. & si benè consideraue-
rimus visionem *Apocal. 12.* de Dracone,
qui cum sua cauda trahebat tertiam partẽ
stellarum Cœli, nonnè luciferum denotat,
qui suo malo exemplo tertiæ Angelorum
partis excidij causa fuit, quod omnibus
superioribus, qui eorum pessimo exemplo
multos ad mala trahunt, appropriatur,
Populus enim superiorum vestigia, & mo-
res insequitur, non alitèr quam vmbra
corpus; vndè *Claudianus* sic cecinit:

Nec tam flectere sensus
Humanos edicta valent, quàm vita regentis,
Mobile cum semper mutatur Principe vulgus.

Non tantùm mali est superiorum peccare
(quamquam magnum est de per se malũ)
quãtum quod permulti eorum imitatores
existant, non enim vitia solum accipiunt,
sed ea in subiectos transfundunt, vt *Cicero*
3. de legib. nam a superiore, vt à capite
sensus, & motus subditis, veluti cæteris
membris per neruos, operationes impar-
tiuntur; & *Ezech. 46. ac Helis. 4. Reg. cap. 2.*
vocãt Heliam superiorem Currum Israel;
& Aurigam, eum superior, vt currus, po-
puli onera vehere, & vt Auriga viam alijs
demonstrare debeat, vnde mores boni nostr-
iam satis laudantur in personis populos
gentibus, quorum exemplo multitudo
frenatur, & regitur. Quomodo enim
superiores, malefactores, adulteros, & fu-
res increpare poterunt, si ipsi furentur,
adulterentur? vt inquit *tex. in l. si vxor*
iudex, ff. ad l. Cor. de adult. Qualitèr iu-
stitiam, cuius opus est sanctum, & sacrum,
ministrare valent, vt *in l. leges sacratissimæ*
C. de legib. si ipsi in impura, & contraria
dispositione fuerint, & ideò *Salom. Prou.*
dicit, *Aufer impietatẽ de vultu superioris*
firmabitur iustitia thronus eius; & Deute-
ronomio dicitur: sic vitam superior dirigere
debet, vt subditis norma sit, & exemplum
tum, nam superioris mores, certa
animi inductione, magis in iusto officio
subiectos retinent, quam vèl pęnæ, vèl
magna præmia, cum exemplis homines
plusquam alijs ad præclara excitentur, &
tot mortibus digni sunt, quot perditionis
exempla ad subditos transmittunt, *cap. qui-*
cumq; & cap. præcipuè 11. q. 3. Luc. de
Penn. in l. exemplo, C. de decur. lib. 10. &
Paul. ad Timot. qui sibi, & domui suæ prę-
71 esse nescit, neq; alienis superesse idoneus
erit: & postremò, si originem, & causam
72 quarè superiores fuerint introducti, in-
tueamur; pro regendis, & gubernandis ho-
minibus id fuisse non hęsitatur, & ideò di-
cunt DD. præpositi, eatenùs leges, & sta-
tuta valere, quatenus iusta, vtilia, & pro-
ficua erunt, *Vasq. controu. cap. 1. & seq.*
quomodo autem superior circa se ipsum
regere debeat, & quæ ab eo sint fugienda,
multaq; alia cumulat *Luc. in l. si vacantia,*
C. de bon. vac. lib. 12.

Quoad verò politicam circa regendam mul-
titudinem, aliqua præcipuè similitèr ad-
notanda duxi, legum, sacrorum Canonũ,
& Historiarum authoritate roborata, no-
strum intuendum scopum circa officium
iustè imperandi, regendi, ac iustitiam mi-
nistrandi, vt supra dixi. Non desunt qui
sub vulgari, & latino idiomate de Princi-
pum regimine scripseruut, vt est videre
apud *Io: Bapt. Pignam. August. Sueff. laur.*
Griman. Cassan. in Catal. par. 2. cons. 2.
cum seq. Illi in morum lautitia, in bellandi
iudicio; ac in duellandi modo. Nos autẽ
quomodo subditi in pace, & iustitia regã-
tur, aliqua notanda, & præcipua adduce-
mus, & maior pars officij superioris est,
ipsum officium retributionis iustitiæ suũ
cuiq; tribuendo, quæ iustitia à cęlo pro-
spexit, iuxta dictum *Psal.* quam Deus de-
dit in manibus potentium, vt malorum
cohiberetur audacia, & bonorum gressibus
tutę essent semitæ, *cap. in apibus q. 7.* quæ
iustitiæ virtus, & vtilitas, cuius sit neces-
sitatis experimur, vt non aqua, non igne,
non hoc, quo spiramus aere, magis, quàm
ipsa egeamus, nàm sicuti elementa illa ad
naturalem vitam, sic ista ad ciuilem sum-
mè nobis oportuna sunt, sine qua iustitia,
Regna, & nationes, latrocinia esse dicun-
tur, vt inquit *Io: Andr. in proœm. decret.*
Ex ea .n. vnicuiq; ius suum tribuitur, &
vnam quodq; delictum certa, ac præscrip-
ta afficitur pęna, *l. 2. ff. de orig. Iur.* Quid
multitudini gratius, quàm oppressis opem
ferre, & afflictos releuare? Etenim vt iu-
sta sit, suos habere debet Comites, clemen-
tiam v3. & sapientiam; Clementia .n. iu-
ris rigorem temperare debet, Sapientia
verò considerare debet facta, tempus, lo-
cum, personas, & alia, quæ sunt iustæ mi-
serendi causæ, vel rigidè procedendi, de

quibus verba faciemus infra *prag. 6.* Et ad hunc scopum tendebant illę sculpturæ, quas mysteriosè Salomon inter tres angulos basium mare sustentantium, figurandas curauit; Erat enim in ipsis basibus ex vna parte aspectus Cherubim, ex alia leonis, ex altera verò bouis, mare ab illis sustinebatur (hęc erat figura (figuratum mare, mundus est, iuxta dictum Prophetę hoc mare magnum, & spatiosum est, aquæ sunt populi multi, iuxta illud, aquæ multæ populos multos designant; Bases sustinentes mare sunt superiores, vti Barones, Comites, & alij Magnates populos regentes. In illis basibus illę tres imagines sculptæ fuerunt. Cherubim pro sapientia ponitur; bos pro clementia, & mansuetudine; leo verò pro iustitia pingitur: harum vna si careat superior, vtiq; iustus, & sustentabilis non dicetur (exempla) In Sapientia Salomon matrum contentionem de filio diuidendo iudicauit. *cap. afferte, de præsumpt.* In clementia iudicauit; *Dominus adulteram mulierem, Mulier, nemo est, qui te accusat, nec ego te condemnabo.* In Iustitia iudicauit de tributo: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* Vndè iuxtà facti qualitatem iustitia exerceri debet, quandoq; in rigore, aliquando verò in clementia, vt dicam infra pag. 6. qualitèr cum sapientiæ condimento causæ erint iudicandæ; nam si nimis mollis erit superior, iniustus dicetur; si rigidus, erit tyrannus; vna igitur aliam informare debet, cum circumscriptione *Luc. de Penn. l. 1. C. de desert. lib. 12.* & eisdem verbis nouissimè *Mastrill. de Mag. lib. 3. cap. 2. n. 50.* hunc locum allegando vtitur; Princeps. n. insipiens, populum suum perdet, & verè nullus est, cui sapientia magis conueniat, quam Principibus, quorum doctrinę tot, tantisq; prodesse poterunt, vt *3. Reg.* Sapientis enim est puniendi, & miserendi locum cognoscere. Iustitia namq; ideò talis denominatur, quia iustè, & æqualitèr omnibus exhiberi debet, sicq; iudicetur magnus, vti parues, vndè ijs tribus virtutibus studere debet, qui Principem iustum se profiteri cupit, & si eius basis altera figurarum carebit, manca dicetur; fuit primo loco Cherubim sculpta figura, quæ sapientiam designat (vt dixi) & hæc est reliquarum dux. Aduertant Patres Illustrissimi, qui filios successores feudatarios, & Vasallorum futuros Dominos habent, vt à teneris annis studijs, laboribusq; ij se assuescant, nam cum posteà admonitore careãt, mala Aulici suggerẽt, sed boni Comites docent quid sit honestum, quid expetendum, quidq; noxium sit fugiendum, ideò *Veget. tract. de re milit.* ait, nullus est, quem oporteat vel plura, vel meliora scire, quàm superiores, quorum doctrina tot subditis prodesse debet, vt enim in nauigatione nauclerium, cui clauus commis-

73 sus est, cęteros peritia gubernãdi, vigilia, & fide antecellere oportet, sic eum, qui Principatum gerit, reliquos sapientiæ dote, qua omnia moderantur, præcellere debet. Hinc Alphonsus Aragonum Rex prudentissimus, cum audiret ex aulicis suis quendam dixisse, non decere suum filium literis insudare, exclamasse fertur, eam vocem beluæ potiùs, quàm hominis, tanq; sine rationis iudicio prolatam. Quid erũt Principes sine literis? inquit, nisi organa

74 sine voce, quibus si alij spiritum non insufflent, sonitum dare non poterunt. Cognoscere res gestas veteris memoriæ ordinem tenere, exemplorum antiquitatis notitia abundare, scireq; quibus artibus, qua disciplina, quibus moribus imperare quis debeat, & publicè, priuatimq; pręesse, quomodo sine literarum sapientia satisfacere

75 poterint? iterum ergò admonendos patres dico, vt dum suorum filiorum animus est tener, & ad quamlibet impressionem recipiendam facilis, optimis præceptoribus eos erudiendos tradant, & nõ otijs, ludis, cęterisq; quibus molles patres infortunatos liberos irretiri non curant.

Postremò etiam obitèr ad reliquas Baronum partes officij imperandi, & regẽdi aliqua spectantia præmittamus, super quibus per multa adduci possunt, sed vtilibus ad nostrum institutum pertinentibus ero contẽ-

tus. Et primo valdè necessarium, & per-

77 tinens ad principes est, vt tanquam boni pastores super suum gregem inuigilent. *Arist. 1. lib. Œconom.* Nota tamen prin-

78 cipis appellatione in materia regẽdi omnes ad regendũ subordinatos venire, *Vasq. in pręf. controu. n. 167.* nam larga est significatio, maximè enim expedit, præ fidẽ esse vigilem, & expergisci priùs dominũ, quàm seruum decet, vt singularitèr *Andr. in cap. Imperialem, §. præterea, n. 80. de prohib. feud. alien.* dicens, culpam Baronibus esse tribuendam, si subditi opprimantur, vel malè à suis ministris gubernentur,

80 nam ipsi peruigiles esse debent, quæ doctrina satis commendatur, & peculiare dominorum esse debet, subiectorum commoda inuestigare, eorumq; vitijs, ac delictis occurrere, ad *tex. in cap. 1. de off. ord.* itaùt per hanc gubernandi vigilantiam similes Deo reddantur, dicit *tex. in §. cũq; Deo, Auth. vt Iud. sine quoq; suffrag. & Bellug. de reg. Princ. rub. 8.* & Principatus Romanorum præ omnibus ex magna vigilantia benè administrãdi, laudatur, propriorum enim commodorum obliuiscebãtur, vt legimus de Anaxagora, qui dum suas possessiones desertas reperisset, respõdit;

dit: Non esset saluus populus, nisi istæ perijssent, *Aug. de Ciuit. Dei lib. 2. cap. 18.* Adde vigilantiam ad aliam spectare figurā bassifaciei Bouis, qui est animal necessarium, vtile, & mansuetum. Sic superior inuigilare debet, vt cum omni mansuetudine præsit, nam omnes Principatus, Regna, Potentatus ob publicam ipsorum ci-
81 uium vtilitatem, non in Regētium commoda inuentos, creatos, acceptos, & admissos fuisse, communi philosophorum, legislatorum, & Sanctorum sententia testatum est; & *Cicero lib. 1. off.* ait. Vt enim tutela, sic Reipublicæ administratio gerēda est ad vtilitatem eorum, quibus cōmissi sunt, non ad eorum, quibus est commissa, *Arist. lib. 5. Ethic. Boer. de auth. mag. Consil. n. 131. Luc. de Penn. in l. militaribus, C. de decur. lib. 10. D. Thomas in opusc. 21. ad*
82 *Ducissam Brabantiæ*, ibi: *Regnum non propter Regem, sed Reges propter Regnum*: Et Rex in hoc a Tyranno differt, quia ille ad bonū publicū, & commune commodum, hic
83 verò tendit ad propriumः Regē enim, & leges ad Vasallorum vtilitatē sunt introductæ, vt Ducatum alijs præstent, *Sot. de Iustit. & Iure q. 5. art. 1.* quisnam absq; directore viarum discrimina securus vagari, & quis sine præceptore disciplinam addi-
84 scere poterit? sic nulla Prouincia, nullus exercitus, Communitas, Congregatio, absque Duce, Capite, vel Rectore esse potuisset, quo indocti instruantur, simplices dirigantur, boni custodiantur, pusillamines foueantur; superbi reprimantur; excedentes corrigantur, mali puniantur, & cuncti à quacumq; oppressione defendantur; hæc creandi magistratus, Superiores, & potentatus, fuit origo, & causa *Arist. lib. 4. & 6. polit.* Non sic hodiè, multi enim (pace tamen bonorum) se ditari, suosq; introitus quotidie augeri intendunt, & quia in hoc vigilant, pessimum mali regiminis, & vasallorum depauperationis signum præbēt: Doct. similitudinem adducunt lienis, seu milzæ, qua crescente, cætera corporis mēbra decrescunt & proindè experientia docet, tales auaros Dominos non attendere, si ad suorum vassallorum excoriationē, quod satis iniquum est auditu, ipsis enim pauperū cura tributa, ne illi opprimantur, & vt quilibet suo sit contentus, *cap. de reg. iur. lib. 6.* & dùm ipsi custodes sedeuorant, & nullam curam de eis habent, quantam mereantur pœnam, in alio loco videbimus. Hinc *Ezech. 22.* Principes facti sunt hodiè quasi lupi rapaces, qui ... rarum ouium, quas ad custodiendum Dominus eis tribuit, sanguinem effundūt, deuorāt, sed rationem recipient. *Luc. de ... C. de super intend. l. fin.* & proindè auarum superiores fugiant, vti causam, & tot tantorumq; malorum, & mali regiminis radicem *cap. quia radix de pæn. dist. 2.* & infra *prag. 3. n. 33.* laudantur ij potius ex liberalitate, & charitate, quia populos sibi deuotos reddunt, nam pœna, & præmia subditos ad superiores amandos impellunt, itaùt euidentibus se periculis exponant.
87 *Franc. Marcupt. dec. 81. p. 1.* Hinc Reges nostri ex liberalitate plusquam alij laudantur, & videmus ex tot amplis infeudationibus, quæ primæuo iure, & sub alijs dominijs tam strictò procedunt, vt in principio dixi, & refert *Cassan. in d. cat. glor. mun-*
88 *di p. 2. c.* Plato dixit, Principis auaritiam potissimam esse Imperij subuertendi causam, ideò Tiberius Cęsar Præsidi nouā tributa suadenti scripsit, Apollinem oraculo edidisse Lacedemoniorum gentes eorum auaritia perituras; & si quis priscorem excutiet annales, & veterum monumenta reuoluet, quāplures ex immodicis Principū exactionibus ortas fuisse seditiones, & multorum populorum animos a suis Superioribus alienatos reperiet; Hinc Syracusanus cum pecuniam à subditis pro iusto bello exigeret, & murmurantes cerneret, imperialia ornamenta vendidit, aureaq; pocula, vxoris vestes, cæteraq; consumpsit, dicens, Prædonem potiùs, quàm Principem nominandum superiorem, in emungendis pecunijs subditis molestum, & alia exempla nouissimè adducit *Gasbar Klock. de Ærario lib. 1. cap. 1. ex nu. 90. & lib. 2. cap. 103.* & Cyrus à Creto amico inculpatus, cur vasallis collectas, vectigalia que non indiceret, vt thesauros pro Regni necessitatibus reconderet; Respondisse traditur: Quot pecunias quæsituras crederet, si suum consilium fuisset assecutus? qui magnum numerum illi præscripsit, & tunc Cyrus amicos suos Imperij adire iussit, subditis nuncians sibi necessitatem aliquam prestò esse, vt mutuas sibi pecunias dare contentarentur, qui spontè vltra numerum à Creso taxatum, duplicatum thesaurum breuitèr recondidit, tuncq; vocauit Cræsum, dicens, vide, si thesauros tuo consilio quęsiuissem inuidiæ nunc, & odio cunctis subiectis essem; sed dùm amicos subiectos ego diuites reddiderim, hos mihi thesauros, & custodes fidus semper habui, & bonorum meorum longè fideles, quam stipendiarios; verum Principis liberalitas moderata esse debet, nàm nimiæ largitiones in Republicæ damnum vergunt, quorum exempla recenset *Gasbar. Klock. de Ærario lib. 2. cap. 44. cum seq.*

In Regnantibus etiam affabilitas florere debet vt sui copiam libentèr faciant, om-
89 nibus audientiam præstando, eorumq; querel is succurrendo, nec omnia per suos ministros expedienda curent, cùm à com munitèr

muniter accidentibus istospotius, quæ
sua sunt, quam quæ aliena quærere videamus. Exempla dant Imperatores, Reges, & alij, qui certis hebdomadæ diebus
omnes audiunt, & sui copiam præstant,
quod publicam letitiam nominat, *tex. in c.
de public. læt. lib. 12.* & exinde scribitur,
90 propter affabilitatem Alexandrum Magnum summoperè à populis dilectum
fuisse itaut vniuersum penè orbem possi-
91 dere meruisset. *Luc. in l. militię C. qui mil. nõ
pos. lib. 11.* Indè Alphõsus Aragonũ Rex a
suis monitus, vt ab hoc caueret, nè nimia
lænitas contemptum pareret, magis respondit cauendum, ne seueritas, & superbia inuidiam concilient, & exitij mihi periculum; & Senatus Romanus hac præcipua virtute floruisse dicitur, qui cum
Chartaginensiũ legati in Vrbẽ venissent,
ad suos captiuos redimendos, protinus
nulla accepta pecunia, sed maxima humanitate iuuenes ferè tres mille reddidit, itaut Legati obstupefacti dixerint: O benignitatẽ, ò affabilitatẽ regiminis Romani,
ò etiam nostra suprà vota felicem legationem, cum tantam benignitatẽm manu
contrectauerimus; Hinc de Saluatoris nostri laude canitur ab Apostolo: *Apparuit
benignitas, & humanitas Saluatoris nostri, nõ
ex operibus iustitiæ, quam fecimus, sed secundum magnam misericordiam suam.* Et ipse
92 proprio ore dicebat: *discite à me, quià mitis
sũ, & humilis corde.* Et proindè faciles aditus esse debent ad Principes; & hinc *Plin. in
Traiani laudem* dicebat, nulla in adeundo
difficultas, nulla in respondendo mora,
statim omnes expediuntur, legatorum
93 turbe fores non obsident, nam nihil tantũ
odij concitat, quàm asperitas, & Superioris mora. Et nemo tristis à Principis facie
discedere debet, vndè pauperculam Philippo Macedonum Regi in subsellio stanti
supplicationem dedisse fertur, & tunc otiũ
sibi esse respondenti, eam replicasse, noli
imperare, si nõ vis omnibus promptè audientiam præstare; quæ responsio Regem
subsistere fecit, & ait: *Visa est mihi vox ista,
94 vti de Cælo tonans*, sic Principem decet; &
Vespesianus cum graui morbo vexaretur,
legationes audire non cessabat, & admonentibus amicis, vt sibi parceret, respondit: Imperatores stantes, vigilantes; strenuosq; mori oportere; sicq; vitę pernecessarium est subiectorum necessitates, & supplicationes audire.

Multumq; Superioribus confert, in ore veritatem habere, vt *Prou. 16.* non decet Prin-
95 cipem labiorum suorum esse mendacem,
& *Bened. in cap. Raynutius de test. nu. 43.* in
istos magnates à veritate aberrantes, &
hodie vnum, cràs verò aliud contrarium
promittentes satis inuehitur, & nil est,
quod lumine clarius fulgeat, quã simplex
veritas, & nõ duplicata loquutio *l. Inter claras, C. de Summ. Trin. & fid. cath.*
quid .n. laudis, aut gloriæ nobilis habere
poterit, qui mendax, aut infidelis fiat? Quid
turpiùs, quàm fidem fallere? *Bened. præallr.
96 loco n. 18. vers. testamentum*; sibiq; multum
gloriæ comparant, si virtute, & integritate præditos defendant, exaltent, & præmientur; impudicos verò, & malos expel-
97 lent, ne boni, & sapientes stent retrò, mali
autem in Consilio sedeant, vt 10. *nu. recedite à tabernaculo impiorum, nè inuoluamini in
peccatis eorum*; Quod vitium hodiè malis
Superioribus satis imperat, vt videmus,
remuneratio verò, & pecunia non æqualitèr intèr subditos sunt distribuenda, vt insipidè multi dicunt, Superiorem esse iustum, & non vni plus, quam alteri inclinare debere, nam hoc est verũ circa iustitiæ,
& punitionis delictorum merita, nõ circa
reliqua, Deus namq; speculũ, ac norma nostræ vitæ præmia, & merita iustè confert,
& Saluator noster in Montem Thabor nõ
omnes discipulos, sed aliquos dilectos; Petrum scilicèt, Iacobum, & Ioannem assumpsit, vt *Aug. in Reg.* non æquale omnibus, qui non æquè, sed vnicuiq; prout meruit, & adde *Vasq. in præfat. nu. 81.* exemplo
Solis, qui palatij faciem suis illuminat radijs, non tamèn æqualitèr omnibus fenestris lumen impartitur; sed minoribus mi-
98 norẽ, maioribus verò maiorẽ, iuxta eorũ
capacitatẽ: Sic & Superior gratiã, & præmia secũdũ gradus, & personarũ cõditionẽ
distribuere debet; fugiant etiã adulatores,
99 & veritatis amicos amore prosequãtur, vt
aduertũt *Petr. de pot. Princ. cap. 3. n. 5. Vasq.
in pręfat. num. 4. Gabed. dec. 74. n. 5.* sed proh
dolor! hodie regularitèr hi adulatores
amore, & beneficio afficiũtur, veri autèm
sectatores odio habẽtur; Veritas .n. odium
parit; iuxtà illud Apostoli, *ego inimicus factus sum vobis verum dicens*, & multa ad
hæc cumulat *Luc. de Pen. in l. quoties C. de
naufrag. lib. 12.* & nouissimè *Gasbar. Klock.
de ærario lib. 2. cap. 105.*

Necessarium etiam eis reputatur, sapientiũ
100 consilio negotia expedire; & statuere, *l.
humanum C. de legib.* non enim suo sensu
abundare debent, sed vota capere meliora,
Felin. in cap. 4. de iud. in 6. & dicam infra *in
prag. 1. ex n. 11.* magni .n. interest, Superiorem apud se sapientes; & iustos habere viros: Memorabilis est illa Darij sententia
in historia Alexandri dicentis, meliorem
esse Rẽpublicã, in qua Princeps malus, dũmodò apud eum sapientes, & boni sint cõsultores, quia vnus malus a multis corrigitur, sed multi mali consultores vnum vincunt, & Diocletianus dicebat: Bonus, &
101 cautus Imperator, tamèn à callidis Cõsul-

ful-

sultoribus vęditur; *Vasq; contrau. in præfat.*
nu. 4. Luc. ind. l. quoties C. de naufrag. lib. 10.
sicq; etiam vulgo, vel cuiusq; vanæ voci fa-
102 cilitèr credere non debent, vt Iure con-
sultus in l. *si dictū ff. de euict. & 2. q. 6. cap.*
certa ratione, quod vitium sepè mali Su-
periores incidunt, aures primo preben-
tes, & Deus duas constituit aures, vt vna
pro actore, alia verò pro reo feruetur,
facilè enim credere non debent, sed ex-
quisitè omnia discutere, & deliberatè pro-
nunciare, *Luc. in l. Vxor, C. de minor.*
debentque pro iusto consilio homines,
quos experti sunt, conscientia, & doctrina
exornatos habere, *Petr. cap. 1.* quia calum-
niantur Superiores, sed semper culpa eorū
ministris, qui à veritate aberrant, iniquè
cōsulendo, est tribuenda, *86. dist. cap. tanta,*
& dicam infra *in tertia prag.* vbi de electio-
ne officialium loquar.

Neque gustibus, venationibus, musicis, lu-
dis, & similibus nimium vacare debent,
103 cum nimia voluptas sit virtutum extin-
ctiua, *2.2. q. 6. cap. quicumq; & l. venato-*
ribus, C. de excus. muner. sic dicitur. Esau
ideò malus, quia venator, *glos. in cap. 1.*
de cler. ven. recreandus est tamē Principis
animus, nam dilatatus, & lætatus; est ad
labores, & onera promptior, sed excessus
sunt reprehendendi, *Pecel. lib. 1. tit. 22.*
lib. 2. ordin. Gasbar. Klock. vbi supra cap.
108. Postremò quia non est meum hic om-
nes superiorum qualitates, quæ magnum
requirerēt volumen, comprehendere, re-
cordor finalitèr dicti Philos. Superior om-
nibus non debet esse blandus, sed paucis
104 familiaris, omnibus equus, ad iracundiā
tardus, ad clemētiam pronus, in aduersis
firmus, in prosperis cautus; non lasciuus,
nulli nocere, sed omnibus prodesse debet,
quæ pauca vtinam seruarētur; & licèt alij
multa scripserint, hæc dicta authoritatib⁹
firmata, & non proprio marte excerpta
sufficiant. Et si Superior, ita vt fuit dictū,
officium suum impartiatur; felix Ciuitas,
Terra, & Regnum, quæ à tali regentur,
nam boni superiores à Deo ad populorum
anter solatium, *Andr. in cap. 1. n. 3. de*
cap. qui Cur. vend. & e contra diuinę iu-
stitiæ signum ad subditorum vindictā erit
malum imperium, nam diuinæ iustitiæ
sunt instrumenta, idem *Andr. in prælud. n.*
... vt Attila Gothorum Rex Dei flagel-
lum super Italiam; Rex Assiriorum super
populum Israelicum, vt Isai. *Veh Assur vir-*
furoris mei, baculus est in manu eius indi-
gnatio mea ad gentem fallacem, vt contra
talem auferat spolia, diuidat prædam, &
ponat illum in conculcationem. Hinc Tam-
larnus feuissimus Scytarum Rex, vt Ot-
tomani tradunt, ab amico Christi fidele
interrogatus, cur tot feuitię, & cur se ine-
106 xorabilem redderet? toruo aspectu re-
spondisse fertur: Putas nè hominem in
hoc me esse? Ira Dei sum in terris ad su-
biectorum perniciem. Hæc ad rubricæ
nostræ declarationem, & sequentium ex-
plicationem sat erunt, nè rubrica tractatu
sit longior, licèt multa alia superaddi pos-
sent. Verumtamèn pro complemēto no-
ta. Barones in tot casibus infrà passim no-
107 tandis grauantes, sibiq; quod a Vasallis
non debetur, vsurpantes, non solum in fo-
ro fori vti quid iniustum exercētes teneri;
verùm etiam in foro poli mortalitèr pec-
care, & omnis emendę, & interesse restitu-
tioni obnoxios esse, si quid contra iustitiā
exegerint, & extorserint. Esset pro tali
assumpto discutiendum, an, & quando le-
gē non seruans, mortalitèr peccet? & cō-
108 clusiuè loquēdo licèt multę sint distin-
ctiones à Doct. traditæ *in cap. 1. & cap. quę*
in Ecclesiarum, de const. Aug. & Siluest. in
ver. lex. Nauar. in manual. cap. 23. Couar.
in reg. peccatum par. 2. relect. § 2. Boer. dec.
1. n. 7. Vin. dec. 106. Guttier. q. canon. lib. 2.
cap. 28. & n. 12. Auend. de exeq. mand. reg.
9. de renat. cum add. dico omnes in hoc cō-
uenire, videlicèt, quando lex Ciuilis, vel
Canonica, quod commune respicit sub-
ditorum bonum, præcipit, contrauenièdo
quis semper peccat, *cap. Nam concupiscen-*
tiam, de constit. cumq; omnes sequentes
sanctiones sint pro bono regimine, publi-
109 ca vtilitate, & subditorum releuamine,
promulgatæ, sinq; super pacis, & regimi-
nis bono, iure naturali, & diuinis præ-
ceptis fundatæ, ideò semper, & ad semper
obligant, vndè Barones, si gressus suos ad
æternæ pacis viā dirigere intendant, suas
in hoc conscientias speculentur, legendo
videant, num legē, ac Vasallos offendant,
& in via se emendēt, nam potētes potētèr
tormētā patientur, iuxta late adducta per
Simanc. lib. 3. cap. 2. de republ.

SVMMARIVM.

1 *Ordo rerum est finis, & omne bonum in or-*
dine, & distinctione consistit.
2 *Geminatio multum operatur.*
3 *Principis officium est subiectorum commoda*
inuestigare, & calamitatibus succurrere.
4 *Princeps ob vigilantiam, & erga subditos*
prouidentiam, se parem Deo reddit.
5 *Omnis Christi actio nostra fuit instructio.*
6 *Princeps subditorum pater vocatur.*
7 *Pater quis non solum ex generatione, verùm*
etiam ex cura, & doctrina dicitur.
8 *Princeps populi dicitur anima, nam vt ani-*
ma

ma corpus viuificat, ita Princeps subiectos viuificare debet.

9 Principatus pro subditis subleuandis ortum habuit.

10 Magnificentia Principis circa quę versetur?

11 Princeps an in legibus condendis, vel arduis explicandis consilio vti debeat?

12 Pontifex an Cardinalium consilium sequi tenatur?

13 Consiliarij sunt Principis membra.

14 Baculum rectum solùm Principes superiorē nō habentes tenent; ad potestatem absolutā demonstrandam; alij verò illud flexum detinent.

15 Lex tanti valet, in quantum vtilis, & rationabilis sit.

16 Consilium Principi per ministerij viam, non per limitationis modum assistit.

17 Regem Federicum sine hæredibus obijsse refertur; quia suo sensu abundabat, & de suorum sapientium consilio non curabat.

18 Errare nō dicitur Princeps, dùm suorum sequitur consilium.

19 Princeps qualitèr omnia iura in pectoris scrinio habere dicatur?

20 Clausula ex certa scientia soli Principi competit.

21 Assertioni Principis an sit credendum?

22 Principis assertioni in tertij prædicium, vel in sui commodum, de iure non creditur.

23 Defensiones sunt de iure naturali, ideò eas Princeps tollere non potest.

24 Proreges sine consilio sibi destinato, leges facere non poterunt.

25 Proreges quibus in iure Præsidibus, an Prefectis pratorio sint equiparandi?

26 Regnum Neapolitanum de iure vna prouincia dicitur

27 Princeps tantùm Prouincias, & feuda diuidere, vel vnire potest.

28 Prefecti pratorij potestas à Principe etiam Officiali Regnum vt de iure requiritur non administrandi, dari potest.

29 Vicarius, & locumtenens omnia possunt, quę principalis potest, & legati à latere vocantur.

30 Proreges an legibus derogare, vel eas ampliare, vel minuere ex causa possint?

31 Plenitudo potestatis Proregibus concessa nō erit sic plena, prout est in concedente.

32 Proreges ex causa, ex abrupto, & motu proprio contra delinquentes procedendi authoritatem habent.

33 Proregibus multa sunt excepta, quæ eis cōmunicata non censentur.

34 Proreges perpetuos magistratus à Rege creatos suspendere, vel punire non possunt.

35 Prorex an contra Officiales perpetuos informationē capere possit, & Principi referre?

36 Clausula (dans vices, & voces) ad insolita non extenditur.

37 Officiales omnes consilio sibi destinato vti debent, aliàs priuari poterunt.

38 Princeps super Prælatis ab eo feuda non tenentibus, disponere non potest.

39 Ecclesiæ, & Prælati multa in Regno feuda detinent.

40 Ecclesiastici Principis forum pro causis feudalibus ciuilibus, non pro criminalibus sortiuntur.

41 Appellandum est ab Episcopis ad laicos superiores in casibus supradictis.

42 Feudum à Principe concessum, an in allodiū, vel feudi naturam datum præsumatur?

43 Concessio Ecclesiæ licèt in allodium facta, quo ad iurisdictionē, tamèn nō præsumitur.

44 Iurisdictione Princeps se in totum denudare nequit.

45 Episcopus Ecclesiasticum Officialem in feudis à Principe concessis constituere non valet.

46 Clericus statim atq; quis efficitur feudum, vel officium amittit.

47 Milites Hierosolymitani an feuda tenere possint?

48 Feuda quare Ecclesiasticis absq; Regis assensu vendi non possint?

49 Adiutorium Prælatis feudatarijs debitum à charitatiuo subsidio differt.

50 Adiutorium in quibus casibus Prælatis debeatur?

51 Adiutorij taxa Prælatis debita quanta sit?

52 Fructuum estimatio tàm in releuij solutione, quàm in alijs fit, prout tribus annis præcedentibus.

53 Releuium an debeatur, si in anno feudatarij mortis fructus non percipiantur?

54 Adiutorium per focularia à terris ad rationē quinque carolenorum exigitur.

55 Adiutorium Baronibus, ex varijs causis, hodiè taxatiuè limitatis debebatur.

56 Adiutorij præstandi causa finalis quæ sit.

57 Seruitium militare, quod feudatarij Regi debent, adiutorium etiam nominatur.

58 Seruitium militare quantum pro feudo quaternato, vel de tabula sit taxatum, & an augeri possit?

59 Releuium quantum esse debeat, & quæ causæ à solutionis defectu exeusent?

60 Causa finalis, non autem impulsiua disponit.

61 Adiutorium an Baroni feudum francum possidenti Vasalli debeant?

62 Constit. Regni quam plurimum an sit fauorabilis, vel odiosa?

63 Adiutorium Ciuilis, an criminalis iurisdictionis Baroni debeatur?

64 Baro criminalis est ciuili dignior, & ipse pro vniuersalibus parlamentis licentiam præstat.

65 Baro ciuilis vere dominus dicitur, & ipse Regi fidelitatem præstat.

66 Arma depingere dominium arguit.

67 Arma alicuius magistratus in locis publicis, armis Principis postpositis, imponi non possunt.

67 Adiu-

& cetera non veniunt ,

130 *Animalium appellatione pisces, & volatilia non comprehenduntur .*

131 *Relatiuum aliùs, alia est similium , nõ autẽ diuersorũ repetitiuum, quod limita n. 138.*

132 *Clausula generalis ad ea, quę sunt expressis similia , non ad dissimilia, & maiora extenditur .*

133 *Verba sequentia precedentem ampliant, minuuntuc dispositionem .*

134 *L. Proculus, ff. de vsufr. singularis reputatur, & declaratur .*

135 *Pactum, vt rei vẽditæ dominium nõ trãsferatur, contractum locationis efficit.*

136 *Vxori relictæ vsufructuariæ, filijs extantibus , alimenta tantùm debentur , secùs si extranei essent instituti, cùm limitatione , vt ibi ,*

137 *Verba an potiùs, quã mens sint attendẽda?*

138 *Procurator ad exigendum à colonis cõstitutus an ad alios extondatur ?*

139 *Locus pro alimentis designatus an demonstrationis causa positus censeatur ?*

140 *Verba in dubio potiùs demõstrationis causa, quàm dispositionis posita censentur .*

141 *Adducta in augmentum diminutionem non patiuntur .*

142 *Barones vassallos ad sibi vẽdendum cogere nequeunt .*

143 *Colonus à domino iure cogi poterit, ne alijs fructuũ colonicam partẽ, quàm sibi vẽdat.*

144 *Baro an vassallos cogere possit, ne feudi fructus, alijs, quàm sibi vendant ,*

145 *Socius potiùs socio, quàm alteri vendere tenetur , sic emphyteota , domino directo, sicq; coniunctus coniuncto .*

146 *Verba ad vitandam correctionem impropriantur .*

147 *Assisiam victualibus imponere an Baroni, vel Vniuersitati competat? infra n. 151. declaratur .*

148 *Qualitas noua à statuto adducta pro forma inducta videtur .*

149 *Catapanorum electio an ad Barones pertineat ? & ab eorum grauaminibus, ad quos appellatur ?*

150 *Dictio (præsertim) easum minus dubitabilem reddit , & dispositionem antea factam non excludit .*

151 *Catapanorum creatio ad Vniuersitates de consuetudine potiùs, quàm de iure pertinet, & an consuetudo sit probanda ?*

152 *Catapani etsi ab Vniuersitate eligantur, pęnas tamèn exigere, mandata facere , & quicquam iurisdictionis exercere sine licẽtia ordinarij non poterunt .*

153 *Baronis prohibitio, ne victualia alij, quàm sibi vendantur, quando substineatur ?*

154 Baro *nullũius in territorijs liberis habet, secus in feudalibus, in quibus ius hypothecę habere dicitur .*

155 *Baro vendere volentibus licet præferatur, banna tamèn ne venditiones, ipso requisito, fiant, emanare non valet .*

156 *Prelatio regulariter, facta venditione, non antea procedit .*

157 *Prelationis ius in casibus de iure cuiquam competentibus, cedi non potest , quia personale beneficium est .*

158 Bonorum , *vel rerum appellatio largã habet significationem, & extentionem .*

159 *Venditio prohiberi potest , si publica intercedat vtilitas .*

160 Baro *vassallos ad suos introitus cõducẽdos cogere non potest .*

161 Soliti, *vel ad onera, & munera subeunda habiles cogi debent .*

162 *Cõducere iterùm introitus* Baronales *quãdo quis cogi possit ?*

163 *Barones nec ad modicum tempus prohibere poterunt, ne subditi victualia vendant, suis non dum venditis .*

164 *Barones aliquarum negotiationum, vel industriarum exercitium probibere nõ possũt.*

165 *Baro cõcedere nõ poterit, vt aliqui tantùm artes exerceant, ceteri verò non .*

166 *Officiales* Baronis, *quæ* Baronibus *probibita sunt, explere non poterunt , qui enim ab aliquo actu gerendo prohibetur per interpositam personam pariter censebitur probibitus .*

167 *Principi ex causa super iure naturali, gentium, ac diuino disponere permittitur.*

168 *Potestas absoluta, si iustè exerceatur, iusta erit, aliàs tyrannis dicetur .*

169 *Vendere, & emere quando quis compelli possit ?*

170 *Causa publicæ vtilitatis dicetur non solùm quæ totam prouinciam respicit, verùm etiã quæ publicum vnius terræ concernit .*

171 *Causa iusta an præsumatur in Principe cõtra ius naturale, vel tertij ius rescribente ?*

172 *Barones penuriæ tempore vasallis indigẽtibus victualia vẽdere tenentur, sic e cõtra.*

173 *Vasalli , & Barones ad imparia non iudicantur .*

174 *Carcerari an possit debitor, si casu facultatibus defecerit ?*

175 *Vasalli an Dominum pauperem alere teneantur ? & n. seq.*

177 *Mutatio semper discordias parit .*

178 *Vendere qui coguntur in casibus de iure exceptis, an fidem de pretio habere teneãtur?*

179 *Via publica si diruatur , vicinus transeuntibus iter prestare tenetur .*

180 Necessitas, *& publica vtilitas ęquiparãtur.*

181 *Vasalli Baroni vendentes fidem de pretio habere non tenentur .*

182 *Glos. l. si locus , §. cum via , ff. commun. pred. allegato n. 178. quando sibi locum vendicet ?*

183 *Necessitatis extremæ tempore omnia sunt communia .*

184 *Baro victualia subditis extremę necessitatis tempo-*

tempore non commodans, grauitèr peccat, eùm illis subuenire teneatur.

185 *Rex sicuti Regnum nè extremè necessitate pereat, prouidere tenetur, sic Barones in suis Terris. Et vtrùm Vasalli quæ sibi non deseruiunt, Domino vendere teneantur?*

186 *Barones quomodo consuetudine, vel præscriptione iura contra Vasallos quærere possint?*

187 *Præscriptio à consuetudine qualitèr differat? latè explicatur.*

188 *Consuetudo titulum, vel bonam fidem non requirit, sed tacitum, vel expressum populi consensum, secùs est in præscriptione.*

189 *Consuetudo expressa quando dicatur inducta?*

190 *Consuetudo redacta in scriptis, potiùs dicitur statutum & confirmatio Principis requiritur, & quid in tacita. n. 192.*

191 *Consuetudo tacita qualitèr inducatur, & quomodo Consuetudo expressa n. seq.*

193 *Consuetudo vt substineatur, an requiratur assensus Principis?*

194 *Consuetudo per vnam familiam circà illius successionem an induci possit?*

195 *Consuetudo, si pro ea bis fuerit iudicatum, aliud probandum non est.*

196 *Consuetudo vt substineatur, rationabilis esse debet.*

197 *Consuetudo praua est extirpanda, excusat tamen à pœna.*

198 *Consuetudo in quibus causis non substineatur?*

199 *Consuetudinis requisita quæ sint?*

200 *Difformitas actuum non inducit consuetudinem, etiam per tempus immemorabile. Et quid si hi actus sint post præscriptam consuetudinem. n. 201.*

202 *Consuetudo iuris dubij Interpretatiua pluralitatem actuum, non præscriptionem requirit.*

203 *Obseruantiæ vltimus actus attenditur in possessorio.*

204 *Præscriptio data quasi possessione incipit, & ex vnico actu in incorporalibus acquiritur.*

205 *Prædecessorum facta an successoribus præiudicent? & latiùs Prag. 2. in fin.*

206 *Quasi possessio an per actus negatiuos data aduersary patientia induci possit?*

207 *Præscriptio vti consuetudo, populi consensum non requirit.*

208 *Quasi possessio, seù præscriptio ex actibus meræ facultatis, vel familiaritatis factis non inducitur.*

209 *Actus possessionis promiscui, vel dubij an pro suo, vel iure facultatis gesti interpretentur?*

210 *Initium antiquum possessionis probatum de præterito, ad præsens infertur.*

211 *Seruitia non iure debita, vi semper præsumuntur à Dominis extorta.*

212 *Superioris authoritas Vasallos terret ad expressè non contradicendum.*

213 *Præscriptione non impedit tacita populi murmuratio.*

214 *Seruitia Baronibus de iure indebita minori tempore centum annorum non præscribuntur, nec consuetudine inducuntur.*

215 *Immemorabile tempus titulum, & assensū præsumit.*

216 *Vassalli pro seruitijs iure non debitis, Baroni obligari non possunt.*

217 *Præscriptio contra Const. Regni dispositionem non opitulatur, cùm in præm. Constit. sint omnes futuræ præscriptiones contrà eas annullatæ. Sed limitatur in immemorabili.*

218 *Præscriptio est impium refugium, & rarò ex ea sola obtinetur in Regijs Tribunalibus.*

219 *Præscriptio centenaria Superiorum scientiam, bonam fidem, & omnia necessaria præsumit.*

220 *Restitutio in integrum aduersus longam, non autem centenariam præscriptionem conceditur.*

221 *Barones contrà Vassallos minori centum annorum tempore iura quærere possunt, si ea Iuri non resistant.*

222 *Vassalli cōtra Dominum quo tempore Iura quærere possunt.*

223 *Probanda, & articulanda qualitèr sit centenaria præscriptio?*

224 *Testes de fama cum illis de auditu qualitèr coniungi possint?*

225 *Præscriptio immemorabilis corruit, si titulus sit nullus, vel erroneus. Et n. seq.*

227 *Assensus expeditio an post concessionem lapso centum annorum tempore facta præsumatur?*

228 *Immemorabilis non operatur, quando titulus per rerum naturam contingi non potuit.*

229 *Lite pendente inter Baronem, & Vassallos, vter in possessorio summario obtinere debeat?*

230 *Ius dupliciter resistere solet, & vehementèr, & leuitèr.*

231 *Possessor quando Iure resistente possidet, præsumitur occupasse, & proindè non est interim in possessione manutenendus.*

232 *Titulum concessionis ostendere tenetur possessor, saltèm coloratum, vt in summario possessorio.*

233 *Titulus coloratus qui dicatur?*

234 *Possessio longa non iuuat, vbi Ius resistit. Et quid de longissima. n. 238.*

235 *Interdictum vti possidetis non datur in summario possessorio, vbi ius resistat.*

236 *Baronibus Ius resistit, quando Vassalli de debitis seruitijs se grauant.*

237 *Dec. Capye. declaratur.*

238 *Longissima possessio arguit immemorabilem.*

239 *Ius leuitèr resistere quando dicatur?*

240 *In possessorio plenario quis manutenendus.*

241 *Demanialia feudi per Vasallos possideri nō possunt, & seruatur contra eos in possessorio eadem distinctio contra Barones facta.*

242 *Venalia publicè tenens, cuilibet emere volenti vendere obligatur, aliàs iniuriā afficeret.*

243 *Officium publicum habentes, vti Notarij, Nuntij, & cæteri requisiti illud exercere tenentur.*

244 *Prælatio an in venditione detur prout res valet, aut prout ab alio offertur.*

245 *Assisia ab Officialibus data, pretium alterare non debet.*

246 *Pretium suas habet partes, Supremum scilicet, Medium, & Infimum; cùm indiuisibile illud non consistat. Quod arbitrio Iudicis remittitur n. seq.*

248 *Vniuersitates pro Ciuium necessitate particulares victualia superflua habentes ad ea vendenda, vel non extrahenda cogere poterunt.*

249 *Necessitatis, & vtilitatis publicæ causa qualitèr leges alterari poterunt?*

250 *Iudices inferiores an leges in casibus necessitatis alterare possint?*

251 *Iudices in casibus à Iure expressis, Principes in terris dicuntur.*

252 *Victualia ciuibus vendere, & illa non extrahi an Iudices, & Barones ordinare possint sine Principis participatione. & n. 153 declaratur Prag. 15. eod. tit. & deciditur n. 257.*

254 *Forma dat esse rei, & specificè est seruanda, aliàs actus corruit, & neminem excusat.*

255 *Forma accidentalis dispositionis inobseruantiam nullam non reddit, nisi opponatur.*

256 *Vniuersitatis contractus substinetur, si in eius vtilitatem fiat, licèt solemnitas desit.*

258 *Contractus nullus substinetur, donec opponatur ab ipsis principalibus, non autem à tertio.*

259 *Vniuersitas bona reddendo, vel obligando, non obligatur absq. assensu.*

260 *Vniuersitas pro contractu non tenetur, nisi congregata speciale mandatum Syndico, vel alteri fecerit. Et l. fin. C. de vend. reb. ciu. expenditur.*

261 *Pecuniam in Vniuersitatis vtilitatem versam esse an accipientes, vel creditores dantes probare debeant? & n. 299.*

262 *Pecuniam in dubio in antiquis in Vniuersitatis vtilitatem versa præsumitur.*

263 *Contrahentes in casibus vbi ius resistit, an pretium amittant?*

264 *Mala fides præsumitur, quando quis contra edicta mercatur.*

265 *Titulus quando ad non titulum reducitur, ex eo fructus erunt restituendi.*

266 *Æstimatio quanti plurimi an vsq. ad triēnium tātùm crescat, infra quod fructus durare præsumuntur?*

267 *Ius dubium à fructibus, & expensis excusat.*

268 *Qualitas personarum leges pensitare facit.*

269 *Pretium de æquitate etiam in contractibus, in quibus Ius resistit, non amittitur, nisi pupillis, vel Vniuersitatibus datum amissum esset, non autem in eorum vtilitatem versum.*

270 *Restitutio in integrum minorem, & maiorē ad pristinum restituit.*

271 *Fructus annullato contractu, semper restituendi sunt.*

272 *Fructus quando sunt restituendi, qualiter interesse taxetur?*

273 *Fructus an sint restituendi per tertium bona fide possessorem.*

274 *Fructus in contractibus reprobatis interesse pecuniæ superantes, sortem extenuant.*

275 *Fructus annullato contractu, vtrum prout ex nunc, vel vt ex tunc debeantur?*

176 *Fructus annullata donatione inofficiosa, vel data in integrum restitutione, à quo tempore sint restituendi?*

277 *Conditio non seruata contractum resoluit ex tunc; modus verò conuentionem ex nunc rescindit, sicq. fructuum condemnatio fieri debet.*

278 *Resoluto contractu, non solùm fructus, verùm etiam omnes expensæ ad id erogatæ restituuntur.*

279 *Contractus si sit nullus respectu Vniuersitatis, an subsistat respectu vltimi obligati, & resoluitur n. 289.*

280 *Vniuersitas, eiusq. fideiussores sine Regis assensu in Regno non obligantur.*

281 *Debitor fideiussorum iudicium assumere, & ex sua persona omnes exceptiones opponere poterit.*

282 *Fideiussores non tenentur, si contractus non ex particulari priuilegio, sed de iure communi rescinditur.*

283 *Attendendum est semper quod principaliter, non autem quod fit in consequentiam.*

284 *Pecunia si ad vnum ex obligatis peruenerit, ille prius erit excutiendus.*

285 *Instrumento contra particulares liquidato, decerni solet, vt id priùs contrà Vniuersitatem obligatam exequatur.*

286 *Contractus censualis an cum particularibus Reis debendi subsistat, si bona annuo censui hi non supponant? & n. 290.*

287 *Fideiussor euictionis non tenetur, nisi principali discusso.*

288 *Nullitatis exceptio apparens instrumenti liquidationem impedit.*

291 *Tertiæ in contractu censuali conuentæ, annullato contractu non debentur, sed interesse taxandum peti poterit.*

292 *Interesse qualiter taxari soleat? diuersimodè adnotatur.*

293 In-

293 *Instrumento liquidato quousq. capitale non exigatur, an tertiæ ad rationem in contractu conuentam debeantur, vel interesse à Iudice taxandum erit, & dictum interesse paratam exequutionem habeat.*

294 *Instrumentum an per creditorem resciudi possit, si assensus infra tempus promissum non fuerit expeditus?*

295 *Assensus præcedere, & subsequi potest; sed qualitèr sit impetrandus, animaduertitur.*

296 *Assensus sub modo expeditus, dummodo pecunia in causam supplicatam conuertatur, an creditorem arctet, vt de hoc curam habeat, vel onus sit supplicantis?*

297 *Pecunia an in dubio in causam supplicatam erogata præsumatur? Et quid si in aliam fuerit expensa, an creditoris damnum fuerit?*

298 *Assensus cum solita clausula expeditus, dūmodo decem ex ditioribus censum extinguere obligentur, an contractum conditionatum, & resolutiuum faciat?*

299 *Pecuniam versam in vtilitatem Vniuersitatis an creditor probare teneatur? Et declaratur l. fin. C. de exerc. act.*

300 *Assensus secundus validus an primum nulliter obtentum conualidet?*

301 *Subrogatus subrogantis locum recipit, si ab illo immediatè dependeat, aliàs eius causam non sortitur.*

302 *Restitutio in integrum an detur contra tertium possessorem?*

303 *Solutum naturaliter non repetitur.*

304 *Vniuersitas penuriæ tempore an intèr ciues pretium vilius taxare possit?*

305 *Vniuersitas in ciuium victualium venditione prælationem habet.*

306 *Decuriones futuram penuriam prauidentes Vniuersitati de victualibus prouidere tenentur.*

307 *Negotium vtilitèr ceptum sufficit, licèt vtiles non sortiatur euentus.*

308 *Ciues victualia per Vniuersitatem pro eorum commodo empta, si ea posteà Vniuersitati non deseruiant, eodem pretio emere coguntur,*

309 *Bannum, vt ciues collecta frumenta reuelent, valet.*

310 *Bannum de iure valet, vt victualia in communi foro, non autem priuatim vendantur, & nullus penuriæ tempore vltrà victum emere potest.*

311 *Feriatis diebus pro abundantia conseruanda, iustitia summariè exerceri debet.*

312 *Banni ignorantia quando contrauenientem excuset? & vt eius emanatio omnes liget, quæ necessaria sint?*

313 *Bannum nè frumentum extrahatur, an ad farinam extendatur?*

314 *Banna an forenses victualia in ea ciuitate, vel terra habentes liget?*

315 *Prohibitio, nè bona stabilia vendantur nisi inter ciues, an valeat?*

316 *L. 1. C. non lic. habit. loca sua ad extr. transf. lib. 10. adnotatur.*

317 *Feuda alienigenis sinè assensu Catholicæ Maiestatis alienari non possunt.*

318 *Baro à Principe impetrare potest, vt exteri ab eius terris ex causa discedant.*

319 *Baro an antè ingressum prohibere possit, nè mercatores ad mercādum in eius terris accedant.*

320 *Prorex ex aliqua suspitione prohibere poterit, vt exteri à Regno discedant*

321 *Verbum* (Quicumque) *est adeò vniuersale, vt casus maiores expressis comprehendat.*

322 *Contrahi cum infidelibus sub capitis, & excommunicationis pœna prohibetur.*

322 *Captiuis pro redimendis, Pontificis, & Regis requiritur licentia.*

324 *Extrahi bona extra Regnum non licet.*

325 *Tractæ sine deliberatione in Regno dari nō possunt.*

326 *Ius exituræ est de regalibus, vndè extrà Regnum bona extrahi non licet.*

327 *Fraus in extrahendo qualitèr probetur?*

328 *L. 1. C. de tract. lib. 10. explicatur.*

329 *Venditionis appellatione regularitèr alij contractus non veniunt.*

330 *Barones ad sibi rustica, vel vrbana locanda an subditos cogere possint?*

331 *Vasalli an Baroni feudi demanialia locare volenti præferantur?*

332 *Barones an subditos exterorū hospitio onerare possint?*

333 *Ius hospitandi est de regalibus, & non subintelligitur, nisi in specie concedatur.*

334 *Hospitandi priuilegium Baroni concessum, ad transitum tantum interpretatur.*

335 *Cena an Baroni in eius aduentu à vasallis debeantur?*

336 *Barones ad sibi mutuandum an vasallos arctare valeant?*

337 *Princeps ad mutuandum subditos cogere, ante diem exigere, solutiones differre, & illis vti poterit. Et extenditur etiam ad Vniuersitates.*

338 *Vsuræ sunt licitæ in mutuo coacto.*

339 *Deposita penès Iudices fieri non debent.*

340 *Strenæ, & donatiuum Baroni dari solitum ex debito peti possunt.*

341 *Donari ab Vniuersitate Baroni prohibitum est in Regno.*

342 *Obligatio ex longa præstatione, iure resistēte, non nascitur.*

343 *Præstationes vniformes titulum arguunt.*

344 *Præstationes longæ pio loco factæ obligant.*

345 *Iurisdictio an priuatiuè, vel cumulatiuè ad ordinarium concessa præsumatur?*

346 *Barones furari dicuntur, dum à vasallis victualia emūt, vt cariùs illis posteà vēdāt.*

347 *Barones cum vasallis an rectè contrahant?*
348 *Instrumenta à Notarijs vasallis pro Baronibus facta, non sunt valida, cum pluribus.*
349 *Instrumentum nullum contrahentium voluntatem probat, & si deficiat solemnitas, testibus probari potest.*
350 *Mercatura Nobilibus non connenit.*

FERDINANDVS
DEI GRATIA REX, &c.
Officij nostri debitum, &c.
PRAGM. I.
De Baron. Com.



Rima haec Pragmatica plures continet partes, & proindè diuisione indiget, vt ordinē habeat, sine quo ait I.C. inanem nostrum actum efficimus in *l. quacumq. gerimus, ff. de act. & oblig.* & diuisio ordinem constituit, *l. 1. de orig. iur.* vbi enim non est ordo,
1 ibi confusio, & *Apost. cap. 14. ad Cor. Omnia Deus ordine facienda praecepit*, cum ordo sit rerum finis, *Bart. in l. 2. §. priùs, ff. de vulg. & pupill. Felin. in cap. cùm dilecta, de rescript.* eò magis, quia sub hac Pragmatica tres alias Sanctiones huius Tituli de hac eadē dispositione loquentes declarabimus, v3.
2 sequentem 13. & 15. ne pluriès idem repetamus, quod satis absurdum in homine reputatur, non dico in lege; eum repetere, & geminare idem semper praesumatur cum causa, saltem exeitationis, *Bart. & alij in l. Balista, ff. ad Treb. in l. ampliorem, §. 1. C. de appell.* Et sic eam in quatuor diuido partes. In prima Principis vigilantia, & cura erga subditorum regimen proponuntur, atquè matura prouisio narratur, quam hic circà vasallorum oppressiones cum Concilio statuit. In secunda praecipitur, ne Praelati, & Barones vltra taxatum modum adiutoria à suis vasallis exigant. In tertia ordinatur, vnicuiq; liberam esse facultatem sua victualia alienandi, & ad libitum deferendi, & Barones prohibere non posse, ne alienata extrahantur, neq. ad sibi vendendum cogere. In quarta verò disponitur, si pro Vniuersitatum necessitate victualibus opus fuerit, & ne a terris illa extrahantur, prouidendum videatur, Suae Maiestati nunciandum esse, ne sub hoc aliquam fraudem excogitari contingat.
3 Quoad primam notatur, peculiare Principis esse, inuigilare, ne subditi aliquo modo grauentur, vel opprimantur, imò proprium eius esse, commoda ipsorum inuestigare, iuxtà singularem *text. in cap. 1. de offic. leg. in 6.* qui formalia verba Pragm. nostrae recitat, sic incipit (*Officij nostri*) & ex eo huius *text.* verba excerpta fuisse eredo, notatur etiam in *l. nam salutem, ff. de offic. Praef. Orien.* ibi (*Saluti Reipublicae tueri nulli magis conuenit, quàm Caesari*) & *Feder. Imp. cap. 1. de prohib. feud. alien.* ait, Imperialem decere solertiam in Republica curam gerere, & subditorum commoda inuestigare, vt Regni vtilitas incorrupta persistat, & singulorum status seruetur illaesus; per vigilantiam enim, & curam, quam Princeps erga subiectos habet, Deo similis
4 redditur, vt dicit *text. in §. itaq. Deo, Auth. vt Iud. sine quoq. suffrag. & in l. fin. C. de donat. inter vir. & vxor.* Princeps ergò non solùm ad grauamina succidenda, verùm etiam ad subiectorum commoda inuestiganda sollicitus, ac diligens esse debet. Exemplum praebuit nobis Dominus Saluator noster Rex Regum, qui pro humani gēneris salute carnem in Virginali vtero assumpsit, & pro illius redemptione passus, & corpus suum in cibum, & sanguinem in poculum tribuit, vt nostris calamitatibus succurreret, iuxtà *text. in l. nos reddentes, C. de Summ. Trinit.* & omnis Chri-
5 sti actio nostra fuit instructio, *cap. Deus omnipotens 92. q. 1.* & Io. *Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ità & vos faciatis*; ideò Rex dicitur velut Deus in terris, quia eius est nostris calamitatibus, & erroribus succurrere, *l. fin. C. qui milit. lib. 12. Bellug. spec. Princ. rubr. 45.* & proindè sub Regali brachio nos incolumes, & defensos conseruare decet, vt ex *cap. Regni* incip. *Salubrem* constat, vbi Princeps etiā contrà Ecclesiasticos prouidet, nè sui subditi turbentur, & molestentur, cum ipsius sit officium ab omnibus eos protegere.
6 Hinc etiàm Princeps vocatur Pater, quia vti pater subiectorum tamquam filiorum curam habere debet, vt in *d. Auth. de instrum. in princ. & in cap. Reg. 139. Luc. de Pen. in l. quacūq. C. de omn. agr. de ser. Auil. in cap. pater in proaem. in vers. regimento.* Pa-
7 ter namq. quis non solùm ex generatione, verùm etiam ex superioritate, doctrina, cura, ac prouidentia dicitur, *Luc. in l. 1. C. de decur. lib. 10.* & propterea vasalli filij dicuntur, & vti tales sunt amandi, *Mart. Laud.*

laud.in tract. de cons.Princ.q.14.& Plutarc.
it,Regis fundamentum, beneuolentiam,
& amorem esse, ac tutissimum præsidium,
e Regna ipsa labefactari, & solui pos-
int;& Seneca rectiùs ostendit,dicēs, Prin-
ipem esse Reipublicæ animam, quę cor-
us illius informat; quam ergò consola-
ionem sentire poterit anima, si corpus
ffligatur? Plato etiam inquit, Princeps est
inculum, quo Reipublicæ cohæret spiri-
s vitalis, quem tot milia hominum tra-
unt,nihil ex ipso se futura, nisi onus, &
ræda, si mens illa Imperij subtrahatur;
m vt in Rubr. diximus, ad hoc Principa-
s erectus est, vt ab oppressionibus sub-
tos liberaret, & Simanc.lib.3.cap.9.de
pub. Ad regnandum promotus es, vt in
aperio tuo ab omnium insidijs securos,
: tutos custodias subiectos. Hęcque est
a magnificentia,quæ in Principe requi-
tur,vt subditi in pace versentur, & quæ-
mq. Principes agant, ad eam referant,
mmoda ipsorum subiectorum inuesti-
ntes,eorumq. grauaminibus succurren-
;,ob quam virtutem dicit Petrarch.de
ncd.fort. dial.13.par.1. Principem neq.
to,neq. Dæmonis pessimis subijci posse
lacijs, cum Deus promiserit eos ab his
r hanc vigilantiam liberare, imò se cos
gæuos super terram, multisq. gratijs
undantes reddere dixitq. Afflict.in Const.
eis cultum, & in Const. Intentionis,1.not.
exindè Pragm.nostra demonstrat, Prin-
em inuigilasse hic, vt subditorum one-
, quæ à Baronibus varia adiutoria, &
lectas extorquētibus, inferri audiebat,
lerentur.

Et sic prouidendo enunciat (*Quòd cum*
iberatione Consilij statuit) ex quibus ver-
constat quod dixi in fin. Rubr.à num.10.
incipem omnia sapientum cōsilio pro-
lgare debere, non autem suo sensu abū-
e, Andr.in cap.1. hic finitur lex, ex nu.6.
) necessariò se in legibus condendis, &
uis explicandis consilio vti debere;
bat etiam text. in Auth. habita diligenti
uisitione Procerum Consilij, C. ne fil. pro
& in cap.1.de prohib.feud.alien.in l.hu-
num,C.de legib.cum innumeris, quæ de-
strant omnia cum consilio fuisse con-
: nam quod plurimorum consilio fit,
iori fortitudine roboratur, & eò magis
: opinio suadetur, cum rarò isti Princi-
sint legibus eruditi: Et neq; Apostoli-
n Principem ardua explicare posse
]. Cardinalium consilio, dixerunt Ar-
l.in cap.sunt quidam 15. q.1. Afflict.de-
189.nu.15.Petr.de pot.Princ.cap.3.n.26
t.de feud.fol.13.nu.8.Consiliarij enim
t Principis membra, l.quisquis, C.ad l.
Maiest.Boer.dec.17. Non tamen negari
est, Principes etiam sine consilio om-
nia explicare posse;nam ideò baculum te-
14 nent rectum, non autem curuatum,ad ab-
solutam potestatem, & in nihilo flexam
demonstrandam, Felin.in rubr. de Const.di-
sput.Vasq.contr.cap.2.nu.20.& cap.23. Ca-
ual.com.opin.645. omnia inquam possunt,
15 dummodo rectè, & rationabiliter in vti-
litatem agant; cum lex aliud non requi-
rat,nisi dispositā iusta, & rationabilia es-
se,cap.erit autem lex,dist.4. Princeps inquā
16 tenet consilium, quod ei assistit, non per
limitationis modum, sed per ministerij
viam, text.est singularis in cap. fundamen-
ta, §. doeet de elect.in 6. benè verum vide-
mus quasi necessarium,& satis laudabile
in Principe, cum ità sit à prudentibus ob-
seruatum, semper consilium exquirere;
17 nam vbi multa consilia,ibi salus, cap.con-
stitutus, de elect. exindè Rex Federicus hæ-
redem non habuisse dicitur,quia sine con-
silio statuebat; & verba Dei non præteri-
bunt, semen iniquas sine aliorum consilio
leges condentium, non longiùs permane-
re super terram;& Isai.legitur, *Væ cis,qui*
18 *condunt leges eorum sensu*,sic Andr.in Const.
Quanto.& Afflict.dec.267.num.81.nam er-
rare cum consilio non est iniquitas. Innoc.
in cap. quanto. de iud. & sine eo Principes
excedunt.Marc.Ant.Surgent.de Neap.Illust.
cap.17.n.5.& text.in cap.1.de Const.in 6.&
in l.omnium,C.de testam. vbi asseritur,Prin-
19 cipes habere Iura in scrinio pectoris,pro-
pter Iurisperitos interpretantur, qui eis
assistunt,& per quos omnia Iura in pecto-
re habere dicuntur, non quod ipsi infusa
Iura habeant, Andr.in prælud.feud.nu.25.
circa fin.& in cap.1.num.16. qui success.ten.
Valasc.consult.51.num.6. & Capell.Tholos.
q.472.Et ad institutum redeundo, consiliū
est de congruo, propterea text.dicit (*Ex*
certa scientiā,ac consilij deliberatione)nam
20 clausula (*Ex certa scientia*) soli Principi,
non Consilio congruit,Gram.dec.105.Gab.
conclus.1. tit. de el.sus. Verumtamen scias,
21 Principi tàm in legibus, quàm in alijs di-
spositionibus, asserenti cum Consilio ali-
quid se promulgare, esse credendum, ad
text.in Clem.literis de prob. Afflict. in Const.
Ea,quæ ad decus; Mascard. de prob. conclus.
1228.num.119. Et idem si testetur plenam
se scientiam habere, & ex certa scientia
disponere,Menoch.cons.100.num.23. lib.1.
Marc.Ant.de Mauro alleg.16.num.4.limita-
22 tur tamèn si de tertij præiudicio, vel ip-
sius Principis (nempè attestantis, quem
rebellem) commodo tractaretur, propter
quam assertionem feuda sibi aperirentur;
nam aliunde probatio esset habenda, ni-
si cum Consilij deliberatione asserat,
Andr.in cap.1.& nu.14.qui success.ten. Af-
flict.ibid.& in cap.1.§ similiter,num.26.de
cap.qui cur.vend.Gram.dec.105.nu.64. Reg.
Tap.

Tap.cap.2.de Const.Princ. Grauet.de antiqu. temp.cap.3.cum seq. Capyc.de prohib.feud. alien.fol.4. & dicam infra pag.3.num.206. si enim Principis dicto super commisso delicto staretur, parti defensio, quæ de iure
23 naturali est, & per Principem tolli non potest, auferretur, *Clem.Pastoralis de re iud.* quod procedere dicunt, etiam si crimē notorium esset, *Mastrill.* post hæc editus *lib.3.cap.4.nu.56.cum seq.* latè per *Castil.de tertys,cap.6.* & nouissimè *Thom. del Ben. de parlam.dub.24.sect.2.*

Inferiores tamen à Principe, licèt eius Vicarij sint, consilio sibi destinato vti debēt, alioquin eius ordinationes nullę erūt, *Petr.de pot.Princ.cap.4. Vasq.contr.cap.1. Luc.de Pen.in l.omnes,C.de decur.lib.10.Bellug.rubr.10. num.7.cum seq.* & hæsitatum fuit, an Proreges leges promulgare, ac ar-
24 dua explicare sine Consilio sibi destinato valeant? & conclusio pendere videtur ex illa suppositione, quibus in Iure æquipa-
25 rentur Proreges. Et Præsidibus Prouinciarum eos comparari ait *Capyc. de prohib feud.alien.fol.145.* quia Præfecti Prætorio dici non poterunt, cum sub se plura Regna non habeant, vt Præfecti Prætorio habebant, qui tres in Iure enunciati reperiuntur, v3. Pręfecti Prætorio Africæ, Illirici, & Orientis, vt in *C. de off. Præf.Prat. Afr.Illir.& Orient.* quæ erant Regna; & li-
26 cèt hoc Neapolitanum Regnum nominetur, verè tamen Regnum dici non potest, nisi vna Prouincia. *Andr. in Const.Consuetudinem,Afflict.dec.109.* & sic vna Prouincia non compatitur Præfectum Prætorio, sed Præsidem. Et quamuis hoc Regnum plures videatur habere Prouincias, hoc ratione maioris commoditatis eam regendi actum fuit, dùm vnire, & ad libitum
27 Prouincias diuidere Principi permittitur, *l.1.C.de Metrop.Berit.lib.10. Afflict.in Const.Occupatis,Capyc.dec.162.* Verùm licèt ratione maioris gubernij, Præsuli, vel Præsidi de iure comparentur. *Cassan.in Cathal.glor.Mund.par.7. consid.10. & Frec.de subfeud.tit.Quis dicatur Dux.à nu.30.* ratio-
28 ne tamen potestatis, quam Rex in eos cōfert, authoritatem Præfecti Prætorio consequuntur, dùm locumtenentes Generales, ac Vicarij constituuntur, & maximum imperium eis confertur, iuxta *text.in l.vn. ff.de offic.Præfect.Prætor. Surgent.de Neap. illustr.cap.22. num.11.* imò maior Præfecti Prætorio potestas conceditur, vt ibi *Cassan.& Surgent.* Vndè omnia possunt, quæ
29 Rex, cuius vices gerunt, *Andr. in cap.1.à nu.12.de prohib feud.alien.per Feder.Bellug. rubr.25. Pras.de Franch.dec.165.nu.2.Reg. de Pont.de potest. Proreg. tit.1.* & omnibus illius prerogatiuis potiuntur, & mandatū cum libera omnia faciendi habere dicuntur, *Milan.dec.8.nu.72. Muta super Prag.Sicil. tit.1.* & vti legati à latere censentur, prout in commissionibus eorum asseritur, *cap.legatos,& ibi glos.de off.leg.in 6. Ann. cons.14.nu.19.* Et sic ex prærogatiuis, quæ illis conferuntur, leges statuere possunt, vt in dies videmus. Verùm Sanctiones, quæ sub Vicarij Regis nomine promulgantur,
30 cum consilio sunt faciendæ, non alias. Et ex causa legibus addere, & detrahere possunt, sed non in totum reuocare, iuxtà *text.in l.humanum,C.de legib.* quia licèt eorum potestas magna sit, limitata tamen est ad leges, *Felin.in cap. quod super de maior. & obed. Surgent.loco supra cit. Luc.in l. omnes, C.de decur.lib.10. Dec.in l.1.ff.de offic.Præf.Prætor. Cancer.var.resol.tit.de priuileg. ex num.325.* & propriè *nu.336.* & procedit etiam si potestatis plenitudine
31 esset facta concessio: ea enim non erit sic in Vicarijs, prout in Principe recta, nam sine maxima probata causa eam exercere non poterunt, *Innoc.in cap.cum ad Monasterium,de stat.Monach. Capyc.not.10. de prohib feud.alien.* & in Regno multi tumultus orti fuere, quando aliquis hac potestate vti tentauerit, vt per *Marc. Ant. Surgent. cap.18.* & licèt Prorex ex abrupto, & leua-
32 to velo procedendi, & motu proprio sententias criminales exequendi potestatem habeat, *Petr.de pot.Princ fol.92.Mastrill.de magistr.lib.3.cap.4.num.296.* cum causa tamen, & consilio eam exercere debet, *Ant. de Ballis.tract.crim. q.8. Menoch.de arbitr. q.71.nu.14.* Indè etiam data larga pote sta-
33 te Proregi casus multi censentur excepti, & non communicati, vt in assensibus prohibitis in certorum feudorum alienatione ex *Pragm.4.de feud.* Officiales perpetuos à Rege creatos sine eius licentia, & manda-
34 to suspendere, *l.2.C.de offic.Præfect. Prat. Aug.* ibi (*Non amouendi, nec puniendi habeat potestatem*) *Marc.Ant.Surg.cap.17. in fin. Reg.Tap.dec.Ital.3.* & nouissimè *Reg.Sanfelic.dec.62.* & Suæ Catholicæ Maiestatis litteris pluriès fuit ordinatum, nè contra Officiales perpetuos se intromittat: & annis præteritis Proregi Duci Ossunæ rescriptū, vt ipse, & sui successores sic perpetuò
35 obseruent, & in multis alijs se ingerere nō possint, etsi literæ commissionales sint amplæ ad honorem, vt in instructionibus secretis, quæ dantur. Sed an Prorex informationem saltim capere, & Principi referre possit, vide *Mastrill.de magistr.libr.5. cap.6.* & infra *Prag.5.156.* multos alios casus Proregibus exceptos notant *Paris.de reintegr feud.q.269.cum seq.Surg.in addit.ad Fratrem fol.369. Camer.in cap.Imperialem, fol.78 lit.N.cum seq.* & clausula dans vices,
36 & voces, ad insolita, & ad quę Rex verisimiliter non concessisset, non extenditur,

Andr.

*Andr.in cap.1.nu.13. de prohib.feud.alien. Boss.tit.de princ.nu.*88. Et ad principalem quæstionem regrediendo, dico, inferiores à Principe destinato cõsilio, vt supra probauimus, vti debere; nam Officiales offi-
37 cium in administrationem, non autem in dominium habentes suorum sapientum consilium respuere nequeunt, aliàs priuari poterunt, vt narratur de Roboam Salomonis filio, qui Regno fuit priuatus, quia de suorum a latere consilio non curabat, *Petr.de pot.Princ.fol.*169.*num.*269. *Capyc.de prohib.feud.alien.col.*146. *Reg.de Ponte in cap.fin.tit.*12.*à n.*20.

In secunda parte Pragm. nostra statuit, Prælatos, & Barones pro quibusq. necessitatibus à vasallis adiutoria non quærere, nec eos collectis, vel alijs oneribus affligere, nisi in casibus taxatis. Indè conclusiuè in hac parte materiam, & cognitionem de adiutorijs à vasallis Baronibus præstãdis tractabimus, & dum noster text. loquitur primò de Prælatis, est declarandum, quomodo Princeps super eis, in quos nullam habet iurisdictionem disponat, *Auth. cassa, C.de sacros.Eccles. cap.cum Ecclesia, de*
38 *const.* Intellige hic disponi super Prælatis à Rege feuda tenentibus; nam ea Ecclesia, & Ecclesiasticę personę à manu Regia habere possunt, vt videmus in Regno de Ec-
39 clesia Sanctissimæ Annunciatæ huius Ciuitatis Neapolis, quæ plura possidet quaternata feuda, sic de Monasterio Cassinensi, & alijs, quos refert *Frec.tit.de orig.Baron.q.*3.*nu.*24. adnotans omnes Episcopos, & quamplures Archiepiscopos feuda in Regno tenentes, qui fidelitatem iurant, seruitiumq. præstant, iuxtà *text.in cap.*1. *in fin.de cap.Corrad.* nam ratione feudi, &
40 pro dicti feudi causis Regiæ iurisdictioni subijciuntur, *cap. verùm de foro compet. cap.nimis, de iureiur. cap.ceterum, de iudic. Andr.in cap.*1 *qualit.vas.iur.deb. & in Constit. Quamplurium,* & diximus supra in *Rubric. nu.*52. Et consequentèr pro causis appellationum ad dictum feudum spectantibus, Regij Superiores tantùm, ad appellationes recipiendas destinati, non autem Ecclesiastici adiri debent, *Felin.in cap.solitæ, de maior.& obed. Couar.pract.qq.cap.*4. *Franc.Marc.dec.*205.*par.*2. & adest *Rit.M.C.*
41 152. sed omnium prædictorum suppositio ex ea videtur pendere quæstione, Num feudum Ecclesijs, & Ecclesiasticis conces-
42 sum, in naturam feudalem, vel allodium præsumatur; si enim terra simpliciter à Principe data fuerit, in dubio concessio ratione piæ causæ in liberam, non autem feudalem naturam facta præsumetur, *glos. in cap.*1.*in fin.de del.puer. Andr.& Afflict. in Const.Iustitiarij nomen, Frec.auth.*29.*n.*5. *Capyc. in inuest. in vers.feudales appellationes, de Ponte cons.*30.*nu.*6. & dicam infra *prag.*8.*nu.*34. non tamen sequitur, Prælatos, aliosq. feudorum administratores Regiæ potestati non subijci quoad leges, vel culpas, seruitia præstanda, vel appellationes deferendas; nam etsi terra et eius pertinentia donata, & in naturam allodialem concessa præsumantur, iurisdictio tamen,
43 & altum dominium expropriata non dicuntur, sed semper in quacumq. generalissima concessione excepta, *cap. quod translationem, & liberat.de offic.leg.* nec eis Princeps in coronæ præiudicium se expro-
44 priare poterit, vt dicam infra *Pragm.* 8. *par.*1. *ex nu.*132. & si sequi velimus *Vasq. controu.cap.*5.*nu.*24. nec liberè in allodium bona patrimonialia in quemcumq; alienare potest, nisi in feudum, & ante eum *Camerar.in princ. cap.Imperialem, lit.A. & liter.D.* Vndè receptior est opinio, iurisdictionem semper dici exceptam, *Capyc. in inuest.vers.feudum dãt, uerb.Imperator, Frec. de diff.feud.quatern.nu.*34.*Carauit.tit.*52. & nouissimè *Mastrill.* post hæc scripta editus *libr.*3.*cap.*8.*num.*27.*& Reg.de Pont.dec.*2. similitèr tradunt, etiam si in allodium terra concederetur, iurisdictionem Principis supremam remanere, & ad eum, & ad suos
45 subordinatos Officiales esse recurrendum, & proindè Ecclesia, vel Episcopus Officialem Ecclesiasticum constituere non poterit, *Anna sing.*460. Dicimus Ecclesiasticos, & Ecclesias de expressa Regis licentia, & scientia feuda tenere posse, cum de
46 iure sit eis prohibitum, imò si laicus Clericus efficeretur, statim feuda amitteret, *cap.*1.*§.qui Clericus, si de feud.def.et in Const. Errores, l.Officiales, C.de Episc.& Cler.cum auth.seq.* & sic si habitum Hierosolymita-
47 num acciperet, prout nec officia sæcularia Ecclesiastici habere possunt, *Pragm.*1. *de Eccles.pers.Fræch.dec.*479. *Cabal.cas.*64. *Mastrill.lib.*2.*cap.*6. Indè licèt ampla potestas sit Proregibus data feudorum venditionibus assentiendi, fuit attamen eis interdictum assentire quando personis non subiectis, vti Ecclesiasticis venderentur,
48 *Pragm.*4.*tit.de feud.* cum feuda ad manus mortuas, seu perpetuas perueniant, *Anna in Const.Diuæ Memoriæ, num.*32. & ad personas, quę militare, & Dominum opere, & consilio adiuuare non possunt, ob quod feuda fuerunt instituta, ac cessarent releuia, & deuolutiones: obligationi tamen feudorum in beneficium Ecclesiæ assensus datur a Prorege, cum clausula, vt adueniẽte casu, feudum Ecclesia non possideat, sed habilibus vendatur, nam ex dicta clausula cessat prohibitionis motiuum *d.Prag.Reg. de Pont.tit.de ass.Reg.§.*8.

Et sic vlteriùs progrediendo sancitur hic, Prælatos adiutoria non quærere, nisi in

in taxatis casibus, & posset dubitari, qui sint isti casus,& forsan illi, in quibus Episcopi Diæceses ad charitatiuum subsidium sibi præstandum cogere possunt, de quo *Felin.& alij in cap.cum ex officio,de prescrip. Boer.dec.133.cum trib.seq.Menoch.de arbit.*
49 *Iud.cas.*178. Dic satis eos differre; aliud enim est subsidium charitatiuum, aliud adiutorium, quod à vasallis, non autem à Clericis exigitur, casus nostri adiutorij sunt taxati per *Const. Quamplurium*, vltrà quos Prælatis quidquam petere non licet, quamuis de iure alij casus forsan adessent, propter quos aliquid ratione adiu-
50 torij exigi permitteretur. Debetur inquam quando Prælatus per Papam esset consecrandus, iuxta *glos. in cap. quod fient, de elect.* quando ad Concilium esset vocatus. Item si pro Regis seruitio accersitus fuerit,& vltimò si Regem in suis terris hospitari contigerit, vltrà non licet. Taxa-
51 verò huius adiutorij diuersimodè fuit practicata, vt per *Menoch.de arbit.cas.*179. in S.C. tempore *Afflict.dec.*136. in causa consecrationis Episcopi Liciensis fuit decisum, vasallos esse obligatos dare æstimationem valoris quartæ partis annui redditus illius feudi, seù terræ, iuxta solitum Tribunalium, quæ non illius anni, quo forsan pretia sunt aucta, vel diminuta redditus arbitrantur, sed tres, vel quatuor an-
52 nos præcedentes coaceruant, & postea fructus distribuunt, *Pinell. de rescin. vend. 5.par.lib.2.cap.4. nu.*30. *Escobar.de ratioc. cap.*36.*nu.*40.& dixi in *sing.*152. vt etiam respondit *Frec. de subfeud.3.auth. num.*28. in materia releuij defuncto feudatario soluendi. Benè verum in fin. dicit, practicari in Regia Camera quando in eo anno, quo mortuus est feudatarius, nulli nascerentur fructus, Curia eligit vnum annum ex tribus mortem feudatarij præcedentibus. Sed si qui fructus colligerentur, licèt annus ille non fuerit fertilis, vt anteà, hæredes ad aliud non teneri: tamen de iure sustineri posset, quòd si in illo anno, quo feudatarius moritur, fructus non nascantur, nil debeatur; quia quantitatis debitor respectu certæ speciei, perempta specie liberatur, *l.electio.§.is quem, ff.de nox.l.quidam,§. si tibi, ff.de legat.*1.*cum concord.* Vndè cum releuium sit quantitas, v3. medietas fructuum certæ speciei, idest illius anni, quo moritur vasallus, perempta specie, & sic fructibus non natis, nihil debetur, *l.si quis seruo,§.si quis ita legauerit, ff.de legat.*2. & sic distinguit *Bart.in l.quod te,ff.si cert.pet.* si enim vt dicit *Andr.in Const.Post mortem, in fin.* releuium sit medietas fructuum illius anni, quo moritur feudatarius, ipsi fructus sunt in obligatione, non autem fructuum æstimatio, meritò cum hæres sit certæ speciei debitor, illa perempta liberatur, vt in *d.l.quod te.*
53 Sed ne diuertar dico, hodiè seruari quod refert vltimo loco decisum *Gram. dec.*88. & 136. exigi adiutorium numero focula-riorum ad rationem carolenorum quinque pro singulis focularijs. Hæc quoad Prælatorum adiutorium.

Barones autem ex varijs casibus iustis, coloratis antiquitùs adiutoria extorquebant, vt per *Iacob. de S. Georg.in tract.feud. vers.& promiserunt*; hodiè verò per *d.Const. Quamplurium* taxati sunt casus, vltrà quos
54 se ampliare Barones non poterunt, *Afflict.dec.*265.*nu.*54. sed antequam ad enumerationem,& dictorum casuum declarationē deueniamus, videamus, quare adiu-
55 toria Baronibus vasalli dare teneantur, dixerunt multi esse causam, quia sicut Baro vasallus Regi seruitium militare, vel adhoam præstat, ac alia releuij onera in morte, multasq. collectas Principi in necessitatibus subueniēndo sustinet, vt dicam infra, sic & vasalli Baronem adiuuando correspondere debent, *Andr. in cap.*1. *Quis dic.Dux in fin.& in cap.*1. *§.similitèr, num.*14.*de cap. Corrad.* Et proindè per *cap. Reg.Comites* constitutum esse, adiutorij taxam Baronibus debitam, esse debere medietatem seruitij, quod Baro quot anais Regi correspondebat; nam & seruitium,
56 quod Barones prēstant adiutorium etiam nominatur, *Luc.in l.illud, C. de ann.& trib. lib.*10. *Capyc. in vers.feudorum adiutoria*, licèt impropriè, cum adhoa sit propriè
57 eius nomen. Quid verò, & quantum sit istud seruitium, quod quilibet Baro pro quolibet feudo quaternato, vel de tabula debet, vide *Andr.in cap.*1. *§.similiter,n.*14. *de cap. qui cur. & in cap.*1. *de cap. Corrad. Frec.vbi supra, Reg.Tap. de const. Princ.c.*4. *rubr.de Curt.in diuers.feud.fol.*38. *Reg.Rou. tit.de offic.Procur.Cæsar.pragm.*19.*Ann.in cap.*1.*de vas.decrep.ætat.nu.*148. Et an per Principem augeri possit, quodue sit aliud
58 releuij onus, quod Barones debent? vide *Andr.in d.cap.*1.*de cap.Corrad. cap.*1. *per quos fiat inuest.Frec.de subfeud.auth.*3.*Ayel. de iur.adh.Franch.decis.*121. & *Capye.de prohib.feud.alien.§.præterea*, qui ponit vigintiquatuor casus excusantes hæredes releuium non soluentes: Nam antiquitùs pœna erat amissionis feudi, vt in *cap.Regni in nomine Domini, tit.quid fiat mortuo Barone*, hodiè est duplicati releuij, *Franch.vbi supra, Rouit.Prag.*2. *tit.de offic.Procur.Cæs. nu.*7. qui termini per præcitatos declarantur,& sufficit, loca me tyronibus designasse. Et ad principalem quæstionem redeundo ob ista onera, quæ Barones habent, pa-
59 res sibi vices vasallos reddituros esse supponant. Sed has rationes non esse finales

scias, nam dispositionem inducerent, *l. 1. §. sexum, ff. de postul.* dico, si feudum esset
60 francum sine seruitio, onere, vel postea Baroni esset remissa adhoa, sequeretur vasallos non teneri, neq. ipsos ad adiutoria, vti cessante causa, quæ argumenti species est solidissima, vt *Tiraq.* in hac reg. Eo magis, quia strictè esset facienda interpreta-
61 tio in *d. Constit.* cum sit exorbitans secundum *DD. in l. commodissimè, ff. de lib. & posth.* Vndè falluntur qui ex dictis rationibus mouentur, sunt hæ potiùs impulsiuè: nam adiutoria ratione dominij, & Dominis, vt Dominis debentur, *Andr. in Constit. Quamplurium, verb. pro concedo, in fin. Free. auct. 2. vers. potest, Capan. de iure adhoæ q. 15.* Adiutorium enim Dominis licet ab omnibus oneribus feudalibus Regi præstandis exemptis, debetur, vt post alios probat *Pres. de Franch. dec. 73. nu. 24.* & latiùs de feudo dato in burgensaticum in *decis. 76. & 131. num. 8.*

Item dubitari posset, dum Prag. nostra ac Regni Const. generalitèr loquuntur, à Baronibus in taxatis casibus adiutorium exigi posse. Quid si vna terra sit distincta, & à duobus regatur, quorum vnus ciuilē, alius verò criminalem habeat iurisdictio-
62 nem, an ambo adiutoria petere valeant? Videtur dicendum, illud deberi crimina-
63 lis iurisdictionis Domino, qui est dignior, cum habeat merum imperium, quod est simplici iurisdictione potentius, *l. imperiū, ff. de iurisdict.* vndè Officialem criminalem ciuili præcedere, & licentiam in consilijs congregandis præstare decisum referunt *Capyc. dec. 27. à nu. 23. Franch. decis. 388.* & ante eos *Cassan. in catal. glor. Mundi, par. 5. cons. 26. & Free. de subfeud. sub tit. de off. magistr. à nu. 28.* prout semper fuit seruatum, & nunc obseruari videmus in M. C. Vic. Iudices criminales ciuilibus in omnibus functionibus publicis, & priuatis præferri. Contrarium tamen in casu nostro est dicendum; nam licèt criminalis sit ciuili dignior, attamèn Baro ciuilis dicitur verus erræ Dominus, ipseq. Regi seruitium præstat, fidelitatem iurat, ipsiq. soli competit arma, insignia dominium denotana depingere, non autèm Domino criminalis, qui in officio potiùs, quàm in feudo risdictionem habere dicitur, *Frec. de subfed. lib. 2. auth. 2. nu. 20. Caneer. var. resolut. .3. cap. 13. nu. 344.* Licèt inquam in locis blicis, & Principis operibus nomen, ignia, eiusq. Principis arma, non autèm erius Magistratus sint apponenda, *l. 2. seq. ff. de oper. publ.* post Principis tan inscriptionem nomen etiam priuati illud opus perficiendum deputati inbi non denegatur, *l. qui Iudices, C. de .publ. Franch. dec. 443. de Pont. tit. de diuer. prouis. §. de insig. nu. 7. Bouad. in sua Polit. lib. 3. c. 5.*

67 An autèm adiutoria debeantur feudatarijs feudum cum prærogatiua Baroniæ possidentibus, iuxta quæ notauimus in Rubr. Prag. nostra ad adiutoria Barones, & Comites nominat, quorum appellatione feudatarij non veniunt, vt ibi dixi à *nu. 13. Gram. cons. ciuil. 68.* adiutorium non deberi consuluit, cum Baronibus adiutoria sint concessa, quorum appellatione, nec in benigna, nec in pœnali appellatione feudatarij veniunt. Sed hæc opinio communitèr confutatur, cum *Const. Quamplurium* adiutoria à vasallis exigat, nec differt, an vasalli sint Baronum, Comitum, vel feudatariorum; imò non solum feudata-
68 rios, sed subfeudatarios gaudere posse dixerunt *Frec. 2. auth. nu. 10. Affl. & alij in d. Const.* An verò adiutoria petere possit feudi vsufructuarius, vel proprietarius, vel qui feudum in pignus habet, vel vxor, quæ in dotarium retinet? Vide *Capyc. in inuestit. fol. 27. & dec. 184. Affl. in const. Mulier, quæ dotarium. 9. dub.* Quid in possidente terram cum pacto reuendendi, vide *Franch. dec. 76 cū Add.* Et vtrum antefidelitatis erga Regem prestationem, petitamq; assecurationem a vasallis peti possit? vide *Ayell. de iur. adoh. Affl. in d. constit. 9. dub. & dec. 265. nu. 5.* Et an conductori debeatur, dicam infra *Prag. 8. p. 4. n. 156.*

Vidimus personas adiutoria petēdi beneficio fruentes, scrutandum modo qui sint isti casus, quos Prag. nostra prætaxatos esse dicit. In *d. const. Quamplurium* quin-
69 que sunt numerati, vz. quando Baro in seruitio Regis existens ab hostibus caperetur, pro faciendo filio, vel fratre milite; pro maritanda filia, sorore, vel amita; pro emenda terra vna vice tantum, & vltimò si Rex in Baronis terra hospitetur, vel à Rege pro suo seruitio monitus fuerit. Vltra istos taxatos casus vasalli Dominis subuenire non tenentur, & si Barones sub colore, *text. in cap. 1. §. qui ostenditis, de cap. Corrad. & ex cap. 1. hic finitur lex* (vbi habetur vasallos Dominos adiuuare debere) in dies sub varijs causis munera, & pecunias extorquebant. Verùm licèt dicti casus sint certi, quia tamen nil est in Iure adeò clarum, vt dubitationem non accipiat, *l. 1. C. de vet. iur. enucl.* multæ lites pro ipsorum interpretatione ortæ fuerunt. Idcircò de carta in papyrum non transcribam quæ notant *DD. in d. constit. & Andr. præcit. loc.* ad quos recurras; sed aliqua declarabo, & decisiones nondum notatas in medium ad legentium vtilitatem, & huius Prag. nostræ explicationem referam.

Ad primum quando ab inimicis captus est Baro in seruitio Regis existens, pro il-

70 lius redemptione à vasallis est subuentio præstanda. Et quamuis *text.in l.inter causas, §.non omnia, ff.mandat.* aduersari videatur, dû ibi statuitur ad damna casu fortuito Procuratori occurrentia Dominum non teneri; communitèr tamen fuit intellectus quando quis voluntariè vt Procurator, nô autem vt ciuis, qui munus subire tenetur, negotium peragit. *Bart. in l.si seruus communis, §.quod verò, num.5. de furt.* vndè.
71 *Præs.de Franch.dec.146.* decisum refert, si Vniuersitatis legatus a latronibus, vel piratis fuerit captus, Vniuersitatem illam ad emendam teneri: Quæ conclusio ampliatur in casu, quo propter lites inter Vniuersitates, vel ex causa inimicitiæ vniuersalis aliquis ciuis damnum pateretur, tunc dici non posset sibi imputari, sed
72 ab vniuersali est damnum resarciendum, *Iacob. Ant.de Mauro allegat.1. Mastrill.decis.164. Surd.dec fin.num.24.* In casu nostro sic videtur dicendum, Regem ad redemptionem Baronis teneri: nam si ditatus es-
73 set in bello, lucrum vasallis non communicaret, ideòq; nemo petere debet id, cuius contrarium non esset postulaturus. *l.pen.C.de solut.* quam exornat *Thes.dec.40* attamèn quidquid sit in Principe, Baroni succurrendum esse placuit, dum pro ipsius Regni seruitio captus fuerit; sed nisi sub eius esset seruitio, subuentio non deberetur, veluti si à latronibus, vel piratis captus esset: nam Const.est exorbitâs, & strictè ad literam est seruanda, *Capye.in inuest. fol.27.* & proindè non est amplianda, etiã
74 ex rationis identitate, *Andr.in cap.1. sub nu.15. de cap.Corrad.* vt aliqui supponebant de Barone pro debitis carcerato, & in maxima existente necessitate; nam siuè ex debito, siuè ex delicto suffragium non meretur, *l.sed & si ex parte, §.quamquam, ff.quod eum eo.* Idemq; procedit, & si necessitas ex casu proueniat, vt egregiè notat *Menoch.de arbit.Iud.cas.182.* Sed è contra consideranda sunt adducta per *Boer. decis.128.* & notata infrà à *num.174.* Const.inquam prædicta in damnum tertij ampliãda non est; nam subuentio non ob depauperationis miserationem, & Baronum tantum iuuamen inducta fuit, vt dicebat *Affl. in d.const.* communitèr reprobatus, sed Regis, ac Baronis fauore, *Frec.2.auct. num.9.*

Secundus casus, vbi debetur adiutorium pro faciendo filio, vel fratre milite est fa-
75 uore militiæ, Regis, ac Baronis expendêtis; nam pro habendis insignijs militaribus, multa erant eroganda, *Ias. & Rip.in l.Centurio, ff.de vulg.& pupill.* Verùm subuentio hoc casu ab Aula recessisse videtur, dum milites cum illa Iuris solemnitate hodiè non fiunt, iuxta *glos.in l.pen. ff.ex quib.caus.* nec tot expensis: vndè cessante
76 causa, cessat Iuris dispositio, *l.quamuis, §. adigere, ff.de iur.pat.* Hinc dicunt priuilegia militaria hodiè cessare, vltra notata in *d.l.Centurio, Thes.dec.101.* & solum habere locum, donèc milites in expeditione reperiuntur, *Viu.dec.491. Mastrill.dec.173 & Castil.dec.105.ex nu.12.* Verùm ī ob dictas rationes adiutorium non debeatur, ipsum tamèn deberi censeo in creatione militum S.Ioannis, & similium, qui cum
77 omnibus Iuris solemnitatibus, & cù magno creantur dispendio, vt est notorium, & sic respondet *Sfort.de subst.par.5. 3.præmis.* dicens hos, siuè in expeditione, siuè nô Iuris priuilegijs frui, & antè eum *Bart. in l.2.C.de his, qui non implet.stipen. lib.10. in fin.* dum dicit, hodiè tamê militaria priuilegia militibus Templi, qui sunt prædicti Ordinis S. Ioannis competunt; nam milites Templarij antiquitùs nominabantur, vt in *Sylu.var.lect.2.par.cap.4.Gramm. dec.365. de Pont.cons.14. num.1.* Vndè in horum creatione adiutoriũ à vasallis peti posse opinor. Et si nô quoad plenam subuentionem, quoad minorem saltèm, vt in adiutorio, quod pro monachatione debetur, quod minus taxatur, quia minus expenditur, vt in sequenti dicam. Et coa-
78 diuuatur hæc opinio ex *Ann.sing.14.* qui hoc procedere dicit, etiam pro filij doctoratu, qui casus est minus dubitabilis, cum Doctoratus longè minori sumptu fiat, quã qui pro Hyerosolimitano habitu recipiêdo requiritur. Sed de opinione *Ann.* dubito, cum contrarium probauerit *Frec. author.2.num.15.* & vsu non videmus esse receptum, pro Doctoratu exigi adiutorium.
79 Tertiò adiutorium debetur pro emenda terra vna vice tantum, sed non assignatur vera ratio, cur vasalli ad hoc teneantur, cum nulla subsit necessitas Domini, qui si honoratior ex statu fieri velit, non tamèn hoc vasallis obesse debet. Alij dixerunt ex eo statutum fuisse; quia dum Dominus est ex statu maior, subditi ab oneribus subeundis releuantur, nempè in ferendis victualibus, & cæteris, quæ per terras repartiuntur, vt dicam infra *Prag.14.arg. l.2.C.de priu.domus augustæ, lib.10.* quæ ratio non est concludens: nam fortius adiutoriũ deberetur, si quamplures Baro emeret terras, *Auth. multò magis, C. de sacros. Eccles.* Sed est permissum solum pro vna terra. Vera tamèn ratio est, quia ita Principi placitum est, *l.non omnium, ff.de legib.*
80 Aduerte tamèn subuentionem deberi pro terra, secus tamèn si Baro iurisdictionem ciuilem, vel criminalem emere vellet, tunc in Constitutionis terminis non essemus, cum verba sint in potiori significato capienda, *l.3. §.1. ff.quod quisq.iur.* At si quid

quid emeretur perfectum, veluti oppidũ,
vel villa, subuentio deberetur, cum verifi-
cetur statutum de terra, *Antib. de muner.*
§.2.nu.8. ibi, *Quot modis terra sumatur? Frec.*
auth.2.num.25. Quid si adiutorium fuerit
82 patri vnam terram ementi præstitum, an
à filio alteram emente peti possit? *Afflict.*
in d.const. dicit, hanc quæstionem non esse
ab aliquo tactam, ipse tamèn distinguit si
feudum filij esset hæreditarium, adiuto-
rium peti non potest, secus si ex pacto, &
prouidentia. Sed *Frec. de subfeud. author.2.*
83 *num.32.* contrarium ex pluribus rationi-
bus conclusit, semper illud deberi, & ita
seruatum, & decisum in Sacro Consilio
vidi pluriès, & præcipuè pro Vincentio
Loffredo contra Vniuersitatem Montisa-
ni, & pro Duce Grauinæ contra Vniuer-
sitatem Spinazolæ.

Quartò adiutorium pro filia, sorore, vel
amita maritanda debetur, supèr hoc *Af-*
flict. in d.const. discussit 24. quæstiones, ad
eum recurras; & ad alia notata per *Me-*
noch. de arbit. Iud. cas.181. Valdè fuit hæsi-
tatum, dum Const. prædicta per numerum
singularem loquitur pro filia, sorore, vel
84 amita maritanda, an pro pluribus filia-
bus, vel sororibus, vel amitis debeatur? Et
85 videbatur dicendum, quod non: Tum quia
ea Const. est exorbitans, tum etiam quia
numerus singularis ad pluralem non ex-
tenditur, *l.in 1 2 §.ff. de verb. signif.* & maxi-
mè in odiosis, *l. commodissimè, ff. de liber. &*
posthum. Contrarium tamen est receptum,
adiutorium pro pluribus filiabus, sorori-
bus, vel amitis deberi; nam causa demon-
strationis, non autèm dispositionis Const.
demonstrauit personas per numerum sin-
gularem, arg. *l. itaq; ff. pro soc.* & eadem ra-
tio, imò maior versatur in pluribus, quam
in vna ratione maioris indigentiæ, & plu-
rium dotatione, vndè eadem debet esse Iu-
ris dispositio, *l. illud, ff. ad l. Aquil. l. à Titio,*
ff. de furt. Præf. de Franch. dec.265. num.12.
& latè *dec.306. Boer. decis.131.* non obstat,
Const. loqui per numerum singularem; nã
quandoq; ad pluralem extenditur, *Crauet.*
cons.761. Tiraq. de reuoc. donat. f.276.n.226.
mò aduertatur *Const. seq. Comitibus*, loqui
e eadem materia adiutorij in numero
plurali de sororibus; similitèr subuentio
pro pluribus nepotibus debetur, si ius do-
ndi non existente filio, vel viuente, sed
[illegible], ad auum pertineat, vt decisum con-
[illegible] quorum opiniones refert *Franch. de-*
c.215. & si eodem anno plures maritarẽ-
r, pro omnibus deberetur subuentio, idẽ
anch. dec.306.

Quid si dos filiæ fuerit à patre legata,
vasalli ad adiutorium teneantur? *Andr.*
Const. Comitibus, quem sequitur *Capyc. in*
est. vers. feudorum adiutor. tenet, eos nõ
[illegible]

esse obligatos, cum hæres integra legata,
& hæreditatis onera soluere debeat, & iu-
re non reperiatur cautum, subditos hære-
di subuenturos esse: quarè in maritagio D.
Beatricis Vrsinæ Vniuersitas Solofræ ex
ijs prætendebat se ad adiutorium obliga-
tam non esse, quia pater certam ei dotem
prælegauerat; sed fuit dictum, adiutorium
88 deberi, nam dos Iudicis officio filiæ ex
necessitate constituenda est, *l. qui liberos,*
ff. de rit. nupt. & sic siuè iure testamenti, si-
uè ex contractu promittatur, in hoc non
est imponenda differentia, nèc vera diuer-
sitatis ratio assignari potest; pater enim
dotem filiæ legando suam obligationem
declarat, & excutit, non denuò concedit, &
Const. prædicta adiutorium dari mandans
solum requirit sororem nuptui collocare,
& sic etiam dote data; cum non vasallorũ
respectu, sed Baronis talis subuentio de-
beatur, & ita alias decisum dixere *Frec. de*
subfeud. auth.2. num.16. Afflict. de iur. adoh.
num.40. Ann. singul.15. Marcell. de Maur. al-
89 *leg.103.* Et in eadem causa fuit etiam du-
bitatum an terra Sorbi ad adiutorium te-
90 neretur, cum post patris mortem à balia,
& matre D. Flaminij Vrsini, D. Lucretia
de Tufo omni digna laude, fuerit empta.
Et ex constitutionis verborum generali-
tate adiutorium deberi videbatur; ibi,
(*Dum nubunt filiæ, sorores ad*) lex enim gene-
ralitèr est intelligenda, *l. de pretio, de Publ.*
in rem act. l.1. §. & generaliter, ff. de leg. præst.
91 & indefinita loquutio vniuersali æqui-
pollet, *l. inter veteres, vers. maximè, C. de*
fideic. hæc tamèn opinio non fuit recepta,
92 nam paragium sorori ex bonis paternis
debetur, & adiutorium datur ratione ex-
clusionis, quam masculus inducit, & prò-
indè donato feudo, vel aliundè fratri ob-
uento vasalli ad adiutorium non tenentur
Afflict. in d.const. 5. dub. plenè *Loffred. in*
cap.1. §. vt autem, vers. his, de pact. iur. firm.
Franch. dec.173. num.10. sicq; cum terra Sor-
bi à fratre post patris mortem fuerit em-
pta, paragium supèr bonis paternis sorori
debetur, non de acquisitis per fratrem, & in
onus noui feudi non est subuenire, cum fi-
lia ab eo non sit exclusa, vt fratri proãt, &
sic ea terra non fuit molestata. Quid autèm
93 si frater sororem inopem, vel vterinam,
quam in subsidium dotare tenetur, nuptui
collocet? vide *Thes. dec.192. & Gram. decis.*
376. vel mater si filiam, quam de iure do-
94 tare non astringitur, matrimonio tradat,
an vasallos ad subuentionem cogere va-
leat, vide *Boer. dec.129. Molfes. tit. de iur. dot.*
quæst.4.

95 Num autèm adiutorium pro filia mo-
nachanda, prout pro maritanda debeatur?
argumento sumpto de matrimonio car-
nali ad spirituale, in tantum quod legatũ

factum pro maritagio, debetur etiam pro monachatu, vt latè per *Mastrill. decis.153.* imò *Bart. in l.2. de his, quæ pœn. nom.* dicit, si
96 legatum de mille mulieri fuerit factum, si maritetur, & quingentum si monacha fiat, legatum mille deberi, etiam si monacha fiat; cum peioris conditionis esse non debeat matrimonium spirituale, quàm carnale. Verùm opinio hæc *Bart.* communiter est confutata, nam testatoris attenditur dispositio ex adductis per *Vasqu. contr. cap.33. Capyc. dec.204. Gabr. Rom. tit. de leg. conclus.2. Ceuall. com. opin. q.241. Crass. de effect. cler. in rubr. ex num.403. Cancer. var. resol. lib.1. cap.24. ex num.15. Fontanell. de pact. nupt. glos.8. par.2. Michel. de duab. fratr. cap.6. par.3.* Adiutorium inquam pro monachatione deberi, tradit *Boer. decis.126. num.12. Menoch. de arbit. cas.181. num.3.* in-
97 tellige tamèn facta professione, non vt alij putabant, destinationem sufficere, arg. *text. in l. pen. ff. de milit. testam.* expectandus enim est actus perfectus, *l.3. §. hæc verba, ff. quod quisq. iur.* sic *Franch. dec.42.* & ante eum *Ann. sing.13. ex l. quod pupillæ ff. quād. dies leg. Bald. cons.228. lib.3. Menoch. de præsumpt. præsump.84. num.14. libr.6. Honded. cons.73. lib.2. Surd. dec.303.* Et sic pro car-
98 nali matrimonio, adiutorium matrimonij consumati, non autèm contracti tempore debetur, ex eisdem Iuribus, & rationibus. Sed quæritur, quantum istud pro monachatione adiutorium esse debeat, dum
99 pro Monialium dotatione pauca dos constituatur. Præmitto Monialem conqueri, vel testamenti tabulas impugnare, vel ad supplementum agere non posse, si dotem
100 illius Monasterij Monialibus constitui solitam, licèt infra legitimam habuerit, *Franch. dec.44. Vrsill. dec.136. & 348.* quod vendicat sibi locum tàm si in vita patris, quàm post mortem ingressa fuerit Monasterium, quidquid *Molfes.* & alij dixerint, ingressæ in Monasterium post mortem patris integrum paragium deberi; nam contrarium fundat *Consil. Prouenzal. in Consuet. Neap. de success. ab intest. obser.11.* & secundum hanc opinionem *Prouenzal.* fuit decisum in S.C. in causa D. Victoriæ Vintemiglia cum D. Hyppolita Catillo. Act. Fusco, referente Dom. Consiliario Miraballo meo Collega obseruandissimo. Filia inquam ex patris hæreditate stantibus masculis, aliud quàm paragium prætendere non valet, ex *Const. In aliquibus,* quod paragium instar legitimæ non liquidatur, sed iuxtà quantitatem, qua in Monasteriū ingredi, vel pari nubere possit, cum quo collocata, *d. Const.* dispositioni est satisfactum; & adeò verum est, paragium iuxta legitimam non regulari, sed tantum vt pari nubat, vt si filia sibi parem non inueniat, eius paragium vsq. ad virilem ascen-
101 dere poterit, vt docet *Andr. in d. Constit. circa fin.* Et ex ijs dicendum est, adiutorium pro sorore monacanda minus ordinario
102 deberi: vndè si solitum sit quinque carolenos exigi pro foculari, *Gram. decis.88. num.4.* pro monachatione debetur medie-
103 tas, quæ est carolenorum duorum cum dimidio, *Frec. auth.2. num.23.* Idemq; procedit in filiarum spuriarum dotatione, quibus alimenta debentur, & sic minor dos, *Vrsil. dec.265. num.58. Boer. dec.127. & Iacob. de fend. vers. qui quidem inuestiti,* vbi distinguit inter filiam spuriam naturalē, vel incestuosam, *Ann. sing.12. Menoch. cas. 182. num.33.* Et quid in sorore vterina, vel consanguinea? *Afflict. dec.265. n.54. Amed. ad Franc. dec.73.* & an filia pro se ipsa ma-
104 ritanda subuentionem petere valeat? vide adducta per *Boer. dec.130.* Sed in facto non deberi determinatum fuit, nisi quando vt congruè se dotaret, non haberet, *d. Constitut.* strictè interpretanda, vt diximus.

105 Et aliquando minor fit taxa, veluti si Baro quamplures habeat terras, à quibus omnibus si singillatim adiutorium exigeret, ferè totam Monialis, vel spuriæ dotē, fine sui erogatione cumularet; sed quis terrarum focularia numerabit, quando adiutoria sunt exigenda, dic attendi Reg. Curiæ numerationis taxam, pro qua fiscales functiones præstantur, & alia munera re-
106 partiuntur; verùm si Baro fraudem allegaret, & eam suis sumptibus detegere vellet, audiretur repetendis à fraudatoribus, vltra pænam corporalem talibus debitam, *Frec. d.2. auth. num.28. de Curt. in tract. feud. fol.1. num.4. & fol.25. num.26.* Et è contra
107 audirentur vasalli, si focularia diminuta essent, & si vna terra deficiat, an alijs
108 onus accrescat? *Surg. de Neap. Ill. f.483.* & an Neapolitani habitantes in Castro Baronis ad adiutorij subuentionem teneātur? videbatur, quod sic, dum *Const.* loquitur de hominibus Dominorum ratione iurisdictionis, & sic de hominibus burgēsibus in eius feudo habitantibus, qui ratione iurisdictionis, quam in eos exercet, sibi subsunt, secundùm *Andr. in d. Const. col. fin. Franch. dec.76.* Quo fit, vt cum Baro iurisdictionem in potentia, & habitu in
109 Neapolitanos in suo feudo habitantes habeat, licèt per exceptionem elidi possit, remissione ad M. Curiam petita; ita vt nisi remissio petatur, Baro cognoscat, sequitur eos sub dicta Constitutionis dispositione comprehendi. Contrarium tamèn puto, quia paria sunt non habere iurisdictionem ipso iure, vel ope exceptionis, *glos.* est singularis in *cap. Iudex, vers. ponatur, de offic. iud. deleg. in 6.* eo magis cum priuilegium

Nea-

Neapolitanorum, vt alios ad M.Curiam trahant, & ab alijs extra M.Curiam non trahantur, fuit concessum Ciuitati Neapolis, non personis, vt ex priuilegijs apparet; & sic est instar priuilegij Clericorum, cui priuilegio ciuis renunciare non potest, secundùm *Vrsil.dec.41*.

Quid si filia, vel soror ob pulchritudinem, vel nobilitatem à marito dotetur, iuxtà terminos *l.si voluntate, C.de dot.promiss.& Afflict.dec.61.* an vasalli adiutoriũ praestare debeant? vide *Vrsill.dec.136.Frec. lib.2.auct.2.num.24.* Vltimus casus, in quo adiutoria debentur, est quando Baro pro Regis seruitio in Regni rebellione submotus erit, vel si in suis terris hospitetur, de quo per *Frec.loco cit. Ayell.in tract.adh.Iacob.in vers.commiserunt, Capyc. in l.Imperialem, §.fin.* vbi habetur, quando Barones infra, vel extra Regnum seruire teneantur, & si eorum voluntate ad seruitium accesserint, an vasallos ad subuentionem iterare valeant?

Vltra ergo praetaxatos casus dicit nostrae *Prag.text.* taleis, collectis, & alijs oneribus à Baronibus vasallos affligi non posse; onerum enim impositio est de regalibus, & soli Principi competit, *l.1. C.de superind.lib.10. Andr.tit.quae sint regal.§.extraordinaria collatio, Bonadil. lib.2.Politic. c.16.ex num.116. Borrell. de praes.Regis. c.20.ex num.28.Coppens.dec.32.* imò neq. Principi licet, nisi ex vrgenti causa, idem *Andr.in cap.Imperialem, §.illud, & §.formet prohib.feud.alien.Iacob.tit.de omag.& la. Henric.Boeer.de iure collect.cap.1.* & nostra *Prag.10.num.45.* limitatur verò dicta conclusio, si Baro ex consuetudine, vel praescriptione vltra dictos casus aliquod, collectam, certam gabellam, vel seruitium non durioris oneris exigendi quaesiuisset; nam stante antiquissima centum annorum praescriptione, Barones ea tueri possunt, vt dicam infra sub *n.214.* Nec huic limitationi aduersatur ius collectandi de regalibus esse, & de reseruatis in vim summi dominij, & proindè praescribi non posse, vt infra *Pragm.8 par.3.nu.111.* nam si cederet, si Rex totalitèr se tali iure abdicaret, & alteri concederet; secus si se non abdicaret, sed alteri communicaret, tunc vt videmus in pluribus priuilegijs concessum, & consequentèr hoc ius de regalibus concessibilibus esse, sequitur si est concessibile, est etiam praescriptibile, immemorabili tamèn praescriptione, vt nouissimè probat *Ripol.de regal.cap.6.ex num.60.*

Et aduertendum est ad *dec.de Franc.* in qua decisum videtur in simili collectarum materia immemorabilem non requiri, sed minorem sufficere, ex eo quia exactioni ius non resistit, ex auctoritate *Luc.de Pen.in l.1.C.de superind.* vbi asserit quibusdam in terris, ex antiqua consuetudine Barones certas taleas imponere, prout in collecta S.Mariae in aliquibus terris Principatus. In terris inquam, vbi ex legitima praescriptione hoc ius est quaesitum, transeat, quia vt diximus, praescribi potest. Sed ex hac limitatione inducere regulam, quod dum illi praescripserunt, ceteris Baronibus ius non resistat vasallos collectandi, subsisto, & maximè vigore huius nostrae *Pragm.* & aliae pag.10. quae expresè Baronibus has taleas, & collectas imponere prohibent, prout de ea decisione iudicium suspẽdunt *Reg.Lanar.in repet.§.si quis per triginta, sub num.78. si de feud.defunct. cont.Montan.de regal.§.vectigalia, à num.4.* Alias enim circumstantias, v.g. possessionẽ pacificam plusquàm septuaginta annorũ, consuetudinem similem in concilijs, cum adductis procentenaria, Dominorum tũc Iudicantium ad illius decisionem animum induxisse credendum est, Vltra quod in casu proposito per *Franch.in d.dec.* non tractabatur de exigendo collectas inter ciues, vbi ius resistit, sed de quadam annua praestatione ab Vniuersitate Baroni; quae ex alijs, quàm ratione collectarum causis non vetitis exigi poterat, prout ex causa legitima ex cursu tanti temporis praesumi debet: vndè subditi principijs resistere inuigilent, alias ferè semper, serò medicina paratur, & an Baro in casibus debi-

114 tis sibi ius dicere possit? vide *Menoch.cas. 181.& infra prag.16.n.80.*

115 In tertia huius *Pragm.* parte prouidetur ijs verbis (*Quod vnicuique libera sit facultas sua quaeque victualia, animalia, & alia, quibus iure licet sibi vendere, & illis contrahere cum quibus, & prout voluerint vendenda, & alienanda conducere, atque deferre, nec ab eorum Dominis directè, vel indirectè prohibeantur.*) Et pro hac parte fundanda, conclusio solida est, neminem ad vendendum cogi posse, *l.inuitum, C.de iur.deliber. l.nec emere, C.de contrah.empt.* quam regulam exornant *Soc.& Duen.in vers.vendere, Tiraquel.de retract.in praefat.* omnes enim contractus liberi esse debent, *l.sicut, C.de act.& oblig.l.1.§.si conuenerit, ff.depos.* maximè iste venditionis contractus cum sit de iure gentium, quo iure adhuc primae libertatis norma viget, *l.1.§.est autem, vbi & glos.ff.de contrah.empt. DD.in l.ex hoc iure, ff.de iustit.& iur.* quod ad sequentem propositionem est notandum, & a rationis maioritate arguentes dicimus, Baro-

116 nem vasallos ad emendum, vel vendendum nullo modo cogere posse, & positam probo conclusionem per locum a maiori, quod est sui natura destructiuum, *glos. in cap.si Paulus 30.q.8.* fundando Principem,

qui

qui est supra legem, *l. Princeps, ff. de legib.*
quempiam ad emendum, vel vendendum,
regularitèr nec arctare posse; nam supèr
his, quæ sunt iuris gentium, vt est emptio-
117 nis contractus, vel quæ sunt iuris natu-
ralis, disponere non valet; solùm enim su-
pèr his, quæ sunt iuris positiui, disponen-
di facultatem habet, vt latè *Petr. de potest.*
Princip. q. 28. Fab. differ. 1. C. si contra ius, vel
vtil. publ. ac Mastril. de Magistr. lib. 3. cap. 4.
& quamuis contractus sint iuris ciuilis,
post tamèn quæsitum dominium, quod est
de iure gentium, Princeps disponere non
poterit, *glo. insignis in l. fin. eap. si contra ius,*
vel vtil. public. Angel. in l. Lucius, ff. de euict.
Crauet. *de antiq. temp. art. 1. num. 51.* & licèt
Afflict. dec. 128. & 12. referat, Principem
legitimationem cuidam factam reuocare
potuisse, cum ea iure ciuili introducta
fuisset, & sic eam tollere valuisse, prout sti-
pulationem, vsucapionem, & cætera rela-
ta per *DD. in d. l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur.*
118 Communitèr tamèn ea *dec.* est reproba-
ta; nam etsi Princeps supèr ea, quæ sunt iu-
ris ciuilis, dispensare valeat, intelligitur
antè actum perfectum, non postquam suũ
sortitum erat effectum, & ius alteri quæsi-
tum, vt latè comprobat *Pinell. de rest. vēd.*
in 1. par. rubr. cap. 2. num. 10. Reg. Tap. in
l. fin. cap. vlt. num. 31. de const. Princ. Cancer.
var. resol. tit. de priuileg. ex nu. 29. & quam-
119 uis aliqui hoc limitari dixerint, quando
Princeps potestate vteretur absoluta, vi-
gore cuius omnia potest, *Angel. in l. item*
si verberatum, §. 1. ff. de rei vind. Bald. in l. 2.
num. 59. C. de seru. & aqu. DD. in l. 1. pro illo
text. ibi: Quod Principi placuit, legis habet
vigorem, ff. de const. Princ. attamèn commu-
120 nis est, hanc potestatem non residere in
Principe, & si ea ille vtatur, ius tertio quę-
situm absq. iusta, & legitima causa tollen-
dō, vel præiudicando tyrannum dici, *Co-*
uar. var. resol. lib. 3. cap. 6. Pinell. vbi supra,
num. 25. Peregr. de iure Fisci, lib. 1. num. 27.
Sese de inhib. cap. 4. §. 3. ex num. 13. Valasc.
contr. cap. 5. & 16. Thes. decis. 91. Capye. de-
cis. 166. Reg. Tap. de const. Princ. cap. 1. rubr.
nu. 77. Castill. lib. 7. de tertijs, cap. 41. ex n. 2.
Potest tamèn suprema authoritate vti
etiam in tertij præiudicium, ad sedanda
scandala, vt in *l. pen. ff. de sicar.* vel pro alia
121 iusta, & legitima causa, quę dicitur quā-
do causa sit publica, non autèm priuata,
Bart. in l. quicumq. C. de fide instrum. libr. 10.
Reg. de Pont. cons. 4. à num. 29. & inferius
nu. 249. Ex causa inquam ampliari, & mi-
nui potest, etiam ius diuinum, naturale,
gentium, ut in *Prag. n. 6. nu. 135.* Vndè cau-
sæ dant locum dispensandi, non autèm ab-
soluta potestas, *Caball. com. opin. quæst. 529.*
& 578. Andr. in cap. 1. num. 29. de cap. qui
cur. vend. & in cap. 1. num. 88. quæ sint regal.

122 Et si alitèr ea potestate utatur; quam-
uis non habeat, qui ei dicat cur ita facis?
est qui videat, & iudicet, non inquam dici-
mur posse quę cum peccatō possumus, *cap.*
22. q. 2. Nec his repugnat *text. in l. relegati,*
cum glos. ff. de pœn. quæ ex aduerso adduci-
tur, sufficere pro ratione Principis volun-
tatem; nam intelligitur circa quod loqui-
tur, de remissione fiscalis pœnæ, quæ erat
sua, non autèm indistinctè in omnibus, vt
inaduertētèr opinati sunt multi, quos im-
probant *Gayll. obser. 58. lib. 2. Pincl. loc. prę-*
cit. num. 12. Alciat. reg. 3. Pereg. de fideicom.
art. 52. num. 113. Petr. de pot. Princ. cap. 1.
in fin. & nouissimè *Amaya obser. Iur. libr. 1.*
Et exindè redarguitur *Angel. in d. l. item si*
verberatum, asserens Principem pretium
persoluere non esse obligatum, quando de
potestate absoluta bona aufert; nam super
quocumq. iure ciuili, vel naturali Prin-
ceps disponat, siuè ordinaria, siuè supre-
123 ma potestate vtatur, semper pretium
soluere tenebitur, iuxta *text. in l. venditor*
§. si constat, ff. comm. præd. ibi: (*Non aliter hoc*
faciat, nisi prius solitum salarium Domino
prestet) *l. si quando, C. de inoff. testam. vers. nec*
est credendum in Principe, *qui iura tuetur,*
124 etiam si bona pro publica vtilitate sibi
arrogauerit, vt in *l. 2. C. quib. ex caus. seru.*
amitt. & nec a filio, pretio non soluto, bona
auferri possunt, *Oldrad. cons. 87. & 91. Cra-*
uet. cons. 286. Gab. Rom. concl. 1. de iure quæst.
non toll. Vasq. d. cap. 5. num. 15. & infra eo.
num. 181. Et quamuis magna sit causa, vel
publica vtilitas, quæ priuatæ præfertur,
l. vn. §. ne autem, C. de caduc. toll. non tamèn
cum totali tertij damno; nam in modicis
125 Princeps præiudicare valebit, vt in dila-
tione quinquennali, non in auferendo ius
tertio, *Thes. & Rom. loc. cit.* Et licèt Prin-
ceps in magna esset necessitate, solutionē
differre, non autem actionem tollere po-
terit, *Vasqu. contr. cap. 5. num. 16. & cap. 6.*
num. 5. Peregrin. de iure Fisci, tit. 3. num. 65.
126 prout in necessitate Rex constitutus ob
bella, & expensas, quas præstare habet, si
Regni introitus non suppetant; introituũ
solutionem creditoribus suspendere solet;
& ordinare eos sibi tradi, cum promissio-
ne restituendi, *Andr. in cap. vnic. §. moneta,*
num. 23. quæ sint regal. Iason in l. ex hoc iure,
num. 54. ff. de instit. & iur. Reg. de Pont. de po-
test. Proreg. tit. 5. num. 22. & 37. vt annis re-
trò D. Dux Ossunæ Vicerex ordinauit cō-
tra Ianuenses, aliosq. exteros functionum
fiscalium assignatarios, vt ipsis solutio dif-
ferretur, & licèt id contra naturalē æqui-
127 tatem esset, arguunt tamèn multi ex *l.*
benè à Zenone, C. quadr. præscript. emptorem
Fisci, rem alienam vendentis, post qua-
triennium tutum esse; illa tamèn lex no-
stro casui non adaptatur, nam ipsa vendi-
cat

cat sibi locum, quando Princeps ignoranter rem alienam daret, secus autèm si scientèr, *Andr. in cap. 1. sub num. 27. de cap. qui cur. vend.* & alias habet interpretationes, & limitationes, quæ eam peræquam reddunt, vt per *Afflict. in prælud. const. 14. q. Iacob. de S. Georg. vers. sed an Princeps, Gran. dec. 65. Tap. 1. cap. rubr. de const. Prin. Petr. de pot. Princ. cap. 24. num. 67. Peregr. vbi supra.* Et sic ad illud redeundo, vnde digressi fuimus, si demonstrauerimus, Principem de potestate ordinaria, vel absoluta ad vendendum, vel emendum absq. legitima causa cogere non posse, eo minus valent Barones, iuxta adducta per *Euerard. in suo loco Topic. 65.* qui regulam à maioritate rationis diffusè exornat, propterea iustè prouidetur hic cuiq. licitam, & liberam sua victualia, animalia, aliaq. ad libitum vendendi, & transferendi facultatem esse.

Sed ex prædictis Prag. verbis oriri potest dubitandi ratio, cum per specierum enumerationes se astringere videretur, dū dicit, *Liberam esse facultatem sua quaq. animalia, & victualia vendendi.* Vndè quoad reliqua Baronibus prohibitiones facere licitum esse videtur, vulg. *l. cum Prætor, ff. de iudic.* in vno enim prohibitum, in reliquis dicitur permissum, *l. maritus, C. de procur.* generi per species derogatur, *l. generi, ff. de regul. iur. l. ita, ff. de cond. & demon.* Victualium appellatio non est vniuersalis, sed quæ pro cibo, & hominum potu ordinata sunt, tantum continet, ita vt neuè victus comprehendatur, *l. verbo victus, ibi DD. ff. de verb. signific.* neq. victualia animalium causa parata, vt ordeum, fænum, & similia subaudiuntur, *Cepol. in d. l. verbo victus, Rip. par. 4. tit. ad conseru. vbert. num. 18.* strictaq. est animalium significatio, ita vt eorum appellatione omnia non veniant; anseres enim, & volatilia, piscesuè victualium verbo non comprehenduntur, pro singulari tradidit *Bartholom. de Ca. singul. 5.* quod dato priuilegio, gabellā victualibus exigendi in ponte, de præstis exigi non posse, arg. *l. 1. ff. de instit. r.* & sic videtur hæc Pragm. strictè interpretanda, & licèt sequantur verba (*Et quæ iure licet vendere*) relatiuum talia, licèt sit similium repetitiuum, minus ad vniuersalia, & maiora extendi non extenditur, *glos. & DD. in l. si fu. de seru. fug.* & pro regula habetur, clausulam quantumcumq. generalem ad expressa, non autèm ad diuersa, uel à restringi, *Bart. in l. quæsitum, §. pen. inst. Felin. in cap. sedes, de rescript.* clausula generalis omnium casuum, & similium de similibus extensio non de maioribus intelligitur, & dicta in facto defendi, falsum non esse testem, qui examinatus se nihil amplius scire dixerat, & in alio articulo interrogatus deponit; nam nil scire intelligitur de eo, quod in illo primo articulo dixerat. Pro resolutione notes primò, dispositionem quamuis in principio strictā, ex uerbis tamèn sequentibus ampliationē,

133 uel limitationem recipere, prout in casu nostro, & ad hanc demonstrationem pro-

134 bandam facit *text. in l. Proculus, ff. de vsufruct.* Vbi si testator domns usumfructum cum prohibitione altius eam non tollendi legauerit, per dictam prohibitionem plena proprietas, non simplex ususfuctus legata censetur; cum altius tollere, uel seruitutem imponere ueri dominij sit, *l. nisi, ff. de vsufruct.* & pro singulari d. l. allegant *Afflict. in prælud. feud. num. 128. & Marsil. singul. 661.* quicquid *Pinell.* alitèr intellexerit in *l. 1. par. 2. num. 4. C. de rescin. vendit.* hunc tamèn communem sensum sequuntur ibi *Bart. Bald. Alber. Florian. Cremen. singul. 28.* & latè *Gratian. cap. 216. & 443.* Ex quo notant verba sequentia licèt implicitè, dispositionem ampliare; indè venditio cum

135 suis substantialibus pacto adiecto, nè dominium transferatur, locatio potiùs, quā venditio dicetur, *l. cum manu sata in fin. ff. de contrah. empt. Afflict. dec. 338. Franch. decis. 506. Surd. dec. 157.* & facit *text. in l. vbi ita, ff. de donat. caus. mort.* quam exornant *Boer. decis. 353. Dueñ. reg. 217. Menoch. de præscript. lib. 3. cap. 35.* vbi causa mortis do-

136 natio cum pacto, nè reuocari possit, in donationem transit inter viuos, & *Bald. in cons. 209. lib. 3.* notat mulieri relictæ à marito vsufructuariæ hærede extraneo instituto, regularitèr vsusfructus legatum deberi, secus si filij essent hæredes relicti, nā ad alimenta restringeretur, *glo. in Auth. hoc locum, & ibi DD. si secund. nupser. mul. & in l. Titia, §. Titia cum nuberet, ff. de leg. 2. Gabr. Rom. conclus. 1. tit. de vsufruct. Franch. decis. 155. Borgogn. tract. de vsufruct. mul. relict. num. 80. Peguer. decis. 103.* Sed si vxor vsufructuaria, & domina prout erat in vita ipsius mariti relicta fuerit, tunc per hæc verba alimenta tantùm relicta censentur, cum hæc, non autèm alia à marito viuente prætendere poterat, & multa alia singularia corollaria adduci possent, quibus verba ampliant, & dispositionem minuūt, eamq. impropriant, vide cum acciderit, tradita per *Felin. in cap. quoniam frequenter, vt lit. non contest. Pinell. de rescind. vend. cap. 2. par. 3. 2. rubr. Vasq. controuer. cap. 51. ex num. 75. Tiraquel. de retrac. consangu. §. 3.*

137 *glos. 1.* vbi etiam quando sint attendenda verba, vel mens, & quid præualeat, aut quod est de iure, vel natura dispositionis, quæ omnia sæpius occurrunt, & consequentèr, vt eò vndè digressi sumus, nostra re-

redeat loquutio, dicimus ultra uictualia, & animalia diuersæ qualitatis, & speciei supponi verba (*Et alia, quæ licet iure vendere*) per quæ dispositio vniuersalis ad omnia, non autem ad victualia, & animalia tantùm limitata censetur; nam quanquam verbum, *alia*, est similium repetitiuum regulariter, vt dixi; stat aliquando ampliatiuè, & casus maiores expressis argumentatiuè denotat, *Felin.in d.cap.fedes,de*
138 *rescript.* vbi si Procuratorem ad meos Villicos, & alios conueniendos constituā, poterit Procurator nobiles, nedum Villicos conuenire. Accedat, quia ad euitandā correctionem, & absurdum verbum, *alia*, ampliatiuè est, *glos.in l.omnes,ver.alias,C. de quadr.præscript.* sic *Luc.22.Et alij duo nequam ducebantur cum ipso.Bertaz.de clausul. libr.4.glos.18.* Et proindè dicimus, verba enumerationis animalium, & victualium potiùs demonstrationis causa, quam dispositionis fuisse posita; & decipiuntur tenentes, legislatoris, vel testatoris verba dispositiuè semper intelligi posita. Quocirca si testator tot aureorum alimenta ex talis
139 fundi introitibus præstari mandet, si ex eo non percipiantur tot fructus, dicebant aliqui non deberi, nisi summam ex fructibus perceptam, quia locus adiectus causā
140 dispositionis videtur positus, *DD. in l. Lucius,ff.de alim.& in l.cùm certus ff.de tritic.vin.leg.* nam in dubio causa demonstrationis verba posita intelliguntur, nisi aliud ex verbis disponentis clarè argui poterit, ad *text.in l.qui dum testamento,ff.de legat.1. l.Paulo Callimaeo,§.fin.de legat.3.l.firmior, ff.quand.dies leg.ced. Franch.dec.228 483. & 721.Surd.de alim.tit.5.q.26. Borgogn.in reper.dec.in cap. verba.* Nam cum *Pragmaticæ* istæ ad vasallos releuandos prolatæ fuerint, hoc modo diminutionem inducerent, quod non est præsumendum, *l.non*
141 *omnis,ff.si cert.pet.* & proindè firma remanet posita conclusio, arbitrarium esse cuiquam sua bona quælibet vendere, & transferre, Baronum bannis non obstantibus, vt millies fuit iudicatum, & præcipuè inter Vniuersitatem Lauri, & ipsius Marchionem. Act. Cioffo. arg. etiam *text.in l. liberti,ff.de iur.patron.*

Progreditur vltra Prag. nostra, quia nō solùm Barones quempiam ad sui arbitriū
142 vendere prohibere non possunt, sed subiungit, neq. uasallos ad sibi uendendum cōpellere, prệsertim taxatis prệtijs, quệ prouisio Iuris communis in Baronum dam-
143 num correctoria uidetur: si enim colonus à Domino cogi possit, nè suorum fructuum partem alijs uendat, quàm sibi, *Bar. & alij in l.1.C.de metall.lib.11. & in l.1.C. de dol.Morot.singul.510.Tiraquell. de tract. §.1 glos.18.num.2.* & de communi testatur *Couar.var.resol.cap.14.lib.3.num.6.* quantò
144 fortiùs subsistere debet prohibitio Baronis Domini feudi, ex quo fructus percipiuntur. Et quod Baronum prohibitio ualida sit, *Luc.de Pen.in d.l.1.per illum text. C.de metall.lib.1. Aluar.& Afflict.in cap.1. §.post natale de paee tenen.* asserentes Barones habere ius hypothecæ, & prælationis in uenditione fructuum, qui ex feudorum tenimentis colliguntur, ac proindè prohibere posse nè alijs, quàm sibi uictualia uendantur. Quæ conclusio de iure procedere uidetur non solùm in uenditionibus, sed in alijs contractibus correspectiuis, uti societatis, & communitatis: potius
145 enim socio tenetur quis uendere, quàm extraneo, prętio iusto, & communi, *Bald. l.2.num.2.C.com.rer.alien. DD.in l.eum officium,C.comm.diuid. Caroe in tract.locat.tit. de empt.* idem est sancitum in emphyteuta, qui potius Domino, quàm alteri uendere debet, *l.fin. C.de iur.emph.* Et coniunctus in coniuncti bonorū emptione prefertur, *l.1. de priuil.cred.l.si in emptionē,ff.de min.* multa alia notat *Rip. in d.l.1.ff.de priuil.credit.* Ex his igitur prouisio per nostram Prag.
146 facta iuris correctoria esse uidetur. Sed ad eam euitandam, quod iura abhorrent, ita sensus, & uerba impropriari debent, ut statutum ad ius commune reducatur, *l.2. C.de noxalib.Crauet.cons.3. num.12.* Videbatur dicendum nostræ Prag. rationem ad sic disponendum, manere sub illis uerbis (*Præsertim taxatis prętijs à Barone*) & ea sit causa finalis: nam authoritas prętia taxandi, & sibi uendendi, esset duplex priuilegium, ac specialitas nimis dura,
147 quod quis sibi ius diceret taxandi prętium, & cogendi ad uendēdum; assisia enim
148 uictualibus, non Baronibus, sed Principi, uel Communitati competit, *l.1.C.de Episc.aud.vbi DD. Pinell. de resein.vendit. vlt.art.Franch.dec.9.* & latiùs infra *pragm. 10.num.* Vndè qualitas à statuto addita formam, & nouæ dispositionis rationem inducere uidetur, *Bald.in l.si quis non dicā rapere,C.de Episcop.& Cleric. Felin.in cap. edoceri,versf.gesta,de rescrip.Marant.cons.91*
149 Et exindè dictum fuit in Grasseriorum, seu Catapanorum electione ius eligendi, uel creandi ad Baronem non spectare, neque appellationem de grauaminibus ad eum pertinere, cum à sua iurisdictione nō dependeant, sed à Communitate, *Franch. deeis.11.* Et sic dicendum esset talis prohibitionis causam in dictis uerbis consistere, (*Taxatis ab eo prętijs*) qua prętij taxatione cessante, punctus in Iuris communis dispositione remanere uidetur, *l.si extraneus,ff.de cond. ob caus.* & subditi uendere uolentes cogi possunt, ut potiùs Baroni, quàm alij uictualia iuxtà prętium commu-

mune, uel à Principe taxatum alienare teneantur. Sed neque dictam responsionem satisfacere probatur; nam Prag. generalitèr loquitur, ac specificè prohibet, nè vasalli ad sibi vendendum abstringi possint. Nec obstant illa verba ponderata (*Praeser-*
150 *tim taxatis pretijs*) nam hæc dictio prohibitionem non excludit, cum huius dictionis natura non sit statutæ prouisionis exclusiua, sed casum minus dubitabilem reddit, dicendo tantò magis, prohibitio non valet, si pretium taxetur, *glos. notab. in l. illud, vers. praesertim, ff. ad leg. Aquil. Franch. decis.* 517. Accedat, quia ius assisam imponendi Baroni competere videtur, non autem Vniuersitati, cui aliquam iurisdictionem exercere prohibitum est, *text. in l. fin. ff. ad leg. Iul. de annon. Ann. d. sing.* 60. & vbi
151 consuetudo viget in contrarium per Vniuersitatem, siuè eius Catapanos assisiā imponendi, adhuc banna, ordinationes, &
152 contrauentionum exactiones per Officialem Baronis erunt facienda, & latiùs declarabitur infra *Prag.* 10. *nu.* 103. Quid dicendum? Firmo conclusionem cum Prag.
153 Baronis prohibitionem ad sibi vendendum potiùs, quàm alijs non valere, cum sit priuatiua libertatis, quam incolumem Iura seruare intendunt. Allegata verò pro prima opinione sic conciliantur, conclusionem iam positam limitando, eam non procedere, si prohibitio à Barone fiat, ne fructus de suo feudo collecti, ac de suis terris ad coloniam, terragium, censum, & similia datis vendantur: in his enim hypothecæ ius habet, *glos. in l. si seruus communis, §. locaui, verb. conuenit, ff. de furt.* & etiam prælationis, vt per *Frec. de subfeud. auth.* 38 proceduntq. allegata pro prima opinione, secus verò in alijs territorijs liberis, & allodialibus, in quibus non solùm Baro-
154 nes, verùm etiam Princeps nullum habet ius, nisi iurisdictionis, & protectionis; iuxtà notata per *Andr. in cap.* 1. *num.* 27. *de cap. qui cur. vend. Luc. de Pen. in l. quicumq. C. de omn. agr. desert. lib.* 12. *& infra prag.* 10 *num.* 63. & sic in alijs rebus bonis, & ani-
155 malibus prohibitio est nulla, licèt in volentibus vendere, Baro pretium, prout alij ciues soluendo, præferatur, vt indicatum fuit inter Vniuersitatem Lauri, & Marchionem. Act. Cioff. *Muta super Prag. Sicil.* 69. *num.* 6. & dicam infra *nu.* 330. Sed quid si vltra commune pretium aliud offeratur, an similitèr Baro soluere teneatur, dicam infra *num.* 244. Verùm pro ista prælatione banna emanari non possunt, vt nemo Barone irrequisito vendat, prout sic fuit in dicta causa prouisum. Et exindè iniustæ sunt ordinationes, nè pisces, & fructus vēdantur, antequam Baro requiratur, cum
156 commercia libera esse, & non ob Baronum prælationem impediri debeant, quæ prælatio perfecta venditione competit, vt similitèr fuit decisum pro dicta Vniuersitate Lauri. Et supra positam conclusionē in collectis ex suo feudo prohibitionem procedere, sublimita, dummodo ipse Baro fructus pro se emere velit, secus si pro alijs amicis; nam hoc non poterit, cum præla-
157 tionis priuilegium personale sit, & personam egredi non debeat, *l. quia personale, ff. solut. matr. And. in cap.* 1. *§. ex eadem nux. de leg. Corrad. de Curt. de feud. fol.* 9. *num.* 49. *Guid. Pap. dec.* 411. *Franch. decis.* 226. *Gizzarell. dec.* 156. *Ant. de Amat. resol.* 161 & infra *Prag.* 12. *ex num.* 33. Quod nota, cum quàplurimis deseruiat causis, vbi Barones pro se præferuntur, & non vt alijs cedant, vel vendant, sic firma remaneat conclusio tex. nostri, Barones ad sibi vendendum cogere non posse, sed cuiquam alienandi, & extrahendi liberam esse facultatem.

Quam conclusionem amplio ex sequenti Prag. quæ clariùs hanc primam declarat, Baronibus prohibens, nè liberam venditionem, vel quorumlibet bonorum, ac
158 rerum extractionem impediant; bonorū enim, ac rerum appellatio largissima est, *l. bonorum, et l. res, ff. de verb. signif.* hinc fuit iudicatum, Marchionem Lauri se abstinere, dum sub vtilitatis publicæ figura, ne ciues lignamina à territorio extraherent,
159 prohibebat. Act. Cioff. Verùm si in Vniuersitatis beneficium publica intercederet vtilitas, prohibitio substineri posset, *Luc. in l.* 1. *C. de rustic. lib.* 10. *Surd. cons.* 110. *lib.* 2. *Bald. cons.* 483. *lib.* 1. Ampliatur in 2. Prag. pœna, nam in hac prima est duc. 1000 & in sequenti contrauentionis pæna est duc. 1000. Amplia ex dispositis infra Prag. 13. Barones neque vasallos ad suos introi-
160 tus baronales conducendos cogere posse, prout de iure communi prouisum erat in *l. locato, §.* 1. *ff. de Publ. in const. Magist. Camerar. & in cap. Reg. Ferrerijs*, nisi uasalli ad æmulationem non conducerent ut Baronis bona perderentur, ut fieri solet, quādo inter Vniuersitatem, & Baronem sunt
161 lites, eo casu soliti, uel habiles cogi possent, saltèm ad exigendos introitus, Baronis expensis, iusto mediante salario, Quæstoris instar, *Frec. de subfeud. ver. si, Clar. q.* 7 *§. feudum.* Soliti enim stante necessitate, ad munera cogi possunt, *l. moris, §. damnare, ff. de pæn. l. semper, §. quibusdā, de iur. immun. Marc. Ant. Surgent. de Neap. illustr. fol.* 432. Item limita tribus concurrentibus, nempè si ille anteà conduxerit, si superlucratus fuerat, & si pro futuro conductorē nō reperiat, *l. cotē ferro, §. q maximos, ff. de Publican. Boer. dec.* 249. *n.* 2. *Pereg. de iur. Fisci, tit. de conduct. num.* 6. *Guttier. de gab. q.* 140. & in facto quemdam Baronem in conscientia

defendi, qui ad reconducendum coegerat, quia hæc tria concurrebant, & sequi uidetur *Reg. de Ponte §. 8. num. 14. tit. de regal. imposit.* Nec aduersatur *text. in l. 3. §. cum quamquam, ff. de iure Fisci*, ubi conductores
162 ad reconducendum cogi inhumanum reputatur, quia regularitèr uerum est, secùs tamèn quando conductor in annis retro maximos perceperat fructus, itaut territorium ferè debilitauerat, ut notabilitèr inquit *glos. in l. si cum Hermes, verb. detineretur, C. loc. & in d. l. cotem ferro, §. fin. verb. compelluntur.*
163 Ampliatur etiam, nec uenditionem, uel bonorum extractionem ad tēpus prohiberi posse, ut multi faciunt Barones, qui pœnalibus edictis subditis uetant, nè frumenta, uel uina uendant, nec eorum, uel aliorum animalia mactellent, nisi suis antea uenditis: sicq. uno, eodemq. tempore ad non uendendum, & emēdum arctant, quod magnam sapit tyrannidem, ut in *cap. Regni 49. Campag. in cap. Regni 23. nu. 52. Afflict. in const. Magistris, Petr. de pot. Princ. cap. 5. num. 122. cum seq. & cap. 6. num. 28.* licèt aliud cum Regio Fisco obseruetur, ubi talis uiget consuetudo, ut in *d. const. Magistr. Ronit. in hac Pragm. nu. 3.* Idemq. procedit,
164 ut neq. Barones prohibere possint, nè uasalli aliquas uictualium lanæ, olei, & similium negotiationes exerceant, quia forsan ipsi Barones suas pecunias prædictis negotijs deditas tenent, nam iniquum hoc reputatur, ad *text. in l. quæro, ff. de iur. patr. l. fin. ff. de oper. libert. Iacob. de S. Georg. fol. 4.* hoc tantùm pro publica utilitate, uel Principis necessitate fieri solet, ut infra.
165 Et consequentèr neq. Barones concedere possunt, ut aliqui tantum sint macellatores, uel aliquam artem exerceant, *Petr. de pot. Princ. cap. 5. num. 121. Ann sing. 54. Bald. in l. 1. C. de commerc. Surgent. fol. 43. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 13. à num. 207.* & multa hoc loco cit. notat *Mastrill. libr. 4. tit. 18. ex num. 37.* Amplia, Baronem neq. per suos Officiales prædicta explere posse: nam qui per se actum gerere non potest, neq. per interpositam personam ei cōceditur, *l. si per impressionem, C. de his, qui met. caus. cap. quod alicui non licet, de regul. iur. in 6.* latè *Menoch. cas. 459. Osasch. decis. 109.*

At quia non est regula, quæ exceptionem non patiatur, propterea propositam conclusionem limito; licèt inquam supradixerim, illos emptionis, & uenditionis contractus adeò firmos, & liberos esse, ut nec Princeps super ijs de potestate ordinaria, uel absoluta disponere possit. Verumtamèn ex causa Princeps, non solùm per uiam generalis legis, sed particularis ordinationis contra prædicta disponere ualet. Hucquè pertinet quod supra enunciauimus, Principem absolutam potestatem
167 non habere, sed ordinariam, quā ex causa ad omnia extendere poterit non solùm ius positiuum, sed gētium, ac naturale, uel diuinum relaxando, secundùm ea, quæ infra proponemus Prag. 6. sine enim causa,
168 absolutam potestatem exercere non diceretur, sed tyrannidem, data tamèn causa, ordinaria potestas ultra iuris regulas exerceri poterit, ut supra *num. 121.* sicquè
169 licèt quis ad uendendum cogi non ualeat, ex causa tamèn publicæ utilitatis, uel necessitatis abstringi poterit, *l. item si verberatum, ff. de rei vendic.* & eorum exempla enunciat *Petr. de pot. Princ. f. 194.*
170 Vtilitas tamèn, uel necessitas publica, non totius Orbis, uel Prouinciæ concurrere debet, sed sufficit adesse illius loci publicum fauorem, *Alex. cons. 101. volum. 1. Petr. loc. cit. fol. 190. num. 17.* & iusta causa in dubio non præsumitur, *Aleiat. de præs. 3. reg. præs. 8.* dico quando contra ius gen-
171 tium, naturale, uel diuinum rescribit, secùs quando contra ius positiuum, *Gayll. pract. obser. 56. & 58. Crauet. de antiq. temp. ar. 2. Cæual. com. opin. 529.*
172 Limita etiam ex *Prag. infra 15.* quam hic discutere promisi (nè plurièss idem repetam) dùm dicit, Barones ad sibi uendendum pro sui uictus, & familiæ necessitate cogere posse (quod eo magis dicendum est in Principe pro omni sui necessitate subditos ad sibi bona uendendum arctare posse, ut in *d. l. item si verberatum, §. 2. & ibi DD. Reg. Reuerter. decis. 436. & 445.*) Hæc *Pragm.* dispositio habet iuris correspondētiam, nam & Barones similitèr ad uendenda uictualia uasallis indigentibus coguntur, *Bart. in l. 1. ff. de offic. Præfect. Marant. in sua praxi, art. inquisito, num. 181.* Domini enim feudi reditus in suorum subditorum necessitatibus distribuere tenentur, *Paris. de reintegr. feud. q. 262.* & ad imparia Dominus, & uasalli iudicari non debēt, sed alter alteri uices suas reddere tenētur, *Andr. in cap. 1. §. Domino committere, sub num. 1 si de feud. fuer. controu. Afflict. decis. 265.* & sic uti uasalli Baroni in necessitate constituto uendere abstringuntur, ita è contra, ut infra *num. 248.* Dico tamèn quod eis supereest: nā quis se discoperire non debet, ut aliquem cooperiat. Imò in casu necessitatis, & paupertatis Domini non sui culpa pauperis effecti, quia alitèr nullū priuilegium sperare posset, *Andr. in const. statuimus, Carauit. rit. 19. num. 23.* sed fortunę,
174 quæ culpam non inducit, adeò ut debitor ictu fortunæ depauperatus, carcerandus non sit, ut pro singulari notat *Gram. dec. 88.* propter paupertatem inquam, & necessitatem multa remittuntur, *l. illicitus,*

tus, §.fin.& ibi glos.verb.necessitatem, ff.de
offic.Præsid.& in l.nam is, ff.de eo, quod met.
175 Hoc casu vasalli Dominum alere viden-
tur obnoxij ex dictis supra *nu.* 74. si enim
vasalli filij dicuntur, *glos.in cap.1. §.è con-*
trario, verb.meliorem de inuest.de regal.fact.
& ibi notat *Afflict.* vtiq. alere debent, *Luc.*
in l.quicumq. C.*de omn.agr. deser.* & æqui-
parantur libertis, vt infra *Prag.10.nu.56.*
qui patronis alimenta prębere tenentur,
l.si quis à liberis, ff.de lib.agnosc.& ibi Bart.
& in tract.de alim.in fin.Afflic.in d.dec.265
à num.104. & ibi Vrsill.num.167. Frec.au-
thor.20. & Surd.de alim.tit.1.q.55 Contra-
rium tamen etiam Domino directo ali-
menta per vasallos non deberi ex pluri-
bus comprobant *Andr.in cap.inde quæsitum*
si de feud.def.mil.fuer.controu.& ibi Aluar,
num.6. Archid.in sum. quib.mod.feud.amitt.
Rolan.à Valle cons.5.lib.3. Capyc.in inuest.
verb.feudorum alimenta, Rosenthal. de feud.
cap.8. conclus.27. Attamèn inpraxi feuda-
tarios, & subditos in minoribus casibus,
sui directi Principis necessitatibus succur-
rere videmus, & etiam vasalli burgenses
suis benè affectis Baronibus in necessitate
176 voluntariè subuenire solent, vt Ducissa
Grauinæ Beatrix Tenella dum omnia se-
questrata ei essent, de fidelitate suorum
vasallorum gloriabatur, per multum tem-
poris spatium de omnibus necessarijs ip-
177 sam subuentam fuisse, quamuis fortunæ
mutatio sæpè discordias pariat, *Cæph.cons.*
583.volum.4. Et ad rem redeundo, vasalli
Dominum regularitèr non alere, sed eidē
prętio mediante, victualia vendere tenen-
tur.

Sed valdè fuit dubitatum, an sicuti Ba-
ro pro sui victus necessitate ad sibi vendē-
dum vasallos cogere potest, eosdem etiam
178 ad habendam de prętio fidem arctare
valeat? Quæstio hæc omnibus limitationi-
bus deseruit ex regulà *tex.in l.nec emere*, C.
de iur.delib. vbi nemo emere, vel vendere
cogitur, & dicendum videtur, ius necessi-
tatem ad vendendum cogentem respiciēs,
ad habendam de prętio fidem extendendū
179 esse, alias esset necare, *l.necare, ff.de lib.*
agnosc.glos.in l.si locus, in fin.ff.quemad.seru.
amit. vbi si via publica vi fluminis, vel alio
impetu diruta fuerit, vicinus publicæ vti-
litatis ratione viam etiam non soluto prę-
tio præstare debet, & Barones, eiusq. Baiu-
li tali casu pænam exigere non possunt,
Ann.sing.582.authoritate d.glos. quæ satis
commendari solet; magis enim publica
vtilitas, quàm priuatum damnum atten-
ditur, & publica vtilitas, & necessitas ęqui-
180 parantur, ita ut ad inuicem valeat argu-
mentum, *Bald. in rubr.* C. *qui bon.ced.poss.*
& multa necessitatis causa admittuntur,
quæ alias non permitterentur, vt in *d.l.il-*
licitis, & latè per *Vin.dec.323.* cuius neces-
sitatis species plures adducunt *Menoch.*
cons.182. Fontanell.claus.4.glos.9.ex n.164.
Contraria tamèn opinio est verior, & cō-
munis, nequaquam quem ad rem suam
vendendam, pretio non soluto compelli
181 posse, arg.*l.qui Romæ, §.cohæredes, ff.de*
verb.oblig.l.1.C.de metalar.lib.11. Frec.de
subfeud.author.38.num.3. & diximus supra
num.123. hinc fuit decisum inter Principē
Hostiliani, & Vniuersitatem Theani ma-
cellarios carnes credito Baronibus dare
non teneri; quamquam enim statutum,
quem ad vendendum arctet, prętium tamē
est numeratò soluendum, *glos.in l.seruitu-*
tis, & ibi Bald.C.ex quib.caus.seru.pro prem.
lib.& in l.1.C.de conser.manum. Afflict.in
cap.1.§.similiter, de cap.qui cur.vend.nu.19.
& formalis *text.* est in *l.venditor, §.si constat*
ff.comm.præd. ibi (*Non aliter hoc faciat, nisi*
prius solitum per hoc salarium Domino præ-
stet) *Pinel.de rescin.vend.in rubr.cap.2.Gab.*
dec.105.Fontanel.de pact.nupt.claus.4.gl.12
num.30.Gratian.cap.149.nu.25. Verumta-
182 mēn stante extrema, & ineuitabili ne-
cessitate prima opinio ex *glos.in d.l.si locus*
substineri posse asseruere *Valasc.cōsult.22.*
in fin.Vasq.controu.cap.6.num.8. existente
enim maxima necessitate omnia etiam in-
ter priuatos sunt communia, *glos. in l.2.§.*
cum in eadem, verb.conferret, ff.ad l.Iul.de
iact. & licere aliquid prædari militibus in
casu necessitatis, ait *D.Rouit.in Prag.5.de*
militib. Et prout è contra Baro vasallis in
necessitate magna constitutis prętium in
pecunia numerata non habentibus de fru-
mentis, vel pecunia subuenire tenetur,
Petr.de pot.Princ.fol.192. Gayll.de obs.56.
num.18.lib. Vasq.controu.d.cap.6.num.8. Et
proindè dum annis retrò elapsis magna
in Regno egestas, & pecunia fuerat, & Ba-
184 rones quidam plena habebant horrea,
vasalli autem in vijs fame peribant, & bo-
na sua offerebant, dixi in conscientia non
esse tutos eorum Dominos; nam sine eorū
interesse, & incommodo illorum morti
succurrere poterāt, & habitis fide, & obli-
gatione, quam illi offerebant, omni iure
eis subuenire tenebātur, etiam si ea amis-
suri essent, quia obligatus est diues paupe-
185 ribus succurrere: *Non pauisti, ergo occidi-*
sti, ait *August.in cap.pasce, dist.86. & Impe-*
rat.in l.fin.C.de annon.lib.10. statuit quoti-
diè indigentibus frumenti 125.modios, &
Traianus in quadā penuria quinque mil-
le pueris, & decem mille fæminis ali-
menta decreuit, & *Socrat.lib.2.cap.3.* refert
de Constantino, qui in Ciuitate in dies
octuoginta mille pauperibus subueniebat,
sicq. idem iuris est de toto quoad totum,
quod de parte quoad partem, *l. quæ de to-*
ta, ff.de rei vind. sicut Imperator, ita Baro

suis terris indigentibus prouidere debet, arg. ex *l. 1. C. vt nemini licere in empt. ope. lib. 10.* vbi domus Regia frumentum dare tenetur, cumq. Baronibus terræ sint subiectæ, ipsisq; earum cura data sit, & per omnia in locum Principis hi subrogati fuerint, feudorum redditus in præcisis necessitatibus distribuere tenentur, *Paris. de reintegr. feud. q. 265.* nam ad imparia Dominus, & vasalli iudicari non debent, *c. 1. in fin. de form. fidel.* & diximus supra *n. 173.*

Limitari adhuc potest dicta conclusio, vt vasallus quæ sibi nō deseruiunt, & Domino suo prodesse possunt, vendere teneatur, vt notabiliter per *Hartman. Pist. q. 25. tom. 3.* Limitatur similiter ex eademmet Pragm. quæ disponit Barones vasallos ad vendendum cogere non posse, nisi ius prohibendi ex titulo, vel ex legitima præscri-
186 ptione, vel consuetudine habeant, vt dictæ Prag. verbis vtar, tunc salua erunt Baronibus iura; nam sicuti vasallos in libertate retinere quærit, ita iura, quæ Barones ex priuilegio, vel consuetudine obtinent, conseruare intendit. Quæ limitatio, ac clausula ad omnes sequentes Prag. & in multis præfata formalia verba repilogantur; vnde pro præsenti, & sequentibus cōclusiuè, & breuitèr istius limitationis terminos declarabo, qui multùm ad totum opus pertinent. Non insistam quo titulo hoc ius prohibendi quæri possit, & an per Principem vasallis in libertate præiudicari possit, nam infra *Pragm. 10.* vbi sua est sedes, declarabimus; sed videbimus quando
187 præscriptione, vel consuetudine Barones contra vasallos, ac Vniuersitates iura quærere possint. Et quid præscriptio à cōsuetudine differat, & quomodo probentur.

Valdè differt præscriptio à consuetudine, dum diuersa habent nomina, diuersos producunt effectus, *l. si idem, C. de codicill.* & differentias notant *glos. in cap. extra, de consuetud. Crauett. de antiqu. tempor. part. 4. cap. transeo ad quartam partem, Balb. de prescript. par. 1. q. 10.* nos tamèn nostro instituto præcisa adiungendo, dicimus eas differre primò in diffinitione; nam præscriptio est iuris alieni vsurpatio, Consuetudo verò est quædam forma ex populi consensu introducta, *l. sed ea, ff. de legib. Bald. cons. 401. lib. 5.* Et cum ex consuetudine acquiratur ius in publico, proindè animum, & totius, vel maioris partis populi scientiam requirit, *l. de quibus, ff. eod.* præscriptio verò præscribentis, non autèm aduersarij animum opus habet, & ex præscriptione ius priuato acquiritur, & illi tantùm præiudicat, contra quem præscribitur, *l. naturaliter, ff. de vsucap. Gram. vot. 12. & cons. ciuil. 147. & 98. Viu. dec. 515.* Item
188 in consuetudine titulus, & bona fides, vt in præscriptione nōn requiruntur, cum legis authoritas ex ciuium consensu consuetudinem approbans sufficiat, *Rip. in cap. 3. ext. de cau. possess. & propriet.* Differt
189 etiam, nam alio modo inducitur consuetudo, diuersoq. modo probatur, quàm præscriptio.

Consuetudo enim expressè, & tacitè inducitur; expressè, si conuocato consilio per totam Ciuitatem, vel maiorum ciuium præsentium partem, iuxta *text. in l. nulli, cum seq. ff. quod cuiusq. vniu. fuerit, quid (etsi iuri communi aduersetur)* præfixum, vt sit consuetudo ipsius Ciuitatis, & notatum in scriptis, vt inter ciues illius loci seruetur, & hoc potius dicitur statutum, quàm consuetudo, *Bart. in l. de quibus, num. 8. ff. de legib.* & cū quid statuere, & in scriptis redigere, vt pro publica lege illius loci seruetur, sit iurisdictionis, *l. omnes populi, ff. de iustit. & iur.* assensus, seù confirmatio Prin-
190 cipis adhiberi debet, & confirmatione sequuta vim legum obtinet, vt in *probem. Cōst. Neap. §. vt igitur, et § prefatis, Paul. Christin. in prelud. 4 n. 6. Borgn. Caual. dec. 42. n. 44*

Tacitè inducitur consuetudo per tacitum populi consensum, ciuium voluntatem factis declarando, ex frequentia actuum conformium, absq. hæsitatione, per spatium decem annorum a primo actu, siuè sit præter ius, vel contra ius ciuile,
191 *l. diuturna, & l. sed ea, ff. de legib.* (etsi de Iure Canonico maius tempus requiratur, *Ann. cons. 40.* prout etiā requiritur in grauioribus, & magni piudicij rebus, *Menoch. cas. 83.*) siuè continuam habeat causam, siuè discontinuam, *Mascard. de prob. conclus. 424. num. 51.* Vndè duo actus tantùm extraiudiciales non sufficiunt; nam etsi solitum per duas vices induceatur, *glos. fin. in l. 3. C. de Episc. aud. Viu. comm. opin. 154. Ca-*
192 *pyc. dec. 163.* ad consuetudinem tamen inducendam multi requiruntur actus, & ex minoribus non fit vera vniuersalis scientiæ illatio ad notorietatem inter ciues inducendam, quod Iudicis arbitrio relinquitur, si tales sint actus, qui verisimilitèr in notitiam populi peruenerint, *Bart. in d. l. de quibus, à num. 10. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 81. Garf. de expens. cap. 9. num. 46. Fachin. controu. cap. 68. Moises super Consuetud. Neap. par. 1. cap. 5. ex num. 23.* Et ad corroborandam hanc tacitam consuetudinem non redactam ad publicam formam legis, sed ex vsu ciuiū alitèr sit inductum, quam lex communis disposuit, cum per contra-
193 rium ciuium vsum lex abrogetur, non requiritur confirmatio Principis, & *glos. fin. in l. 2. C. quæ sit long. consuet.* subiungit: *Etsi contra legem communem sit consuetudo, Princeps scire fingitur, & sic consentire, sicut*

et

et si res mea vsucapiatur, *Capyc.in inuest.§. iure Fracorum, vers.& ideo, Marant.consf.71. num.13. Auend.de exeq.mand.cap.8.num.3.* nisi concernat aliquod præiudicium Principis, *Crauet.conf.96.num.6.* & infra. Imò vna familia quoad se, consuetudinē, quoad ordinem succedendi inducere potest, *Andr.in cap.Imperialem, §.praeterea, nu.36. Capyc.loco cit.Boer.decis.228.num.6.Gabr.*
194 *Rom.col.5.tit.de consuet.Menoch.cas.251.num.8.* Et si in contradictorio iudicio iuxtà consuetudinem bis iudicatum fuerit, hę decisiones absq; alia probatione sufficiūt,
195 cum omnia præsumantur ex sententijs, *Præs.de Franch.dec.91.num.16.& dec.238. & 722.num.11. Molfes.d.cap.5.num.43.* & de iudicatis in his causis vim facit *Vulp.in l.cum de consuetudine, ff.de legib.* ibi, *Illud explorandum arbitror, an etiam contradicto aliquo iudicio firmata sit.* In tantùm quod aliqui voluerunt pro consuetudine iudicium intermedium esse de essentia, sed cōmunitèr reprobantur, vt per *Ceuall.comm. cont.com.q.357.* benè verum existimo vendicare sibi locum, si hæ decisiones sint supremorum Tribunalium, vbi plenè causæ discutiuntur, vel si per Iudicē loci prolatæ sint, audita formitèr Vniuersitate, *glos. in d.l.de quibus, verb.inueterata.*

196 Requiritur etiam vt consuetudo substineatur, quod sit rationabilis, vt in *cap. extra de consuet. & cap.1.de constit.in 6.l. quod non ratione, ff.de legib.* & arbitrio Iu-
197 dicis hæ relinquuntur, *Ceual.q.359.* aliàs si esset praua, non esset seruanda, sed extirpanda, *cap.1.de consuet.in 6. Auth.nauigia, de furt.& in Auth.de testib.§.1.* Excusat tamèn mala consuetudo, vel solitum à pæna, *Viu.dec.66.Vrsill.dec.91.* Similitèr cōsuetudo non viget, si sit contra ius diuinū, vel naturale, vt in *d.cap.fin. de consuet.*&
198 sic si sit contra illud, quod ius ciuile per pactum substineri non posse statuit; nam consuetudo inducitur ex tacito populi cōsensu, vt diximus, quem consensum dum ciues in expressè vetitis dare non possunt, consuetudo non habet vbi figat pedes, *glos.in d.l.2.C.quæ sit long.consuet. & in d.l. de quibus*, prout quando ius consuetudinē reprobat, *Alex.cons.196.lib.2.* neq; substinetur, vbi metus præsumitur, infra ex *nu. 214.* prout & quando ius vehementèr resistit actui, vt similitèr infra ex *nu.231.*& sic si tendat consuetudo in damnum Fisci, nā immemorabilis requiritur, vt in *Constitut. Quadragenalem*. Item si contra Ecclesiam magnum inferatur damnum, *Abb.in cap.1. sub num.5.de consuet.* & latiùs in *Auth.cassa, C.de sacros.Eccles.* Sunt igitur necessaria
199 ad consuetudinem probandam consensus populi cum frequentia actuum, legitima præscriptio, & consuetudinis rationabilitas, *Gayll.obseru.31.lib.2. Mascard.col. 424. Crauet.conf.96. Alex.cons.173.libr.6. Marant.cons.7.Molfes.d.cap.5. ex num.23.* si verò actus fuerint difformes, non inducunt consuetudinem, etiam per spatium centū
200 annorum, *Bart.in l.2.in princ.ff.solut.mat. Crauet.cons.96.num.5.Gars.de expens.cap.9. à num.26.* verùm si actus difformes post cōsuetudinem præscriptam fierent, consue-
201 tudo nō interrumperetur, *glo.fin.in d.l.2. C.quæ sit long.cōsuet. Tiraq.de primog.q.90.*

Dictum fuit, diuturnitatem temporis requiri: nam quoties de consuetudine fit
202 mentio, de præscripta intelligetur, *cap.Cumana de elect.glos.in cap.fin. de consuet.in 6.* non dico de consuetudine Iuris
203 dubij interpretatiua, quæ potiùs obseruantia, quam consuetudo est appellanda, & hanc præscriptionem non exigit, sed pluralitatem actuum, *l.si de interpretatione, ff.de legib.Crauet.cons.101.nu.3. Menoch. de arbitr.cas.83.nu.10. Reg.de Pont.cons.41.* & in possessorio vltimum actum circa obseruantiam sufficere probatur ex not. *tex. in l.Mela, §.sed si alimenta, ff.de alim.& cib. leg.Vinc.de Ann.alleg.131. Fab.Anna filius cons.40.*

204 Præscriptio verò non prædicto modo inducitur, sed probata possessione, vel quasi in iuribus, seu seruitutibus inducēdis, nā tunc ex vnico actu cum scientia, & aduersarij patientia, quasi possessio datur, & indè præscriptio, *Abb.in cap.fin.nu.17.de cōsuet. Affl.in §.praeterea, num.31.Tiraqu.de primog.q.38. Vrsill.decis.67. & decis.388.* Idemq; contra Vniuersitates procedit, dūmodo actus ad maioris partis ciuium notitiam deueniant; nam data patientia, vt diximus, aduersario quasi possessio quæritur, & incipit præscriptio, quæ etiam cōtra successores ciues, licèt dictæ possessionis, & præscriptionis ignaros continuatur, *Crauet.cons.15.Guid.Pap.decis.279.Vr-*
205 *sill.vbi supra*: nam prædecessores successoribus præiudicant, *Gars.de expens.cap.9. num.49.* dummodo tales actus iure suo fiāt, vti si Baro prohibeat, nè quis ad aliud molendinum, vel furnos nisi suos accedat,
206 vel nè sua victualia, nisi suis vēditis, alienentur, tunc per istos actus negatiuos, & prohibitiuos, data vasallorum patientia, possessio quæritur, secus si vasalli contradixerint, vt latè *Petr.de pot. Princ.fol.40. nu.40.* Ex eorum enim consensu post prohibitionem quasi possessio, & præscriptio incipiunt, *Franch.dec.166.nu.8. Menoch.de arbit.Iud.cas.160.*& dicam *Prag.14.nu.31.*

207 Et data quasi possessione cum temporis longitudine nō est necesse probare sic fuisse continuatum, prout in consuetudine requiritur, dummodo præscriptio non sit immemorabilis, quia ista sufficit etiam nō

pro-

probata prohibitione, vt decisum iunctis Aulis refert *Reg. Ronit. Pragm. 14. huius tit. num. 2.* si autem actus iure facultatis fiant,
208 & tūc etiā mille possessionem, vel quasi non inducerent: vnde si vasalli ad furnos, vel Baronis molendina semper accedere soluerint, si facultatis iure hoc egerint, ipsi Domino possessio, vel quasi non præstabitur, de quo latiùs infra *Prag. 14. nu. 4.* Idem procedit, si familiaritatis iure aliquid passi fuerint, vti in suis defensis venationem, vel piscationem, tunc tales permissiones possessionem, vel præscriptionē non præstabunt, *Card. cons. 38.* nisi post factam prohibitionem actus subsequerentur, vt declarāt *Rip. in cap. cum Ecclesia, de cau. poss. & propriet. Gabr. Rom. tit. de prescript. conclus. 10. Bertaz. cons. 420. & dec. 396.* & si
209 actus essent promiscui, qui iure familiaritatis, vel facultatis, ac etiam pro suo pręsumi possent, in dubio iure suo gesti non præsumuntur, *l. semper in obscuris, ff. de regul. iur.* nisi actus fortem haberent præsūptionem, vt ibi *Rip. num. 68. Ceuall. comm. opin. q. 781. in fin.* & tunc ad præscriptionis
210 probationem, possessionis initium est deducendum, atq; probandum, & allegata de præsenti possessione continuata præsumitur præscriptio, *l. Celsus, ff. de vsucapion.* & quot modis possessio in corporalibus continuata præsumatur? vide *Vasq. controuer. cap. 58. Franc. Balb. in tract. de præscript.*

Sed quęso aliquantulum hic pedes figamus, dum Prag. dicit, quod iura, quæ Barones consuetudine, vel præscriptione quæsierunt, conseruare intendit, an tempus præfixum pro consuetudine, vel præscriptionē inducenda sufficiat? Constituas primò hanc conclusionem, seruitia non
211 iure debita, sed semper pręsumi a Dominis extorta, & si spontè dentur, argum. *tex. in l. cum satis, §. caueat, C. de agric. & cens. lib. 11. in l. vnic. C. de salg. & hospit. & in l. 2. C. ne rustic. ad vll. obseq. libr. 11. Bald. in c. 1. § pactiones, de pac. const. Afflict. in Constit. Frequenter, num. 3. & 12. & in Const. Prosequentes, num. 6. Mascard. de prob. concl. 1307 Gram. vot. 12. nu. 17. & cons. 147. Iacob. de feud. tit. homag. conclus. 10. Boer. decis. 132. num. 4.* nam superioris authoritas quadam
212 animi inductione vasallos terret ad expressè non contradicendum, & proindè excusandos esse, ad *text. in l. nouissimè, vers. quid si copulus, ff. quod falso tutor.* ibi, *Metuens ne compelleretur, ac commodaueriti;* personalia enim, vel realia seruitia, & subiectiones Dominis contra ius naturale libertatis cōcessæ præsumūtur. Et pscriptio, & consuetudo licèt longè appareant, quia tamen tacita populi murmuratio possessionem, vel quasi, ac exindè præscriptionem impedit, vt singulariter *Andr. in cap. 1. quæ sint regal. in ver. extraordinaria collatio, num. 62. & in ver. plaustrum, Luc. de Pen. in l. 1. C. vt rustic. ad vll. obseq. Capyc. in inuest. vers. collectis, Fab. diff. 1. & 10. C. de seruit. Vrsil. decis. 282. Auend. de exeq. mand. cap. 4. par. 2.* Proindè dicendum est, consuetudine, aut præscriptione iure seruitutis minori tempore centum annorum
214 Barones contra vasallos tueri non posse; nam consuetudo requirit hoc tempore causam esse præscriptam, *Pet. de pot. Prin. cap. 6. num. 5.* & quoad tempus ipsa consuetudo ex ijs circumstantijs à præscriptione non differt, *Bellug. rubr. 22. §. & quia, nu. 14. Gram. cons. ciuil. 147. Menoch. cas. 83.* Istud enim tempus extorsionis, & metus præscriptionem abstergit, ac ex tanti tempo-
215 ris taciturnitate omnis debita iuris, & facti solemnitas præsumitur, hinc titulum constituit *l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqu. quotid. cap. super quibusdam, de verbor. signif. Andr. in prælud. feud. nu. 35. Gab. Rom. conclus. 1. de præscript.* Regium præsumit assensum, *Afflict. decis. 254. num. 4.* & licèt per *Constit. Quia frequenter*, vasallorum, &
216 Vniuersitatis consensus ad eos seruitijs, & oneribus obligādos non sufficit, & si solemni stipulatione illi abstringantur, nisi Regius interuenerit assensus, centenaria tamen ad præsumendum assensum sufficit, licètq; contra *Regni Const.* præscribi non
217 possit, cum in *Constit. proem.* omnes consuetudines, & præscriptiones futuræ contra eas annullentur, spatium tamen immemorabile sat est, vt per *Frece.* in his terminis *3. author. q. 28. Viu. dec. 6.* Imò in his casibus, in quibus non admittitur præscriptio neq; immemorabilis, allegando priuilegium Superioris, & illud præscriptiuè probando per tempus immemorabile sufficit ad obtinendum, *Barb. in rub. de præscript. ex num. 378.* latè *Castill. de test. cap. 3. tom. 7.* Ista enim præscriptio non est impium refugium, vt aliæ longi, vel longissimi temporis, ex quibus dixere *Vrsill. decis. 229. & Reg. de Ponte cons. 49.* nunquam in Sacro Consilio per eas vti odiosas obtineri potuisse; secus tamen in immemorabili, quæ legalis tituli vim obtinet, & verum dominium transfert, *Pinel. in auth. nisi triennale, C. de bon. matern.* & licèt *Vasq. controu. cap.* dicat, præscriptionem quatuor substineri elementis, possessione v3. traditione, bona fide, & titulo, intelligitur de alijs præscriptionibus, quàm centenaria, quæ Superioris scientiam, & bonam præsumit fidem, *Andr. in cap. 1. §. preterea, de prohib. feud. alien. per Feder.* & aduersus eam in integrum restitutio ex capite ignorantiæ,
220 vel læsionis non conceditur, *Mascard. cō. clus. 1377. Franc. Balb. de præscript. fol. 50. Tras. de Curt fol. 69. in diuers feud.* & multa alia

alia ex eâ immemorabili inducantur, quæ notat *Garf. de nobil. glos.12. ex num.54.& Castill.de tertijs,cap.22.num seq.* Verumtamen Barones minori tempore præscribere possent, si ius non resisteret: nam si secúdum, vel præter ius, quadraginta annorú spatio Barones ius acquirerent, *Franch.decis.56.& infra num.239.* & è contra vasalli aduersus Dominum spatio triginta anno-
222 rum ius quærere possunt, nempè si pro seruitijs debitis aliquid in pecunia per dictum temporis spatium soluerint; nam postmodum Baro dicta seruitia reposcere nequit, *Io.koppen.dec.9.13.*

Probatio autem huius centenariæ difficilis est, ita vt contra eam in dubio decer-
223 nendum esse dicant *Ioseph. in dec.Perus. 106.Peregr.de iure Fisci,tit.de præscrip.n.23* ideo aduertant Aduocati in articulando, & probando, vt sint concludentes probationes, cum difficilior sit quando per testes est facienda: nam testes toto suæ memoriæ tempore ita obseruatum esse, sicq.à suis maioribus se audiuisse deponere debent, saltèm duos nominando, a quibus audierunt, necnon dictos maiores ita etiam dixisse, & à suis prædecessoribus audiuisse, & tales esse communem famam, & opinionem, & nunquam contrarium auditum fuisse; quæ fama publica in specie est probanda, non autèm incidentèr, vt solet fieri, quod de prædictis est fama publica, & testes ætatis quinquagesimum annum superesse debent, ita vt de uisu per quadraginta annos deponere possint, cum alijs notatis per *glos. in cap.1. vers.memoria,de præscript.in 6. Auend.de exequ.mand.cap.6. num.6.* latè *Garf.de expens.cap.9. ex nu.16. Castill.dec.13.Franch.dec.56.ex nu.22.Viu. decis.77.de Curt. in suo diuers feud. fol.78.*
224 *Reg.Mar.disp.24.* Et quomodo testes de fama cum illis de auditu, & visu coniungantur, vltra citatos vide *Crauet.de antiq. temp.cap.4.par.vlt.art. Balb. de præscript. fol.50.Capyc.dec.193. Ann.in Constit.Diuæ memoriæ,num.189.& singul.516.* & an litis pendentiæ tempus a centenaria sit deducendum? *Sese decis.394.num seq.* Notes tamen licèt tot, & tanta hæc immemorabilis præscriptio operetur, vt induimus, Actorem tamen per scripturas titulum suæ possessionis per centenarium probare
225 volentem, ipsius priuilegium præsentádo non cautè agere, si titulus ex aliquo solemnitatis, vel nullitatis defectu oppugnari possit; nam data tituli nullitate nulla poterit sequi legitima præscriptio, *Piuell.in d.Auth.nisi,C.de bon.matern.Tiraqu. de retract. convent. §.1 glos.2.& de Curt.de feud.fol.78.ex num.10. Frer.de subfeud.author.8.Duen.regul.255.Vrsill.dec.374. Cra-*
226 *vet.de antiq. temp.4.par.num.6. Peregr.de iure Fisci,tit.de præscript.num.25.* Verùm si post titulum nullum fuerit elapsum tempus immemorabile, illud iuuat ad obtinédum, dum omnia deindè legitimè acta præsumat, *Vasq.controu.cap.81. à num.11.*
227 *de Curt.de feud. fol.13.num.42.* assensus enim potest præcedere, & subsequi, *Camer. in cap.Imperialem, fol.27.lit.N.* & intra dictum tempus postea decursum præsumitur assensum validum expeditum, *Reg.Rou. de priuil.Vniuers.Prag.1.num.20.* Item nota immemorabilem titulum inducere, quando ex cursu temporis titulus legitimè obtentus præsumi possit, secus si per rerum
228 naturam, & rei veritatem ille titulus cótigi non valuit, vti si rem uetitam à testatore alienari quis præscripsisse præsumat: nam immemorabilis non releuat, cum dispositio testatoris per Principem, vel quélibet aliú mutari, infringi, vel alterari nó possit, *Garf.de nobil.glos.12.num.80. Gabr. Rom.de præscript. conclus.1.ex nu.5.* In possessorio autem ius etiam Baronibus resistit.

229 Et proindè in summarijssimo possessorio, ac seruitijs prætensis contra vasallos Barones non esse manutenendos in Sacro Consilio decerni solet. Et pro intelligentia præmitto, dupliciter ius resistere, vehementèr v3.& leuitèr: vehementèr quando ius expressè vni resistit, & alteri assi-
230 stit, nempè in feudis, & regalibus, quæ adeò Regis præsumuntur, quod absq. illius expressa concessione detineri nó possunt, *cap.1.de regal.* tunc cum ius Regi assistat, ad ipsum directè spectare, & possessori resistit, vt sine concessione habere nó valeat, omnis possessio in contrarium in-
231 iusta, & vitiosa reputatur, & potius dicitur occupatio, & proindè non est quis in possessorio, etiam summario manutenendus, etsi in promptu possessionem pacificam deducat, nisi titulum validum exhibeat, vel donec immemorabilem probet, quæ vim tituli, & priuilegij habeat, vt superius diximus, sic in *vulg.cap.cum persone, de priuileg. & in cap.1. de præscript. in 6. Couar.pract.qq. cap.17. Gram.cons.147.& vot.12.Reg.de Pont.dec.40.num.3. Reg.Rouit.in Prag.1.ex num. 31. de iurisd.inut.non turban. Consil.Staib.resol.18. Mont.de regal. §.flumina,à num.9. Sese de inhib.cap.5.§.10. Marescot.var.resol.cap.11.lib.1.* vel saltim cum possessione titulum coloratum ostē-
232 dat, veluti si priuilegium exhibitum nó sit ad plenum per se sufficiens ad obtinendam, sat est tunc in summario possessorio titulus in sui figura extrinseca validus, licèt excipiatur de defectibus intrinsecis, vt in *d.cap.cum persone, vers.& si priuilegium,* vel si deducatur ex confessione partis aduersæ, licèt cum aliqua hæsitatione, ut in

cap.

cap.eum venisset, de instit.& ibi glos. Et sic si
233 Dominus illam possessionem per actum positiuum habendo pro tali approbasset, aut adesset sententia, vel si priuilegium antiquum deperditum probetur, aut simile, quod possessionem iustificaret, tunc illa præsumptio iuris actui resistens ex his purgaretur, dum vna præsumptio aliam consimilem tollit, & qui reperitur in possessione non violenta, vel clandestina esset interim manutenẽdus, licèt ius resisteret, donec probetur legitima præscriptio, vt in *d.§.& si priuilegium, Couar. vbi supra, in fin. vers. secundò, Menoch. de retin. possess. remed.3. ex nu.593. Peregr. de fideicom. art.52. num.143. Sese in d. cap.5. num.48.* vel alia scriptura antiqua hæc denuncians adducatur, *Marc. de Maur. allegat.52.* uel confirmatio in forma communi, *Castill. de tertijs, cap.34. num.8.* qui limitat quando lex, vel statutum præcisè requirat titulum ualidum, vel immemorabilem præscriptionẽ, quod tunc non sufficiunt titulus coloratus, & præscriptio quadraginta annorum. Non autem exhibito titulo, sola possessio
234 longissima non iuuat, sed requiritur immemorabilis, vt in *cap.1. de præscript. in 6.* eò maximè contra Fiscum, aduersus quem non opitulatur alia præscriptio, quàm cẽtenaria, ut in *Const. Quadragennalem;* interdictum enim, uti possidetis, cui ius resistit,
235 non datur, imò de facto detemptor turbari, & expelli de possessione potest, & spolij exceptio non militabit, *Capye. decis. 77. Maur. alleg.99. in fin. Vasq. controu.86.* & infra *Pragm.11. ex num.43.* Baronibus ius resistere diximus, quia per *Pragm.10.* hoc titulo in anno 1536. eis vetitum est, nè nouas exactiones, gabellas, seruitia, anga-
236 rias, & onera vasallis inducant, nec induci faciant directè, vel indirectè sine expresso assensu Principis, si casus occurrerit, quod fieri debeat. Et sic quando de his vasalli se grauant, dum vehementèr ius resistit, Barones in possessorio manutendi non sunt, si titulum, seu assensum non exhibeant, & de possessione etiam longa non habeatur ratio; quia per vim extorta præsumitur, ut diximus supra ex *n.214.*

Nec uim faciunt adducta per *Ann. alleg.84.& sing.556.* vbi quod in summario possessorio sit manutenendus Baro: nam sustineri possent in casibus, vbi ius leuitèr resisteret, ut inferius dicam, non ubi uehementèr, quod lex prohibeat, & concessionem Principis requirat; nam esset contra uerba expressa *d. cap. cum personæ.* & similitèr non refragatur *dec. Capye.189.*
237 ubi non exhibito titulo, per Sacrum Consilium decisum fertur, eiues Terræ Titi fuisse manutentos in quasi possessione iuris pascendi in demanialibus Terrarum Comitis Policastri, id uigore communitatis supponendo; nam ea decisio nõ iustificatur ex eo, quia leuis erat iuris resistentia, ut aiunt *Sese d.§.10. nu.24.& 31. & Couar. pract. qq. cap.17. num.6.* nam erat vehemens, dum communio inter Vniuersitates absq. iuris solemnitatibus, ac assensu Principis fieri non possit, cum species sit alienationis, quæ expresè prohibita est, ut in *cap. Regn. Pondus, & æquum,* & infra *Prag.11. à num.119.* Sed potissima causa forsan esse potuit, quia immemorabilẽ allegauerunt, & ad colorandum eum titulum communionis in promptu fuit deductum, & probatum illos stetisse in satis antiquissima quasi possessione iuris pascẽdi pacificè absq. hæsitatione, quod cursus
238 tanti temporis vehementem immemorabilis præsumptionem arguit, & sic aliã in contrarium elidit, maximè quando lex præcisè contrarium non mandat, ut idem *Sese* impugnando dicta per *Capye.* hoc non negat *num.46.* longissimam possessionem iuuare absq. exhibitione tituli, ex *Innoc. in cap.2. de integr. restit. Abb. in cap.1. num.8. in addit. vers. solius, vt lit. pend.* uitium enim occupationis spatio triginta annorum purgatur, ut in *l. fin. C. vnde vi,* & facit *dec. Franch.56.* adducta supra *n.113.*
239 Ius autem leuitèr resistere dicitur, quando lex in dubio ius alteri non competere præsumit eo non deducto, & probato, nempè rem esse allodialem, uel liberam à seruitute, & similibus, quæ præscriptione ordinaria acquiri possunt, tunc cum lex ulterius non transeat, aliud ad illius exclusionem requirendo, v3. titulum, & assensum, & simile, ut per *Sese loco cit. nu.2.* & sic cum sine titulo illa acquiri possint, manutenendus est in summario possessorio ille, qui in possessione reperitur, ut latè per *Couar. in d. cap.17. Reg. Marcian. discept.65.* & sic Barones in nõ expsis eis, absq. titulo, seu assensu uetitis nõ sũt à possessione reijciendi, sed in ea manutenendi, *Frec. auth.17. Dom. Consil. Staib. resol.17.* & maximè concurrente possessione longa, quæ ad arbitrium Iudicis secundum subiectam materiam remittitur, *Capye. dec.6 num.10.* & eò magis in leuibus, & rebus modici præiudicij, *Iacob. Ant. de Maur. alleg.14. n.2.*
240 In plenario uerò possessorio manutenendus est, qui in antiquiori possesione reperitur, maximè annorum decem, cum ea aliam de præterito præsumat, ex *l. eum de in rem verso, ff. de vsur. Andr. in cap.1. num.3. de controu. inter masc. & fœm. Balb. de præscript.2. par.3. par. q.10. de Pont. cons.97 num.19. Petr. de pot. Princ. cap.7. à num.16.* & ibi etiam quid in seruitutibus, & seruitijs discontinuis, in quibus longissima pos-

ses-

sessio,& plures actus requiruntur,ut diximus supra ex *num.* 197. Et hanc conclusionem similitèr intellige, quando ius vehementèr non resistit absq. exhibitione tituli saltim colorati; nam tunc longa possessio non opitulatur, vt superius, et ex *n.* 214 diximus; & proindè quando ius vehementèr resistit,& nō exhibetur titulus validus, vel saltim coloratus, ita vt manutensio operari possit, sed recurritur ad allegandā possessionem immemorabilem, non datur neq. hoc remedium plenarij possessorij, quia esset frustratorium, dum neq. probādo longam possessionem manutensio ex dictis supra daretur, sed terminus ordinarius in causa impartiri debet; prout per Sacrum Consilium seruatum fuit in causa Illust. Ducis Balneariæ vtilis Domini terræ Mottæ S. Ioannis, contra Ciuitatem Rigij, quæ dum prætenderet habere ius pascendi in demanialibus dictæ Mottæ, absq. exhibitione tituli, sed tantùm immemorabilem allegando, non fuerunt dicta possessoria adhibita, sed datus terminus in causa, & interim vt dictus Dux in possessione iuris fidæ manuteneretur, referente hoc anno 1662. Cōsiliario D. Ioanne Vargas meo Collega. Act. . . . . Illi enim Duci ius assistebat, vt infra *Pragm.* 11. *nu.* 23. & dictę Ciuitati resistit habere ius in alieno feudo, & communitatem in demanialibus aliarum Vniuersitatum, cum absq. Regio assensu eam inire non permittatur, vt infra in eadem *Pragm.* 11. *num.* 119. Idemq. ius esset seruandum, si Vniuersitas, vel vasalli possessionis conseruatorium feudalium Baronum prætenderent: nam quia ea sine assensu,& Baronis beneplaci-
241 to alienari posse ius resistit, ea distinctio circa possessorium contra vasallos est facienda, prout dictum fuit supra aduersus Barones, *Luc. de Pen. in l. quicunq. C. de omni agro desert. lib.* 12.

242 Limitatur adhuc principalis conclusio, Barones ad sibi vendendum venalia habentes cogere posse; nam si priuatis permittatur ita vt alias iniuriarum actione agere valerent, fortiùs hoc Baronibus competit, vltra *text. in Prag.* 15. *in fin. hoc tit. Andr. in cap.* 1. *num.* 18. *de pac. iur. firm.* Sicq. Caupones, Stabularij, Macellatores, Nuntij,& Notarij, qui publicum exercē-
243 tes officium requisiti denegare non debent, *l.* 2. *ff. rem publ. sal. fort. Afflict. in* Cōst. *Omnes nostri, Cappell. Tholos. q.* 446. *Couar. var. resol. cap.* 14. *lib.* 3. alias similitèr actione iniuriarum tenerētur, vt latè per *And. loco cit.* Quæ omnia procēdunt, si pręcium ab alio oblatum soluatur: nam Baro vasalli conditionem deteriorem facere ne-
244 quit, ita vt si vasallus ab alio maius pręcium inueniat, minori pręcio Baroni vendere non tenebitur, *l.* 1. *C. de com. ser. vbi glos. notab.* & colligitur ex *d. Pragm.* 15. ibi, *Dummodo soluant pręcium, quod ab alijs etiā exteris reperiatur*, & licèt *Tiraq. de retract. §.* 1. *glos.* 18. iusti pretij oblationem sufficere teneat, alio excessiuum ex sua affectione offerente; eius tamen,& sequentium opinio procedit quando quis ex lege, & pacto vendere tenetur, *Franch. decis.* 390. *Rouit. dec.* 24. *Couar. var. resol. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 6. secus si post factam venditionem sibi prælatio competat; tunc enim non commune, sed maius oblatum soluere debet, vt distinguit *Rip. in rubr. ff. de priu. cred.* & alijs comprobat *Gratian. discept. c.* 149. *ex num.* 27. dummodo oblatio non sit animosa, & fraudulenta extrinsecè offerendo excessiuum pretium ad finem excludendi prælationem: nam eo casu pręcium à Iudice esset declarādum, *Reg. Sanfel. dec.* 102. *&* 268. *Reg. Marcian. disp.* 38. & nouissimè *Dom. Reg. Marin. in obsert. ad dec. Reuer.* 436. Vndè vt teneantur vasalli potius Baroni, quàm alteri vendere concordes esse de pręcio debent; & iustum pręcium Baro offe-
245 rat, *Frec. auth.* 38. *num.* 3. In venalibus autem si fuisset assisa publica, & certa imposita, tunc licèt maius pręcium inueniatur, non erit alteranda, *DD. in l.* 1. *C. de Epis. aud.* Iustum autèm pręcium quando non est determinatum, extimatio non erit vni-
246 formis, cum pręcium in puncto indiuisibili non consistat; triplex enim est, supremum, medium, & infimum; vna enim res supremo pręcio, decem valere potest, infimo octo, medio verò nouem, *Ant. de Burg. in cap. cum causam, de empt. & vendit. Va-*
247 *lasc. consult.* 44. & sic est remittendum Iudicis arbitrio, qui circumstantias æquipendeat.

248 Vltimò limitatur conclusio posita, liberam esse vendendi, & extrahendi facultatem,& a Barone coarctari non posse, si pro Vniuersitatis necessitate de victualibus prouidendum videatur; tunc particulares ciues ad vendendum, quod eis superest cogi poterunt, *Pragm.* 15. *hoc tit.* & diximus supra *num.* 172. nam necessitas,& publica vtilitas leges alterant, *DD. in l. fideiussor, §. necessario, ff. qui satisd. cog.* licèt
249 enim contractus sint liberi, ex causa tamèn restringi possunt, & publicæ vtilitatis casus refert *Petr. fol.* 195 *de pot. Princ.* Exemplaq. necessitatis similitèr quomodo regulas limitant, latè prosequitur *Tiraq. de retract. consangu. §.* 16. *glos.* 1. hinc *Conn verb. filius*, notat, Papam necessitatis causa dispensare posse vt Regis filius licèt in Monasterio professus vxorem ducat, aim notat *Marsil. §. egredior, à nu.* 61. *vsq. ad* 74. Et Vniuersitas, seu Baro pro publica vtilitate victualium extractionis prohi-

tionem facere potest, *Marc. Ant. Surg. de Neap. illust. cap. 4. num. 22. Petr. de pot. Prin. fol. 192. & 21. Cancer. à me relat. par. 3. var. resol. c. 13. à n. 260.*

250 Sed dubium ad prædicta remanet, an ex publicæ vtilitatis, vel necessitatis causa per inferiores Iudices hæc fieri permittatur, an verò sit adeundus Princeps? & videtur sine illius licentia prædicta exequi non posse, cum solius Principis sit vltra iuris regulas dispensare, vt diximus supra *num. 122.* Distingue, aut ex publica necessitate mandatur, nempè victualia vendi, & similia, & Iudices inferiores hoc facere possunt, *DD. in l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. Præfect.* aut pro publica vtilitate, & tunc Princeps adeundus esse videtur, nam necessitas, & vtilitas publica licet quoad quid æquiparentur, tamen in multis differunt; semper enim quod tractatur de alterando iuris regulas in casibus à iure non dispositis, vel soli Principi reseruatis, veluti vt suburbia, vel alicuius domus pro publica vtilitate demoliantur, tunc ad Principem est recurrendum, *Franc. Marc. decis. 236. & dec. 521. par. 2. Gaill. obser. 56. lib. 2.* aut tractatur de casibus in limitationibus à iure particulariter signatis, & tunc siuè causa sit necessaria, siuè publica, Barones, seu eorum Iudices id mandare poterunt, *Petr. de pot. Prin. num. 11. cap. 15. Io. koppen. dec. 59.* prout in amplianda Ecclesia, & pro faciendo atrio, *Franch. dec. 223. Tap. super Constit. fol. 51. & in Pragm. 3. tit. de Monial.* In casi-

251 bus enim à iure non vetitis Officiales in terris Principes dicuntur, & in terminis *Petr. de pot. Princ. c. 6. n. 74.*

Ex hac quarta, & vltima nostræ Pragm. parte, quam aggredimur, hæsitatio oritur ex illis verbis, *Quod si prouidendum erit de victualibus pro necessitate Ciuitatis, & proindè pecunia sit capienda, quod S. Maiestati nuncietur, ne hoc prætextu in fraudem quidquam excogitari contingat*, an sine Regio

252 assensu supradictæ prohibitiones fieri possint? Dic Pragm. nostram dictare; si pro Ciuitatis necessitate prouidendum erit de pecunia pro victualibus emendis, Suę Maiestati nunciandum esse, & sic pro capienda pecunia necessarius videtur assensus, non autem vt ciues stante necessitate ad vendendum absq. dicto assensu cogi non possint, & declaratur in *Pragm. 15. infra*;

253 vbi simplicitèr habetur, ciues ad vendendum iusto pretio, vel ad victualia non extrahenda cogi posse, concurrente vrgente ciuium necessitate; & addendo aliam qualitatem, v3. & Vniuersitatum instantia ad euadendas per dictam instantiam fraudes, quæ alias a Baronibus ex hoc excogitari potuissent.

Sed quæstionem, quæ anno præcedenti in huius partis Prag. terminis accidit, non prætermittam. Si Ciuitas mutuo, vel ad annuum censum pro euidenti necessitate, ac ciuium vtilitate, pro v3. emendis penuriæ tempore victualibus sine Regio assensu pecuniam ceperit, an venditores nullitèr contraxerint? Secundò, an data nullitate Ciuitas ad recepti pretij restitutionem, ac vsurarum solutionem teneatur, vel venditores pretium, ac vsuras amiserint?

Et ad primum, contractus an sint ipso iure nulli non seruata huius Regiæ Sanctionis forma in procurando Regium assensum? Videtur; quod sic; nam hæc Prag. formam inducit, qualitatem assensus addendo, & forma dat esse rei, *l. forma certa, C. de iure Fisci, lib. 10. cap. fine exceptione 14.*

154 *q. 2.* ita ut legis forma plusquam ratio attendatur, *Bart. in l. 2. §. prius, ff. de vulg. & pupill. instit. Gram. decis. 79. nu. 14. Vala. c. consult. 52. à num. 27.* & sic specificè est seruanda, alias actus corruit, nec per æquipollentia adimpleri sufficit, *Felin. in cap. cum dilecta, verb. gesta cum forma de rescrip.* nec rusticos, aliosuè ignorantes excusat, vt abundè *Tiraq. de retract. §. 4. glos. 3. n. 15. & §. 36. glos. 2. & Viu.* alia corollaria notat *dec. 334. cum seq.* Ex aduerso asserebatur, contractum duplici ratione nullum dici non posse; nam forma alia essentialis, alia verò accidentalis est. Essentialis actum ipso iure nullum reddit, nisi obseruetur; accidentalis verò nouitèr posita à statuto

155 actum ipso iure nullum non reddit, *glos.* est insignis in *l. vniuersa, C. de precib. Imper. offer.* quam extollit *Reg. de Pont. cons. 5. nu. 50. & cons. 81. & de regal. impos. §. 7.* & est notabilis differentia, quæ ad multa conducit. Hic forma fuit posita ex causa accidentali, nè aliquam fraudem excogitari contingat, vt dicunt verba Pragm. vndè istius formæ prætermissio actum ipso iure nullum non reddit. Secunda ratione etiam videtur contractum substineri; nam ista solemnitas in Vniuersitatum beneficium

156 ad fraudes, & læsiones euitandas fuit inducta; vndè si actus in vtilitatem, ac euidentem necessitatem fiat, erit validus, licèt solemnitas desit. Scimus enim Vniuersitates pupillis comparari, *l. Respublica, C. ex quib. cau. maior.* & pro firmo haberi minoris contractum sibi vtilem substineri, licèt ille sine tutoris authoritate contraheret, vel prædium sine iuris solemnitatibus alienaret, sicquè si sine solemnibus quis uti tutor compareat, si acta pupillo vtilia fuerint, ualent ex *text. in l. non eo minus, C. de procur.* quem ad omnia prædicta exornat *Pinell. de bon. matern. l. 1. p. 2. num. 51. glos. in l. cum hi, §. transactionem, ff. de transact. in l. 2. ff. de acceptil. Surd. dec. 194*

Bor-

Borgn.de tut.num.25.Vrsill.dec.262.de Ponte conf.1.num.84. Idem in bonis Ecclesiasticis,*Capyc.de probib.alien.feud.per Feder. col.145. & Afflict.in Const.*Dinæ Memoriæ, *3.col.*contractum fubftineri firmat, licèt affenfus fit de forma alienationis feudi, alias contractus nullus; fi tamèn directus Dominus fibi expediens ducat,prout quādo conditio Domini fit melior, iuxta adducta per *Andr. in l. Imperialem, num.13. verf.item fecus*, vel fi in feudi augmentum alienatio fieret,*Andr.in cap.1.num.6. An ille,qui interf.fratr.domi*; de quo latiùs infra *Prag.1 t.num.* . . Et confequutiuè videtur afferendum in cafu noftro contrahentes cum Vniuerfitate pecuniam in tam præcifa neceffitate mutuantes, rectè contrahere pro emendis victualibus,vel fimilibus licèt Regius affenfus deerat. Prima tamèn opinio verior eft, licèt enim accidentalis forma ipfo iure actum non red-
257 dat nullum prout effentialis, tamèn per viam oppofitionis partis actum annullari permittitur,*glof. in d.l.vniuerfa, Felin.in cap.quoniam vt lit. non conteft.* Cpual.comm. opin.675.

Nec vim facit cafui noftro *text.in d.l. non eo minus*: nam etfi verum fit,quod donec Vniuerfitas, minor, & Ecclefia non conquerantur,& de actus nullitate non opponant,cōtractus fubfiftat, nam tertius de nullitate dicere non poterit, *Afflict.de-*
258 *cif.366.nu.6. Surd.dec.*180. tamèn fi creditor ad prętiū, vel ufuras ageret, & Vniuerfitas fuper contractus nullitate fe opponeret, tunc dubitari non poteft, quin per oppofitionem contractus fit declarandus nullus, *Borgn.de tutor.num.179.Pinell. loco pracit.*Imò etiam de iure communi,ut
259 Vniuerfitas fua vendēdo, vel cenfus fubmictendo obligetur affenfus Principis requiritur, iuxta *text. in l.fin.C. de vend.rer. ciuit.& l.1.& feq.C.de pręd.lib.10. Reg.de Ponte de pot.Proreg.tit. de alien fier.fol.bon. vniuer.Capyc.dec.93.*

Aduerte tamèn Syndicum, & Electos contrahentes, ut pro onerofo contractu Vniuerfitas obligetur, fpeciale mandatum publici confilij habere requiritur, aliàs ea
260 non obligatur, & contrahentes pecuniā tunc recuperare poffent,fi eam in Vniuerfitatis utilitatem,& non aliàs uerfam fuiffe probarent,*l.Ciuitas,ff.fi cert.pet.*quæ lex non folùm ad mutuum, uerùm etiam ad omnes contractus extēditur *glof.in l.1.C.de vend.reb.ciuit.lib.10. Pinel.de refcind.vend. lib.1.par.3.cap.1.in fin.*& præcipuè ad cōtractum mutui, depofiti, & uenditionis, *Grattan.cap.196.nu.8.* Si uerò Ciuitas more folito congregata pecuniam capiendi, & Vniuerfitatem obligandi poteftatem Sindico,& Electis, uel alijs ciuibus daret, tunc Vniuerfitas obnoxia remanet, nec
261 requiritur creditorem probare pecuniā in illius utilitatē uerfam, cū id pſumatur, dum non ,ratiores populi ciues ita cēfuerūt,arg.*cap.pen.de fideiuf.Bart.in d.l.ciuitas à num.6.ex l.1.§.non autem,verf.fed & fi,ff. de exercit.act.& ex l.habebat, ff. de inft.act. Mafcard.concluf.*582. *& concl.1167.nu.*18. *Mont.Prag.2.de admin. Vniuerf.ex nu.*100. *Gratian.loco cit.in princ.*& abundè *Artham. Piftor.lib.1.q.37.& Add.ad Capyc.Latr.decif.126.num.* 19. pondera tamèn adducta infra *num.*299.ubi etiam *num.*296. quid fi deficiat affenfus, uel claufula adfit in affenfu,*vt pecunia in caufam expofitam conuertatur.*Quomodo uerò ex præfumptionibus probetur pecuniam in utilitatem effe cō-
262 uerfam,& maximè in antiquis,uide *glo. in Auth.hoc ius porrectum,C.de facrof.Eccl. Mafcard.concluf.1165.cum fequ.Mantic.de tacit.& ambig.conu.lib.4.tit.*14.*Crauet de antiq.temp fol.mihi* 123.*n.*20.

Ad fecundum dubium, an creditores fic nullitèr contrahentes prętium, & ufuras, feu tertias amittant,perceptafq.reftituere teneantur? creditores prętium amittere
263 uidetur, & fructus perceptos reftituere: nam creditor contrahendo legum, uel ftatuti folemnitates non feruans, contra edicta mercari, & in mala fide effe dicitur, *glof.in l.verbo mala fide, C. de fid.inftrum.&*
264 *iur.haft.fifcal.lib.10.cap.qui contra, de regul.iur.in 6.*& contra legem contrahentem prętium amittere dicit *text. in l. quemadmodum,C.de facrof.Ecclef.* ubi fi quis fine folemnitatibus rem Ecclefiafticam emerit,prętium amittit, & rem cum fructibus perceptis reftituere tenetur, & fic *glof.in cap.Imperialem,de probib. feud.alien. verf. bona fides,Mafcard.de prob.concluf.*1003. &
265 non folùm fructus reftituuntur quando titulus ad non titulum reducitur, *Affl.decif.*278. *Surd. dec.*171. fed etiam tenentur ad extimationē quanti plurimi intra triennium illi ualuerint, *Surd.decif.179.&* 81. Verùm hæc habere locum poffent, quando euidentèr conftaret, contrahentem
266 fuiffe in mala fide, ut per *Vafq. contron. cap.38.Plot.in lit.iur.§.bene, num.*7. nam alias titulus nullus ratione iuris, uel facti etiam iniufti malam fidem non producit, imò ad præfcribendum eft fufficiens, *Caftil.in l.1.de vfucap. Felin.in cap. de quarta, num.34.de prefcript. Couar. regul.poffeffor, §.7.2.par.relect.* & bona fides etiam ex in-
267 iuftis, & temerarijs caufis præfumitur, *glof.in l.1. C. vbi eanf. ftat. Alciat. de prafumpt.31.regul.* Error enim iuris,uel facti contractus nullitatem non excludunt, fed non per hoc malam fidē inducunt, *Gram. dec.77.Garf. de expen.cap.23.*& fic ut diximus, præcedens opinio militare poffet,

 data

data creditoris calliditate, uel expressa scientia in emente rem minoris, Ecclesiæ, vel Reipublicæ, ac in persona literarum non ignara, *Gram. decis. 79. glos. Parisiens.*
268 *§. 22. num. 52.* nam personarum qualitates leges pensitare faciunt, *l. 1. C. si quis Imper. sic Afflict. dec. 13. Vasq. controu. cap. 81.* & idem quando tractatur de contractu vbi ius resistit: nam tunc mala fides semper præsumitur, *l. sed si lege, §. scire, ff. de pet. hered. & in l. si contra, C. si quis ign. rem. min. Valasc. consult 83.* quidquid alij afferat, data nullitate contractus, pretium amitti, & fructus restitui, siuè titulus sit nullus ex errore, vel quod ius resistat, vel non assistat, *Felin. in cap. in causa, de re iudic. Pinell. cap. 4. lib. 2. C. de rescin. vend.* qui alios cumulat. Hæc de iuris rigore, de æquitate
269 tamèn semper a Tribunalibus receptum fuit pretium non amitti, quam æquitatem scriptam rigori præferre debemus, *l. adhuc 30. cum glos. ver. humanior, ff. de vsufruc. DD. in l. placuit, C. de iud. Card. in clem. 1. q. 25 de reb. Eccles. Imol. in l. cum iur. ff. solut. matr. Odofred. cons. 41 lib. 1.* natura enim comparatum est, neminem locupletari cum aliena iactura, *l. si me, & Titium, ff. si cert. pet. & in l. itaq. §. 1 ff. de dol. mal.* prout in rei feudalis emptore absq. assensu, & si de iure feudorum pretium amittatur, *cap. 1. de prohib. feud. alien. per Loth.* nulla tamèn habita distinctione bonæ, vel malę fidei, iuxtà *l. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Feder.* emptor pretium recuperat, *Andr. in d. cap. 1 num. 10. Ann. in repet. Constit. Diuæ Memoriæ, num. 191* nulla maior reuocatio, quam per restitutionem in integrum, &
270 tunc etiam maior ad pristinum reponitur, *l. quod si minor, §. restitutio, ff. de minor.* quæ omnia procedunt, dum cum maioribus tractatur, cum Ecclesijs verò minoribus, vel Vniuersitatibus, vt in puncto nostro attendendaest dispositio *l. ciuitas, ff. si cert. pet. & Auth. hoc ius porrectum, C. de sacros. Eccles.* ita demum pretium restitui, si in ipsorum vtilitatem versum probetur, alias perderetur, vt latè per *Pincll. in l. 2. par. 3 num. 24. C. de rescind. vendit.* & optimus est *text. in l. 1. C. de reput.* disponens minorem se restitui petentem, pretium soluere debere, si de eo locupletior factus esset, *l. pen. §. 1 ff. de reb. cor. Surd. dec. 45.* Sed an creditor, vel debitor pecuniam non esse versam in vtilitatem probare debeat? vide *glos. notab. in l. prædiorum, C. de pi ad. minor.* & dicam infra *num. 299.*

271 Fructus verò in omnem casum erunt restituēdi, verū pretij, & interesse ex benigna, & æqua *l. curabit, C. de act. empt.* liquidatio fit, & proportionabiliter taxantur, *Couar. cap. 4. lib. 3. var. resol. Ofasch. loc. cit. in fin. Sfort. Od. q. 47 act. 8. & q. 45. ar. 1. Gram. decis. 311. Thes. decis. 29.* & pluriès fuit decisum in Sacro Consilio annullato contractu fructus restitui, & interesse pretij
272 ad septem pro centenario, plus, vel minus Iudicis arbitrio, & pro concurrenti quantitate compensationem fieri, *Cauall. com. opin. q. 762 num. 47. Sfort. de restit. in integr. q. 45 art. 2. num. 24.* & hoc possiden-
273 te contrahente, sed si ille alienasset, tunc tertius cū titulo, & bona fide, non ipse, sed author tenebitur, *Thes. decis. 29.* & sic decisum in Sacro Consilio inter Iosephum Mellutium, & Iulium Cæsarem Rossillum in causa reuocationis alienationis feudi. Act. Longo. At in contractibus a iure re-
274 probatis fructus percepti sortem extenuant, *l. 1. cum seq. C. de pign. act. l. 1. C. de pact. pign.* Aduerte etiam in his contractibus a lege reprobatis, vti pignoratitijs, vsurarijs, cæterisq. similibus pro rata pretij soluti habendam esse rationem, vt cum fructibus compensatio fiat, *Thes. dec. 78.*

Verùm antequam ad aliud digrediamur, est adnotandum circa fructus an contractus sit ipso iure nullus a principio, vel per oppositionem, & hoc scire cōuenit ad supradictam distinctionem de forma essentiali, quæ ipso iure nullum reddit actum, & de accidentali per oppositionem; nam
275 primo casu fructus sunt restituendi ex tunc, secūdo casu data oppositione ex nūc, Sicquè in redhibitoria, vel reuocatoria contractum ex primæua causa annullante; nam reducitur titulus ad non titulum, secus ex accidentali orta post contractum legitimè factum: resoluendum ex nunc, vti si petatur rescindi contractum ex læsione,
276 vel donatione ob superuenientiam filiorum, nam fructus tunc debentur ex nūc, *glos. Paris. tit. 1. §. 22. Couar. var. resol. libr. 2. cap. 3. Pinell. de rescin. vend. cap. 3. Tiraq. de reuoc. donat. vers. reuertuntur, num. 286. Prēs. de Franch. dec. 46. num. 8. & dec. 119. n. 191. Boer. decis. 48. Reg. de Ponte cons. 28. num. 5.*
277 Idem in conditione, quæ nihil ponit in esse, tunc fructus a principio debentur. & quid in pactis resolutiuis? *Vasq. controu. d. cap. 38.* & an sint non solum restituendi fructus, verùm etiam creditor ad gabellarum, & expensarum solutionem teneatur pro proxenetis Notarijs assensu, & simili-
278 bus, vide *text. notab. in l. debet, ff. de ędilit. edict.* quem exornant *Tiraq. de retract. consangu. §. 27. glos. 4. de retract. conuent. §. 6. glos. 2. Pinell. de rescind. vendit. d. l. 2. cap. 3. num. 25.*

Alias quæstiones super hac materia non omittam, tanquam in facto occurrentes, nempè si creditor sine assensu contraxerit, sed sibi pro censu alios particulares ciues æquè principalitèr obligandos curauit, an stante eâ nullitate contractus cum Vniuer-

279 uersitate cines obligati remaneat,& cōtra eos exequi,& instrumenta liqdari possint. Dic in Regno p Prag.11.de adm.Vniu.
280 obligari Vniuersitates non posse, nec etiam ciues talibus contractibus adiectos teneri, sed de iure communi, & pro celebratis antea dubitari contingit. Et videtur dicendum,dum deficit assensus, qui de iure requiritur in omni alienatione bonorum Vniuersitatis,vt diximus supra n.258 prout est in obligatione annui census, ex l.fin.C.de reb.al.non alien. cap.nulli, de reb. Eccles.alien.ciues obligatos non esse obnoxios, & Vniuersitatem causam in se assu-
281 mendo, & pro illis comparendo, eius principaliū iudicium in se suscipere, & ex sua persona exceptiones opponere,& priuilegia allegare posse, l.idemq. §.generaliter,ff.mandat. & quando principalis exceptio releuat, est admittenda, & contra fideiussores supersedendum; nam cum contractus ex iuris communis dispositione rescinditur, fideiussores non tenentur, l.2. C.de fideiuss.min.Franch.dec.247. num.2.& latè per Marsil.de fideiuss.ex num.267. Nec videtur negotium facere ciues vti principales esse insolidum obligatos; cum etenim rè vera contractus cum Vniuersitate sit gestus, attenditur quod principalitèr fit,l.si quis nec causam, ff.si cert.pet.Tiraqu.
283 de retract.§.30.num.4. vndè licèt medijs renunciationibus principalitèr sint obligati, tamèn cum nihil ad eos peruenisse constet, prius est videndum num pecunia
284 sit versa in vtilitatem Vniuersitatis, & excutiendus principalis, gloss.in l.sed si Iulianum,ver.item ff.ad Senatusc.Maced.& indè quando instrumentum contra ciues li-
285 quidatur, in praxi videmus decerni, vt prius contra Vniuersitatem exequatur.Eò magis quia dum censualis contractus fit cū Vniuersitate,eius bona, non aūt ciuiū
286 annuo oñui submittuntur,& eo tūc contractum censualem cum particularibus nō subsistere,defendit Surd.cons.318. solemnitas enim essentialis est, vt super bonis cuiuslibet debitoris subiugatio fiat, vt ex Constitutionibus omnibus Sixti,Nicolai,Martini,& Callisti patet, ideò istos nō vt principales subiugantes, sed in euictionis cau-
287 sam adiectos esse dicendum videtur.Quo casu semper est prius contra principales agendum, l.1. C.de conueniend.Fisc.debitor. lib.10.Afflict.decis.318. & dum principalis iudicium assumit, exceptio principali competens fideiussores adiuuat, l. tam mādatori,C.de non num.pecun.Marsil.d.nu.267. & quando nullitas ex facie instrumenti est euidens, nullitatis exceptio instrumenti liquidationem impedit, Milanens. decis.Sicil.7.num.21. Franch.dec.235. Contrarium tamèn est dicendum semper quod Sindici, & Electi,vel alij ciues se proprio priuato,
288 & principali nomine se obligent, & insolidum cum Vniuersitate, tunc cum cre-
289 ditor sic sibi cauēdo prospexit,& vtriusquè contemplatione, Vniuersitatis v3. & particularium contraxisse videtur, iuxta text.in l.si pupilli,§.1.ff.de negot.gest.ipsi ciues non sunt exclusi,licèt Vniuersitas non iure obligetur, ad text. in l.& si is, §. pignora, C.de præd.minor. l.ciuitas,ibi, Alioquin ipsi soli, qui contraxerunt, ff.si cert.pet. Reg. Rouit. in Prag.5.num.32. de administr. Vniuers.Nec refert, ciues non submisisse
290 eorum bona specialitèr annuo censui,eū opinio Surd.non sit recepta,vt per Mastril. decis.161.Intrigl.super Bulla,q.60. & diffusè Felic.de censib.lib.4.cap.3. & sic fuit decisum in Sacro Consilio me referente contra Ducem Acheruntiæ,qui insolidum cū Vniuersitate Iuliani erat obligatus, Actuarius . .

Annullato contractu censuali, ob defectum assensus, quando tamèn pecuniam in Vniuersitatis vtilitatem conuersam fuisse constat, Ciuitas tenetur si non ad tertias decursas vigore pacti, dum deficit contractus, obnoxia tamèn est ad interesse Iudicis arbitrio taxandum,vt colligitur ex eadem Prag.11.Gam.dec.110.de Pont.cons.76
291 & maximè ratione lucri, vel damni emergētis, si extrinsecam requirat probationē, Gabr.Rom. conclus.10.tit.de solut. Afflic.decis.20. Et quamquam Sacrum Consilium hoc interesse ad quinque,sex,vel septem,
292 plus, & minus, prout casus expostulat, taxare solet, Ann.cons.15.hoc cum contractus annullatur: sed si ex pacto mediante sententia, vel instrumenti liquidatione ob pacta resolutiua non solutionis factæ, &
293 similium rescinderetur, tunc pendente capitalis restitutione interesse liquidatur iuxta conuentionem, & non est dicendum actionem primæuam ob causam iudicatā, innouatam esse;nam licèt ex sententia,noua nascatur actio, prima tamèn non tollitur,nisi facta solutione, l.grege, §.creditor, ff.de pigno.act. & proindè liquidato instrumento,& rescisso contractu, quousq. sortis integra solutio non fiat, & si tertiæ non debeantur, debetur tamèn interesse ad eādem rationem conuentam, DD. in l.1.C.de iudic. Marescott.var.resol.cap.63.Reg.Rouit. Pragm.1.num.38.de censib. non tamèn exequutiuè pro illis decursis post liquidationem agi poterit,Carauit.rit.167.

Si particulares ciues obligati assensus expeditionem infra aliquod tēpus promi-
294 sissent, vt solet fieri, dum assensus præcedere,& subsequi possit, Camer.in cap.Imperialem,fol.28.elapso tempore,contractus rescissio datur, & prętij restitutio peti poterit,tum quia sinè assensu est nullus, tum etiam

etiam vigore pacti, *Franch. dec. 341.* maxi-
295 mè existente in pacto clausula resolutiua, ex adductis per *Surd. decis. 268. Reg. de Ponte cons. 5. ex num. 32.* Sed quid si fuerit
296 expeditus assensus cum clausula, *Verum*, vel ita tamèn vt Vniuersitas pecuniā in causam supplicatam conuertat, an creditor pecuniam soluens, vt in dictam causam decretam ea implicetur, curare teneatur, vel Administratoribus, seu Deputatis, vt in eam causam conuertant soluere sufficiat? Videtur dicendum ex *text. in l. fin. ff. de exercit. act.* vbi habetur, *Sat esse creditori, vt in eo statu sit, vt refectio deberet, & in eam causam mutuasset*. Sic similitèr in hoc casu creditorem sibi consultum videri, si Vniuersitati in causam assensus det pecuniam, *Surd. dec. 55.* maximè si illi fuerint deputati a Consilio generali, vt diximus supra ex *num. 259.* & in dubio in cau-
297 sam supplicatam præsumitur expensum, *Mascard. conclus. 1165. Capyc. decis. 194. Menoch. cas. 432.* & si in aliam causam pecunia concessa fuerit, creditoris damno non cedit, quia talis assensus expeditus venditorem, non autèm emptorem ad obseruantiam obligat; ita vt si modus ab Vniuersitate non seruetur, inualidetur assensus; &
298 solet pro modo consueto in assensibus apponi clausula, *vt decem ex ditioribus ciuibus debitum extinguere se obligent*; nam supplicantes non contrahentes respicit, *Zappul. in Pragm. 5. num. 13. de admin. Vniu. Reg. Ronit. cons. 64.* secus si assensus sub conditione esset, quia non adimpletis sub illa ordinatis contractus in totum resolueretur, *Bart. in l. sicut, §. illud, ff. quib. mod. pign. & DD. supra cit. num. 295.* sic si assensus esset sub modo resolutiuo, vel simplici, nempè dummodo pecunia in talem emptionē conuertatur, vel pro illa implicanda in talem vsum, *Ozasch dec. 171. à nu. 5. & infra Prag. 6. n. 47.*

Verùm aduerte, etiam si dictæ clausulæ in assensu appositæ nō fuerint, adhuc creditor, & si pecuniam Administratoribus soluerit imminente necessitate, vel cum
299 speciali, & generali ciuium mandato, probare tenetur illam pecuniam in Vniuersitatis vtilitatem versam fuisse, nam *text. in d. l. fin. & in l. 1. § non autem, vers. sed & si, ff. de exercit. act. & in l. habeat, ff. de instit. act. citati supra num. 261* loquuntur de personis priuatis, non autèm de Ecclesijs, Vniuersitatibus, & minoribus, qui a lege specialitèr priuilegiati sunt, nè teneantur nisi quatenus per creditorem probetur, pecuniam esse versam in illorum vtilitatem, *text. in d. l. ciuitas, in Auth. hoc ius porrectum, in fin. & ibi glos. C. de sacros. Eccles. & in l. 2. C. si aduersus creditor. & in l. prædiorum, C. de præd. min. cum simil.* sic *Bart. in d. l. ciuitas, ex num. 13. & Raphael. Fulgos. ibid. à num. 2.* & ampliatur ex *text. in Auth. de minor. & emphyt. §. si verò, etiam si Episcopo, vel Ecclesiæ Æconomo pecunia soluta fuerit, Fachin. controu. cap. 77.* & si *Montan. in Pragm. 2. num. 120. de adminis. Vniuersit.* dicat, contractum factum cum generali ciuium consilio substineri, non nè priuilegiatus se læsum asserendo, in creditorem onus probandi in ipsius beneficium pecuniam fuisse versam transfert? præsumitur enim pro Deputatis a generalitate approbatis, sed & esse potest vt totam, vel partem illius pecuniæ in alium vsum postea conuertissent; vndè *Imperator* ijs consulēdo dixit in *l. Respublica, C. de iur. Reipubl. lib. 10. Rempublicam, & pupillos extra ordinem iuuari moris est.* Et proindè qui cum dictis priuilegiatis contrahit, cautus esse debet, pecuniam in causam vtilem soluendo, vel illam vt in eam causam iudicialitèr liberetur, depositando; cum Administratoribus verò, qui non habent simplicem administrationem, sed cum libera alitèr est dicendum, vt latè per *Montan. loco cit. ex num. 104. cum seq.*

Accidit etiam in facto discutiendum, quando Vniuersitas sine assensu pecuniā sub annuo censu cepit, sua bona submittēs, si deindè tractu temporis alius meliorem Vniuersitati obtulerit conditionem, cen-
300 sum diminuēdo, minus quàm cum primo emptore conuentum fuerat, & sic pro isto contractu faciendo in primi crediti extinctionem fuit obtentus assensus, cum in euidentem esset vtilitatem, & Vniuersitas præcedente parlamento ius luendi cessit, & contractum nouum cum hoc secundo creditore fecit, & conuenit vt pecunia illi primo creditori soluatur, an Vniuersitas ex primi assensus defectu ex capite nullitatis, vel restitutionis in integrum à censu præstando secundo emptori liberari possit, nullitatem primi contractus ex defectu assensus allegando; & dicēdum videtur, Vniuersitatem non teneri, quia etiam contra tertium possessorē nullitatis remedia cōceduntur, *DD. in l. Æmelius, ff. de minor. Borgn. de tutor. n. 153.*

Neq; obstat, secundum emptorem solemnitèr à primo retraxisse; nam cum ille in illius locum successerit, primi contractus nullitate etiam secundus inficitur, vt singularitèr notauit *Tiraquell. de retract. consangu. in fin. nu. 40.* vbi si vicinus ab emptore retrahat illud, quod emptor minus solemnitèr à minore emit, si minor ille à tertio postea vendicauerit, se tueri non poterit, quia licito iure retraxit, *Franch. decis. 206. in fin.* Accedat, assensum secundò concessum ad confirmandum primum cōtractum non extendi, sed contractum vali-

da-

dare, si primus subsistat, *idem Franch. decis. 302. num. 11. de Ponte de potest. Proreg. tit. 7. de assen. §. fin. à num. 14.* In contrarium
pro creditoris defensione respondi: nam
dum nouitèr Vniuersitas contraxit, bona
sua submictendo pro habenda pecunia in
creditoris dimissionem conuertenda, suadente minorationis census vtilitate, & accedentibus assensu, cæterisq. solemnitatibus, contractus iste stat de per se, & iste se-
301 cundus in locum primi in totum non
subrogatur; ita vt ab eo creditor causam
habeat, sed cum Vniuersitate contrahit,
primum de ordine Ciuitatis, quæ soluendo repetitionem non habet, extinguendo,
l. repetitio, ff. de condit. indebit. & sic non sumus in terminis *Tiraquell.* istum contractum in locum illius primi subrogari; vndè data huius contractus validitate, si de
læsione, vel primi contractus nullitate
agi ualeret, pro pretio, vel vsuris, cum primo creditore Ciuitas experiri posset; non
enim iste secundus emptor Vniuersitatis
iura perquirere teneretur, sed in legitimam æris alieni solutionis causam pecuniam fuisse destinatam, & ipsum in Vniuersitatis vtilitatem contraxisse sufficit.
Vndè cum secundo emptore, nec de nullitate, neque de læsione, sine qua restitutio
302 in integrum non datur, dici poterit, &
maximè contra tertium bonæ fidei, *l. in causa, §. Pomponius, & l. seq. ff. de minor.* &
in terminis minorem non restitui aduersus
venditionem, si pretium solui fecit suo
creditori ab ipsomet emptore ex causa
onerosa, *Sfort. de restit. in integr. par. 1. q. 47. art. 3. num.* 18. & facit *text. in d. l. 1. C. de repud.*

Nec refert, assensum contractum nullũ
non confirmare; nam verum esset, si successor à primo emptore causam haberet
ex illius tantùm cessione: sed quia ab ipsomet primo debitore noua oritur venditio, diuersa est ratio. Vltimò fuit ponderatum, maiorem aduersus solutionem factam de debito naturali, & non ciuili resti-
303 tutionem non habere, sed solùm minorem, ex *text. in l. 2. C. si aduers. solut. Sfort. q. 52. par. 2. de restit. in integr.* Vndè si Vniuersitati competit restitutio, rectius est vt
ea contra primum emptorem restituatur,
nè secundus sine culpa suam amittat pecuniam, quod Iura abhorrent.

304 Expeditis nostre Pragm. partibus iuxta præmissam diuisionem, alia ad materiã
pertinentia, non relinquenda, sed enunciãda putaui. Et primò Vniuersitates necessitatis tempore victualium extractionẽ
prohibere, ac pretium vilius taxare posse,
Gomez. tit. de empt. num. 51. Gratian. discept. cap. 149. num. 40. & nè victualia Vniuersitati desint, ciues in illis vendendis pro eodem pretio exteris præferri, *l. 1. C. de metall. & in l. fin. C. de annon. ciuil. libr. 11. Rip.*
305 *de remed. ad conseru. vber. num. 153. Couar. var. resol. cap. 14. num. 3. lib. 3.* & Vniuersitas non solùm existente necessitate hoc
prohibere potest, verùm etiam pro publica vtilitate, vt Ciuitas sit abundans, *Afflict. in proem. const. q. 3. Guid. Pap. decis. 373.*
306 Vniuersitates enim quod euenire potest
respicientes prouidere debent: Exemplo
Ioseph, qui futuram egestatem præuidendo, frumenti copiam comparauit, *Genes. cap. 4.* alias de negligentia Administratotores inculpari poterunt, si quoquo modo penuria præuideri potuerit, licèt postea non successerit, *Franc. Marc. decis. 40.*
307 *par. 2.* nam si iusta fuerit timendi causa,
negotium vtilitèr ceptum fuisse sufficit,
quamuis vtilem post non sortiatur effectũ,
ex singulari *text. in l. sed an vltro, §. 1. ff. de negot. gest. Capye. decis. 58. num. 5.* & eo casu
308 ciues idem frumentum eodem pretio
emptum redimere cogi poterunt, licèt minor æstimatio tunc currat, *Franc. Marc. decis. 290. 2. par.* Sicquè pro publica vtilitate
banna, vt ciues collecta frumenta reuelẽt,
309 emanari debent, vt videri possit, an ea
sufficiant, & in domibus suspectis horrea
perquirantur, *Franc. Marc. dec. 230. par. 2. & 40.* & pro publica vtilitate etiam ciui-
310 bus, & vasallis vt non priuatè, sed in cõmuni foro victualia vendant, mandari potest, vt in *l. 1. C. ne rustic. lib. 12.* ac nè vltra
victum emant, *Franc. Marc. vbi supra, Petr. de pot. Princ. fol. 65. num. 12.* & pro simili-
311 bus causis Iudex summariè, omni tempore, iudicium etiam feriatis diebus ferre
poterit, *Io. de Plat. in l. 1. C. de pistor. lib. 10.*
& multa notabilia, quæ contra Iuris regulas pro annona conseruanda, vel tempore penuriæ fieri permittuntur, notant
Reg. de Pont. tit. de abundan. Amend. ad Frãc. decis. 9. Mastrill. lib. 4. cap. 18. num. 74. cum seq. Quæ banna quomodo preconizari debeant, & an ignorantia allegari possit, vi-
312 denda sunt quæ ad excusationem adducit *Ozasch. decis. 71.* & an bannis directè, vel
313 indirectè fraudari liceat, & si in materia loquantur, an ad materiatum extendantur, & sic de frumento, an farina comprehendantur, & panis? vide *Rip. de peste, tit. de conseru. vbert. Clar. q. 82. nu. 83. Surd. decis. 139. Boer. dec. 177. Mastrill. decis. 139.*
314 an vero banna pro publica vtilitate facta forenses habentes in Ciuitate victualia
reposita ligent? negant *Marsil. in l. fin. de iurisd. Ann. sin. 49. & Montan. Prag. 2. num. 72. cum seq. de admin. vniuer.* Alij verò bona
ibi reperta ligari posse dixerũt, licèt personæ non subijciantur, *Crauet. vero cons. 71. & Thes. dec. 152.* distingunt an victualia fiat ibi recollecta, & banna precedũt, di-

mo-

modo ad personas non subditas non dirigantur: nam forenses Ciuitatis oneribus ligari non possunt, de qua quæstione vide *Molfes. super consuet. Neap. par. 2. tit. de person. q. 1.*

315 Sed quid in bonis stabilibus an ex causa publicæ vtilitatis mandari possit, nè ea nisi inter ciues alienentur, multi hoc esse contra libertatem; alij autem dixerunt, nō esse grauamen, sed vtile, cum in fauorem ciuium sit, nè alienigenæ eorum bona occupent; & banna valent, si vasallorum, nō autem Baronis respiciant commoditatem, *Crauet. cons. 271. Bertaz. cons. crimin. 285. & 485. Ann. sing. 403. Clar. q. 82. Tiraquel. de retract. §. 1. glos. 9. num. 162. Fla. decis. 437.* adduco *text.* quem alij non allegarunt in
316 *l. 1. C. non licet habitat. loca sua ad extran. transfer. lib. 11.* Indè Barones filias exteris
317 sine assensu nuptui tradere non posse, habetur in *Constit. Cum hæreditarium*, quod moderatum fuit per Regem Carolum II. *in cap. Reg. Item statuimus tertiò*; & prohibitio illa locum sibi vendicat, quando matrimonium cum infidelibus contrahere-
318 tur. Sed an prohibitio sustineatur, nè exteri in Terris Baronis habitent, *Bald. in cap. 1. §. donare, de form. fidelit.* dicit, quod sic ante ingressum, post habitationem autèm nequaquam; si non fiat infesti, sequitur *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de exter. habitan. in terris Baron.* & mercatores,
319 & alios ante ingressum Baro prohibere similitèr potest ex causa publica, non autèm pro priuato commodo, nè ad mercadum accedant, *Andr. in rubr. Quæ sint regal. nu. 5. vers. attendenda est, Ann. sing. 54. Fran. Marc. dec. 356. Rouit. in hac Prag. num. 4. Mastril. ad Capye. dec. 118. Mastril. de Magist. lib. 4 cap. 18. num. 90.* & si suspitionis, vel penu-
320 riæ causa vigeat, exteros a Regno Prorex eijcere potest, *de Ponte tit. de abun. §. 2. num. 3. & tit. de tract. & extract. Mastrill. lib. 2. cap. 9.*

321 Item cum Pragm. dicat contrahi, bonaq. ad libitum, quibuscumq. personis vēdi, quæ relatio est vniuersalis omnes personas, & cætera maiora expressis comprehendere apta, *gl. in clem. 1. vers. quibuscumq.*
322 *de iudic.* Quæro, an bona ad infideles extrahi possint, & cum ijs contrahi valeat? dic legem quantumcumq; generalem ad casus a Iure prohibitos non trahere, *Marsil. in sua prax. §. sequens, num.* 10. de iure enim vetitum est cum ijs mercari, *l. 1. & 2. C. quæ res asport. Prag. 2. de extract.* & cum talibus sine licentia sub pœna capitis cōmercium haberi non potest, *Boer. dec. 173.* ac etiam in victualia, ligna, & quæcumq. alia deferentes excommunicationis pœna irrogatur, *cap. ita quorundam, & cap. quod olim, de iudic.* & habetur in *Bulla Cenæ Do-*
323 *mini*, vt per *Capyc. decis. 150.* qui ea ampliat etiam pro redimendis captiuis, nec quidèm cum eis sub pœna triremium per noctem commorari licet, *Boer. decis. 179.* Itèm aduerte, non solùm ad infideles, sed nec extra Regnum victualia, animalia, aurum, & argentum, sine licentia deferri, & in publicæ vtilitatis damnum extrahi
324 posse, vt in *Prag. 1. & seq. de extract. Sese decis. 248. cum seq.* Indè tractæ absq. præuia Regni deliberatione dari non possunt, *Marc. Anton. Surgent. cap. 24. num. 6. & ibi*
325 *Addit. fratr.* vbi etiam quantum pro modio in exituris soluatur, multaque alia ad materiam habetur. & prohibita est extra-
326 Regnum extractio absq. Principis licentia, cum ius exituræ sit de regalibus, *cap. 1. de regal. & ibi DD.* & ad Principem spectet, nè bona à Regno extrahantur, & Regnum penuriam patiatur, *Afflict. cap. 1. §. post natale, de pac. tenen. Museatell. tit. de extract. in pract. crim.* Sed an contrauentio-
327 nem testibus probari sufficiat, vel rerum apprehensio requiratur, latè *Reg. de Pont. tit. de tract. & extract. Mausin. de contraban. q. 2. cum seq.* & proptereà ad huius custodiam sunt deputati Portulani in locis maritimis, *cap. Reg. Quorumdam, cum sequ. Capye. in inuest. vers. portibus*, multotiès verò Regnum est adeò frugiferum, & victualibus abundans, vt superflua vendi expediat, & tunc ex Regia permissione ad supplica-
328 tionem dantur tractæ, *l. 2. C. de nauicul. lib. 10. l. 1. C. de tract. lib. 12. de Curt. de feud. fol. 27. n. 53.*

Vlterius cum Pragm. nostra Baronibus prohibeat, nè vasallos ad emendum, vel vendendum cogant, quæritur: An illos ad alios contractus arctare valeant, cum uēditionis, uel emptionis appellatione cæ-
329 teri contractus non contineantur, *l. libero, §. quod tamen Cassius, ff. de legat. 3.* ita ut statutum de uenditione loquens ad alios contractus non extendatur, *Specul. tit. de empt. §. nunc videndum*, ubi gabella ad uenditiones imposita, ad alios permutationis, societatis, & huiusmodi contractus non extenditur. Dic, id in stricta significatione procedere: sed ubi naturalis æquitas, uel fauor adesset, uenditionis prohibitio ad omnes extenditur contractus, *glos. ver. vēd. in l. quemadmodum, C. de agricol. Ant. Pinell. in l. 2. par. 2. cap. 1. num. 10. in tract. de rescin. vendit.* Hic publica, & naturalis ratio liberè contrahendi suadet; vndè licèt nostra Pragm. de uenditione loquatur, ad omnes
330 contractus extenditur; & exindè asserimus, Baronem non solùm ad uendendum cogere non posse, sed neq. ad sibi rustica, uel urbana locandum: præfertur uerò locare uolentibus, ut fuisse iudicatum ad beneficium Marchionis Lauri retuli supra *num.*

num.155. & licèt *Rendell. in tract. de iure prothom. §. in primis, ver. sub eodem seruitio, nu.62.* allegan lo hunc locum dicat, id procedere, si Baro in rebus, quas ciues, vel
331 Vniuersitas locare vellet, ius aliquod haberet, tunc consortij ratione locare volentibus præfertur, secus si simpliciter vasallus sua, super quibus Baro nullum ius habet locaret, & ita dictam interpretari decisionem; se i eius pace se fefellit *Rendel.* decisio enim Sacri Consilij ad casum, quo Baro ratione consortij in re locanda aliquod ius habeat, non se restrinxit, sed generalitèr, quoties ex causa sibi necessaria visum fuerit, v3. si pro vsu suo, suæq. domus emere, vel conducere velit; tunc enim præfertur, vt clarè etiam patet ex verbis *Pragm.15. circa fin. huius tit.* prout è contra si Baro locare vellet, eius præfertur, vt infra *Pragm.8. par.1 num.158.* imò non solùm Barones, verùm etiam Officiales in locationibus præferri dixit *Dom. Reg. Constant. in l. vnic. num.34. C. de postl. & dom. domin. lib.11.* vndè generalitèr intellige, sicut fuit expositum.

332 Nequè Barones vasallos ad comodandum, vel aduenas ad se pro negotijs venientes hospitandum cogere poterunt; nam hoc prohibitum est, *Crauett. conf.58.* & ita decisum pro Vniuersitate Theani cum Principe Hostiliani, nisi legitima adesset præscriptio. Et nota ius hospitandi de re-
333 galibus esse, & nisi in specie concedatur, non subintelligi, ad *text. in l.1. C. de meth. lib.12. Bald. in l. obseruare, ff. de offic. Proconsul.* etiam in plenissima concessione, *Lopez. 4. par. tit.25. lib.6.* & in aliqua inuestitura nulli Baroni hoc vidi concessum, nequè Principi Bisiniani, cuius amplissimæ fuerunt concessiones, sed hæc prærogatiua in pecie Baroni data, vt minus lædat vasal-
334 los, est interpretanda, v3. vt Baroni cum suâ familia apud subditos, & pro modica mora hospitari liceat, *Io. Andr. ad Specul. tit. de feud. §. quoniam, col. pen. vers. & nota, quod vasalli, & Ioseph Sese de inhibit. cap.4. §.7. num.10.* notat, neq. ius cœnandi ex qua-
335 uis plenissima concessione Baroni in
336 eius aduentu deberi, nisi antiquissima esset consuetudo, *l. fin. C. de prof. libr.10.* & similitèr Barones neq. ad pecuniam, vel victualia mutuandum vasallos cogere possunt, solùm Principi hoc in necessitatibus competit, *Mantic. de tacit. & ambig. libr.8. tit.5. num.18. Azeued. lib.7. tit.5. l.9. in prohem. num.9. Cassan. in consuet. Burgun. rub.4. l.23. num.17. Kloc. de Ærar. libr.2. cap.23.*
337 prout & particularium solutiones differre, & introitibus vti, & ante diem exigere non valent, vt diximus supra *nu.125.* Quod priuilegium ad Vniuersitates in suos ciues extenditur, quæ Vniuersitas pecuniam vndè exequi possit non habens, necessitate vrgente ad mutuandum illos cogere valet, *Surg. de Neap. illust. fol.424. Auend. de exeq. mand. libr.2. cap.14.* & dicā infra *sing.119.* & aduerte, pro tali mutuo coacto vsuras licito iure deberi, *Vasq. contrau. cap.6. Ozasch. decis.95. Gaill. obser.2.*

338 Idemquè procedit in depositis, vt ad deponendum penès ipsos, vel suos Officiales subditi non arctentur, vt audiui obseruari à quodam Barone, qui deposita, nisi penès suum Aerarium fieri vetabat, vt eis pro suis negotijs vteretur, & in liberatione postea subditi defatigabantur; deposita
339 enim ita libera esse debent, vt neq. apud ipsos Iudices fieri possint, *Tiraquell. de retract. conuen. §.4. glos.7.* Est verum, ea penès Aerarios permitti, vt *Carauit. rit.169. n.4.* tamèn procedit ad partis electionem, non autèm coactè, vt considerant *Azeued. l.13. tit.9. lib.3. Sese de inhib. c.4. §.1. n.5.*

Et quod durius, si vasalli gratificandi causa aliquando prædicta faecerent, ex debito postea Barones prætendunt, solitum consuetum, ac possessionem allegando; sed vt supra dixi, illi actus familiaritatis iure facti etiam per mille annos nullam possessionem, vel quasi præstant, *l. qui iure familiaritatis, ff. de acq. poss. infra Pragm.14. ex num.12.* & in terminis est *text. in l. operis non impositis, ff. de oper. liber.* Sicquè fuit re-
340 sponsum, & iudicatum de donatiuo strenæ, quam ita nominant *glos. in l. laudabile, C. de cap.5. num.27. & Rouit. tit. de Porter. Amaya in l. fin. cap.3. ex num.9. C. de decur. & in l.1. à num.13. C. de oblat. vetor. lib.12.*
341 & quidam Baro sibi ex consueto deberi prætendebat, quod iure gratitudinis ei cōcessum fuit, & ius resistit, cum ab Vniuersitate Baroni donari sit prohibitum, vt in *Pragm. fin. de admin. Vniuer. Franch. dec.172.* Sed pro declaratione vide adducta infra *sing.53.*

342 Nec longa præstatio ad præsumendā obligationem, vel titulum, cum ius resistit officit, *Vasqu. controu. cap.83. cum sequ. Balb. de præscrip. par.2.3. par. ar.10. & supra num.236.* Neq; efficax causa ad colorandā possessionem allegari potest, *Alex. cōs.124. volum.4. Marsil. sing.192.* Verùm in hoc est
343 aduertendum; nam multa dona, præstationesq; vniformes, quæ Vniuersitates Baronibus fecerunt in ordinariam præstationem in tempus transfusa fuere: vnde Vniuersitates ab ijs se abstineant, *Rip. c.3. de cau. poss. Franch. dec.172. in fin.* Si tamē præstationes vniformes pio loco fiant,
344 obligationes in futurum piæ causæ fauore inducunt, *Ozasch. dec.99. nu.21. Gars. de expen. c.9. n.26.*

Insuper quæritur, cum obseruātia istius Pragm. Portulanis, & Secretis sit commis-

345 sa, an ista iurisdictio priuatiuè ad alios Regios Superiores concessa uideatur? Dic iurisdictionem nunquam Ordinarijs abdicatam censeri, & licèt alijs sit concessa, cumulatiuè præsumitur, *l.1.C.de off.Præf. Gram.decis.30. Præs.de Franch. decis.417.* imò ex verbis Pragm. potius ratio capiendæ informationis, quàm causæ cognitio uidetur ijs tributa, ibi(*Nostræ Curiæ intimare procurantis*) de quo articulo infra *Prag. 8.ex n.112.* plenius uerba faciemus.

Postremò notare non omittam, quod pessimi exēpli esse nostra Prag. dicit, Barones se ab emendis à uasallis uictualibus, ut ipsis postea carius uendant, undè *Foller.in Pragmat.de censib. vers. Nicolaus, num.224.* ait, satis furari Barones, dum

346 frumenta à uasallis empta reponunt, ut cariùs uendant, uide *Menoch.de arbit.Iudic. cas.283.cum seq.* ubi de pœna, & *Prouer.2. Vgh illis, qui annonam coacervant*, & lex dardanarios uocat istos, ac rectè per Regia banna annis elapsis erat prouisum, nè Barones, & massarij uictualia mercarētur, abstinere enim debēt Barones quoad possunt, nè cum subditis contrahant, licèt de iure id non prohibeatur, ut infra in fin. prout permittitur etiam in Principe, qui contrahendo naturalitèr, & ciuilitèr obli-

347 gatus remanet, *l.Cæsar, ff.de publ. & ibi DD.Vasq.controu.cap.3.Tusc.concl.78. Gomez.de contract. tit.1.in princ. Petr.de pot. P inc.fol.18.ex num.189.* solùm instrumen-

348 ta per Notarios uasallos confici non possunt, ut in *cap.Reg.Ladislaus, incip. Non sine prudentis,* quod excutit *Afflict.in Const. In locis demanij*, quicquid dixerit *Frec.de præsent.instrum.par.2.* afferens, *d.cap* non esse in obseruantia, nam practica contrarium docet, ut innuit *Præs. de Franch. decis.118.* dum approbando regulam *d.cap.* limitat non procedere, si per actuarium uasallum Baro pęnès acta se obligasset, differentiam inter instrumentum, & obligationem iudicialem constituendo, & *Ann. singul. 244.* limitat *d.cap.* non procedere in testamentis, uel codicillis per Notarium uasallum confectis.

Sed contra opinionem *Ann.* fuisse per Sacrum Consilium decisum refert *D. Reg. de Marin.cap.230. tom.2.quotid.resol. & in obser.ad decis.Reuert.386.* testamentum per per Notarium uasallum cōfectum, in quo Baro est hæres institutus, nullius esse roboris ex uerbis generalibus *d. cap.* Imò dico & plus, licet *Molfes.super consuet.Neap. tit.de instrum.tom.2.q.12.num.6.* fuerit opinionis, quando instrumenta sunt contra Barones, fraudis suspitionem cessare, & proindè ualere: tamèn contrarium fuit receptum, cum omnia instrumenta quocūq. modo tangentia, uel quæ Barones tangere possunt, per *d.cap. Reg.* per Notarium uasallum fieri omninò prohibita sint, ut ultra *Franch.decis.118.in princ.* notat *Afflict.in Const. In locis demanij, num.11.* nec negat *Ann. in loc.cit.* dum asserit, instrumentum per Notarium uasallum confectū nec prodesse, nec nócere Baroni, & in Regia Audientia Calabriæ dum ex parte Baronis fuisset præsentatum instrumentum per Notarium uasallum confectum, conuentus securus de nullitate instrumenti, nullam aliam adduxit defensionem: Baronis autèm Aduocatus Doctor Bernardinus Russus nobilis genere, & uirtute, pauperum illius Tribunalis Patronus instrumētum præsentatum coadiuuando, testes, qui in illo contractu interuenerunt, examinādos curauit, & causa introducta, dicebat,

349 & si instrumentum esset nullum, tamèn ex eo probari contrahentium uoluntatem ex *text.in l.fin.ff.de reb.cor.qui sub tut. Mascard.conclus.357. Gram.dec.264.* undè licèt contractus solemnitatis ratione deficeret, ratione tamèn uoluntatis fuit perfectus, qua ex testibus coadiuuantibus probata, uasallus condemnari debebat, & in simili *Peregr.dec.33.& dec.80. & Couar.in cap.relatum, num.9.de testam.* concludit in testamento nullo ex defectu solemnitatis uoluntatem testatoris per testes oportunos coadiuuari posse, quibus examinatis, uoluntas illa testatoris probata, pro testamento esset seruanda, & sic obtinuit Baro. Indè in alia causa, ubi obligatio pęnès acta pèr partem, & testes ad nouellę Prag. formam non fuit subscripta, & allegabatur euidens nullitas. Pars difficultatem præsentiens, eam produxit, & conuentionem per testes ordinariè probauit; undè circumscripta uia executiua, reus fuit cōdemnatus. Adducebam *dec.Surd.43.n.13.* ubi si instrumentum per statutum annulletur, pars suam intentionem per testes probare poterit.

Et redeundo ad digressa, obligationes inter Dominum, & uasallum de iure sunt efficaces; uerùm quædam mala præsumptio reuerentialis metus remanet, si Baro ejus qualitatis sit; nam etsi uasalli liberè uendere, & contrahere se demonstrent, semper tamèn in damnum eorum, subjectionis metus præsumitur, *Marsil.sing.645.*

350 Eò fortiùs isti Domini Barones quantò nobiliores, & diuites ab hoc se cauere deberent, eum nobilibus mercatura sit prohibita, per *tex.in l.3.C.de commerc. & mercat.Tiraquell.de nobil.cap.5. Surg.de Neap. illustr.fol.429. Reg.Rouit.in Prag.1. §.7.tit. de mercat.Officialib.prohib.* si tamē illa mercatura Vrbibus perniciosa sit, non exerceri per nobiles, iuxta uerba *text.in d.l.3.* & latè per *Gasb.kloc. de Ærario, lib.2.c.25.*

de

de suis verò fructibus industriari omnibus est permissum, vt in *Pragmatic. 12. num. 16.*



SVMMARIVM.

1 *Principis peculiare est officium subiectos protegere, & omni ab oppressione eos liberare.*

2 *Pax Reipublicæ armis, & legibus conseruatur.*

3 *Princeps licèt terram cum regalibus, & omnimoda concesserit potestate, nunquam tamèn directò querelas, & subiectorum grauamina audiendi dominio se abdicasse censetur.*

4 *Princeps etiam volens directo dominio, & appellationes audiendi authoritatem se denudare nequit.*

5 *Priuilegium contra concedentem non operatur, & sub generali concessione concedēs non comprehenditur.*

6 *Barones familiares, domestici, ac Principis membra dicuntur.*

7 *Barones, cæteriquè Superiores diuino, naturali, ac subiectos defendere, & eorum grauaminibus succurrere positiuo iure tenentur.*

8 *Barones an mercedem pro fauoribus in suorum vasallorum beneficium collatis licitè petere possint?*

9 *Baroni in remunerationem an donari liceat?*

10 *Seruitia ratione officij iniuncti præstita petendæ remunerationis actionem non præstant.*

11 *Datum personæ, quæ gratis negotium explere tenetur, turpitèr accipitur.*

12 *Principatus, & alij Superiores pro populis subleuandis, non autèm pro Magistratuum commodis introducti fuere.*

13 *Iniuria atrocior existimatur, quæ à suis potiùs, quàm ab extraneis irrogatur.*

14 *Pater filij iniuriam remittere potest, dummodo ea à suis illata non fuerit.*

15 *Statutum foriudicatum occidi dictans suos non comprehendit.*

16 *Receptans bannitum coniunctum vtrum puniatur?*

17 *Lex tanti valet, quantum subiectis sit vtilis, aliàs non obligat.*

18 *Superioritas ob puniendam hominum iniquitatem fuit introducta, & Principatus principium refertur.*

19 *Verborum generalitas, & geminatio ad omnes casus, & personas licèt de iure exceptas dispositionem extendit.*

20 *Verbum,* Quicumquè, *est generale, & vniuersale, & ad omnes maiores, & minores casus extenditur.*

21 *Inuestitura pro se, & quibuscumq. concessa eius est potentiæ, vt feudum legari, & fideicommitti possit.*

22 *Bonorum appellatione iura, & actiones non veniunt Et verbum,* omne, *semper est vniuersale.*

23 *Donatio omnium bonorum sustinetur, si donans iura, & debitorum nomina, vel actiones habeat. Quod fallit, si omnia quomodocumq. donentur.*

24 *Pragmatica de censibus paratam habens pro censibus contra quoscumq. rei submissæ detentores executionem, an inquilinos, & colonos detinentes comprehendat?*

25 *Status hominum est triplex; supremus videlicèt, medius, & infimus.*

26 *Gradus conditio in tres diuiditur partes.*

27 *Verba frustratoriè posita non præsumuntur, sed aliquid sunt operatura.*

28 *Clausulæ motu proprio, vel ex certa scientia in rescripto appositæ in tertij præiudicium non operantur, nisi geminatæ, quæ absolutam potestatem designarent.*

29 *Milites nouæ militiæ an scoplum onustum in habitato impunè ferre valeant?*

30 *Statutum secundum generale an etiam ad priuilegiatos extendatur, vel vt illi comprehendi possint, specialis mentio fiat, oporteat.*

31 *Sententias, & decisiones potiùs, quàm Doctorum consilia, quæ sæpèsæpius sunt ad placitum, attendere, & sequi debemus.*

32 *Priuilegiop rimo an sub generalitate derogari possit, eius mentione non facta?*

33 *Cupiditas quanta mala pariat, refertur.*

34 *Auari semper egent.*

35 *Molestia Baronum in vasallos punibilis qualis esse debeat?*

36 *Molestia iudicialis verè molestia non dicitur, vndè legatum penale, nè cuiquam inferatur molestia, ad iudicialem non extenditur.*

37 *Calumnia iudicialis molestia dicitur.*

38 *Oppressio pauperum propria dicitur, quando à potentibus ipsi angustiis afficiuntur.*

39 *Opprimentes debiles à Deo mirabilitèr castigantur, quia particularis debilium est ipse vindex.*

40 *Vasallis tyrannum Baronem impunè occidere licitum erat.*

41 *Iustitia, & vltio in manus partis nō sunt relaxandæ.*

42 *Resistere licet Superiori iniquè exequenti, sed offendere non permittitur.*

43 *Baronem suum offendēs læsæ Maiestatis crimen an committat?*

44 *Officiales Regis immediatos offendentes intuitu officij, læsæ Maiestatis crimen committunt.*

45 Barones Regis ministri dicuntur, & eos offendentes grauiùs puniuntur.
46 Baronum antiqua visitatio cur in desuetudinem abijsset?
46 Tyrannides non solùm per infideles, verùm etiam per omnes Superiores iniustè subiectos opprimentes exerceri dicuntur.
48 Visitatio est quædam inquisitio, quæ in Regno recepta non fuit.
49 Baro vasallos malètractans, an feudo priuari possit?
50 Beneficio priuari debet, qui eo abutitur.
51 Principes ob tyrannidem depositi fuerunt, & historiæ referuntur.
52 Feudum deteriorans, an eo priuari possit?
53 Principis honor offenditur, dum Barones subditos malètractant, ratione directi dominij, quod Princeps in illos habet.
54 Baro, & vasallus sunt correlatiui, & ad impaaria iudicari non debent.
55 Vasallus suum Dominum naturalitèr honorare, & obseruare tenetur.
56 Iniuriarum actione tenetur qui suo Superiori debitum non præstat honorem.
57 Baro vasallos diligere, defendere, & adiunare tenetur, eum n. 58.
58 Baro vasallos vti filios tractare tenetur, aliàs nomen Domini non meretur.
59 Baro si vasallis nimis fuerit molestus, ad feudum vendendum cogi potest.
60 Monitio an sit necessaria, vt Baro à vasallis molestandis abstineat, antequàm priuetur.
61 Monitio vbi in præiudicialibus requiritur, trina et it necessaria, non vna.
62 Accusator vt pro desistente repelli possit, tèr est citandus, sic & in multis refertur.
63 Monitio in actu affirmatiuo prohibito non est necessaria, cum statim quis in legē incidat illum committendo.
64 Decisiones, & Iura tempore mutantur.
65 Remuneratorium feudum emptitium reputatur, & omnibus feudorum culpis non amittitur.
66 Remuneratoria donatio quæ propriè dicatur notabilitèr declaratur.
67 Seruitia, & officia erga coniunctos, vel Superiores præstita actionem non producunt.
68 Officiales, militesuè officium sibi tributum rectè gerentes, actionem ad remunerationē non consequuntur, quia suo munere funguntur.
69 Donatio vxori collata ob seruitia in infirmitate marito præstita, an vti remuneratoria valeat?
70 Opinio communis non est attendenda si validioribus rationibus conuincatur.
71 Verba enunciatiua Principis asserentis, se ob benemerita donare, an feudum remuneratorium reddant?
Feudum venditum, vel in remunerationem datum, an iuris feudorum culpis amittatur?
73 Feudum ex pacto, & prouidentia an ex feudatarij culpa, in vocatorum per inuestituram præiudicium amitti possit? Et quid in feudo hæreditario?
74 Culpa feudatarij successoribus nocet, quando Domini persoa offeditur, secus si in alios delinquat.
75 Culpa feudatarij, ob quam is feudo priuari debet, an det alijs successoribus ab intestato locum, vel sit confiscandi causa?
76 Molestia Baronis generalis, non particularis est feudi priuationis causa.
77 Vasalli particulares Baroni ob lites, & similia odiosi ab eius potestate se eximi petere possunt.
78 Princeps an in Baronis præiudicium vasallo gratiam facere, vel eum ab vtilis Domini iurisdictione eximere valeat?
79 Pater ad filium emancipandum cogitur, si eius sæuitia probetur.
80 Vxor ob nimiam mariti sæuitiam diuortium petere potest.
81 Saluaguardia pro vasallis qualitèr per Superiores causa cognita expediri soleat?
82 Baro ad officium Ærariatus suscipiendum vasallum ei odiosum cogere non poterit.
83 Molestia vasallorum generalis quæ dicatur, & qualitèr probari debeat?
84 Baro carcere, vel iniuria quempiam afficere non potest.
85 Baro an vasallum impunè mediocritèr verberare valeat, si ille humilis fuerit.
86 Carceratio modica cum causa non est Baroni prohibita.
87 Baro legitimam pro vasalli defensione, etiam sine mandato comparendi, personam habet.
88 Episcopus pro suo Clero, & Abbas pro Monaco comparere potest.
89 Vniuersitas an pro suo ciue offenso legitimā personam habeat?
90 Baro dicitur verè Dominus pro suis subditis, & contra criminalem capita dare potest, sed non è contra.
91 Baro uasallum oppressum etiam contra suum fratrem defendere tenetur.
92 Defendere aggressum, & offensum regularitèr quis non tenetur
93 Vasallus feudatarius, & burgensis valdè inter se differunt.
94 Libellus qualitèr à vasallis contra Baronem concipi debeat?
95 Vasalli an famosam actionem contra Dominum instituere valeant?
96 Vasalli an testes contra suum Dominum esse possint?
97 Iurisdictio an Baroni sit suspendenda, contra eum inquisitione pendente?
98 Sacrum Consilium est in vasallorum grauaminibus competens Iudex.

99 Re-

99 *Regia Camera causa cognitionem trahit ad summ Tribunal, quando in ea Fiscus habet interesse.*

100 *Pax, & iustitia publicum conseruant.*

101 *Iustitia est pacis mater, & sine ea nec latronum cœtus enelli potest.*

102 *Iustitia est de iure diuino, & ab initio in cœlis cum Lucifero, & in terra cum Adam exercita fuit.*

103 *Iustitia cur potentum manibus data fuerit? & de eius origine.*

104 *Principatus qualitèr inuentus, & datus fuerit?*

105 *Deus de maiori maiorem curam habet.*

106 *Superioribus Deus plures Angelos constituit, vt rectiùs in regendis populis illi lumen habeant.*

107 *Superiores dicuntur Dei coadiutores, & Deus in eos maiorem gratiam, & scientiam infundit.*

108 *Cometæ Magnatum mortis sunt signa.*

109 *Tutelæ personarumq. illustrium curæ citiùs finiuntur, quàm aliorum.*

110 *Mulieres illustres mundualdis non indigent.*

111 *Gratiæ Spiritus sancti cum Superiore iniquo non cooperantur.*

112 *Magistratus mali ex Deo sunt, vt diuinæ iustitiæ instrumenta.*

113 *Peccata pariunt aduersa.*

114 *Iustitia non dicitur iusta, si stet in mero rigore.*

115 *Iustitia cum rigoris, & misericordiæ statera pingitur, & dantur exempla.*

116 *Clementiæ casus recensentur.*

117 *Delictorum reiteratio, & solitum Prouinciæ iusta rigorem exercendi erit causa.*

118 *Exemplis iustitiæ gentes plusquàm premijs cohibentur, & multa notantur.*

119 *Barones dicuntur Iudices ordinarij suorum vasallorum.*

120 *Barones à iurisdictionis exercitio se abstinere debēt, & eam Officialibus demandare.*

121 *Ius eligendi Officiales an veniat sub iurisdictionis concessione?*

122 *Rescripta Officialibus vt ita facias, Barones expedire non possunt.*

123 *Barones in capiendis informationibus, & torturis infligendis interuenire non possunt.*

124 *Barones quempiam excarcerari sine sua licentia prohibere non possunt, cum ad suos Officiales tantùm pertineat.*

125 *Officiales sapientes eligi debent, aliàs imperitos assumens erit in culpa.*

126 *Rex Ferdinandus Officialium benemeritorū librum teneri curabat.*

127 *Comes de Lemos de vigilantia in eligendo rectos Magistratus laudatur.*

128 *Officium dicitur onus, cum multa ex eo patiantur incommoda.*

129 *Magistratus susceptionem quis recipere cogitur:*

130 *Sapiens infidelis est insipiente deterior.*

131 *Sal scientiæ, an conscientiæ magis sit necessarium, discutitur.*

131 *Electio Officialium, de quibus experientia habetur, tuta est.*

133 *Senes an in Officiales eligi possint?*

134 *Nobilium electio est ignobilium electione tutior.*

135 *Vnus, qui præest, millium ruina esse solet.*

136 *Baro insufficientem eligens peccat, & ad restitutionem tenetur.*

137 *Iniustitia triplicitèr fieri potest.*

138 *Princeps an quempiam non datis defensionibus puniri, mandare possit?*

139 *Appellationem an, & quando Princeps tollere valeat?*

140 *Renunciare non potest defensionibus reus, & quid in tali casu obseruandum?*

141 *Testium dicta pro, & contra Fiscum formalitèr sunt scribenda.*

142 *Baro iustitiam denegans, an feudo priuari possit?*

143 *Iniustitia Officialis Baroni nocet, & causa poterit per Superiores priuari.*

144 *Remedium querelæ, quod subditis pro iniustitia datur, quale sit?*

145 *Priuilegium Baronibus concessum, nè causæ ab eo auocari possint, non sustinetur.*

146 *Dolus futurus remitti non potest.*

147 *Princeps, facta inuestitura, in concessis, nisi per grauaminis viam se intromittere non debet: nam alti dominij ius à se nunquam eradicatum censetur.*

148 *Appellari debet ab iniustitia, si causa erit in actis deducta, aliàs querelæ remedium apud Superiores est proponendum.*

149 *Instantiam causæ an Superiores coarctare possunt, Baroni mandantes, vt eam infra tempus expediat?*

150 *Tempus concedi solitum pro celeri causarum expeditione quantum taxari soleat?*

151 *Remissiones causarum sine temporis comminatione, & clausula, vt Superiores de expeditione certiorentur, non sunt Baronibus concedendæ.*

152 *Remissione causæ Baroni concessa, vigilis esse Baro debet pro habenda causæ copia, & carcerato recipiendo, aliàs ea priuari posset.*

153 *Remissiones causarum an Baronibus simplicitèr, vel cum clausulis sint concedendæ?*

154 *Remitti Baroni causa non debet, si vasallā ipsi odiosum esse constiterit.*

155 *Remittenda an sit Baroni causa, si nil contra inquisitum appareat?*

156 *Causa an à primo Iudice per Superiorē auocari possit, Barone secundas habente causas?*

157 Ne

Summary list, left column:

- 0 *Vota iurisdictionem, vel assessoratum non habentium reuideri possunt.*
- 1 *Assessor vnus, & vnus Iudex, non autem plures in vna terra constitui debent.*
- 2 *Baro an Officialem Iurisperitum constituere teneatur.*
- 3 *Assessorem Doctorem, vel Iurisperitum vti licentiatum Baro an dare debeat?*
- 4 *Officialis quando sine sui assessoris voto decernere, & quando requirere teneatur?*
- 5 *Assessorem Baro Officiali imperito, & prouisionem constituere tenetur.*
- 6 *Baro Iudicem ordinarium secundarum causarum constituere debet, & causas modo vni, modo alteri non delegare.*
- 7 *Locumtenens per dies, non autem per multum tempus, nisi ex causa constitui potest.*
- 8 *Locumtenens quare in sua patria ciuis esse poterit?*
- 9 *Actuarij ciues esse non debent.*
- 10 *Officiales in casu absentiæ, vel alterius impedimenti an sibi Locumtenentes constituere possint, vel baroni competat?*
- 11 *Officiales delegare non possunt.*
- 12 *Substitui non potest in officijs.*
- 13 *Locumtenens aduena constitui debet, si ordinarij absentia longa fuerit.*
- 14 *Prorex an in casu absentiæ sibi substituere possit?*
- 15 *Substituens an pro substituto sibi in officio teneatur?*
- 16 *Officiales in villis, & paruis terris ciues esse possunt.*
- 17 *Baroni vnum Officialem in pluribus terris an constituere permittatur?*
- 18 *Officialis munere etiam Actuarij fungi non debet, aliàs acta essent nulla. Quod in officio tenui limitatur.*

Right column:

- 219 *Baro Assessorem in terris paruis assistentem constituere non tenetur.*
- 230 *Officialis in pluribus terris constitutus, vbi residere habeat?*
- 231 *Baro in vna Baronia plures Officiales, nempè vnum in Castro, alios in singulis Casalibus an constituere valeat?*
- 232 *Iurisdictio non diuiditur, sed administratio iurisdictionis per constitutionem plurium Officialium.*
- 233 *Iurisdictionis subiectum in Barone est actiuè, in vasallis passiuè.*
- 234 *Iudex appellationis an constitui possit, vt in primarum causarum loco resideat?*
- 235 *Rex an in Baronum terris Regiarum Audientiarum residentiam ponere valeat?*
- 236 *Iurisdictionem aliquam in alterius Baronis dominio sine eius licentia quis exercere nō potest.*
- 237 *Barones sine Proregis licentia contentiosam Neapoli iurisdictionem exercere nequeunt.*
- 238 *Licentia, vt quis iurisdictionem exerceat non per loci Officialem, sed per Baronem est concedenda.*
- 239 *Facultas in alieno territorio iurisdictionem exercendi an præseribi possit?*
- 240 *Citatus in alieno territorio an comparere teneatur?*
- 241 *Iudex iurisdictionem suam ordinariam semper exercere valet, quovsq. non elidatur.*
- 242 *Iudex licèt notoriè suspectus iure procedere poterit, quovsq. suspitio proposita non fuerit.*
- 243 *Citatio quādo est supremorum Tribunalium licentia petatur pro intimāda de congruo, nōde essentia.*

PRAGM. III.

CAROLVS QVINTVS.

Quin etiam, &c.

De Baron. Com.



IN tres partes hanc diuido Pragm. In prima clamosam populorum querelam de varijs vtilium Dominorū oppressionibus ad Principem perueniſſe notatur, & satis fuisse durum, vt populi, qui ab inimicorum impetu tutantur, à suis postea opprimantur. In secunda Barones cuiuscumq; gradus, status, & cōditionis existentes, suo esse contentos, & se à vasallorum oppressione, & molestia abstinere præcipitur. In tertia verò vasallos pace, & iustitia gaudere permittant.

1 Ad primam notauimus supra præcedenti Pragm. quàm peculiare Principis officium esse, subiectos protegere, & ab omni oppressione liberare, & hic probatur, armis, & legibus vti Principem, & ambobus ad subditorum pacem conseruandam,
2 cum Reipublicæ pax horum stipite conseruetur, iuxtà *text. in Auth. de arm. C. de Iustin. Cod.* istis enim propugnaculis Prouinciæ tutantur, ac purgantur, *l. congruit, ff. de offic. Præsid.* & in summa armis, aut legibus vasallorum oppressiones Princeps vlciscitur, vt in *cap. Reg. Salubrem, & in cap. Ad Regale fastigium*. Quibus Iuribus constat, quam diligens sit cura Principis,

qui

qui occurrendo prouidet. Eius enim est à
quocumq. protectos,& incolumes seruare
subiectos; cum eius authoritas, & iurisdi-
ctio ex ipsorum oppressione offendantur,
& proindè pro ipsius iurisdictione,& sub-
ditorum pace contra quoslibet statuere
conuenit, *Andr.in rubr.Quæ sint regal.circa
fin.Reg.Tap.in cap.4.rubr.de const.Prin.n.13
Capyc.in inuest. vers. ad instantiam Ecclesia-
sticorum*,& cōsequēter licèt terrā infeudi-
3 do, in naturam francham, ac cum omni-
moda potestate Princeps concesserit,dire-
cti tamen dominij potestas ab eo abdicata
non censebitur, *Bald.in rubr.Quid sit inuest.
Capyc.in vers.feudorum alienationes 7. am-
pliat.* 1. Quod directum dominium princi-
paliter querelarum,& subditorum appel-
lationum ab Officialium oppressionibus
audientiam respicit, *Afflict.in constit.Capi-
taneorum*; & dicam infra *nu.*147. Princeps
inquam verus Dominus, & populorum
protector dicitur, *l.2.* ibi *(Principem, &
Ducem) ff.de legib.*& proindè mandat,pro-
uidet, statuit, & omnium querelis succur-
rit,quamuis terras,vel Ciuitates cum om-
nibus regalijs concesserit, *Bellug.rubr.38.
§.cum queruntur*,nec etiam volens alto do-
minio se priuare poterit, *Capyc.in inuestit.
caus.feudum dant. dul.*1. quia deformare
Principatum esset,*cap.intellecto,de iur.iur.*
feuda enim ab omni seruitio libera con-
cedere valebit, vt dicam infra *Pragm.8.à
num.*7. non autem à subiectorum quærelis
4 prouidendi, & feudatarios eos oppimen-
tes puniendi superioritate;ea enim ex pri-
uilegio nunquam Principes concedentes
se excludere intelliguntur, prout est in
5 alijs inferioribus, contra quos priuilegiū
excluso ipso concedente operatur, iuxtà
*glos.in cap.Pastoralis, & cap. cum ab Eccle-
siarum,de offic.ord.* & probatur ex Pragm.
nostra,dum succurrit oppressionibus, quæ
ab vtilibus Dominis inferri audiebantur,
quibus obijciendo ait: *Durum fuit auditu,
vt populi,quos ab exterorum impetu tuemur,
postea à suis opprimantur.*Sui vocantur Ba-
6 rones, ac etiam familiares, domestici, &
protectores,vt in *Rub. C.de domest. & pro-
tect.lib.*12.dicuntur etiam membra corpo-
ris realis,iuxtà *text. in l.quisquis,C.ad leg.
Iul.Maiest.& in cap.verò 7.q.1.Boer.dec.17
num.4.* vndè vti sublimioris corporis mē-
bra, perfectiora esse deberent, in tuendo,
ac considerando ad quid eorum opera te-
neantur, & adeò damnis, & uasallorum
periculis succurrere astringuntur, vt nisi
fecerint,in animę iudicio teneantur,*Vasq.
7 contr.cap.43.num.*11. omni enim iure, di-
uino,naturali,ac positiuo ad hoc sunt ob-
noxij.

Assumptum primum probatur ex ijs,
quæ Diuus Paulus dicit,*Qui suorum curam,
& defensionem non præstat, infideli deterior
est*;naturali iure tenentur, cùm sub hac le-
ge, & conuentione primus Magistratus
datus,& acceptus fuerit, vt talem gereret
curam,taleq; ministerium populis præsta-
ret, *Cagnol.in l.culpa caret, ff.de reg.iur.* vbi
qualiter Magistratus sub præcepto adiu-
uare, defendere, auxiliumq; vasallis vsq.
ad mortem præstare teneantur, & latius
Vasq.contr.cap.41.num.20. Ex quibus,di-
8 ueris Baronibus, qui in aliqualis fauoris,
& auxilij pro vasallis præstiti retributio-
nem, licito iure aliquod accipere, & sibi
deberi prætendebant, malè se gerere, re-
spondi;& in facto quidèm Baro,dum sua
terra hospitio esset oppressa, apud Prore-
gem ita se exhibuit, vt hospitij obtinuerit
exonerationem, ex qua gratia pecuniæ
quantitatem sibi legitimè deberi pugna-
bat, dicens, & si ab Vniuersitatibus maxi-
mè suis Baronibus donare non liceat,quia
est ut alienare,*l.ambitiosa, ff. de decr.ab ord.
fac.*& in Regno statutum est per *Pragm.8.
& 12.de admin.Vniuers.* & infra *Pragm.8.
par.3. num.*136. cum hoc tamen in remu-
9 nerationem fiat, valere donationem fun-
dant *Montanar.loco cit. Gram. dec.45. Ann.
sing.209. Medic.cons.38.* quia remuneratio
emptioni,& vēditioni cōparatur, *l. Aqui-
lius,ff.de donat.*Replicauit,allegata proce-
dere posse,quando persona,quæ seruitia
10 præstitit, talibus obligata non esset:sed si
ratione officij, & debiti se talem exhibere
teneretur, seruitia remunerationem non
merētur, cum ille suum officium impleat,
vt infra ex *num.66.*

Quapropter actionem non præstant, vt
salarium peti possit, sed potius recipiens
turpitèr accipere dicitur, ad *text. in l.fin.
ff.de condit. ob turp.cau. Tiraq.de reuoc.don.
vers.donatione largitus, num.21.& 106. Pi-
nell. de bon.mater. l.1.par.3.num.6. Franch.
11 decis.428.* & proindè tuta conscientia re-
munerationes in huiusmodi auxiliorum
retributionem per Barones recipi non
possunt, sed solùm aliqua in recognitionē
munuscula,*Tiraq loco cit.num.25.* Verùm
si Baro suam authoritatem,& diligentiam
interposuerit,vltra id,ad quod ratione of-
ficij teneretur, in eo excessu erit beneficiū
euidens, quod debitum naturale antidorā
parit, *D.Thom.2.2.q.106.ar.3.ad 4.* & no-
tat *Cabed.dec.36.num.*12.vasallorum enim
12 potestas Baronibus tributa fuit, vt dili-
gentius ipsi in pace protegerentur, suum
cuiq; ius tribueretur,& delinquentes pre-
scriptis pænis afficerentur, vtq; singulorū
status illęsus conseruaretur,*§.1.de pac.ten.*
non autem ad subditos opprimendos, &
sanguinem à vasallis emungendum, *cap.
salubritatem, de consec.dist.3.* vbi Papa in-
crepat Episcopis,dicens,ipsos vt sue solli-
ci-

citudinis partem susciperent, non autem
ad subditos sollicitãdos fuisse constitutos,
nè dictum Ezech. 22. verificetur: *Principes
facti quasi lupi rapaces*, & exindè ait *text.*
noster, durum fuisse auditu, vt populi, qui
ab inimicorum impetu tutantur, à nostris
13 postea opprimantur; & longè durior re-
putatur oppresſio, quæ fit à suis, quàm
quæ ab extraneis, *Marsil. in l.* Diuus, *ff. ad l.
Pomp. de parric.* licèt pater iniuriam filio
illatam remittere possit, ex *l. sed si vnus, §.
14 fin. ff. de iniur. l. in personam, ff. de pact. Viu.
comm. opin.* 216. *par.* 2. & latius *Franch. de-
cis.* 715. non tamèn iniuriam factam filio à
coniuncto, cum satis atrox reputetur, vt
singularitèr expendere *Rom. singul.* 92. *&
Arnon. dial.* 48. adeò enim legi est exosa
suorum offensio, vt statutum licèt genera-
le forindicatum occidi iubens, suos non
15 comprehendat, & arctet; imò si quis occi-
derit suos, puniri poterit, *Marsil. in dict. l.
Diuus, & sing.* 125 *Franch. dec.* 276. & con-
16 sequentèr receptatio foriudicati à con-
sanguineis facta non rigorosè punitur, cũ
defendendum offendi natura non ferat. Et
si secularium potestatum primam conside-
remus originem, eas ad populorum pro-
tectionem, litium diremptionem, crimi-
numq. punitionem introductas fuisse vi-
deamus, hinc clariùs demonstratur, leges
eatenus valere, quatenus populo sint vti-
les, aliàs non ligant, *cap. erit autem lex 4. di-
stinct.* & leges, atquè Superiores necessarij
17 non fuissent, si homines ratione guber-
nati fuissent: per legem enim non fuit be-
nefacere iussum, sed malefacere prohibi-
tum, 23. *q.* 5. *cap. ad fidem*, & sic declaratur
illud: *Quæ spiritu Dei aguntur, non manent sub
lege, Felin. in cap.* 1. *de Sum. Trinit. & fid. ca-
thol.* & si non fuissent peccata, Superiores
haberi non oportuisset, *cap. d. Constantino-
politana* 22. *dist.* orta enim fuit Superiori-
tas à Cain vsurpatore, cuius tempore om-
nia erant communia, eratq. illa primæua
naturalis libertas, meum à tuo non distin-
guens, & ille prius communia vsurpare
cępit, similitèr & alij fecerunt: vndè ætas
18 illa aurea finem habuit, & dominia ex ho-
minum iniquitatibus introducta fuere,
cap. dilectissimi 22. *q.* 1. At quia exindè ma-
gnæ concertationes, & distinctiones mei
ac tui oriebantur, homines statuta, & con-
stitutiones introduxerunt; cumq. parum
profuisset eas haberi, si homines præcipui
non fuissent, qui ordinationes seruandas
curarent, & errantes coercerent, Reges
posteaq. alias potestates crearunt, *l.* 2. *§.
post originem, ff. de orig. iur.* Vndè considerēt,
Superiores quantum in salutari suo, defi-
ciant opprimendo, non autem relcuando
vasallos, quos eis Deus in pace gubernan-
dos à primordio concesſit.

Propterea Princeps hac secunda parte
statuit, Barones cuiuscumq. status, gradus,
aut conditionis existentes suo esse conten-
tos, & ponderando huius tex. generalita-
tem, verborumq. eiusdem prægnantiam,
& geminationem, noto, hanc ordinationē
19 non solùm ad Barones, verùm etiam ad
quoscumq. in dignitate, & prerogatiua li-
cet maxima positos, uti ad Comites, Mar-
chiones, Duces, ac Principes, & ad infe-
riores quoslibet superioritatem, & iuris-
dictionem habentes extendi: Perpendatur
enim illud uerbum, *cuiuscumq.* nam est di-
20 stributiuum adeò uniuersale, ac generale,
ut casus maiores expresſis, ac infimos, &
abusiuos comprehendere sit aptum, *Ca-
pyc. dec.* 88. *num.* 5. *Crauet. cons.* 294. *Boer. de-
cis.* 36. *num.* 12. *Tiraquel. de retract. §.* 1 *gl.* 7.
à num. 20. Quapropter si feudum sit sibi, &
21 hæredibus quibuscumq. concessum, per
illud uerbum distributiuum, seu dictionem
quibuscumq. feudum etiam extraneis re-
linqui, imò fideicommitti, ac legari pote-
rit, quod est maius (cum fideicommissarij,
ac legatarij impropriè hæredes, ac succes-
sores dicantur) quia uirtus illius dictionis
est, ut etiam ad impropria extendatur,
Bald. in cap. Imperialem, num. 19. *Curt. in
tract. feud.* 3. *par. q. vlt. Iacobin. de S. Georg.
de feud. vers. quibuscumq. Ann. cons.* 53. *n.* 15.
& latè de hac clausula *Camerar. in dict. cap.
Imperialem, f.* 28. *ex lit. V. cum seq. Bammac.
in cap. feudum, q.* 1. *si de feud. def. milit. Petr.
de potest. Princ. fol.* 107. *ex n.* 51.

Verùm omnium appellatione, licèt ver-
bum, *omne*, sit vniuersale, *l. Iulia, ff. de leg.* 3.
Gram. dec. 4. *Bertaz. de claus.* 4. *glos.* 9. iura
22 tamèn, & actiones, vti tertia species à mo
bilibus, & immobilibus separata, non cõ-
prehenduntur, sed donantis remanent, *Ias.
& alij in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de
23 verb. oblig.* quod secus procedit, si quorũ-
cumq; bonorum donatio fieret; nam ver-
bum illud genericum etiam ad iura, & ac-
tiones extenditur, *DD. in l. mouentium, ff. de
verb. signif. Surd. dec.* 233. *Marsil. in l. si vnius
§. cognitorum, ff. de Quest.* & sic patet quam
larga, vniuersalis, ac indefinita sit huius
distributiui potestas ad casus maiores, in-
fimos, ac abusiuos. Hinc controuertitur,
an *Pragm. de censib.* quæ realem, & perso-
nalem exequutionem contra possesſores,
& quoscumq. rerum obligatarum deten-
24 tores concedit, inquilinos, & colonos me-
rè detentores, & improprios possesſores,
per illud verbum, *quoscumq.* comprehen-
dat? De qua quæstione vide *Franc. Milan.
dec. Sicil.* 3. *Intrigl. super bull. cens. q.* 37.

Eandemq. generalitatem sequentia no-
stri *text.* verba demonstrant ibi, *Status,
25 gradus, & conditionis.* Status hominum est
triplex: Supremus, medius, & infimus, *Luc.*

de Penn. in l. 1. C. de appar. Praef. Vrb. lib. 12. licèt alij aliam tradiderint distinctionem in l. 3. ff. de stat. hom. Gradus etiam, & hominum conditio in tres diuiditur partes.
26 In plebeios, nobiles, & in dignitate positos, idem Luc. in l. 1. C. de deser. lib. 12. & cõsequentèr ex ijs verbis geminatis vniuer-
27 salitas, & statuti generalitas arguitur, cũ verba frustratorie posita non praesumantur, Castr. in l. qui in potestate, §. 1. ff. de test. sed semper aliquid operari debent, l. si quãdo, ff. de legat. 1. Soc. in reg. incip. verba, & geminatio verborum, quae multa in iure operatur, l. Balista, vbi omnes ff. ad Trebell. ac alios geminationis effectus cumulauit Marsil. in l. 1. §. quaestioni, ff. de quaestionib. & verba praegnantia generalem inducunt dispositionem, Pet. de pot. Prin. vlt. art. vbi
28 clausulae, ex certa scientia, vel de potestatis plenitudine in rescripto positae, & si nihil in tertij praeiudicium operentur, tamen si cumulatae fuerint, nempè de plenitudine potestatis, motu proprio, ex certa sciẽtia, proptèr has geminationes, Principis voluntas etiam contra tertium de potestate absoluta arguitur.
29 Nec adnotare omittam quod contra delinquentem obtinui cum sclopo captum, qui nouae militiae se militem esse defendebat; cuius militibus per Prag. 24. de milit. omnium armorum delatio, pugionibus, paruisq. sclopis exceptis, concessa erat, respondi ex generalitate verborum noui bãni omnibus cuiuscumq. status, gradus, & conditionis, archibusium onustum intus habitatum portandi facultatem prohibẽtis, proptèr hanc generalitatem, & verbo-
30 rum geminationem statutum ad omnes extendi etiam priuilegiatos, de quibus expressa esset facienda mentio, secundum Alex. cons. 4. volum. 6. & cons. 215. Decian. cons. 171. Soc. cons. 120. asserentes, generalem, vel vniuersalem prohibitionem, cum verbis praegnantibus factam etiam priuilegiatos comprehendere. Quamquam (vt
31 verum fatear) contrarium fuisset iudicaturus, cum consilia sint ad placitum, sed vota, & sententiae veritati inhaerere debẽt, Thes. in praefat. dec. num. 60. Foller. de censib. fol. 82. dico, primum priuilegium militi-
32 bus de omnibus armis concessum, per sequens quantumcumq. generale, non posse tolli, nisi facta primi expressione, vel derogatione saltèm generalitèr, vti non obstantibus quibuscumq. priuilegiatis, Frãc. dec. 162. num. 14. Princeps enim per quamcumq. generalitatem, vel verborum vniuersalitatem, quibus specialitèr prouidit, praeiudicare velle non praesumitur, text. insignis in l. Item apud Labeonem, §. ait, ff. de iniur. latè Petr. de potest. Princ. penul. artic. cum praeced. Rip. in cap. sicut, de rescrip. n. 48. Osasch. decis. 169. Tap. vlt. art. l. fin. ff. de constit. Princ. num. 45. & latè Marsil. in pract. crim. §. quaeritur, ex num. 16. & sic Prag. nostra satis est vniuersalis.

Et text. nostri institutum sequendo, Barones cuiuscumq. gradus suo sint contenti iuxta verba text. in l. 4. C. fin. reg. ibi, Quilibet suo sit contentus, & rem non expetat iuris alieni. Verè enim auaritia tam mali regiminis est causa, & vt dixi in Rubr. radix omnium malorum, cap. quia radix, de poenit.
33 dist. 2. nam mens cupiditatis vitio alligata semper à vero deuiat, 90. dist. cap. benè quidem. & omnium litium, & iurgiorum
34 est mater, cap. de his 27. dist. Sed proh miseri! (inquit ille Sapiens) Non videtis quod cupiditas est ferocissima pestis; quae homines semper egenos facit, cum eo magis quo fuerit locupletata mendicat, omnia possidemus quaecumq. concupimus, & de infinitis huius vitij malis sat est dixisse, illud omnium malorum esse radicem, latè Marc. Ant. Surgen. cap. 17. num. 20. cum Add. vndè Barones, vt rectè regant, hoc vnum obseruent, vt suo sint contenti.

Sequitur text. Et vasallos sine molestia, & oppressione tractent. Molestia fit facto, &
35 verbo: Facto Baro molestiam infert angariando, iniurijs realibus vasallos afficiendo, collectando, adulterando, & huiusmodi, vt infra dicam. Verbo verò, contume-
36 lijs iniuriando, & dicitur molestia propriè, quę fit extra iudicium; vndè lata poenali lege, nè alicui inferatur molestia, facti intelligitur molestia, non iuris per viã iudicij, l. 1. C. de his, quae poena nom. l. amplius, & ibi DD. ff. rem rat. hab. Borgn. de vsufruct. num. 51. Peregr. de fideicom. art. 31.
37 num. 5. Verùm quando esset calumniosa iudicialis molestia, extenderetur etiam si in iudicio fieret, & in generali sermone quamlibet molestiam etiam iudicialem venire, tradunt Capyc. dec. 69. num. 9. Tiraq. de retract. §. 53. glos. 4. n. 39.
38 Oppressio propriè dicitur pauperum, & miserabilium personarum, quae aduersus Superioris potentiam praeualere, & se defendere non possunt, 11. q. 3. cap. pauperum, & hos opprimens iudicium sanguinis sibi parat, ait text. in cap. omnis oppressio, de poenit. dist. 1. quorum oblationes à Deo refutantur; cum subleuare, & miseros non
39 opprimere proprium sit Dominorum, cap. gloria 22. q. 2. vbi sacrilegium committitur ex oppressione miserabilium, quorũ Redemptor noster praecipuam causam sibi reseruauit, & protectorem eorum se fecit; & qui ijs iniustitiam facient, iniustitiã consequentur, §. omnibus, Auth. de sanctiss. Episcop. & experientia docet, istos sanguinis pauperum emunctores infelicitèr mori, & eorum labi quaesita, floris instar, qui

de

de manè egreditur, & subitò conteritur, iuxta Psalm. *Vidi impium exaltatum, transiui, & ecce non erat, nec inuentus est locus eius.*

Indè de iure licitum est vasallis magna molestia, & oppressione grauatis, nō oblata in totum Domini reuerentia, illi resistere, ad *text. in l. omnes, C. de decurion. lib. 10. & in l. contra nostra, & ibi glos. fin. C. de exequutor. lib. 12. l. prohibitum, C. de iure Fisci, vbi Bald.* & latiùs per *Amaya ex num. 6. & Georg. Brec. de necess. defens. cap. 6. ex nu. 33.*

40 Imò in graui casu tyrannicè se gerentem offendi, & occidi posse asseruere *Bald. in l. fin. ff. ad l. Iul. de adult. Viu. comm. opin. 116 par. 1. Gram. cons. ciuil. 162. num. 17.* prout aduersus tyrannum Principem licet subditis se rebellare, *Capyc. dec. 69 num. 32. Campag. in cap. Reg. 131.* & notanda sunt verba *Andr. in cap. 1. num. 18. qui succ. tenen.* ibi, *Licet autem non habeat Superiorem Princeps, coram quo haec proponat subditus, in defectu Iudicis, erit ipse sibi ius dicens,* & latiùs *in cap. extraordinaria collatio, num. 59. quae sint regal.* Quae conclusio licèt de iure sustineri posset, tamèn per *Concil. Constantiense* fuit derogatum, cum partium manibus iu-

41 dicium, & iustitia non sint danda, *D. Tho. cap. 6. de regim. & 2. dist. 44. q. 2. ar. 2. Capyc. de probib. feud. alien. col. 39. & dec. 69. n. 31. Luc. de Penn. in l. 1. C. vt armor. vsus,* & latè per *P. Hieron. Salzad. de reg. Princip. libr. 1. cap. 6. disert. 9.* resisti tamèn poterit, non autèm Superiorem iniustè exequentem offendere licet, *Paris. de sind. verb. resistere:* nam etiam in foro conscientiae dicit *And. locis superius cit.* subditos Principi non solùm de necessitate obedire teneri, verùm etiam ad scandalum euitandum, ob quod neq. Domino rem suam ab occupatore propria authoritate auferre licet, idem *D. Thom. num. 2. q. 60. art. 5. Viu. decis. 223. num. 6.*

43 Quod adeò verum est, vt Baronem suū offendentes, lesae Maiestatis crimen incurrere multi opinati fuissent, dum ille merū habet imperium, ex *l. 1. ff. ad leg. Iul. Maiest. Andr. in cap. 1. num. 83. quae sint regal. Petr. de pot. Princ. cap. 6 num. 12. Surgen. de Neap. Illust. cap. fin. num. 10.* Sed haec in Dominis Superiorem non recognoscentibus, & Imperialia habentibus, vt in magnis Ducibus, non autèm in alijs Baronibus inferioribus practicantur, *Guid. Pap. dec. 344. Deciam. lib. 7. cap. 8. num. 7. Mastril. de iure vel. cap. 26. num. 18. Bonad. lib. 2. cap. 16. nu. 177.*

44 & in Officialibus maioribus Regem immediatè repraesentantibus, *l. quisquis, C. ad leg. Iul.* si tamèn officij intuitu illi essent offensi, *Viu. dec. 278. Intrigl. dec. 41.* Verùm

45 grauiùs puniuntur, & taliter delinquentes ab indultu excepti sunt, tamquam ministros Regis offendentes, vt diximus supra in *Rubr. num. 56.* Principi tamèn Baronum vindicta remanet, ad quem scelerum, & vtilium Dominorum oppressionum castigatio pertinet; & proindè Caesarea Maiestas Vniuersitate conquerente, duos Cōsiliarios, vel probos viros ad eorum grauamina audienda destinare solebat, *Ann. singul. 55.* & prius visitabantur Barones, quomodo subditos illi tractarent, & iure

46 obseruandum esse dixit *Afff. in Constit. Capitaneorum, num. 6.* subiungens quomodo in desuetudinem abierit se nescire, cum bonī

47 regiminis fuisset firmamentum; nam nisi virtutis amore, saltèm paenae timore minora in Regno essent grauamina, cum tyrannides non solùm per tyrannos, seu infideles exerceantur, verùm etiam per omnes opprimentes, *Bart. in tract. tyran. versic. exercitio enim fiunt tyranni, Boss. tit. de Princ. num. 55. Vasq. controu. 47.* contrarium autē sustinet *Frec. tract. de subfeud. auth. 35. non esse v3.* licitam visitationem, cum esset

48 quaedam generalis inquisitio, & possessionis feudi perturbatio, sed subditis conquerentibus iustitiam ministrari sufficere, *Reg. de Ponte de pot. Proreg. tit. 3. §. 1. nu. 61. de elect. Official. Mastrill. lib. 4. de Magist. cap. 13. num. 226.*

49 Sed qua paena Barones indebitè subditos molestantes, & opprimentes puniantur, variae inter DD. fuerunt sententiae. Prima fuit opinio vltra propriam delicti paenam feudi priuationis esse, ex *cap. 1. §. Domino, si de feud. def. fuer. controu. & cap. 1. qual. Dom. propr. feud. priu. ex cap. ad Apostolicae, de sent. & re iudic.* cùm pares vices vasallis reddere debeant, *Iacob. de S. Georg. tit. de Roid. col. 13. Gram. cons. ciuil. 162. num. 15. & cons. crim. 10. Auil. cap. Pre-*

50 *torum, lib. 6. tit. 4. l. 22. Azeued. libr. 6. tit. 4. l. 22.* qui enim dominio abutitur, eo se reddit indignum, & Reipublicae interest, nè quis re sua malè vtatur, iuxta verba *text. in § fin. Instit. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* & ex officio Superior cum vasallorum sciuerit oppressiones, vindicare tenetur, ex *l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offic. Praes. Cast. in l. in re mandata, C. mandat. Guid. Pap. decis. 62. Vasq. consul. 8. num. 20. Petr. de pot. Princ. fol. 39. num. 119. Bonadil. in sua Polit. lib. 2. cap. 16. à num. 82. Boer. dec. 304. & Paris. de Put. de sind. tit. de excess. Baron. cap. 1.*

51 qui plurium priuatorum ex abusu dominij exempla referunt. Et arguendo à fortiori probatur; si enim feudum diminuens

52 priuari poterit, *Andr. in cap. 1. nu. 28. quib. mod. feud. amitt.* eò fortiùs erit si fiat diminutio in personis, quae longè nobiliores sūt, *l. iustissime, ff. de aedil. edict.* maximè quia solita inuestiturarum clausula est, feudum, & vasallos non deteriorandi; vndè qui eo

priuilegio abutuntur, molestando, angariando, collectando, adulterando, iniuriando, & à miseris vasallis extorquendo, vt suis gustibus vacent, ipsosq. ita aliqui excoriant, vt etiam victualia, vsq. ad anseres, & gallinas admodum hospitantium militum auferant, iuxta *glos. in l. cenaticorum, C. de erog. Milan. nou. lib. 12.* Isto modo
53 maxima dicitur deterioratio, & satis grauatur Regis protectio, cum malè tractentur subditi, & ad pauperiem reducantur, quos Principis magni interest habere locupletes, *§. cogitatio, Auth. vt iud. sine quoq; suffrag. Frec. author. 8.* feudorum enim le-
54 ge ad imparia, Dominus à vasallo non iudicatur: nam sicuti vasalli nil contra Dominum feloniæ, ac mali excogitare debent, sic & Dominus suos non molestet vasallos, *cap. 1. de form. fidel.* & sicuti vasallus Baronem honorare tenetur, cum à
55 natura hoc sit insitum, vt subditi revereantur Superiores, quod à brutis, quæ leoni, & vrso reuerentiam præstant, & timorem, obseruatum videmus; & obsequialia, quæ Baroni vasalli debent, recensent *Luc. de Penn. in l. 2. C. in quib. caus. colon. Crauet. con-*
56 *sil. 6. num. 20.* quilibet enim inferior reuerentiam, & locum suo Superiori debet, alias iniuriarum actione puniri posset, *Carauit. rit. 39. Vasq. in præfat. controu. n. 25.*
57 *& 125.* quia Principatus est de iure naturæ, cui obedire tenemur; sic è contra Ba-
58 rones vices suas vasallis reddere debent, eos vti filios amando, eorumq; commoda procurando, *l. nam salutem, ff. de offic. Præf. vigil.* & eis non detrahendo, alias Dominorum nomen habere non merentur, *Bald. cons. 439. Crauet. cons. 238. & Affl. dec. 265. & Capyc. in inuest. vers. parilitas seruanda*, casus recensent qualitèr alter alteri pares reddere debeat vices, & nil vnus contra alium excogitare debet, licèt maior infligatùr pœna vasallo, cum Baro Regem repræsentet.

Alij dixere, Domini sæuitiam, & molestiam non esse iustā priuationis feudi cau-
59 sam, sed ad feudum vendendum cogi posse, argum. *text. in § fin. Instit. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. & in l. 2. ff. eod. tit.* vbi si intolerabilis Domini sæuitia videatur, ipse seruum vendere cogitur, nam vasallis à crudelis Baronis dominio eximi sufficit; & ille feudi prętium non amitteret. Quæ opinio æquior videtur *Bald. in l. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Boer. decis. 304. num. 8. Franc. Marc. dec. 374. part. 2. Crauett. cons. 6. num. 109. de Curt. in suo diuers. feud. fol. 9. num. 45. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de elect. Offic. §. 1.*

60 Tertia fuit opinio, feudo Baronem priuari posse, si trina monitio Superioris præcesserit, vt is à molestia, & vasallorum oppressione se abstineret; nam si in pertinacia persisteret, tunc verus dolus, & inobedientia arguerentur, quæ nullam excusationis causam admitterent, *Iacobin. de S. Georg. fol. 7. vers. quæritur, Capyc. in inuest. fol. 67. Gall. obser. 17. lib. 1. Bouadill. lib. 2. cap. 16. num. 85. Mastrill. de Magist. lib. 3. post cap. 10. in alleg. ex num. 70.* & trinam, non
61 autem vnicam requiri monitionem credo: quia in omnibus præiudicialibus lex vnica interpellatione non contentatur, *glos. in Auth. de hæred. & falcid. § si quis autem, verb. admonitus, Gomet. var. resol. cap. 1. de delict. num. 24.* sicq. praxim vigere videmus: semper enim quis admittitur, nisi expressè per alia duo decreta fuerit reie-
62 ctus, *Viu. dec. 235.* trinaq. monitio requiritur, vt accusator pro desistente repelli possit, *Carauit. rit. 120.* sic vt Baro feudo priuetur, si seruitium non præstiterit, trina adhibetur interpellatio, *cap. 1. de milit. vasall. qui contum. est, Afflict. in Constit. Si vasallus*, & in terminis *Crauet. cons. 222. Boss. tit. de Princ. num. 56.* in ijs enim, quæ sunt magni præiudicij, & irretractabilia, vna monitio non sufficit; nam vbi maius est periculum, ibi cautius est agendum, *cap. vbi periculum, de elec.* At *Gram. dec. 104* refert decium in Sacro Consilio, Baronē Castri Belmontis ob magnam in plurimos vasallos sæuitiam in insulam deportatum, & sua iurisdictione in hominibus dicti Castri vita durante priuatum fuisse, licèt aliqua non præcessisset monitio; & argumēto, quod in præiudicialibus vnica interpellatio non sufficiat, respondet, id in dolo præsumpto, vti in iustitiæ denegatione procedere, & sic in omittendo, secus in committendo; nam si de mala vasallorum tractatione constet, alia non est expectanda monitio, cum legem Baro offenderit. Itèm monitiones sunt necessariæ, vbi à Iure pœna pro culpa negatiua imponitur; tunc enim vt quis in eā incidat, citationes sunt necessariæ, veluti si Baro iustitiam nō fecerit, Officiales non constituerit, & in
63 similibus, cum in mora constitui debeat, vt pœna peti possit, secus vbi pœna pro facto affirmatiuo ponitur, vtputà si quis commiserit tale crimen puniatur, tunc alia monitio non requiritur, cum legis pœna plectatur eam legem offendēs, *Alex. in l. ita stipulatus, ff. de quæst. nu. 17. Menoch. de arbit. iud. cas. 49. num. 41.* & eò redeundo, vndè digressi fumus, *dicta Gram. dec.* adhæret *Cancer var. resol. lib. 2. tit. de iurisd. omn. Iud. à n. 167.*

Ista feudi priuatio hodie non est in vsu;
64 tempore enim variantur opiniones, & decisiones, *l. 2. § sed quia, C. de vet. iur. enucl. Viu. dec. 401. Thes. in proem. dec.* Dico nunc, maiores esse vasallorum reclamationes, quàm

quam alijs temporibus; & tot, tàtaq. grauaminum capita proponuntur, & tamèn quemquã feudo fuisse priuatũ nõ vidimus, nec ab antecessoribus audiuimus, nec suspensam iurisdictionem, maximè antè condemnationem, nisi in casibus notatis infra *Prag.5. num.108.* sed solùm de suis excessibus Barones puniuntur: eò maximè quia ex gratia Serenissimorum Regum feuda ex quauis causa non publicantur, nisi pro læsæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ crimine, vt latè per *Montan. de regal. §. bona contrahentium, ex num.7.* & quia ferè omnia feuda in Regno sunt prętio empta, vt infra *num.72.* fuit tamèn practicatum, quando sæuitię sunt in excessu absq. emendatione, vltra delictorum pænam Baronem ad feudi venditionem cogi, iuxta *text. in l.2. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* cum adductis supra *nu.59.* Et si Baro re feudali abutatur ad exinanitionem, seruitutem, & depopulationem eam reducendo, est tunc expellendus, iuxtà tradita per *Andr. in cap.1. n.28. quib. mod. feud. amit.*

Et dato casu, quo quis ex citatis causis feudo priuari posset, limitatur in feudo re-
65 muneratorio; id enim præter læsæ Maiestatis crimen, non amittitur ex eisdem culpis, quibus amitteretur, si feudum ex mera esset liberalitate concessum, cum meræ, & gratuitæ beneuolentiæ propriam naturam non habeat, iuxta feudi definitionẽ, & donationis terminos transcendit; eum ex remuneratione, quæ emptioni comparatur, sit facta, *l. Aquilius, ff. de donat. Ant. sing.209. Gram. decis.65. Marsil. singul.333. Ossasch. decis.139. num.38. Viu. com. opin. ver. donatio, Tiraquell. in l. si vnquam, ver. donatione largitus, num.13.* Verùm intellige secundum verum sensum de concessione feudi remuneratoriè facta, vbi præcedunt talia merita, ex quibus actio, vel Iudicis officium dari potuisset, aliàs si ea merita non præcessissent, talem concessionem simplicis donationis terminos non excedere probat *text. in l. donari, ibi, Nullo iure cogente, ff. de regul. iur.* quem sic declarant *gloss. & ibi Cagnol. & Dec. & gloss. in l. si donatione, C. de collat.* & merita probantur per particularem, vel generalem Principis assertionem, *Gars. de nobil. gloss.2. à num.17.* donatio in-
66 quam est, quæ non fit aliquibus præcedẽtibus meritis, & officijs, quæ tamèn ad actionem non obligant, vti de seruitijs pa-
67 rẽtibus, coniunctis, amicis, & vasallis pręstitis, vt diximus supra ex *num.9.* Concessio autèm remuneratoria erit, si quis tanto tempore negotia amici gesserit, ex quibus salarium petere poterit, vel si suis expensis quis bello, ac similibus, quæ obligationem, & actionem præstant, insudauerit, in his ingratitudo, ac pænæ feudales cessant, & insinuationis solemnitas non requiritur, nec in ipsarum concessione decretum, licèt res sint Vniuersitatis, vel Ecclesiæ, *Bart. in l. ambitiosa, ff. de decr. ab ord. fac.* Sed in alijs meritis, quæ vel ex naturę
68 obligatione, vti seruitia, quę filij parentibus, vxores maritis præstant; vel ex officij debito, vti Officiales, qui benè administrant; milites, qui fideliter pugnant: hæc seruitia non verè remuneratoriam naturam obtinent, cum actionem præstare nõ
69 potuissent, prout dicimus, de donatione coniugi ex seruitijs facta; nam licèt magna probentur seruitia, obsequia, & vigiliæ in infirmitatibus; donatio tamèn non erit remuneratoria, cum ea obsequia actionem non producant, *Franch. decis.228.* & nè aliorum labores mihi videar ascribere, sunt videnda quæ in hac quæstione doctissimè scripsit *Pinell. de bon. matern. l.1. par.3. num.60.* qui viuis rationibus contra communem aliorum opinionem prædictã conclusionem defendit, cui adde *Reg. de Ponte à me cit. de pot. Proreg. tit. de tract. ex num.24. Capyc. dec.6. Peier. dec.5.* Neq. curandum est de communi; nam vbi validio-
70 res rationes eam vincunt, communis non est attendenda, *l.1. §. sed neq. C. de vet. iur. enucl. Camer. in cap. Imperialem, f.11. lit.P.*
71 Indè ad casum nostrum inferendo, si Princeps feudum concesserit, ac alicui ob eius meriti remunerationem donauerit, quia pro defensione in bello multa periculosa subijt, dignaq. heroum opera egit, hic laudãdus erit, cum fideliter suum munus expleuerit, de quo Princeps memoriã tenere debet, iuxtà *text. in l. fin. C. de præpos. agen. lib.10. & l.1. C. de priuil. eor. qui in sacr. bell. lib.12.* non tamèn Principem ad remunerandum obligatum esse cautum reperitur: vndè si is donet, feudum illud remuneratorium dici non poterit, ita vt ob has culpas feudo priuari non debeat, quæ opinio vltra *Pinell.* roborata est authoritate *gloss. Paris. §.3. num.99. Tapp. in l. fin. de constit. Princ. de Pont. cons.59. nu.15.*
72 Idem quod in feudo remuneratorio, affirmandum est in feudo pecunia empto, quod ob sæuitiã in vasallos non sic facilè amittitur, & emptitium feudum in hoc à propria natura feudi degenerat; verùm feudatarius illud tantum vendere cogeretur, *Crauet. cons.6. num.109. Vrsill. dec.265. n.16. Praes. de Curt. in suo diuers. feud. fol.83. ex num.7.* & similiter dixere *Rolan. cons.19. n.9. lib.3. de Ponte de pot. Proreg. tit. de lect. Offic. §.1. à num.5. & Andr.* quem allegat in *c.1. de feud. non hab. propr. feu. nat.* non loquitur de feudo empto.

Limitatur etiam in feudo ex pacto, &
73 prouidentia, in quo viuentis culpa, successoribus, quibus prouisum est in inuesti-

tu-

tura non nocet; ſi enim feudatarius vtrin
caſu noſtrę quæſtionis delinquat in vaſal-
lorum moleſtia, filijs, vel agnatis nō obeſt,
cum delictum ſuos habeat authores, *l. ſan-
cimus, C. de pęn.* & obeſſe non debet ſucceſ-
ſoribus, quos Princeps vocat, à cuius per-
75 ſona, & non ab vltimo poſſeſſore ſucceſ-
ſores feudum habent, vt in *cap. 1. & ibi glo.
ſi vaſall. feud. priu. & in cap. 1. An ille, qui
int. frat. Dom. de Curt. in ſuo diuers. feud. f. 59.
ex num.* 37. prout in feudo cum fideico.n-
miſſo, *Medic. conſ. 3.* ſecus in feudo hæredi-
tario, quia in eo, ſicuti tenens feudum po-
teſt ſucceſſoribus præiudicare contrahen-
do, ſic etiam delinquendo, cum delinquen-
do feudum transferat in Fiſcum, & vera
dicitur alienatio, iuxtà *text. in l. Imperato-
res, ff. de iure Fiſci*, ſic *Gram. decif. 77. num. 5.
Vrſill. dec. 282. num. 20. & decif. 385. num. 4.*
Verùm hoc in feudo pro ſe, & hæredibus
quibuſcumq. conceſſo de plano procedit,
ex *cap. feudum ſi ea lege, ſi de feud. def. milit.*
ſicut enim in eo extranei ſuccedunt, ita &
Fiſcus ſuccedere poteſt: at in feudis hære-
ditarijs conceſſis pro ſe, & hæredibus ex
corpore, prout eſt ſolitum in inueſtitu-
ris, quæ in hoc Regno fiunt, cum in eis
extranei ſuccedere non poſſint, ſed ſolùm
in conceſſione vocati, ſic nec ſuccedit Fi-
ſcus, *Bart. & alij in l. ſi finita, §. ſi vectigal, ff.
de damn. infect. Farinac. de delict. & pęn. qu.
25. num. 62. Reg. Rouit. in Pragm. 1. de bon.
prodit. ex num. 89.* Si verò Domini perſo-
na offendatur, ſiuè remuneratorium, ſiuè
paternum, ſiuè ex prouidentia ſit feudum,
iniuria ita per legem feudi ob criminis
enormitatem vindicatur, vt viuentis cul-
pa ſucceſſores offendat, *cap. 1. §. denīq. quæ
ſit prim. cauſ. & ibi Andr. & in cap. 1 ſi va-
ſal. feu. priu.*

76 Inſupèr limita, dummodo moleſtia, &
vaſallorum oppreſſio ſit generica, & vni-
uerſalis, ſecus ſi particularis quoad ali-
quos ſubditos; tunc enim probata mole-
ſtia, oppreſſione, ſeu odio, particulares il-
77 li à Baronis iuriſdictione vnà cum familia
ſe eximi tantum petere poſſent, ex *text.
ſing. in l. 1. C. ſi quacumq. præd. pot. Caoye. in
inueſt. fol. 66. Iacobin. in tract. de Roid. Gram.
d. dec. 104. Gayll. obſeru. 17. lib. 1. & Vaſqu.
cap. 8. num. 18. Reg. Lanar. conſ. 5. num.* 13. &
prouiſiones ſolitas emanari tradit *Reg. Sà-
felic. in ſua prax. ſeſ. 9.* nam licèt Rex ſubdi-
78 tum à iuriſdictione Baronis, poſtquam
terram infeudando conceſſerit, eximere
nō debeat, *Luc. in l. in ſac. ſcrin. col. pen. Guid.
Pap. dec. 56.* ex cauſa tamèn licita poterit,
argum. *text. in l. fin. ff. ſi à paren. quis fuer.
manum.* vbi filius patrem ad ſe emancipan-
dum ob eius nimiam ſæuitiam cogere
poteſt, *Crauet. conſ. 6. num.* 100. imò ipſo iu-
re à patria poteſtate eximitur, *gloſ. ſign. in
l. 1. de infan. expoſ.* vbi & vxor à marito li-
80 citè diuertere, ſeparationem thori pete-
re, & dotem repetere valebit, ſi maritus ſit
nimis in eam ſæuus, vel eam malè tractet,
*Auth. de nupt. §. minores, cap. literas, in fin. de
reſtit. ſpol. Franch. decif 244. Theſ. decis. 130.*
Itèm licèt aliquando nimia non adeſſet
vexatio, ſed tamèn magnum odium, vt cō-
tra aliquos litium factionis eſſe ſolet, quā-
do v3. Baro cum Vniuerſitate litigat, tunc
etiam illi vaſalli timentes nè oppriman-
tur, hoc Principi, ſeu eius Vicario narrare
poterunt, & eo caſu ſaluaguardia cauſa
81 cognita expediri ſolet, nè Baro in ipſorū
cauſis criminalibus procedat, niſi ipſo Su-
periore conſulto, tranſmiſſa actorum co-
pia, ex *l. fin. C. de erogat. milit. lib. 12. & in
l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offic. Præſ.
Marc. Ant. Surg. de Neap. Illuſt. cap. 25. in fin.
Guid. Pap. dec. 62. Maſtrill. de Magiſtr. libr. 5.
cap. 6. num. 214.* & hoc etiam procedere in
cauſis ciuilibus, *Seſe de inhib. cap. 4. §. 4.
num. 20.* Quod etiam in Curia Romana
inter Epiſcopum, & Clerum ſeruatur,
Caſſiad. decis. 6. tit. de priuileg. & ob præ-
ſumptum odium Baronem ad officium
Aerariatus quem cogere non poſſe dixit
Præſ. de Franch. dec. 301. n. 8.

83 Sed quæ erit iſta generalis moleſtia, vel
oppreſſio? Dic, eſſe ſeruitia vi extorta,
onerum impoſitionem, indebitam colle-
ctationem, iniurias reales, vel perſonales,
quæ omnia, vel ipſarum aliqua ipſius Ba-
ronis in omnes ſubditos voracitatem de-
monſtrant, *Boer. decis. 304. Frecc. auth. 8.
Gram. conſ. ciuil. 162. Viu. decis. 447.* Indebi-
84 ta carceratio dicetur etiam generalis mo-
leſtia: nam Domino quempiam realitèr,
vel perſonalitèr iniuriare non licet: &
quamuis aliqui dixerint, Domino eſſe
permiſſum ſubditos emendare, & modera-
tè caſtigare, inſtar magiſtri, mariti, Domi-
ni in ſeruum, & proximi in proximum,
*tot. tit. C. de emendat. ſeru. & C. de emendat.
propinq.* v3. mediocribus verberibus cæde-
re valent, *Clar. q. crim. 16. Menoch. de arbit.
caſ. 364. Gayll. obſeru. 106. par. 2.* ea tamèn
opinio non eſt vera, cum nullo modo Ba-
roni realitèr, vel perſonalitèr vaſallo in-
iuriam inferre liceat, etiam ad correctio-
nem, *Vaſq. cap. 8. num. 16. Afflict. Conſtit. Si
85 vaſallus, Boer. dec. 55.* modica tamē ad cor-
rectionem carceratio permittitur, & de
86 modica verberatione in humilem perſo-
nam tali caſu parum curari dixit *Afflict.
in Conſt. Reg. Vt dignitatum, in fin. Carrer. §.
circa, num. 72. ex l. 2. C. de ſportul. & ibi DD.*
nam Baro non ſolùm ſubditis iniurias in-
ferre non debet, verùm etiam de iure di-
uino, naturali, & poſitiuo eos defendere
tenetur, vt optimè *Vaſqu. contron. cap. 41.
num. 20.* & non ſolùm iniuriam vaſallo il-

la-

latam vendicare tenetur, vt in sua Curia ei iustitia ministretur: sed si in alio foro causa erit tractanda, Baro sine mandato
87 pro subdito offenso legitimã comparendi personam habebit, cum subditos non inquietari iurisdictionis intersit, *Bart.* qui hoc ad Abbatem pro Monacho, & ad Epi-
88 scopum pro Clerico extendit in *l. 1. §. idem ait, ff. de iniur. Frec. author. 27.* & benè *Gayll. obser. 115.* distinguit quando Dominus sine mandato pro vasallorum causis comparere possit: omnes enim, qui defendere, & protegere tenentur, generalem actionem de iure agendi, & defendendi habent,
89 prout Vniuersitas, quæ pro suis ciuibus agere, & de iniuria, & generali violentia accusationem porrigere, & capita contra Dominum temporalem, & spiritualem dare potest, *Guid. Pap. decis. 464.* & Baro ci-
90 uilis, qui propriæ terræ Dominus dicitur, similiter capita contra Baronem criminalem pro subditorum releuamine dare valet, *Bart. in l. 1. §. fin. ff. de iniur. Ann. singul. 61.* Quod intelligo si molestia pluralitatem tangat, secus pro causa particulari, prout è conuerso vasalli non solùm de iure, verùm etiam de facto aggressum Baronem defendere tenentur, *cap. de forma fidelitatis 22. q. 5. Boer. decis. 83. nu. 6.*
91 *Vin. com. opin. 69.* cum ad imparia non debeant iudicari, vt diximus, quod facere debent etiam contra fratrem, & patrem, *Clar. §. feudum, q. 27.* quæ est limitatio ad
92 Regulam, *Nemo alium defendere cogitur, & se periculo exponere, l. culpa caret, ff. de regul. iur*

Et quamquam alij id procedere intelligant in vasallo feudatario, vt ipsum Dominum defendere teneatur, & è contra, nõ
93 autem in vasallis ciuibus, seu burgensibus; cum vasallus feudatarius, & vasallus ciuis valdè differant, vt in *cap. 1. §. vasalli, de pace Constant.* de quo meminit *Capyc. decis. 162. num. 14.* tamen idem dicendum est in vasallis ciuibus: nam hi etiam fidelitatem Baroni iurant contra quascumq. personas, iuxta formam literarum executorialium, quæ capiendæ terrarum possessionis tempore Baronibus expediuntur.

Et sic ampliata, & limitata est conclusio, quomodo Baro vasallos molestans, & opprimens puniatur? Libellus verò con-
94 tra Dominum qualitèr sit concipiendus, vide *Iacobin. de homag. nu. 27.* aduertas tamen, vasallos famosam actionem institue-
95 re non debere, quando ciuili actione illi id consequi possent, instar mariti contra vxorem, *vt in ff. rer. amit. Capyc. dec. 118 num. 7. Franch. dec. 761. num. 9.* Et vasalli an fieut ad sui Baronis fauorem non probant ex *l. idonei, ff. de testib.* sed tantum ad beneficium supremi Principis, in quo concus-

sio, seu timor non præsumitur, *Ann. al-*
96 *leg. 52. num. 35. Cutill. decis. 20. num. 39. & decis. 25.* sic etiam à testificando contra Dominum repellantur, vide *Andr. in c. 1. num. 11. si de inuest. int. dom. & vasal. Afflic. decis. 304. infra sing. 82. Farin. q. 55. in c. 3.* quotquè testes contra Baronem requirantur, & quales esse debeant, vide *Const. Pro sequentes*, & quæ dixi in *Rubr. num. 12.* Et
97 pendente causa in iudicio deducta, si quid substantiale contra Baronem apparuerit, an peti poterit, ei mandari, vt a terra se absentet, quando testes sunt ibi examinandi? Vide, nè sim in his terminis prolixus, *Gram. cons. ciuil. 162. & cons. crim. 10.* In
98 causis autem grauaminum inter Barones, & vasallos Sacrum Consilium est Iudex competens, licèt aliquando ad negotium inuoluendum Barones adesse Regij Fisci interesse afferant, & proinde se ad Regiam Cameram, quæ ad se omnes trahit causas, vbi de interesse Regiæ Curiæ tractatur,
99 se remitti opponere soleant, sed per *Prag. 62. de offic. Procur. Cæsar.* prouisum fuit, omnes causas, in quibus de præsentaneo, & apparente Regij Fisci interesse non agitur, ad Sacrum Consilium spectare, de quo per *Ann. in repet. Const. Diuæ Memoriæ ex num. 12. Molfes. super Consuet. temp. & tit. de renunc. quest. 4. num. 35.* & nouissima primis coniungendo nostræ Pragm. verba Barones adnotent, vt à molestia, & vasallorum oppressione quoad fori, & poli forum se abstineant.

Tertiò, & vltimò Prag. dicit, *Quod permittant Barones pace, & iustitia vasallos gaudere.* Quæ verba sunt magni ponderis, ideò vt eorum robur aliquantulum co-
100 gnoscantur, & vtilitas, dico, coniunctim asserere Pragmaticam, *pace, & iustitia*, cum vna sine altera stare nequeat, vt dicit *text. supra Pragm. 1.* ibi, *Quia nec pax potest esse sine iustitia, & Isai. 22. Opus iustitiæ*
101 *pax. Sap. 22. In disponenda pace, lex est iustitia*, & Psalm. *Iustitia, & pax osculatæ sunt*, & idem, *Pax multa diligentibus legem tuam*, ita vt iustitiæ opus pacem inducat, & sine iustitia non solùm Ciuitates, sed nec exiguus hominum cętus conseruari potest, *Frec. de offic. Mag. Iustit.* nec latronum conuentus sine ea stare possunt, *Bellug. rub. 11. §. postquam, in princ.* nec regitur Regnum, Ciuitas, vel terra sine aliquo, qui eam regat, solùm animalia non habent Regem, pax enim est iustitiæ filia, & data matre, filij uti correlatiui ueniunt, *l. fin. C. de cupress. libr. 10.* Vndè si Superiores iustitiæ præcepta seruanda curabunt, quę sunt honestè uiuere, alterum non lædere, & ius suum cuiquè tribuere, *§. iuris præcepta, de iustit. & iur.* super quibus omnibus mundi iustitia consistit, ut inquit *Zas. de orig. pax*

erit

erit super uniuersam terram, *Iustitia namq. de cœlo prospexit*, vt Psalmista ait. Et patet
102 de Lucifero de cœlesti Paradiso expulso, de Adam à terrestri eiecto, & de Cain super terram profugo. Ex quibus constat, primum iustitiæ ministrum à Mũdi principio fuisse ipsum Deum, & proindè scelerum punitionem, & iustitiam de iure diuino esse, §. 1. *Auth. de instrum. Bellug. in rubr. 11. super Princ.* cuius iustitiæ administrationem, postquã populus fuit auctus, & perturbata extitit prima naturalis liber-
103 tas, fuitq; meum a tuo cognitum, & separatum, dedit Deus in manibus potentum, vt malorum refrenaretur audacia, & bonorum gressibus tutæ essent semitæ, *cap. in apibus 7. q. 1.* vbi notatur, apum
104 exemplo, Principum necessariam potestatem designasse *Cassan. cathal. glor. Mũd. 8. par. consider. 1.* & isti dicuntur debitores iustitiæ, *33. q. 5. cap. Reg. & 1. Reg. 1.* Deus Moysi legem tradidit, ac transgressoribus pœnam imposuit, vt *Exod. Si frater tuus, & vxor tua deprauare voluerint veritatem, sit manus tua super eos, & effundas sanguinem ipsorum*; alias ipsi Superiores redarguentur, vt *Io. 16. Arguet ipsos de iudicio, & iustitia. Deuter. cap. 13. Regens iustitiam ne declines in dexteram, vel sinistram, si longæuus esse velis super terram. Et vęh illis, si rectum iudicium, & iustitiam non conseruauerint*; post verò Moysen retrò videns ipsum deflexum in iudicando populos, à manè ad vesperas dixit: *Vltra vires est tibi hoc negotium, oremus Dominum, quid sit agendum*, & Deus iussit: *Prouide de omni plebe viros potentes, qui præcepta legis obseruent, & in quibus sit veritas, & eos constitues, vt iudicent populos.* Et sic postea cęptum fuit, Superiores iustitiam ministrantes constitui, & in his iustitia, & pax populorum reposita fuit, & proindè debitores dicuntur iustitiæ, vt in *33. q. 5. cap. Reg.* Ista fuit prima Principatus Deifica species, quæ à Deo emanauit, deindè alia successit, quæ populi consensu principium habuit, quæ legitima dominatio dicitur, *Vasq. contron. c. 47*
105 & talibus maiorem dat Deus habilitatem; nam de re maiori maiorem habet cu-
106 ram, & plures Angelos custodes ad ipsũ regẽdum constituit, ac maiorem gratiam,
107 & scientiam discernendi, regendi, & imperandi infundit, *Vasqu. contron. cap. 41. in fin. Foller. in Pragm. de cons. fol. 11.* Hinc de Saulo legitur, qui in Regem assumptus, prophetiæ meruit influentiam, *1. Reg. c. 1.* Salomon cum creatus Rex fuerit, sapientiam à Deo obtinuit. *3. Reg.* & Caiphas licèt iniquus, mortem Domini nostri prophetauit, & legimus Gallorum Regem nonnullos morbos sanare, *Cassan. in cathal. glor. Mund. 5. p.* quæ omnia constituit Deus ad denotandum, Vicarios diuinæ potestatis esse, & Deo proximiores; dicũtur enim Dei coadiutores. *D. Paul. ad Cor. Per me Reges regnant, & Prouer. 8. Potestas enim à Deo dependet, Vasq. præfat. controu. num. 106. Bellug. rubr. 11. §. postquam*, ipsos fecit subiectos melioribus cæli influxibus, à quibus reguntur, & in eorum morte; vel periculis (teste experientia) nos videmus in
108 cęlo signa apparere, quæ cometas nominamus, & sæpè sæpius magnatum mortem, vel similia accidentia demonstrant, *Guid. Pap. decis. 11. & Andr. in Const. tit. de iur. Baly* dicit, nobiles istos Superiores à Deo maioris iudicij capacitate dotatos. Hinc in *d. Const.* prouidebatur, in decimoquinto
109 anno tutelas Baliatus, & curas eorum finire, cum eis citiùs discretionem obuenire præsumatur, & aliorum tuitione eos non indigere, *Prasf. de Franch. decis. 650.* licèt nouissimè per *Pragm. fin. de minor.* sit ordinatum Balium vsq. ad decimum octauum annum administrare, prout in priuatis ad maiorem cautelam. Mulieres mun-
110 dualdis non indigent, cum nobilitas eas consilio non indigere præsumat, *And. vbi supra.* Ecce quomodo isti Potentatus, atq. Maioratus fiut a Deo priuilegiati, vt bono populorum regimini præsint. Et si ali-
111 quando gratiæ Dei non cooperantur, prouenit, quod omne agens agit in patiens benè dispositum: debent enim Superiores ab iniquitatibus se expurgare, vt gratiæ Dei operentur in ipsis, *Luc. de Pen. in l. 1. C. de desert. Eccles. 22. Aufer impietatem de vultu Superioris, & firmabitur iustitia eius*,
112 & aliquando ex Dei permissione Superiores tyranni dominãtur, vt populus castigetur. *Oseę cap. 18. Dabo legem in furore meo*; tyranni enim sunt instrumenta diuinę iustitiæ, vt Rex Assiriorum super populũ Israeliticum, Rex Gothorum flagellum Italiæ, Dionisius ruina Siciliæ, vt tradit *D. Thom. de Regim. Princ. lib. 3. cap. 7.* Quanta legimus de Pharaone *in cap. Nabucdonosor. 23. cap. 4. & Exod. cap. 1. Propter pecca-*
113 *ta veniunt aduersa*; ptopter peccatum Adæ mundus, & eius successores fuerunt puniti, alias homo mortalis non esset, sed semper iuuenis, neq; tot angustijs subiectus, *Afflict. in Const. Reg. num. 12.* Et qualitèr mali Magistratus à Deo dependeant, latè per *Vasq. controuers. cap. 21. à num. 10. Capyc. decis. 150. num. 35. Foller. de censib. ar. 1. n. 26.*

Hæcquè ad nostram Pragm. nostrumq; institutum necessaria putaui ad sciendum debitum iustitiæ, quod tenent Barones, quàm iustitiam scias non consistere in mero iuris rigore, vt insipidè aliqui putarũt,
114 iustitiam pro seueritate ponendo, *DD. in l. placuit, C. de indic.* ideò Prag. nostra di-

eit:

tit. Pac. & iustitia. Ad demonstrandum,
iustitiam cum clementia coniungendam
esse; nam pax pro misericordia, & clemen-
tia ponitur, *Afflict. in Const. Pacis cultum*,
& iustitia denominatur, quia iusta esse
debet, & æqua. Hinc pingitur iustitiæ Dea
cum statera, quæ nec in rigorem, nec in
pietatem pendere debet. *Ecclesiast. Qui iu-*
115 *dicat stateram in manu portet, vtroq; penso*
iustitiam, & misericordiam. Summum enim
ius, summa in iustitia; nam si nimis rigidus
fuerit Superior, dicetur tyrannus, *Boss. tit.*
de Princ. num. 34. si autem nimis mollis, di-
cetur iniustus, *cap. disciplina* 45. *dist.* vnaq;
aliam sapientiæ condimento informare
debet, *Cassan. in cathal. glor. Mund.* 5. *part.* &
115 dixi in *Rubr.* iustitia, & clementia supe-
riores vti, secundum facti accidentia, &
personarum qualitates in atrocioribus,
etiam non est temperanda iustitia, & in
solitis delinquere Superior misericors es-
se non debet, 23. *q.* 5. *cap.* 1. *§. fint*, maleficos
non patiaris viuere super terram. Nun-
117 quid sic castigabitur delinquens ex do-
lo, sicut ex culpa, *l. respiciendum*, *§. delin-*
quunt, ff. de pæn. cum doloso agitur iusti-
tia, cum culposo æquitas, & multæ sunt
causæ, quæ rigorem iuris temperant, &
augent, vt benè *Luc. de Pen. in l. si appari-*
tur, C. de cohort. lib. 11. *DD. in l. quid ergo*, *§.*
pæna grauior, ff. de infam. Tiraquell. in tract.
de pœn. temper. & dicam infra *Prag.* 6. Et sic
secundum accidentia æquitas, vel rigor
iustitiæ est exercendus, *Bellug. rubr.* 11. *§.*
compendiosa: ita vt locorum conditio etiam
sit consideranda; nam licet homines idem
sint, attamen æquitas plus suggerit in
vna, quam in alia terra; æquitas vbi versa-
18 tur facinorosorum copia, facieet homi-
nes magis ad scelera procliues, quos rigor
refrenat, & in alio loco rigor esset tyran-
nis, vbi magna ex causa delinquitur, & tūc
ibi mitiùs est agendum, *Pollet. de cens. vers.*
iuris moderandi rigorem, num. 33. nam cum
primis rigor est pernecessarius, ad aliorū
iniquitates restringendas, cum vnius sup-
plicium multos saluos faciat, *§. homicida,*
Auth. de mand. Princip. l. 1. *C. ad l. Iul. repet.*
cum æquitate verò conseruantur cæteri,
& multa ad propositum post hæc notat
Bouadil. in sua Polit. lib. 2. *cap.* 3. *tit. de la pie-*
dad.

Pragmatica nostra Baronibus iusti-
tiam excitat, quia Barones suorum vasal-
lorum ordinarij Iudices dicuntur, *Andr. in*
p. 1. *num.* 9. *Quid sit inuest. & in cap.* *§. pre-*
terea inter duos de prohib. feud. alien. per Fe-
der. à num. 78. & antiquitus ipsi immedia-
tè iurisdictionem exercebant, vt patet ex
Inst. de quast. & ibi Afflict. dum eis erat
necessaria iurisdictio, *l. cui iurisdictio, ff. de*
iurisdict. omn. Iudic. nam illiterati possunt
etiam esse Iudices, & in dubijs cum consi-
lio Doctorum, *l. certi iuris, & ibi glos. C. de*
iudic. tamen nè vasalli ipsis respondere, &
se defendere terreantur, Baro à iustitiæ ad-
ministratione tam in causis ciuilibus, quā
criminalibus se abstinere, & eam suis Offi-
cialibus demandare debet, qui dum sindi-
catui quolibet anno parere tenentur, non
solùm metus, verùm etiā grauaminis præ-
sumptio cessat, & proindè introductum
fuit expediri prouisiones per Sacrum Con-
120 silium, nè per se ipsos iurisdictionem
exerceant, sed per eorum Officiales ab eis
deputatos, *Free. de subfeud. author.* 13. *nu.* 7.
Præf. de Franch. decis. 511. *num.* 1. *Rouit. in*
Prag. 2. *num.* 14. *de susp. Official.* Vltra quod
Baronum est prærogatiua, & decor, iuris-
dictionis exercitium alteri demandare, ad
instar Regis, qui non iudicat, sed per suos
ministros iurisdictionem exercet, *Andr. in*
cap. Imperialem, num. 73. *de prohib. feu. alien.*
per Feder. Thes. dec. 268. *n.* 3.
121 Et licèt sub iurisdictionis concessione
non veniat ius eligendi Officiales, nisi ex-
pressè, vt in *cap. vnic.* ibi, *Magistratum ad*
iustitiam, quæ sint regal. & ibi Andr. in rubr.
num. 3. *Luc. in l.* 1. *C. de priuil. scol. lib.* 10. ho-
diè tamen in Regno, quia ferè omnes feu-
dorum inuestituræ fiunt cum clausula, *cum*
constitutione Officialium, vsu est receptum,
Barones per suos Officiales iurisdictionē
exercere, vt ex *Prag.* 5. *hoc tit.* & dum Offi-
ciales constituunt, iurisdictionem sibi re-
tinent, & iurisdictionis exercitium in Offi-
ciales transferunt, *Andr. in cap.* 1 *sub n.* 10.
de cap. Corrad. ita vt nec rescripta Baro-
nes suis Officialibus expedire debeant, di-
122 centes, sic, vel sic facias, sed iustitiam tā-
tùm excitare debent; nam Princeps tantū
mandando decernere potest, *Barb. consf.* 23.
Petr. de pot. Prin. cap. 1. *num.* 55 *fol.* 45. ideò
123 prohibitū est etiam Baronibus in infor-
mationibus capiendis examinandis testi-
bus, & torturis infligendis interuenire,
cum de facili eorum præsentia animos sub-
uertere possent, & dum pro Vniuersitate
Lauri de hoc contra Baronem supplicatū
fuisset, fuit prouisum, quod se abstineret,
Act. Cioffo. Et eadem ratione fuit prouisū,
124 eumdem mandantem, nè sine eius licen-
tia carcerati excarcerentur, se ab hoc ab-
stinere, & Officialis bullectam, seu ordinē
carcerandi, & excarcerandi sufficere; nam
in iustitiæ exercitio omnino ipsi se intro-
mittere non debent; sufficit enim Officiales
constitutos fuisse, vt diximus.
125 Conari solùm debent, ad regimen ho-
mines eligere sapientes, qui iustum ab ini-
quo discernere non ignorent, & ad illici-
ta non inclinare soleant, *l. non idcircò, C. de*
resc. vendit. & cap. Reg. 121. *& cap.* 173. &
ideò Magistratus nominantur, quia Magi-

ftri,& fcientes effe debent, *l. cui præcipua, ff. de verb. fignif.* & exemplum effe debet. Rex Ferdinandus I. qui curam habebat bo-
126 næ adminiftrationis confcribendi Quinternum, quod fæpius relegebat, & officia dignis conferebat, *Campag. in cap. Reg. 35.* quæ fi feruarentur, digni ad digna vocarentur, non autèm ordine perturbato, *l. 1. C. de diuers. Official. lib. 12.* Et fic obferuabat Comes de Lemos Prorex nemini fecù-
127 dus, qui follicitam curam, & inquifitionem faciebat de hominibus literis, & confcientijs exornatis, quos inuitos pro publica vtilitate ad officia cogebat, prout in mea iuuentute egit mecum ad acceptandū Auditoratus Prouinciæ Calabriæ munus, & fex menfes elaboraui pro illo effugien-
128 do: nam etfi officium multis decoretur honoribus, quampluribus tamèn malis, incommodis, atquè periculis agitatur, vt benè *Cicero in orat. pro Sextio*, & indè Magiftratus onus, non autèm beneficium nūcupatur, *l. munerum, ver. iudicādi, ff. de mun. & honor. Menoch. de arbitr. q. 41.* Ad Magi-
129 ftratus enim fubeūdos habiles cogi poffunt, & vocatus, vt Adron fine minifterio refpuere non debet, *l. fi ad Magiftratum, C. de decur. lib. 10. l. fi quemquam, C. de Epifc. & Cler.* & maximè vrgente neceffitate, quo cafu, & fi non effet onus publicum, adhuc quis ad illud exercendum per Principem cogi poteft, *l. 2. verf. quæritur, ff. de curator. bon. dat.* & multa notabilia quando ab officio conferendo quis fe excufare valeat, adducit *Maftrill. libr. 1. cap. 30. de Magiftr.* & antè eum *Bonadill. in fua Polit. lib. 1. cap. 15.* Nec fat eft, homines eligi literatos, & doctos, nifi bonæ confcientiæ famam habe-
130 bant; nam magis fapiens infidelis, quam infipiens nocere poteft, *Auth. de his, qui ingredi ad appell. §. illud, Bellug. loco præcit. in fin.* Infipida eft namquè fcientia fine confcientia, ideò Officialis falem fapientiæ, & confcientiæ habere debet, *Luc. in l. Magiftros, C. de Profeff. & Medic.* diabolica enim eft fcientia fine confcientia, *Frec. de orig. Baron. num. 13. in tract. de fubf. ud, & Reg. Ronit in Prag. tit. de fale, num. 7.* dicit, fatis effe
131 controuerfum, quid fit magis damnofum habere falem fcientię, non autèm confcientiæ, vel è contra? Et multi confcientiatos habere melius effe tenuerunt, quia in dubijs homo bonæ confcientiæ fibi confultorem adhibere poterit: attamèn publico vtilius effe videtur Magiftratus doctos habere, *Mart. in cap. vel qui dicitis, caus. 11. q. 3.* per illum *text.* ibi, *Propterea captiuus ductus eft populus meus, quia non habuit fcientiam*. Nam quafi impoffibile iuris, & facti veritatem habentem adeò diabolicum effe, vt dolosè, & appenfatè contra propriā confcientiam proferat. Debentq; eligi ex-
132 pertes, & practici, *Bart. in l. 1. ff. dec. ab ord. fac.* Experientia enim eft omnium rerum magiftra, *§. pen. Inft. de fatifd.* non ideò tamèn experientiam non habentium èlectionem non effe faciendam, & iuuenum affumptionem effe laudabilem dicimus; nam non ætas, fed fcientia, & mores attendi debent: fi enim ætas immatura experientiam non præftat, fcientia tamèn, quæ ei proponuntur, benè explicat, imò ætas nimis grauis apta non reputatur, &
133 in *cap. Reg. 35.* cauetur, fenes inhabiles, & infirmos ad officia non effe eligendos; nam & fi experientia polleant, tamèn virtus viribus non fuffulta parum in vigilando, & laborando prodeft, folùm in fupremis Tribunalibus, vbi plures funt in iudicando, & laborando, hoc non procedit, vt aduertit
134 in *d. Reg. cap. Reg. Tap.* Confert multum, fi etiam homo nobilis eligatur: tales enim à communirèr accidentibus fuam famam, & valorem, vti generofi maculare non folent, vili tamèn genere procreati impudètes, & timidi effe non definunt, fuos natales fequendo, & multotiès ita funt in fuis operibus mendici, vt magno cum dedecore officium exerceant, eorum authoritas vilefcat, & iuftitia paruipendatur, *l. fi cohortalis, C. de cohort. lib. 12. vbi Ia. de Plat. & Afflict. in Conft. Magiftri Camerarij.* Et licèt alij multas qualitates adduxerint pro perfonis Officialium, ego tamèn femper notaui qualitates ex *text. in §. nam hoc, Inft. de iuft. & iur.* vbi Imperator quando inftitutiones componendas iuffit, Tribanianū, Theofilum, & Dorotheum viros illuftres elegit, quorum folertiam, legum fcientiā, & fidem ex multis rerum argumentis cognouerat: hæc funt formalia verba *text.* ad quem aduertere debent alij Superiores in Officialium electionibus, nè vnus, qui pre-
135 eft, ruina fit multorum, *11. q. 4. cap. ita.* Quot lites, & contentiones inter Barones, & fubditos Officialium culpa infurrexerunt, & quàm reprehenfi funt Barones de denegata iuftitia, & tyrannide Officialium culpa.

Et certè valdè in hoc animaduertere debent; nam etfi in hoc foro rationem non reddant, in alio pœnæ retributionem habèbunt, *l. quemadmodum, §. Magiftratus, ff. ad*
136 *l. Aquil.* nam vltra peccatum mortale, ad damna, & intereffe fubiectis ex mala electione tenentur, fi officium indigno cōtulerint, *Conar. regul. peccatum, §. 7. num. 2. par. 2. Baiard. ad queft. Clar. 97. Guttier. queft. can. 11. lib. 2.* & infra *Prag. 10. ex num. 133.* pro conclufione iterum dico, Officialium electiones trutinandas, & prece, vel pretio non effe concedendas, aliàs magna effet iniuftitia.

Itèm oppofitum iuftitiæ eft ipfa iniuftitia,

tia, quæ in denegando, vel iustitiam ne-
137 gligendo, vel contra ipsam decernendo verificatur, quos tres terminos diuersos pro varijs effectibus adnotabis. Et primò denegatur iustitia, cum Barones, vel eorũ Officiales homines de facto carcerant; nam rei criminis per legitimos iuris tramites sunt castigandi, non autèm in carceres ita detrudendi, vt vix inquisitionum titulus ad eorum noticiam perueniat. Quo fit, vt carceris squallore macerati, & mortis timore territi facilius ad Baronis votum, & ad intolerabiles compositiones reducantur, vt dicit Prag. nostra finalis, & audio, quendam Baronem etiam Aduocatos pro-
138 hibere, nè subditorum causas criminales defendant, & innocentiæ iura demonstrêt, vt ipse veritate cooperta ad sui votum reum adducat, tunc quando nec demonibus defensiones denegantur, *Bart. in tract. inter dem. & virg.* nec Rex causam diffiniẽdam demandare poterit rei defensiones nõ admittendo, *DD. in l. defensionis actus, C. de iure Fisci, Capyc. in inuest. fol. 267. Vasq. controu. cap. 18. Afflict. dec. 391.* imò neq. torquere, non datis defensionibus, etiam in crimine læsæ Maiestatis discutit *Rouit. tit. de bon. prodit. ex num. 18.* & quod sine cau-
139 sa non debeat appellatione remota procedere, cum sit species defensionis, *Andr. in cap. 1. sub num. 87. vers. nec potest, & nu. seq. Quæ sint regal. Gram. dec. 36. num. 35. Camp. fol. 28. Pinell. de resc. vendit. in 1. par. rubr. cap. 2. ex num. 22.* Et iustitiæ ministri in hoc aduertere debent, cum ipsorum proprium sit ex officio defensiones inquirere, *l. si non defendentes, ff. de pœn. l. 4. § hoc autem, ff. de damn. infect. Marsil. §. opportunè,*
140 *num. 14.* neq. reus ipse defensionibus renunciare poterit, & si renunciauerit, statim Iudex ad causæ expeditionem nõ procedat, sed termini probatorij lapsum expectet, *Vrsill. decis. 391.* Imò tertius pro reo etiam inuito appellare potest, *l. non tantum, ff. de appellat.* nisi essemus in conuictis, vel atrocissimis, *Marsil. de rapt. virg. n. 138.*
141 imò actuarijs obstiti diabolicam assequentibus practicam, testium dicta pro Fisco, non autèm pro reo facientia describẽdi, quod expressè est prohibitum per *Pragmat. 6. sub tit. de Actuar.* nam testium dicta vt proferuntur, aliquo non mutato, vel addito sunt describenda, nè rei, vel accusatores suis defensionibus defraudentur, aliàs nescio quomodo ex offensione, & restitutione saluentur, *Clar. quæst. 23. & q. 44. in pract. crim. Pet. ad dec. Gram. 42.*
142 Et circa hunc primum casum, quando iustitia à Barone denegatur, iustam esse causam priuationis feudi videtur esse dicendum, *Bald. in cap. 1. qualiter Domin. proprie. feud. priu.* qui enim iurisdictione sibi commissa abutitur, ea se reddit indignum. Itèm sicut vasallus obedire, & quæ debet, præstare tenetur, sic Dominus iustitiæ debitor eam reddere debet, aliàs feudo priuari posset, *glos. in cap. 1. §. item qui, ver. vel negligentia, tit. qua fuit prima caus. benef. amitt. Iacobin. vers. dictiq. vasalli, in prin. nu. 24. Curt. 7. par. in fin.* facit *text. in Auth. statuimus, C. de Episc. & Cler. Clar. §. feudum, q. 68. Gram. dec. 30.* Hæc opinio non est tuta, nam procedit cum vasallo feudatario negligente, & periculum Domini imminens non reuelante, in quo casu loquuntur *text. & glos. in d. §. item qui*, & non hac de causa Barones feudo priuantur, sed iurisdictione tantùm illius causæ, quæ à Superiore auocari poterit, *Franc. Marc. decis. 375. par. 2. Capyc. in inuest. vers. parilitas, num. 10. Bellug. rubr. 12. §. restat*, licèt non
143 ipse, sed eius Officialis errauerit, *Pet. de potest. Princ. fol. 56. num. 80.* Non enim semper procedit, suum denegantem officium illo priuari. Benè verum est, Baronem vltra causæ auocationem ad totale interesse teneri, ac Principis indignationem mereri, *§. tit sibi, Auth. de mandat. Princ. & in Const. Præsenti Constitutione, sub tit. de non opprim. vas.* sed pro huius iustitiæ repara-
144 tione statutum est, per querelæ remediũ posse adiri Superiores, qui prouisiones expedire solent, vt iustitiæ complementum iuxtà genus, ac merita causæ ministretur. Et factis tribus monitionibus, expeditur Commissarius, qui processum recipiat, & carceratum, si causa criminalis fuerit expensis Iudicis, vel Baronis, contra quem est pro pœna exequi consuetum, & Officialis pro inobedientia carcerari solet, & causa auocatur, *Capyc. & Franc. Marc. loco præcit. Petr. cap. 7. num. 72.* Verùm licèt Regij Superiores tèr monere soleant, antequàm Commissarium destineut, tamèn Sacrum Consilium sine alia comminatione si sibi non fuerit obeditum, Commissarium expedit, *Gram. vot. 28.* licètq; Baro priui-
145 legium habeat, nè causæ aliquo modo ab eo auocentur ob iustitiam quomodocumq; denegatam, illud tamèn non erit seruandum; nam dolus de futuro remitti
147 nõ potest, *l. si vnus, § illud, ff. de pac. Gram. d. vot. 28.* cum delinquendi materia daretur, *l. conueniri, ff. de pact. dotal.* Nec poterit Princeps non audiendi subditorum querelas, & eis non prouidendi prærogatiua priuari, *Gram. vbi supra, & Viu. decis. 208.*
147 *num. 5.* quanquam enim Princeps in prima instantia post concessam inuestituram se intromittere non debet, *Bald. in l. 1. q. 43 ff. de rer. diuis.* nihilominus in Coronæ præiudicium, & vasallorum damnum querelas recipiendi superioritate se denudare nõ poterit, *Capyc. in inuest. fol. 128.* & dixi su-

I 2 pra

prâ *num. 3.* Sed ad hoc, vt per viam quærelæ in isto casu Superior adiri possit, iudi-
148 cium non sit cæptum oportet, aliàs appellandum esset, & extraordinarium remedium, stante ordinario, cessaret, *l. in causæ, ff. de minor. Felin. in cap. ex literis, n. 8. de Constit. Gayll. pract. obseru. 28. lib. 1.* In causis verò introductis, vel quæ in expeditionis erunt limine, multi dixerunt etiam per viam querelæ Superiorem adiri posse, quatenus is inferiori rescribat, vt causam diffiniat, dummodo prius pars Iudicem in mora per tres interpellationes constituerit: Superior enim tempus statuere solet, intra quod causam expediat, aliàs auocetur, quod tempus secundùm terminos, in quibus causa reperitur, est arbitrarium, & licèt sit duorum mensium, iuxtà *Const. Iustitiarij nomen, & normam, & Const. Hac le-*
149 *ge*, prout idem de iure communi obseruabatur, *Gayll. vbi supra, Franc. Marc. decis. 375.* Superiori tamèn est arbitrarium, instantiam tàm in principio, quàm in fine abreuiare, & quando causa est in expeditionis limine, octo dies impartiri solent, sic *Frec. auth. 11.* Nec obstat *cap. Reg. Quorumdã, sub tit. de iustitia retard.* vbi comminatur, vt infra sex menses in Baronum Cu-
150 rijs causa terminetur sub auocationis pœna, nam recessit ab Aula, vt ibi *Nig.* Vndè Superioribus est arbitrarium instantiæ tempus præfigere, maximè quando ab eis causæ inferioribus remittuntur, *Viu. decis. 208.* & per *Prag. 14. de offic. Mag. Iustit.*
151 vbi ordinatur, nè causarum remissiones fine comminatione, & temporis determinatione ad ipsas expediendas fiant, & si præfato tempore fides de expeditione non venerit, partes in Tribunali ad procedendum in causa remissa citantur: sicq. vt iustitia fiat, etiam apponi solet vt Superiores ipsi de causæ expeditione certiorentur, iuxtà *d. dec. Ann. 271. & hoc loc. cit. Mastrill. lib. 4. cap. 16. num. 226.* Idemquè nè causa protrahatur, facto remissionis causæ
152 decreto fit Baroni comminatio, vt intrà tantum temporis carceratum, ac processus copiam procuret, aliàs causa remaneat, vt in *Pragm. 1. de remiss. caus.* Quæ omnia ob solitam Baronalium Curiarum iustitiæ denegationem statuta fuere: & causarum auocationis pœnæ à Superioribus ex causa infliguntur, cum eorum sit iustitiam exercere, & nè subiecti in eius assequutione protrahantur, curare, *Couar. pract. quæst. cap. 12. Petr. cap. 7. num. 80. de potest. Princ.*
153 Sed de iure communi regularitèr videtur prohibitum, cum simplicitèr causa remitti debeat, etiam si vasallus esset absoluendus, vt seruari in Sacro Consilio dicit *Reg. Tap. in Constit. Statuimus, in fin.* de quo dicam infra *Prag. 8. par. 2. num. 99.* Verùm in practica per omnia Tribunalia seruatur, dictas comminationes regularitèr non fieri, nisi vasallis de iniustitia, dilatione, malignitate, vel odio Baronis, & similibus conquærentibus, aliàs causæ simplicitèr
154 remittuntur, non obstantibus Pragmaticis alitèr dictantibus, quæ sic fuerunt interpretatæ, quando de aliquo Baronis liuore, aut incuria constaret, vt meminit ibi *Reg. Tap.* & tantus potest esse liuor, vt causam remanendam iure decerni valeat, & dicam infra *Pragm. 8. par. 2. num. 102.* imò etiam si de delicto non constaret, causa
155 adhuc esset Baroni remittenda, cum norma, vt honoretur, si expressa iniustitia inquisito facta non fuerit: & qualitèr istis casibus verba decreti sint concipienda, notat *Rouit. tit. vbi de delict. num. 40. & infra Prag. 8. num. 100. par. 2.* Sed si Baro se-
156 cundas causas habeat, hæ comminationes fieri non possunt, *Ann. singul. 269.* nec causa auocari, quia primus Iudex grauauit, vt per *DD. supra cit.* & dicam latius infra *Prag. 8. par. 2.* vbi remissionis materiam explicabimus.

Secundo casu iniustitia fit ex negligentiæ causa, & idem datur quærelæ remedium, quod in præcedenti quæstione. Verùm in hoc differunt; nam ibi verus dolus præsumitur, hic culpa; & similitèr quærela datur, si causa contestata non fuerit, aliàs per appellationis viam esset procedendum, *Bellug. rubr. 38. §. conquerantur,* vbi notatur pinguius esse quærelæ, quam appellationis remedium, *DD. in l. nemo, C. de*
157 *iurisdict.* Verùmtamèn vt quis in meris negligentiæ terminis constituatur, aduerte tèr saltèm eum esse requirendũ, ait *Bellug.* & antè eum *Paris. de sind. ver. negligentia, & Osasch. decis. 12. num. 6. Mascard. conclus. 1588.* quæ trina monitio semper in præiudicialibus requiritur, iuxtà notata super *num. 54.* Quæ Iudicis negligentia non solùm per Superiores causæ auocatione reparari poterit, verùm etiam si ea sit erga criminales causas, tunc ex magna negligentia Iudex officio priuandus erit, *l. si quos, C. de offic. Præf. Prat. Gayll. loco præcit. Viu. decis. 320. in fin.* nam vera negligentia dolo æquiparatur; si verò negligentia in causis erit ciuilibus, sindicatui remittetur, vbi Iudex ad interesse, & expensas tenebitur, *DD. in l. 2. C. de pœn. Iudic. Iacob. de Sancto Georg. de feud. in princip. vers. quæritur, num. 12.*
158 Sed difficultas erit, si Baro secundas habeat causas, an Superiores, omisso medio adiri possint, si primus Iudex denegauerit, vel iustitiam facere neglexerit? videtur, quod sic, aliàs nihil noui hoc quærelæ remedium tribueret, sicut videmus, quod qui aduersarium perhorrescunt, & iu-

iustitiam non consequuturi timent, ad Superiores omissis medijs recurrendi remedium habent, *l. 1. C. quando Imper.* à maiori hoc concedetur, dum iustitia omnino denegatur, *Auth. multò magis, C. de sacros. Ecc.* accedat, vt licèt de iure communi per saltum Iudices adiri non liceat, *l. Imperatoris, ff. de appellat.* in Regno tamèn expeditum videtur, omisso medio, maiora Tribunalia adiri posse ex *Constit. Cum noua, vbi Afflict. 4. notab. & Marant. in art. appellat. num. 377.* de quibus meminit *Conar. cap. 4. pract. qq. vers. sexta conclusio.* Contrarium tamèn est verius, ac obseruatur, omisso medio Superiores etiam in casibus denegatæ iustitiæ adeundos non esse, *Franc. Marc. decis. 375. par. 2. Frec. author. 11. Ann. sing. 269. Gayll. obser. 28. lib. 1.*

Nec obstat de *Constitut.* nam per *Rit. 52.* est prouisum, omisso medio Superiorem adiri non licere, non quia Principem, qui pater est iustitiæ, adire delictum esset, sed quia Barones eorum priuilegijs defraudarentur, nec his refragatur *l. 1. C. quando Imper.* nam ibi particularitèr personis miserabilibus est prouisum; ius enim singulare ad regulam non est trahendum, *l. ius singulare, ff. de legib.* & proindè Baronibus
159 stantibus eorum priuilegijs, edicta pœnalia proclamare permittitur, nè vasallorum quisquam Tribunalia Regia, omisso primarum, vel secundarum causarum Iudice, adire audeat, *Andr. in cap. Imperialem, num. 78. Frec. author. 10. Ann. alleg. 59. n. 13. & singul. 368. Foller. in prax. vers. audiantur excusatores, num. 162. Marant. art. appell. nu. 379. Tap. in Constit. Statuimus, num. 33. Rouit. de iurisdict. inuicem non turban. num. 1. Surd. consil. 42. & dec. 147. Cancer. var. resol. libr. 2. cap. 2. num. 93.* & facit singularis *text. in Auth. de mandat. Princ. § sint tibi in fide*, vbi *Imperator* mandat, nè subditi ad eum habeant recursum, nisi à grauaminibus, non autèm per saltum, & cum Iudice ordinario loquendo, hæc verba dicit: *Si verò cum te non adierit, venire ad hoc Regiam præsumpserit Ciuitatem, & remittemus etiam cum omni correctione, & responsum non dabimus.* & proindè iustè fuit emanata à Rege Ferdinando *Pragm. 2. sub tit. de delict.* si enim per saltum Principem adiri non est permissum, imò vetitum, ergo legitimè pœnalia banna emanantur, alias Baro læsæ
160 Maiestatis crimine puniretur, si aditum ad Superiores prohiberet, *Afflict. dec. 265. num. 47. & ibi Vrsill. num. 101. Frecc. 11. author.* & quando Prorex accessum ad Regē vetare valeat, vltra *text. in l. fin. C. de legib. lib. 10.* vide *Marc. Ant. Surgent. de Neap. Illust. cap. 25. Reg. de Ponte de pot. Proreg. tit. 2. § 7. Reg. Tapp. decis. 27. Giurb. cons. 69.* Imò Baro à quocunq; Tribunali causas, & personas auocare poterit, cùm vasallis eius
161 iurisdictionem prorogare, vel foro renunciare non liceat, *Capyc. dec. 9. Vrsil. decis. 155.* & dicam infra *Pragm. 8. par. 1. ex num. 119.* & banni pœnæ à Barone exigi poterunt, dum pro sua iurisdictione conseruanda illas imponere sibi licuit, *l. 1. ff. si quis ius dic. non obtemp. Foller. in pract. crimin. vers. audiantur excusatores.* & licèt *Tartagl. in prax. Sac. Consil.* referat, per Sacrum Consilium quendam vasallum à pœna per recursum ad Magnam Curiam, omisso medio, fuisse absolutum, cum iniquum videatur, quempiam puniri, quia ad Principem recurrisset. Verumtamèn à præcedenti opinione pœnam exigi posse, iuxtà Regni stylum, non est discedendum, vt iudicatum refert *Ann. singul. 62.* & obseruatum in Sacro Consilio in causa Vniuersitatis Solofræ cum eius Barone. Actu de Curt. frustratorium enim esset priuilegium, si defendi non posset, *Luc. de Pen. in l. 1. C. vt nem. ad suum Patrocin.* & in causa relata per *Tartagl.* potuit esse, vt aliqua iusta causa vasallum illum à pœna, & dolo excusauerit, non quod ea sententia simplicitèr intelligenda sit.

162 Exindè notandum est, vt per *Praes. de Franch. decis. 517. in fin.* esse videndos processus, non autèm simplicitèr sententias, factis enim variantur iura, & modica facti mutatio totum ius corrumpit, *Camer. in cap. Imperialem, fol. 29. lit. D.* & si de causa criminali tractaretur, & vasallus citatus de odio, & Baronis, eiusq. Officialium iniustitia dubitat, coram legitimo Superiore se præsentaret, cognitis causæ veritate, & suspitione, pœnam non incurreret, *Ann. singul. 651. ex l. si quis, § apud Iulianum, & § apud Labeonem, ff. de edilit. edict.* Imò si esset
163 habilitatus cum cautione de non discedendo, neq. cautio infringeretur; nam pro iusto iniustitiæ timore carceres etiam frangi licet, *Mascard. conclus. 265. & 820. num. 13. Clar. q. 21. num. 26. Ann. in cap. 1. de vasal. decrep. num. 58.* non enim dicitur fugere qui ad Superiores vadit, *l. quis sit fugitiuus, ff. eod. Farin. q. 30. num. 17.* Verùm ex carceris fractione vasallum Superiorem licèt adeuntem in totum à pœna immunem non esse fundat *Gaball. cas. 42.* In Ecclesiastico foro autèm, omisso medio, Pontificem adiri licet, *Marant. loco cit.* & in summa concludimus, pœnalem prohibitionem Baronis pro sua iurisdictione conseruanda valere; pœnam autèm non exigi, nisi cum malitiosè, & calumniosè vasallus sui Baronis iurisdictionem fugeret, sed data aliqua causa probabili, quia v3. Baro fuerit negligens, ipso casu Superiorem adiri permittitur *cap. verum, de for. compet. Andr. in cap. 1. num. 78. de probib. feud. alien.* per

minis ratione, præsumptio mala est in futurum, *Vant. in tract. nullit. art. nullitatis ex defect. iurisdict. num. 66.* & licèt Sacrum
173 Consilium ob eius præeminentiam, & nè causis criminalibus inuoluatur, semper causas Magnæ Curiæ cum norma procedendi remittit, & si in interloquutorijs grauauerit; cum inferioribus tamèn Iudicibus cum norma remittere non practicatur, sed stantibus grauaminibus causa retinetur, *Franch. decis. 88. in fin. Ronit. tit. de offic. Sac. Consil. Pragm. 18. num. 4.* Et an, & quando Iudex causam confirmans, Iudici à quo, vt ipsam exequatur remittere, vel ipse exequutioni sententiam mandare habeat, ita vt actio ex confirmatione, non autèm ex confirmato oriatur? sunt videnda notata per *Guttier. lib. 1. q. 97. pract. qq. Franch. decis. 510. Sese dec. 314.*
174 Notabis enim postremò, superiores Iudices sinè appellatione causas ad se auocare non posse, quia per indirectum se primis causis inuestirent; & iniustè agunt aliqui Barons, qui suis Auditoribus ad libitum à primis Officialibus causas auocandi authoritatem concedunt: nam in primi Iudicis præiudium non licet, & ei iniuria fieret, & damnum; eò magis, quia secundus eatenus iurisdictionem habet, quatenus subditi grauantur, & appellationes interponunt, alias dicitur incompetens, si se intromittere vellet, *Couar. pract. qq. c. 9. nu. 2. Aueud. de exeq. mand. Reg. cap. 6. Boer. decis. 257.* & hoc in iurisdictione contentiosa; nam voluntariam partes prorogare
175 possunt, obligationes v3. penès acta Iudicis appellationis stipulando, *Rouit. in Pragm. 2. ex num. 12. de iurisd. non turb.*
176 Sed denegatæ iustitiæ videamus exèpla, ac eius opposita, vt præmisimus; & maximam existimari iniustitiam dicimus, quando Barones carceratos à proprio domicilio, vel patria extrahunt, quod sæpius fit, vt fortassè tot illi incommoditatibus, quas extra proprios lares patiuntur defatigati, & defensionum auxilijs destituti, cum sibi difficiliùs succurri poterit à Baronibus ad eorū votum, & ad intolerabiles compositiones reduci valeant, vt dicit *text. in cap. nonnulli, & in cap. fin. de haret. & infra Pragm. fin.* & de iure enim carcerati extrahi non debent, *DD. in Auth. qua in prouincia, C. vbi de delict. Osasch. decis. 138. in fin. Dec. cons. 286. num. 3.* quod cōfirmatum est per *Pragm. 2. tit. vbi de delict.* vt rei à proprio domicilio in prima instātia non extrahantur, nè grauioribus expēsis vexentur, ac vt faciliùs defendi possint, & maiori commoditate viuant. Quæ iuris dispositio procedit etiam in causis ciuilibus; nam vasalli remissionem à Regijs, vel alijs Tribunalibus ad sui domicilium sēpèr petere poterunt, etiam si Barones nòn compareant, sed foris eos vexari permittant, *l. omnes, & ibi DD. C. de Episc. & Cler. Franc. Marc. dec. 360. cum seq. par. 2. Franch.*
177 *dec. 529.* non enim in vasallorum præiudicium Barones consentire valent, vt Magna Curia, vel alia Tribunalia de subditorum causa cognoscant, cum hoc priuilegium etiam in vasallorum fauorem sit inductum, & proindè eis præiudicare non possunt; & nisi ambo consentiant, causa ibi non est terminanda, *Bald. in l. 3. ff. de offic. Præf. Afflict. decis. 155. Petr. de potest. Princ. cap. 15. num. 50. Franch. decis. 541.* & Barones ex tali molestia ad damnorum restitutionem tenentur, *Surd. cons. 210. volum. 2.*

Ex aliqua tamèn vrgenti causa aliquā-
178 do Prorex causam citra priuilegiorum præiudicium apud suum Tribunal remanendam decernere solet, *Marc. Ant. Surg. de Neap. Illust. cap. 15. num. 1. Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. de electi Offic. §. 1. à num. 19.* Sed *Prsf. de Curt. in suo tract. feud. fol. 23. ex num. 12.* valdè defendit, Principem causas auocare non posse in præiudicium illius, qui ex contractu iurisdictionem habet, cū conuentiones maximè per viam contractus à Principe sint seruandæ, vt per *Ioan. de Castill. de tertijs, cap. 18. num. 168.* & proindè dixi ex aliqua vrgenti causa: nam illa legitima non existente, Baronibus (quorum concessio nequaquam reuocari, vel in aliquo etiam per legem generalem diminui permittitur) præiudicari non potest, *Andr. in cap. 1. num. 3. vers. hoc non videtur, Quid sit inuestitura,* & latiùs in *cap. similiter potest, ex num. 25. de Cap. qui Cur. vend.* limitatur tamèn ex causa publicæ vtilitatis, ex *l. si quis sepulchrum, ff. de relig. & sumpt. fun. l. 2. C. quib. caus. sern. l. vtilitas publica, C. de Princip. libr. 12. & infra Pragm. 8. par. 1. ex n° 165. cum seq.*
179 Limita tamèn supradictam conclusionem, vasallos v3. à proprijs laribus extrahi non posse, si Officialis esset suspectus, & Baro in conuicinio causam delegaret, *Rouit. in Pragm. vbi de delict. num. 9.* limitatur etiam ex causa, veluti si aliqua fuerit vrgens suspicio, nè carceratus ibi veneneтur, vel si carceres essent debiles, & persona carcerata potens, vel ex alijs similibus, tunc enim Baro in aliam ex suis terris carceratum reducere potest; nam ex causis regulas legis transgredimur, singularis est *tex. in l. si quis, §. quod tamen, ff. de inoff. rup. testam. Bellug. rubr. 26. §. fin. Freec. num. 30. Franch. decis. 526. num. 8.* Sed in hoc Superioris arbitrium versabitur, an coloratæ sint causæ, vel iustus sit Baronis zelus. Limita etiam si vna esset Baronia, & Baro
180 carceratos ad vnam ex his terris reducēdi

di ius præscriptum habeset, vt vidi in multis locis, *Franc. decis. 166. num. 5.* & vasallus si se grauatum senserit, pro huius grauaminis reparatione Superioris auxilium implorare valebit, *Bald. in cap. Imperialem, §. præterea, vers. inter duos, de prohib. feud. alien. Ann. sing. 558.* finita tamen pri-
181 ma instantia, carcerati ad secundum Iudicem duci possunt, *Bai:rd. q. 54. num. 10. Rouit. Pragm. 2. num. 11. vbi de delict.* si in eiusdem Baronis esset iurisdictione; alias eam exercere, ac carceres habere non posset, nisi illius loci Baro concessisset, vt dicam in *sequ. artic.* Et dum vti Aduocatus procurassem, vt vnius latronis causa per duas sententias Curiarum Baronalium condemnati expediretur in Magna Curia stante actorum transmissione, vbi reus appellauerat obtinere non potui, vt in causa procederetur, quamuis esset clarissima, nisi reo transmisso: magni enim interest reus videri, & eorum confessiones audiri, *Guid. Pap. decis. 231.* Sed intellige supradicta, si appellatio a diffinitiua fieret; nam si remissionis, vel alterius incidentis articulus tractaretur, tunc carceratus non est per Superiorem extrahendus, vt in *Pragmat. 43. de offic. Mag. Iustit.* cuius tamen expensis ad Superiores mitti debeat? dic ex-
182 pensis carcerati appellantis, facultates tamen habentis, *Bald. in l. generaliter, §. his de præsentibus, C. de iudic.* alias Baro pro iustitiæ complemento eas erogare tenebitur, *Boer. decis. 103. Caball. cas. 201.* & dicã infra *Prag. fin. n.*.

Verumtamen quoad Iudicem secundarum causarum pertinet, scias ipsum in lõginquis constitui non posse, sed Baro eum infra Prouinciam constituere tenetur, vt
183 sumitur ex *Prag. 2. vbi de delic.* vbi si reus appellare voluerit, causa apud suę Prouinciæ Præsidem est terminãda, etiam si Præ-
184 ses in pluribus Prouincijs iurisdictionẽ haberet, *Abb. in cap. nouit, de offic. delegat.* & notandum dicit *Felin. in cap. fin. pen. col. de iudic.* Et solùm intra Prouinciam secundarum causarum Iudicem Baro constituere debet, sed vt dietam non exedat, *Capye. de prohib. feud. alien. col. 6.* Imò quando commoditatem in sua terra habet, ibi, vel in locis conuicinis parum distantibus infra octo milliaria eum destinare tenetur, *Ann. singul. 560.* vel ad plus infra dietam, vt fuit decisum inter Vniuersitatem Theani, & Principem Hostiliani. Quod ius etiam in assessore eligendo procedit, aliàs grauarẽtur vasalli, & Superiores adiri poterunt.
185 Sic Rex Vicarium in Regno deputare debet, cum non teneantur subditi eum extra Regnum perquirere, *Camer. in cap. Imperialem, fol. 77. lit. G.* nec extra limites cũ Fisco litigare coguntur, neq. Rex causas ad se vbi residet, auocare poterit, *Marc. Anto. Surgen. cap. 27. num. 41. fol. 309. Mastrill. lib. 4. c. 16. n. 76.*

Similitèr vasalli à Baronibus defatigari solent, qui, vt illi macerentur, processus ab Officialium manibus auocant, nè in causa ad actus debitos procedatur, vel quando Officialem causam æquè, non autèm rigidè tractantem, vt ipsi cupiunt, vident, causas supersedent, & processum sub colore consulendi petunt, & nil vnquam exequuntur, quod iniustissimum est.

186 Ab ordinarijs Iudicibus causæ auocari non possunt, iuxta veram intelligentiam *l. iudicium soluitur, ff. de iudic.* quæ in delegato, & in eo, cui data est iurisdictio,
187 non ad certum tempus determinatum, non in ordinario procedit, *l. nemo, vbi Cast. C. de iurisdict. omn. Iudic. DD. in cap. vt nostrum, de appell. de subfeud. Frecc. auth. 9. Io. de Amic. consf. 62.* Solius enim Principis est causas à suis Iudicibus auocare, *Petr. de poteft. Princ. cap. 6. num. 68. Bouad. Polit. lib. 2. cap. 16. num. 100.* nam postquam in ordinarium est translata iurisdictio, vetari, vel in partem ea coarctari a Barone non poterit, argum. *l. quæ de tota, ff. de reivend. Couar. pract. qq. cap. 9.* & decisum refert *Boer. decis. 149. Vin. decis. 256.* & nouissimè *Montan. de regal. §. potestas, num. 17. Reg. Sanfelic. decis. 244. num. 3. Danza de pugn. Doct. lib. 3. tit. de potest. legit. Baron. cap. 1. ex num. 13.* & dum in facto inter Ducem Andriæ, & dictæ Ciuitatis Vniuersitatem controuersia esset, an ipsi Duci causas ab ordinario auocare liceret, ex nouissima opinione *Regent. Rou.* qui sub *tit. de suspit. ex n. 10.* aliter distinguere videtur, rogatus vt pro veritate quid sentiam allegarem, cum articulus sit omni animaduersione dignus, & vnus de grauioribus vasallorum grauaminibus ipsum discutere congruentèr non negaui, & illas allegationes, quas conscripsi subinserere hic volui.

Aliàs requisitus pro Vniuersitate Ciuitatis Andriæ allegationes per illius Magnificum causæ Patronum conscriptas cõprobaui, & nonnullas authoritates adduxi, ad fundandum dictæ Ciuitatis Ducem, & omnes Barones à suis ordinarijs Officialibus causas ceptas, vel incipiendas iure auocare non posse, iuxta quæ iamdiù conclusi in *tract. de Baronib. Pragm. 3. nu. 188.*
188 Nouissimè fui rogatus, vt meam sententiam interponerem, dum ex parte Ducis fiat maximum fundamentum super opinione *Dom. Rouit.* qui nupèr sub suis doctissimis Commentarijs editis in *tit. de suspit. Pragm. 2. ex num. 10.* hanc disputando quæstionem, Barones maiorem causarum inceptarum, vel inchoandarum partem auocare non posse firmare videtur, sed ali-

quas

quas dummodo causa sit probabilis, eamquè sufficiat esse motiuam, & si ea in iudicium non reduceretur.

Et licèt apud me tàm eruditissimi viri, mei obseruandissimi Domini authoritas vrgeat, tamèn quid sentiam dico, & non miruni; nam & Iurcconsultus filius Celsi sui patris sententiæ non adhæsit, vt in *l. 3. §. si quis, ff. de cond. cau. dat.* & tria fundamenta pro mea opinione defendenda supponam, Barones v3. causas ab ordinarijs, non existente causa deducta, & probata auocare non posse.

Primò dico, distinctio illa, qua Baro nō omnes, vel maiorem causarum partem auocare non valet, sed aliquam earum delegare probabilem non videtur diuersitatis rationem habere, cur non maiorem partem, sed solùm quotatiuam auocare Baroni liceat? Si enim eadem ratio prohibitionis viget in toto, quæ in parte (imò maior) & communis est Iuris conclusio, quando subest eadem ratio in toto, quæ in parte, idem ius esse statuendum, vulg. *l. quę de toto, ff. de reivind. l. in toto, ff. de regul. iur. Euer. loco Topic.* 80.

189 Et eamdem adesse rationem in parte, quæ est in toto, ex pluribus probatur. Primò adducimus decisionem Sacri Consilij relatam per *Franch. decis.* 409. vbi concluditur per Baronem Officialem etiam assentientem ab officio infra annum amoueri non posse, & ratio decisionis fuit, tàm Iuris publici fauor, quia vasallorum interest eodem tempore plures Iudices non mutari, secundùm *Andr. in Constit. Occupatis*, quàm nè Officiali fiat iniuria, si ante

190 tempus à lege determinatum ille amoueretur, quod neq. Principi licet, *Molin. de primog. cap. 25. Reg. de Ponte de pot. Proreg. tit. de elect. Offic. in princ.* Ex quibus rationibus fuit decisum, Barones ordinarij iurisdictionem, tàm antè, quam post concessum officium limitare, & minuere nō posse; eum publicè intersit, vt iurisdictio sit in populorum beneficium apud Officialem libera, *Add. ad Franch. dec.* 511.

191 Ex eodem fonte alia deriuauit decisio, Barones v3. ad constituēdos Officiales annales, non autèm modo vni, modo alteri causas delegandas obligatos esse: quia hoc magnum vasallorum, quorum interest vnum, non autèm plures Iudices habere, saperet interesse, *l. 2. §. nouissimè, ff. de orig. iur. cap. 1. §. tit. quo temp. mil. Tiraqu. de primog. q. 4. num.* 30. & decisum refert *Frecc. author. 13 tract. de subfeud. Viu. dec.* 536.

Hinc adeò constituto Officiali radicata est iurisdictio, vt eius officium per annum

192 concedentis morte, vel terræ alienatione non expiret; quæsitum enim fuit ius publico capta officij possessione, & intetest non fieri mutationem pro tempore statuto, vt diximus *Pragm. 5. ex num.* 106. & nouissimè *Mastrill. lib. 4. cap. 17. num. 43. de Magistr.* & refert decisum *Viscont. ad Franch. dec.* 216.

Ex quibus suppositis patet, rationem principalem vndè Barones totalem iurisdictionem à suis Officialibus auocare, minuere, aut modificare non possunt, consistere, maximè in interesse publico, nè subditi in Iudicum mutatione infra annum grauarentur. Si ergo hæc eadem ratio in plurium causarum auocatione, & ipsarum delegatione pluribus Iudicibus facienda insit, & magna detur iactura, vasallorumquè grauamen in particulari, prout in tota iurisdictione auocanda; ergo idem ius, quod fuit statutum in toto, versari debet

193 in parte: nam cuiusq. dispositionis ratio similia ad illius rationis limites restringit, *l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de legat. 1.* semper enim quando ea ratio est tam in parte quotatiua, quam in tota, idem ius esse obseruandum communitèr omnes DD. concludunt, vt in *cap. Pastoralis, §. item cum totum, de offic. delegat.* nam quando vna ratio plura determinabilia respicit, omnia paritèr ex ea terminari debent, *l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill.* Et quod vigeat non solùm eadem prohibitionis ratio, sed maior, probatur ex sequentibus euidentissimè, ex absurdis inconuenientibus, & ex maiori

194 interesse publico, & priuato, quæ magis ex partis, quàm totius iurisdictionis auocatione nasci poterunt.

Et sic secundariò dico, si talis facultas causarum partem auocandi Baronibus cōcederetur, ad libitū causas grauiores auocare, & delegare possent, & sic si ex mille criminalibus, & ciuilibus causis singulis annis Baro cētum auocaret, vel quinquaginta, certè non posset dici grauare, & esset minima pars totius, & eligendo ad sui libitum illas, quæ sibi magis placuerint, cum a iure restrictam ad has, vel eas eligēdas facultatem non habeat, quis erit censor, & continuò eum sindicabit, si illam, vel aliam iure auocare poterit. Hac opinione attenta, considerent Illustrissimi Patres, quale grauamen quæso erit maius, vasallos in anno esse subiectos, vt Baro ad sui libitum centum, vel quinquaginta, (iuxta fori qualitatem) causas diuersis Iudicibus delegare possit, vel pati, vt Baroni infra annum Officialem mutare liceat, certè minus detrimenti erit pati, licere Baroni vnum Iudicem auocare, & alium cōstituere, quàm tot causarum auocationes permittere; & si habitum fuerit pro vero, esse magnum vasallorum interesse, mutari infra annum vnum Officialem, vt supra fuit demonstratum, cur ferēdum erit quod

est durius, vasallos tot diuersos habere Iudices delegatos in anno, cum tanto interesse, & tot grauaminibus, vt inferius dicemus. Ergo cum non solùm par prohibitionis ratio in parte quotatiua consistat, sed maior, fortius idem ius, quod fuit statutum in prohibendo vnum, ad aliud est extendendum, *Auth. multò magis, C. de sacros. Eccl.*

Considerent insupèr, si dictæ causæ postea per Baronem Iudicibus exteris delegarentur, quantum sit istud onus, Iudices extra proprios lares sectari, Aduocatos, & Procuratores quærere, testes adducere, in dies cursitare, & dispendijs, atquè incommoditatibus insudare, quod quisq. ex ijs, quæ communitèr contingere videmus, cõsiderare potest, prout notabilitèr ponderauit *text. in §. hæc considerantes, Auth. vt omnes obed.* dum sanciuit, neminem a proprio domicilio extrahi, & adsunt *Pragmat. tit. vbi de delict.* hoc confirmantes, & data hac opinione pro vera, in consequentiam facultas extrahendi daretur, & per indire-
195 ctum fraudarentur leges tanta vigilantia statutæ; nam Baro causas exteris delegando, iniustitiam non faceret, cum sibi in ea terra subditos eligere non liceat, *l. 3. C. de diuers. offic. lib. 10.* nec primas causas extrahendo grauaret, si foras eas delegari licitum esset, vt dixit ipse *D. Rouit. tit. vbi de delict. Pragm. 2. num. 10.* Perpendat igitur bonus vir hæc grauamina in statera, an grauent plus, quàm onus auocandi infra annum Officialem vnum, & si illud vti minus fuit prohibitum, cur onus hoc tàm durioris ponderis à maioritate rationis ferendum erit?

Vlterius si in istos delegatos personæ odiosæ per Baronem eligerentur, & illis tot Iurisperiti de alijs terris conuicinis in consultores darentur, quale grauamen excogitari posset, vagari pro vna causa modò apud vnum in vna terra, modò apud Consultorem in alia. Nec posset dici, quod Baro grauaret, cum Iudicem Iurisperitum eligere non teneatur, *l. certi, C. de iudic.* Sed dare Consultorem, vt dixi *Prag. 3. nu. 140.* Istis occasionibus grauaminum cur non erit occurrendum, vt omne præcludatur antecedens, nè cuiquam damnum, & iniustitia inferantur, vt considerat *text. in l. meminerint, C. vnde vi,* adeò vt etiam si lex promulgata esset, & exindè absurdum, & subditorum interesse resultaret, nè sit grauaminis nutritiua, abrogari debet, *cap. erit autem lex, dist. 4. Vasq. controu. cap. 30.* si ergo talis lex non est constituta, sed potiùs contrarium est decisum per similia, vt supra comprobatum fuit, cur opinio hæc erit admittenda? Ideò enim Barones hanc prærogatiuam habere suspirant, quia esset vna de maioribus, pro obtinenda quasi totali subditorum subiectione: nam ipsi delegati, quia eorum sententiarum rationẽ reddendi cautionem non præstant, nec sindicatui post causam finitam parent, *Alex. in l. eum, ff. de iurisdict. omn. iudic.* sine timore iudicant, complacent, grauant, & extorquent, cum vti ordinarij rationum reddendarum stimulum non habeant, ideò ad Baronum votum eliguntur huiusmodi personæ, quas sibi complacituras à com-
196 munitèr accidentibus sciunt, quæ argumenti species solidissima est, *l. 3. §. summum, ff. si cert. pet.*

Nec dicas, adducere supradicta inconuenientia, non esse quæstionem soluere, eò magis quia non est præsumendum, dicta grauamina committi, imò Iuris præsum-
197 ptio est pro eis, *l. obseruare, ff. de offic. Procons.* nam respondemus, timendam esse Baronis authoritatem; nam cum iurisdictionem in manu habeant, & de facto procedant, est ante tempus occurrendum, *Andr. in cap. 1. num. 13. quib. mod. feud. amitt. & in cap. 1. num. 4. ex quib. caus. feud. amitt. Iacob. de Franch. in fin. repet. num. 16.* nec eis Iuris præsumptio suffragatur; sciunt enim cuncti, quàm generalis hodiè sit molestia Baronum, quorum inter centum vix vnus reperitur iustus, & magis quia non data hac
198 opinione pro recepta, grauamina dici non possent: nam lex quamuis dura, seruãda est *l. prospexit qui, & à quib.* Et propterea huius opinionis rigore, & eo quod detrimenti euenire potest, cognitis, idem minus in toto, quàm in parte obseruandum esse asseratur.

Et pro nostra opinione, quod Baroni nullam causam auocare ab ordinarijs liceat, accedunt grauissimi Authores, quos refert idem *Rouit. nu. 18.* allegando *Auend. Sebrader. Frec.* citat etiam alios, qui quamuis dicant, licere Baroni ad libitum causas auocare; omnes tamèn, quos enumerat *num. 10.* videre volui, sed mouentur ij ex authoritate *l. iudicium soluitur, ff. de iudic.* cuius verba sunt: *Iudicium soluitur vetante eo, qui iudicare iusserat.* & secundùm hanc dispositionem partem affirmatiuam sequẽtes benè dicunt, & nostræ opinioni non contradicunt. Et confirmo, idem per Canonistas concludi in Episcopo, qui Baroni
199 in Iure æquiparatur, *Bald. in l. siuè pars, C. de dilat. Peregr. de iure Fisci, lib. 1. nu. 105.* illius enim Vicarius ordinariam dicitur habere iurisdictionem, *glos. in cap. 3. de offic. ord. in 6.* Episcopus attamèn ad libitum ab
200 ipso Vicario causas auocandi facultatẽ habet, *cap. 1. de offic. Vic. Sfort. tract. de offic. Vic. lib. 3. q. 39.* & mouentur ex dispositio-
201 ne *d. l. iudicium*, nam sicuti Episcopus ad nutum Vicarium reuocare potest, ex *Abb. et Imol. in cap. vt nostrum, de appellat. Iacob.*

in

in tract. fen. ver. Vicarius, sic & fortius causam ab eo auocare poterit, nam cui conceditur plus, conceditur & minus; sed si Vicarius ad tempus, prout in Vicario à Capitulo, Sede vacante, vsquè ad noui Episcopi aduentum constitueretur, is interim à Capitulo reuocari non poterit, nec ab illo causæ auocabuntur, quia ius quæsitum est Officiali ad tempus, vndè illius iurisdictio nec tolli, nec minui poterit, vt benè *Quarant. super Bullar. ver. Capitulum, num. 3. & 13.* & proindè ratio Doctorum vtriusq. censuræ affirmatiuam opinionem tenentium fundatur in Regula *text. Quod vetante eo, qui constituit Officialem, iudicium soluatur*, cumquè contrarium sit in Regno receptum, Officialem v3. durante anno auocari non posse, & interea nec. eius iurisdictionem minui, vt supra demonstrauimus, ergo DD. illi huic opnioni non contradicunt, sed conciliantur, vt eorum opinio nō procedat, si tempus determinatum esset Officiali, & sic distinguit *Mastrill. libr. 4. cap. 17. num. 16.* qui ita intelligit authoritatem, quam nos hic adduximus.

202 Cæterùm ex dinumeratione Doctorū vtriusquè opinionis, casum esse dubium, diei potest, cum de communi non appareat, & isto casu receptum est, in similibus eam opinionem attendi, quæ est æquior: imò si vna communis esset, altera verò æquior, attendenda est opinio magis æqua, *Cauall. in præfat. comm. opin. Franch. dec. 30.* hanc autem negatiuam tanquam inconuenientia tollentem grauaminibus occurrentem, publicumq. vtile respicientem lōgè æquiorem esse, fuit iam plenè demonstratum, & propterea ea omnino erit amplectenda, vt Barones causas ab ordinarijs auocare non valeant.

Nec refert, *Dom. Ronit. num. 21.* asseruisse, in contingētia facti, Consiliarium Quiros decreuisse, Baroni Postilioni auocare causas ab Officiali dictæ terræ non licere, quia cum eo liuorem habebat; vndè infertur à contrario sensu, cessante liuore, auocare licitum esse, nam istud est intentioni illius decreti vim inferre; sententia

203 enim est stricti iuris, & extensionem non patitur, maximè vbi iuri contrariatur, *l. 1. C. si plur. vna sent. Franch. dec. 228.* Itèm nec illud decretum pro lege adduci potest, tū quia æquiuocum, tum etiam quia constat

204 in Aula non fuisse factum, sed forsan domi, cuius non habetur magna æstimatio, *Franch. decis. 511.* sed ex parte Vniuersita-

205 tis fuit præsentata decisio Sacri Consilij facto verbo iunctis Aulis pro Ciuitate Grauinæ, vbi fuit latum decretum tenoris sequentis videlicèt: *Quod Capitaneus Grauinæ suam ordinariam iurisdictionem exerceat, & quando casus acciderit, in quo Illustr. Dux voluerit aliquam causam delegare Sacro Consilio, reseruat prouisionem faciendam super auocatione.* Et sic habemus legem, non licere auocare, nisi Superiore consulto, ad quem examinare pertinet, an liceat, & si causa iusta sit; & propterea non esset amplius de hoc disputandum, cum ea decisio legem faciat, *Afflict. decis. 190. Gramm. decis. 228.*

Tertiò principalitèr aduertatur, *Reg. Ronit. num. 22.* tenentem opinionem (prout nunc, vt ipse asserit) Baronem re integra particulares auocare posse causas subiungere, & licere hoc ex probabili causa, & ex hac qualitate, quando ista opinio inexpugnabilis esset; nam quælibet iusta causa efficax est, vt Officialis priuetur facultate cognoscendi causas, quas Baro auocare prætenderet, suspitionum instar, quibus propositis, & probatis, Barones causas illas postmodum delegant, *Carauit. Rit. 265.* & quod mihi non arridet, est quod postremò subdit, videlicèt, *Quæ causa probabilis sufficit, quod sit motiua, non quod sit probanda, & in iudicium deducenda.* In hoc stat grauamen, & alteratio; solùm enim in Principe, dum disponit in casibus ex sua voluntate sine tertij præiudicio dependentibus,

206 solus animi motus pro ratione, & causa probabili habetur, *glos. in l. relegati, ff. de pæn. Paris. cons. 5. num. 135. Ias. cons. 233.* Sed si ea dispositio detrimentum afferre posset, tunc causa motiua nec in Principe præsumetur probabilis, & maximè si enunciat aliquod ad sui beneficium, vti quemquam rebellem, vel feuda sibi reuoluta, *DD. communiter in Clem. 1. de prob. Andr. in in prælud. feud. sub num. 28. & de controu. feud. apud par. term. num. 13. & de cap. qui cur. vend. num. 27. vers. sed sibi soli, Crauet. de antiq. temp. par. 1. art. 1. cum seq. Reg. de Ponte cons. 4.* & dixi *Prag. 1. n. 22.*

Sed inferioribus a Principe non vidi contradictorem, quod quando causa requiritur, vt aliquid licere eis possit, causa prius esset deducenda, & probanda, *Felin. & alij in cap. 1. de rescript. Alex. cons. 112. lib. 7. Petr. de potest. Princ fol. 299. num. 18.* & est communis opinio, & propterea non sufficere causam motiuam in Barone, causas à suis ordinarijs auocare prætendente assero; semper enim fraudem enunciare posset, ex causis dignè suam mentem mouentibus auocamus, & delegamus (& quis erit serutator eorum iustę mentis?) occurrendum est igitur fraudibus, *l. in fundo, ff. de reivind.* ideò causam omnino esse proponendam à partibus, & probandam, suspitionum instar est dicendum.

Quam causæ cognitionem per Regios Superiores examinandam attentare possemus: nam quando de auocanda causa ab or-

K 2 di-

dinario tractatur, tunc Baro subditorum causam non cognoscit, sed causam Offi-
207 cialis, de cuius causis cognitio non ad Barones, sed ad Superiores spectat, & exindè dixit *Carauit.* 265. quod de causis suspitionum Officialis Regij Superiores, non autem Barones erunt adeundi, & potiùs de facto, quàm de iure hodiè in suspitionum cognitione se ingerunt. Hinc *Praes. de Franch. decis.* 409. *num.* 2. dixit, Officialem ob infirmitatem, vel similem causam re-
208 mouere ad Regios Superiores, non autem ad Barones spectare, prout in *cap. Reg.* 35. & propterea idem iudicandum est in iurisdictionis quotatiuae auocatione, dum Baro de casibus ad Officiales pertinentibus facultatem cognoscendi de iure non habebat, & confert decisio supradicta Sacri Consilij pro Ciuitate praedicta Grauinae, dum reseruat Sacro Consilio examinare casum, quādo Illust. Dux causam aliquam à suo Officiali auocare voluerit, & eò magis quando sunt lites apud Superiores inter Dominum, & vasallos, praesumptionibus cognitio omnino per ipsosmet Iudices grauaminum est examinanda. Quibus sic fundatis, Barones causas ab ordinarijs iure auocare, & alijs delegare non posse sine legitima causa deducta, & probata est dicendum.

Vlterius ad explicationem nostrae Prag. procedendo nota, iniustam esse illam prouisionem, quam Barones expedire solent
209 ad partis instantiam, & ex officio rescribentes, vt sententiae, & decreta ordinarij Officialis per alium Iurisperitum reuideantur, cum in dictis causis reuisio de iure non detur, sed gradatim ab Officialibus erit appellandum. Et decretorum reuisio dari potest, quando decretum, seu votum
210 Officialis à Consultore iurisdictionem non habente fieret, prout continuò in Sapientum votis ad Officialem transmissis obseruari solet: id enim per alium Iurisperitum reuideri poterit, *Thes. decis.* 25. *Gram. cons.* 118. quia assessor dici non potest, nisi iurisdictio ei à Barone potestatē habente tributa sit, *Bald. in l.* 1. *ff. de offic. assess. & in Auth. ad hac, C. de indic. Capye. in inuest. ver. assessores, Reg. Tap. in Const. Ea, quae ad decus, num.* 47. Verùm si in vna causa particulari quis fuerit electus Consultor, & partes acquieuerant, coram ipso procedendo, in eorum praeiudicium variare non potest alium deindè eligendo. Sic etiā
211 Baro vnum Assessorem, & vnum Iudicem secundarum causarum, non autem plures destinare potest, *Frec. auth.* 3. *in trac. de subfeud.* Baro enim vasallos grauare dicitur, plures Officiales constituendo super vno negotio, & sic prohibetur plures Aerarios super vna administratione deputare; nam à pluribus plurima grauamina recipiuntur, *Tiraquell. de primogen. quaest.* 4. *num.* 30.

212 Insupèr vidi multotiès dubitatum, an Baroni sufficiat, Officialem non esse Iurisperitum sinè Assessore mittere, vel teneatur illi Assessorem assignare, & si in commissione non expresserit, vt Officialis cum voto Doctoris procedat, an ille legitimè decernere possit? Et quod illiterati Iudices constitui possint, ex *text. in l. certi, C. de iud. & in cap. sciscitatus, §. illiteratus, de rescript.* & sine voto Consultorum prouidere possunt, in praeparatorijs, & vbi articulus iuris non est decidendus, *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 10. *à num.* 162. *Menoch. quaest.* 23. *à num.* 9. & si Assessor à Barone datus non sit, ipse Officialis ad sui libitum votum alterius petere valebit, *Montan. de regal. §. potestas, num.* 4. sed an eum Consultorem esse Doctorem oporteat, vel peri-
213 tum esse sufficiat? Scias, Officialem ad eligendum Doctorem in Assessorem de iure non cogi, sed sufficit aliquam in iure experientiam habentis consilium, *Salic. in l.* 1. *C. de pen. indic. qui mal. iudic. Menoch. cas.* 253. *à num.* 6. vndè siuè à Barone, siuè ab Officiali eligatur Assessor peritus, licèt non Doctor, Vniuersitas legitimè conqueri non debet, & ita dictat *cap. Reg.* 173.

214 Aduertendo, quod si commissio limitata fuerit, vt Officialis omnino cum voto prouideat, tunc sinè consilio decreta explicare, & decernere partibus reluctantibus non poterit, *Carauit. rit.* 39. *num.* 7. *Menoch. d. quaest.* 23. *Crauet. cons.* 140. *Paris. de sind. ver. Assessor.* Et an eo casu acta sint nulla, videnda sunt suae commissionis, & potestatis verba an irritent in casu contrarij, aliàs appellandum esset, *Felin. in cap. ex parte, de constit. de Ponte cons.* 67. *num.* 15. & in Regno per *Pragm.* 18. *de Official.* prouisum est, Officiales in quibuscumq. causis voto Consultoris procedere debere. Et per *Pragm.* 23. *& seq. eod. tit.* mandatum est, nō solùm Assessores Doctores esse debere, sed per Regiam Iunctam approbatos ad illum exercendum.

Aduertas etiam, Assessorem à Barone electum iurisdictionem ordinariam habere, *Liparul. ad Andr. in cap.* 1. *de regal. nu.* 68. *in verb. consuetudine, Boss. tit. de sent. nu.* 21. sed si eligatur ab Officiali, tunc quia is iurisdictionem illi tribuere non valet, vota illius reuideri poterunt, iuxtà dicta supe-
215 perius, & in hoc alia est differentia: nam quando Baro eligit ipse prouisionem, iuxta officij qualitatem Assessori praestare tenetur, *Menoch. cas.* 254. si verò Officialis ipse sibi eligat Assessorem, suo sumptu salarium illi praestabit, nisi in contrarium sit consuetudo, quia actus ex solito interpre-

pretatur, *Surd.decis.129.in fin.* Itèm Baro
216 secundarum causarum Iudicem eligere debet,& non modo vni, modo verò alteri causarum appellationem delegare, vel ad consulendum mittère, *Viu.decis.356.* quo fit, vt personis, quas eorum votis annuere agnoscunt,causas delegent , quod iustum non est,*Frec.de subfeud.author.13.* & ita pronunciatum per Sacrum Consilium inter Vniuersitatem Biceari cum Marcel o Caracciolo.Act.Figliola.

217 Nec suffragari debet fraus;qua aliquis Baro vti solet locumtenẽtes creando ,donec alter ordinarius veniat, quod fit, quia officium locumtenentis ad nutum reuocari potest,*Iacob.d.vers.Vicarios*,& ipsi locumtenentes nè reuocentur , à Superioris ore dependent , & iuxta eius arbitrium sæpè causas decidunt, nec prouisionem vti ordinarij habent , cui grauamini in Sacro Consilio fuit pluriès obuiatum, & decisũ, locumtenentium exercitium quindecim, vel viginti dierum spatium non excedere, quibus elapsis Baro ordinarium constituere teneatur,nè fraus legi fiat, *l.non dubium*,*C.de legib*,& præcisè decisum fuit per Sacrum Consilium inter Vniuersitatem Vallis Vitulani,& Baronem.Act.Figliola.

218 & locumtenentes ciues esse non posse, nisi ad modicum tempus , quamplurimè fuisse etiam decisum refert *Præs.de Franch. decis.98. & ante Afflict.in Const.Magni Camerarij,Paris.de sind.vers.substitutus,cap.2. num.4.Auil.pract.quæst.cap.4.num.2. Bonadill.lib.1.cap.12.num.28.* & cum modicum tempus non sit in consideratione, limitatur in hoc casu, *text.in l. eadem,ff.de offic. asses.*vbi asseritur,officium in propria patria exerceri non posse , quod etiam ad
219 Actuarios fuit extensum , *Franch. loco citato.*

220 Et quamuis locumtenentes regularitèr à Baronibus constituantur , multotiès tamèn Officiales in eorum absentia, & in casu impedimenti eos eligunt, *Marant.in art.Iud.de legat.vel ord. num.6.* & licèt per *cap.Reg.incip.Quia,de Vicar.* & alijs Regni prouisionibus videatur prohibitum , nè per substitutum iurisdictio exerceatur,nec Officiales causas alijs ex suæ suspicionis
221 causa delegare valeant, & similium,*l.cũ Prætor,ff.de iudic.* nam solùm Baronibus hoc competit:nihilominus permittitur,vt Officiales in modicæ absentiæ casu locũtenentem creent , si Baro particularem prouisionem de locumtenente in casu absentiæ Officialis non fecerit ; nam dicta
222 Iura Regni per substitutum iurisdictionem exerceri prohibent, non tamèn ad tẽpus ex aliqua iusta causa licere negant *Capyc.decis.152. Guid.Pap.decis.234. Paris. de sin.l.ver.subst.tutns,& Gutier.lib.1.pract. q.39.* Verùm iste locumteneus non a Barone,sed ab Officiali electus in criminalibus meri imperij iurisdictione vti non potest , cum Baroni tantùm ea communicari permittatur , *Campag. in cap.Reg.Quod de Vicarijs,num.9.& 15.Reg.Rouit.d.prag.5. ex num.5.* nec illi debetur idem honor,*Bartol. in l.filius,ff.de leg. de Ponte de assess.reg. tit.7.§.6.num.14. Marant.in prax.par.4.tit. An sit Iudex ciu.vel crim.ex n.5.*

Et in Ciuitate Consentiæ adest Consuetudo,quod vacãte Gubernatoris, vel Iudicis illius Ciuitatis officio, interim Magister Iuratus , qui pro tempore reperitur exercet , attenditur etiam Regionis Consuetudo , *Reg.Tap.in d.cap.Reg. Quia de Vicarijs*, sed cessante priuilegio, vel consuetudine si ordinarij absentia esset longa, lo-
223 cumtenens aduena à Barone constitui debet,*Tap. super d.Constit.Franch.decis.98. in fin.Ronit.d.Pragmat.5.ex num.2.* & an,&
quando per substitutum officia exerceri
224 possint , & an Prorex sibi in casu absentiæ,vel infirmitatis substituere valeat , latè idem *Rouit.in rubr.de admin.& in pragm. 24.de offic. Sac.Reg.Consil. & Mastrill. de Magistr. libr.1.cap.29.* multa coaceruant, quæq; officia substitutum patiantur, & data substitutione, an substitutus eamdem iurisdictionem , & authoritatem habeat? & an substituens, & eligens substitutum,
225 vel locumtenentem pro eo de malè gestis teneatur? *Reg.de Pont.de potest. Prorrg. tit.de diuers.prouis. §.de potest.substit.in offic. Reg.Const.in l.nullus, C.de decur.lib.10. ex num.57. Reg.Reuert. decis.206. Reg.Galeot. resp.fisc.11.*

226 Limitatur tamèn solùm in paruis terris,vel villis , in quibus regula restringitur, vt etiam ciues Officiales esse possint, cum difficile sit exteros ad tam paruas villas accedere, *Afflict. in Constit.Iustitiarijs*, plenius *Thes.decis.268.* exigua enim non sunt in consideratione , nec regulis subiacent,*Tiraquell.tract.de reb. exig.* Hinc est, vt Baroni duas terras vicinas, & paruas habenti vnum liceat Officialem tenere,
227 qui in vtraq. per interuallum assideat, *Præs.de Franch. decis.166.* & in praxi ita seruatur. Indè fit, vt propter modicam iurisdictionem in patrijs proprijs Iudices Baiulorum, Ponderum, Portulaniæ, & similium officium exercere videamus . Et multotiès ipsimet Officiales iure Iudi-
228 cis , & Actuarij funguntur , vt probat *text.in l.2. iuncta glos. in rubr.C.de Magistr. municip.* licèt regularitèr in alijs terris, & Ciuitatibus Officialibus talia simul exercere sit prohibitum , & acta sunt nulla, *Campag.in cap.Reg.280,Viu.decis.48.* Indè
229 est, vt nec Baro ordinarium assessorem, assistentem dare teneatur in paruis terris, &

& paruo officio, quia sumptus emolumēta excederent; vnde in conuicinio Iurisperitum eligi sat erit; & sic fuit iudicatum per Regiam Cameram inter Matthæum Paganum Baiulum Ciuitatis Consentiæ, & Casalium, quæ eum ad ordinarium Consultorem tenendum obligatum esse prætendebat, & dictum fuit, sufficere causas cum voto decerni; sed si expensis Vniuersitatis ordinarius peteretur, esset dandus, imò tales Officiales in paruis terris, vltrà annum exercere possunt, *Mastrill. lib. 1. cap. 23. num. 79. Garf. de expen. cap. 21. n. 5. & infra Prag. 5. n. 158.*

230 Verùm quando Officialis plures sub sua iurisdictione nabet terras, residentiam facere debet in loco, vbi sui antecessores soliti sunt ius reddere, alias Baro alitèr permittendo grauaret, *l. penult. ff. de iustit. & iur. vbi Bart.* nam honor vnicuiquè est seruandus, alias prærogatiua aliqua quēquam priuans, iniuriam facere videtur, *text. notab. in l. obseruare, §. magni, ff. de offic. Proconf. Franch. decis. 166. num. 6.* quando enim plures terræ sub vna Baronia sunt comprehensæ, Officialis in capite Baroniæ residere debet. Nec Baro in præiudicium

231 plures Officiales cōstituere poterit, vt in causa inter Marchionem Vallis Baronem Fluminis Frigidi, & Vniuersitatem Longobardi, quæ prætendebat sibi constitui Iudicem separatum, & non extrahi carceratos ad dictam Fluminis Frigidi terram, & obtinere non potuit. Verumtamèn illa Vniuersitas mouebatur ad petendum separatum Officialem, quia hyberno tempore sine maximo periculo transitus de vna terra ad aliam, & maximè in mulieribus, dari non poterat, quæ æquitas implorabatur à Collaterali Consilio, vbi adhuc causa discutitur, loci tamèn commodi assignatio, seu mutatio ob absurda, & inconuenientia, quæ sequi vidēntur, non est deneganda, ad *text. in l. locus, ff. de iud.*

Hanc quæstionem, an Baro Castrum cū Casalibus habens vltra Capitaneum in Castro, alios in singulis Casalibus constituere possit diuersimodè per Sacrum Consilium fuisse decisum testantur *Reg. de Ponte in repet. de success. feud. lect. 12. num. 10. & in decis. 6. Camill. de Medic. in addit. cons. 151. Pras. de Franch. decis. 166. Cutell. dec. orat. 21. Montan. in cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, num. 20. vers. at quando.* Et cum præfati Doctores summariè pertranseant, non inconueniens existimaui, quid sentiam afferere: dico igitur posse sustineri, vt in facultate sit Baronis diuersos constituere Capitaneos, vnum v3. in quolibet Casali, maximè si illud non sit paucorum focularioram, & à Castro distans, quia non

2 diuiditur iurisdictio, sed administratio, seu exercitium illius, quod exercitium esse diuiduum docuit *Bart. cons. 189. nu. 7. vers. si verò consideras iurisdictionis exercitium*, dicens posse deputari vnum Iudicem in quarterio Ciuitatis, & alium in alio quarterio. Et quòd sit diuiduum iurisdictionis exercitium, licèt iurisdictio in se sit indiuidua quoad habitum, idem *Bart. in l. inter tutores, num. 6. ff. de admin. tut.* per illum *text.* vbi quod quamuis ius tutelæ competens diuidi non possit, tamèn administratio illius diuiditur, sequuntur *Innoc. & Anton. de Butr. in cap. prudentiam, de off. deleg. Alex. cons. 25. ex num. 4. com. 5.* & de communi testantur *Curt. de feud. par. 4. q. 30 limit. 9. Capyc. in inuest. ver. feudorum diuisio, sub l. 4.* sed melius in nostra facti specie locuti est damnatæ memoriæ *glos. Paris. in §. 1. glos. 5. nom. 16.* videlicèt non diuidi iurisdictionis exercitium per plurium Officialium deputationem ab vno Domino in diuersis locis Comitatus factam, sed ipsemet Dominus, penès quem iurisdictio in omnes suos vasallos vnius Comitatus residet, iurisdictionem exercet in illos per diuersos Ministros, seu Officiales, tanquam instrumenta, & organa. Et hoc fit ratione commodioris iustitiæ administrationis, prout de fundo diuersis agricolis ad vberiorem culturam locato, iuxtà notabilem *text. in l. Caius 88. §. 1. ff. de legat. 2.* Insupèr præcitati DD. locuti sunt de iurisdictionis exercitio inter plures eiusdem iurisdictionis Dominos diuidendo, vel in præiudicium Baronis, aut alterius, cui fuit concessa. Et in nostra facti specie idem Dominus vnius iurisdictionis in plures vasallos in diuersis Casalibus habitantes iurisdictionem exercet; & illis per plures Ministros ad maiorem commoditatem vasallorum, & maius ipsius Domini dispendium iustitiam administrat, dum singulis Ministris stipēdium dare tenetur, vt infra *prag. 13. num. 36.*

Nec Ciuitas, in cuius territorio sunt Casalia, contradicere potest, quia iurisdictio non est sibi annexa, sed personæ per Baronis: illi enim dixit Rex, *Inuestio te, & tuos heredes ex corpore de Castro, hominibus, & vasallis, eum iurisdictione, mero, &*

233 *misto imperio*: & sic subiectum iurisdictionis in dominantis persona est actiuè, passiuè verò in vasallorum personis, quia in ipsos exercetur. In quolibet enim loco sui Castri, & Casalium feudatarius per se, & per alium suam iurisdictionem exercere potest, *cap. cum Episcopus, de offic. ord.* nisi adsit priuilegium Castri, vt in eo loco ius regatur, *Sese decis. 187. num. 30.* Castrum, & Territorium ipsius non est iurisdictionis subiectum, sed terminat, & iurisdictionem intra finem, Castris, & territorijs ipsius cir-

circumscribit, imò stat, vt accessorium ad iurisdictionem, quia intra fines suos in homines ibi commorantes exercetur, vt plenè per *Montan. de regalib. §. potestas, sub nu. 21.* Cum ergo Baro iurisdictionem habeat in sua persona, & illam in suos vasallos in diuersis eiusdem territorij locis habitantes exercere debeat, cum illam per duos, vel tres Ministros, seu Officiales exercere velit, non est impediendus, quia facilior iustitiæ administratio vasallis redditur, & ipse pluribus Ministrum stipendijs onerat. Confert ad hanc opinionem roborandam indefinita potestas constituendorum Magistratuum ad iustitiam in inuestitura à Rege liberè concessa, non autèm ad vnũ Magistratum taxata. Hinc fit, vt dum ex hac plurium Magistratuum deputatione iurisdictionis diuisio non inducitur, omnia liceant, quæ prohibita non reperiuntur.

Nec argumentum sumere libet ab vsufructuario, cui neque in melius rei formã absq. proprietarij voluntate mutare permittitur, *l. hactenus, & l. seq. ff. de vsufruct.* cum de vsufructuario ad feudatarium validum non sit argumentum, dum plus iuris feudatarius, quam vsufructuarius habeat, vt per *Andr. in cap. 1. §. de manso, num. 13. circa fin. vers. sed in casu, de controu. inuestit.* habet enim feudatarius feudi dominium, & iurisdictionem perpetuam pro se, & descendentibus, quod non est in vsufructuario, *l. 4. ff. de vsufruct.*

Nec refragatur decisio in contrarium adducta per *Bouadill. lib. 2. cap. 16. num. 205* nam locum sibi vẽdicat, quando Baro vellet Casale facere Castrum de per se, nempè cum iurisdictione, territorij diuisione, & absq. dependentia in oneribus à Castro suo antiquo capite, & tunc non mirum, quod ad Principem tantùm spectet, iuxta *l. 1. C. de Metrop. Beritt. lib. 11.* Nos sumus in alio casu, quo ipsius feudi corpus non diuiditur, sed tantùm iurisdictionis exercitium pro maiori ciuium commoditate; diuisio enim feudi quoad dominium, & ipsum feudi corpus, non autèm quoad administrationem, & iurisdictionis vsum, cęterasq. commoditates prohibita intelligitur, vt ex *Capye, de Pont. & alijs supra cit.* & post hæc scripta vidi *obseruat. Dom. Reg. Marin. ad decis. Reuerter. 163.* qui & alijs rationibus hanc opinionem comprobat, in hac distinctione administrationis non requiri Regium assensum. Dum autèm Baro iurisdictionis sibi in feudum concessæ dominium habet, ex hoc iurisdictionis dominio constituendorum Magistratuum ad iustitiam ministrandam oritur potestas, *Afflict. in cap. 1 num. 2. Quæ sint regal. & in Constit. In locis demanij, num. 6. Iacobin. de S. Georg. de feud. ver. Vicarius perpetuus, num. 6. in fin.* & ex eadem deriuat potestas constituendi Assessorem, Actuarium Curiæ, & Alguzerium, quia hæc sunt officia ministerij iurisdictioni deseruientia, & sic vt accessoria ad constitutionem Magistratus, ad iustitiam veniunt, argum. *l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. Liparul. ad Andr. in cap. 1. num. 68. vers. consuetudine, Quæ sint regal.*

234 An autèm secundarum causarum Auditores in terris primarum constitui, & teneri possint? Et videbatur dicendum, quod non, quia cum timore procederent primi Iudices, & ab omnib' causis facilitèr appellaretur; nam vbi leo pedes figit, cætera animalia fugiunt, *Capye. dec. 27. n. 33.* & causa quare iustitiæ administratio Baronibus fuit interdicta, est nè cum timore vasalli coram eo litigarent, *Free. auth. 13.*

235 & proindè Rex in terra Baronis Audiẽtias, & alia Tribunalia maiora tenere non debet, *l. fin. C. de locat. præd. lib. 12. Luc. de Penn. in l. præd. num. 54. C. de loc. præd. ciu. Lauar. cons. 54. Capye. de prohib. feud. alien. col. 6. Free. author. 28.* nam ferè omnes causæ graues libentèr ad ipsas auocarentur, secus autèm si Baro merum non haberet imperium, sed simplicem, vel mistam iurisdictionem tantùm, quia tunc esset in Regis facultate ibi ponere Tribunal Prouinciale, *Capye. vbi supra, num. 24. Cancer. var. resol. lib. 2. tit. 2. tit. 2. num. 290.* limitatur tamèn vbi esset antiqua consuetudo in contrarium, vel Barones non contradicerent, *de Pont. tit. de elect. Official. §. 1. ex n. 54* Verùm hæ rationes non stringunt, cur Iudex in suæ iurisdictionis loco commorari non possit: nam Tribunal maius potiùs tollit inconuenientia, quã adducit: eò enim minus subditi grauantur, cum sciant Iudices propè esse, qui grauamina repellant, vt dicit *text. in l. 1 ff. de appellat.* Imò Iudicem secundarum causarum residere, vel pro causis terminandis ad iurisdictionis terram accedere oportet, præcipuè in terra, quæ est caput Baroniæ, *Medic. d. con-*

236 *sil. 151.* nam in alia terra diuersi dominij ius dicere sine licentia illius Baronis non poterit, *l. extra territorium fin. ff. de iurisdic. omn. Iudic. Andr. in cap. 1. §. ad iustitiam, num. 68. Quæ sint regal.* hinc emittunt banna barones, vt nemo iurisdictionem sine eius licentia, etiam in exteros exerceat, *Marant. in art. cit. num. 41.* prout nec Rex iurisdictionem contentiosam extra Regnũ exercere poterit, *Afflict. in Constit. Capita-*

237 *neorum.* Et barones Regni in quibuscumquè Ciuitatibus demanialibus nullam iurisdictionem contentiosam sine licentia Proregis exercere videmus, *Free. auth. 30. Reg. Tap. in Const. incip. De quæst. lib. 3.* in tantum quod quando causa ad baronem re-

mittitur, vt Iudicem in Ciuitate eligat, adijcitur, *pregula Proregis liccutia*, & idem si
238 velit Baro Iudicem eligere Neapoli, vel in alia Ciuitate demaniali, licentia à Prorege, vel Præside illius Prouinciæ erit petenda, & tunc solet fieri decretum, *Liceat eligere Iudicem in Ciuitate in ea causa tantum, dummodo sententia proferenda exequatur in partibus.* Ac notandum est, huiusmodi licentiam in alieno territorio iurisdictionem exercendi per locorum Officiales non esse impartiendam, sed à Baronibus terrarum obtinendam esse, *glos. in Clement. vnic. vers. Dioecesanis, de foro compet. Rouit. in Pragm. 1. de iurisdict. non turband.*
239 vbi etiam ex num. 29. quod si Baro aliquis contentiosæ iurisdictionis actus in terra alterius exercere solitus fuerit, si postea à territorij Domino turbetur, neq. in summario possessorio obtinere potest, dum ius ei resistit, & alteri assistit. Voluntariam autèm iurisdictionem, quæ agentium consensu expeditur, & si iudiciariam ea saperet, in alieno territorio, sinè strepitu quibusuis exercere non denegatur suorum subditorum necessitatibus prouidendo, *l. 2. ff. de offic. Proconsl. l. emancipati, ff. de adopt. Andr. in d. §. ad iustitiam, Hippol. de Marsil. in d. l. fin. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 10. par. 1. ex num. 107. Marant. in sua prax. vers. citationis, num. 41. & in art. sent. num. 5. Bouadill. in sua Polit. lib. 2. c. 16. n. 187.*
240 Verùm si citata fuerit persona sinè Iudicis loci licentia, an apud Iudicem citantem ille comparere teneatur, & causæ remissionem petere, vel citatio erit nulla, *Bart. in l. 1. §. 1. num. 3. ff. de requir. reis, And. in cap. 1. num. 4. & 7. de contron. int. vasal & al. & Rouit. in d. Pragm. 1. num. 17.* tradunt, citationem valere, prout in citato in Ecclesia, *Saufelic. decis. 141.* cui adde *glos. in l. iusiurandum, §. qui iusiurandum, verb. in arbitrio, & in marg. ff. de iureiur.* distingue pro faciliori intelligentia, aut citatus non est citantis subditus, & de iurisdictione in ipsum citatum non constat, & tunc comparere non tenetur, *Bald. in l. prohibitum, num. 13. C. de iure Fisci, lib. 10.* & citatio erit nulla; quia cum ille non sit suus ordinarius, vel legitimè delegatus, illi parere nō tenetur, *l. 3. ff. de iudic.* & ideò nec iustè cōtumax reputari poterit, *l. contumacia, § fin. ff. de re iudic. Misinger. cent. 6. obseru. 7. Menoch. tract. recup. remed. 15. num. 16.* & acta non valent, *Conar. pract. qq. cap. 25. num. 4. Dec. cons. 360. Barb. in l. si quis aliena, ff. de iudic.* Aut Iudex citatus est competens, vtputa, quia citatus ibi deliquit, vel in loco citantis contraxit, vel subditus ratione rei sitæ, vel alio modo, tunc citatus comparere tenetur, ad *text. in l. 2. ff. si quis in ius voc. l. si quis aliena, ff. de iudic.* iuxta adducta per *Andr. d. num. 7. Felin. in cap. eum ordinem, de rescript. Carauit. rit. 230. num. 3.* nam essentia citationis est, vt ad citandi notitiam perueniat, licèt citans puniri possit, quia loci Iudicem non requisiuit, *Rouit. in Pragm. 3. d. num. 3. de ord. iudic.* ex
241 actis enim non petendi licentiam à Iudice loci oritur contemptus, pro quo nuntius capi, & puniri potest, *Bouadill. libr. 2. cap. 20. ex num. 21.* sed non ideò citatio annullatur, si Iudex in citatum iurisdictionem habeat. Et licèt ille exceptionem illius iurisdictionis elidibilem opponere valeat, & notorium Iudici sit rei priuilegium, tamèn quia Iudex ille fundatam habet iurisdictionem, reus suam exceptionem probare tenetur, *Bart. in l. quoties, ff. si quis caut. & in l. 2. ff. si quis in ius voc.* non
242 ier. hinc Iudex notoriè suspectus, quovsq. suspitio non proponatur, legitimè procedit, *Io. Andr.* communitèr receptus *in cap. accedens, vt lit. non contestat. glos. in Clement. 2. vers. competit, vt lit. pend. in caus.* & informationes interim valent, *glos. in d. Clement. Feliu. d. cap. eum ordine, num. 8. Alex. in l. 2. ff. si quis in ius voc. nu. 14. Hipp. in l. de vnoquoq. num. 221. ff. de re iud.* & post hæc quæstionem discutit *D. Thom. Caruenal. de iudic. lib. 1. tit. 1. disput. 2. ex num. 15.* & concludit valere talem citationem in territorio alieno, si Iudex ille literis hortatoriallbus requisitus denegauerit, & *infra Pragmat. 8. par. 1. num. 164. & par. 2. num. 154.* citationes autèm per edictum, vt compareat quicumq. sua putauerit interesse etiam extra territorium, & contra non subditos expediri poterunt; quia hæ iurisdictionem in citandos non inducunt, sed potiùs quædam est admonitio, si voluntariè velint pro eorum interesse comparere, *Bald. Dec. Ias. in l. testamenta, C. de testament.* & latè per *Rebuff. tract. concord. rubr. de constitut. Pomar. cap. 33. num. 23. lib. 1. Christin. decis. 256.* si verò citatio fit
243 Supremorum Tribunalium, & tunc de congruo, non de essentia licentia peti solet, *Fab. diffin. 23. de iurisdict. omn. Iudic. Cancer. var. resolut. libr. 3. cap. 13. d. num. 217. & infra Prag. 8. p. 1. n. 164.*

Et ad principalem quæstionem, vndè digressi sumus redeundo, Iudicem secundarum causarum in primarum foro residere posse concludimus; verùm si alibi iurisdictionem sui Baronis is exercere voluerit, licentia illius loci Baronis erit requirenda.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iustinianus Imperator ex Theodora sua coniugis consilio statuit Iudices sine quoq. suffragio eligendos esse.*

2 *Officiales acceptari de iure non debent, nisi prius officium non emisse iurauerint.*

3 *Acta Officialis, qui in officij ingressu iuramentum non praestitit, an valeant?*

4 *Officiales Baronum diuersimodè ab Officialibus Regijs iurant, & ratio differentiae ponitur.*

5 *Officiales Baroonm legis statuta, & loci seruare consuetudines iurare, & cautionem de parendo sindicatui praestare tenentur.*

6 *Lex an per vsum tolli possit?*

7 *Peierandi occasio est amputanda.*

8 *Inconuenienti vno dato, plura sequuntur.*

9 *Expenditur text. in l. scire, § fin. ff. de tutor. vbi etiam de iure ciuili ff. munerum venditionem prohibitam fuisse probatur.*

10 *Emens officium paratior est ad vendendum, in minuto, & carius.*

11 *Initium malum tristem exitum designat, si Dei timor deficiat.*

12 *Causa, quare officia vendi non debent, & mala, quae venalitates pariuntur, notantur.*

13 *Simoniam committit, qui officium vendit, cum eius administratio opus sit diuinum.*

14 *Officiales maiores à Baronibus officia petere prohibentur.*

15 *Officia Barones maiorum Officialium consanguineis concedere non debent.*

16 *Constitutiones multa potius ad terrorem, quàm vt obseruentur, promulgantur.*

17 *Venditionis appellatione in larga significatione omnes contractus etiam innominati, do, vt des, & caeteri veniunt.*

18 *Pecuniae verbum omnia aestimat, & comprehendit.*

19 *Vendere Baro dicitur officium, dum solitam prouisionem Officialibus non concedit.*

20 *Salarium Officialibus an actionis iure, vel ex lege debeatur?*

22 *Officialis si tenue habuerit salarium, an munera, vltra statutum recipere valeat?*

22 *Officium id esse debet, vt Officialis cum familia viuat, & aliquid pro laboribus, & futuris contingentibus lucretur.*

23 *Prouisio etiam non constituta Officiali debetur, dummodo sit solita dari.*

24 *Baratteria committitur, etiam si pro facienda institia pecunia accipiatur.*

25 *Et quid à sponte dantibus, num. seq.*

26 *Extorsio, seu concussio quae dicatur?*

27 *Barattaria crimen quam poenam adducat?*

28 *Auth. nouo iure, C. de poen. Iudic. interpretatur.*

29 *Barattaria quibus criminibus aequiparetur?*

30 *Capitula Regni, Ad hoc volentes, & vulgaris fama an, circa poenam Officialibus impositam derogauerint?*

31 *Officiales pecunia contrahentes, qua poena puniantur?*

32 *Barattariam cõmittens in causis criminalibus, qualitèr puniatur?*

33 *Barattaria per testes singulares probatur.*

34 *Testium omni exceptione maiorum qualitas est articulanda, & hoc casu probanda.*

35 *Probatio contra Officialem synodalis esse debet, nec testium numerus nocet, si ille sit bonae famae.*

36 *Officialis ex praesumptionibus condemnari non debet, sed absolui.*

37 *Officialis an esculenta, & mutuas pecunias recipere possit?*

38 *Contrahere palàm, & bona fide an possint Officiales impunè?*

39 *Mercari cum subiectis an Officialibus permittatur?*

40 *Officialis an matrimonium, vel spiritualem cognationem in terris officij contrahere possit?*

41 *Donari Officiali in remunerationem an concedatur?*

42 *Dispensari per Proregem an possit, vt donationem Officialis recipere valeat?*

43 *Officialis an legata, & donationes à consanguineis acceptare valeat?*

44 *Munera hominum animos excaecant, cum seq.*

46 *Pecunia Ioseph fuit venditus, & Christus traditus.*

47 *Pecuniam appetere naturale desiderium est.*

48 *Officialis extorquens longè grauius peccat, quàm latro publicus.*

49 *Venalitatis officiorum mala referuntur.*

50 *Rex prohibuit, nè Proreges ad Ciuitatis supplicationem officium vendant, & n. 63.*

51 *Salarium competens est Officiali praestandum.*

52 *Prouisio si super prouentibus Officiali constituta fuerit, an Baro de alijs redditibus in subsidium teneatur?*

53 *Locus solutionis quando demonstrationis, vel solutionis causa videatur adiectus?*

54 *Dispositio in dubio an causa demonstrationis, vel dispositionis posita censeatur?*

55 *Officia Baiulationum, Actuariae, Portulaniae, & caeterorum cur licitè vendantur?*

56 *Spiritualia, vti ius patronatus, etiam cum bonorum Vniuersitate transeunt.*

57 *Barones Actuarias cum ciuilibus prouentibus locare non possunt.*

58 *Barones de aliqua ciuilium prouentuum parte gratiam facere tenentur.*

59 *Baro Actuariam Officiali locare non potest.*

60 *Introitus cum iurisdictione sunt maioris astimationis, quàm sine tali prærogatiua.*
61 *Princeps an officia vendere iure valeat?*
62 *Pontifex beneficia, & officia vendens an simoniam committat?*
63 *Venditio officiorum tribus concurrentibus procedere posset, vt persona sit digna, pretium intercedat moderatum, & adsit vendendi necessitas.*
64 *Officia aliquam prærogatiuam sine administratione habentia vendi possunt.*
65 *Munera pretio per Barones redimi non possunt.*
66 *Petens, vel officium procurans, an legis Iuliæ de ambitu pœnam incidat?*
67 *Pœna legis Iuliæ ab Aula recessit.*
68 *Emere officia an in conscientia liceat, & quando?*
69 *Acta ab Officiali per pecuniam facta an valeant, dum hæc Pragmatica refragatur.*
70 *Error facti, & error communis quando faciant ius?*
71 *Inquisitio non facit quem reum, sed sententia.*
72 *Pœna declaratoria, non autem condemnatoria requiritur quando quis pœnam ipso iure pro delicto imponentem incidit.*
73 *Pœna Fisco non quaritur, nisi post sententiam.*
74 *Reus ante sententiam lucris, & hæreditatibus renunciare poterit, nec fraus per Fiscũ allegari valebit.*
75 *Pœna, & prouentus sunt iurisdictionis fructus, sed an fructuarij hæredibus debeantur, si pẽdente inquisitione fructuarius moriatur.*
76 *Delictum committens, & pœnam pecuniariam incidens, an in conscientia eam soluere teneatur?*
77 *Prodigus quis non dicitur, nisi per sententiam declaretur.*
78 *Pacta resolutiua in casu inobseruantiæ contractum ipso iure resoluunt, ipsumq. ad sua principia abstractiua reducunt; verùm declaratoria requiritur.*
79 *Mora an in contractibus resolutiuis purgari possit?*
80 *Vendens officium plus errat, quàm emens.*
81 *Vendens, & emens sunt correlatiui, quorum vna debet esse ratio, & vna pœna.*
82 *Extensio etiam in correctorijs iure fit in correlatiuis.*
83 *Pecunia ob turpem causam data non repetitur, & an licitè retineatur?*
84 *Extensio à comprehensione differt.*
85 *Correlationis regula cessat, vbi diuersa potest dari ratio.*
86 *Vsuram faciens, non autem recipiens punitur, & ratio differentia ponitur.*
87 *Reuocatio fendi ob assensum non impetratum an solum venditori, vel emptori detur?*
88 *Nullo declarato contractu, res est venditori cum fructibus perceptis restituenda.*
89 *Nullus si declaretur contractus, & adsit cõtrahentis calliditas, non est cum eo æquè procedendum, & singularis casus notatur.*
90 *Naturale desiderium est dignitatem quærere, & lucra appetere.*
91 *Eligens minus dignum plus peccat, quàm electus, qui imparem se iniuncto muneri videt.*
92 *Alteri quæritur actio, quando ex lege tribuitur.*
93 *Pœna in casu alienius pacti non seruati conuenta an illi, cui sine stipulatione fuit applicata quæratur?*
94 *Actio pio loco, vel pro dote, an in pœnalibus quæratur, nemine pro ijs stipulante, vt ex num. seq. 95. & 96. Et quid in Fisco, num. 97.*
98 *Pœna imposita pro fœdere pacis conseruando debetur absq. stipulatione.*
99 *Pœnæ conuentionales an licitè exigi possint, & debeantur?*
100 *Pœna dationi quantitatis apposita ad palliandam vsuram conuenta videtur.*
101 *Interesse voluntatis illud facultatis excedit, & sic limitatur regula, pœna non debetur, nisi quatenus cum interesse concurrat.*
102 *Pœna per Notarios in contractibus apposita vtrum aliquid operentur?*
103 *Clausula generalis non semper ad omnia, sed ad proximè relata refertur.*
104 *Relatiuum Quis, ad qualitatem, & quantitatem præcedentem refertur.*
105 *Genitiuus præcedentem qualitatem in sui perfectione demonstrat.*
106 *Causa an criminalis dicatur, quando pœna est applicanda Fisco?*
107 *Causa priuationis officij, an sit ciuilis, vel criminalis?*
108 *Causa vnde pœna pecuniaria imponitur, an per Procuratorem tractari possit? Et sic in causa vsuraria prauitatis.*



PRAGM.

PRAGM. IV.

Et inter alia audiuimus, quod quamplures
Barones, & alij vtiles Domini officia Guber-
natorum, & Capitaneorum pro iustitia mini-
stranda deputandorum vendunt, quod non so-
lùm à Iure exorbitat, sed magna ex eo popu-
lorum causatur oppressio. Mandamus igitur,
nè vlterius talia officia vendant, aut interue-
niente pecunia concedant, & si contrafece-
rint, Gubernatores, seu Capitanei taliter electi
nullam habeant iurisdictionem, sed taliter
concedens officia pœnam vnciarum centum
incurrat, & qui dedit pecuniam amittat, cu-
ius pecuniæ dimidia pars Hospitali Incurabi-
lium, & alia dimidia Regiæ Curiæ applicetur.



1 CHristianissimus Impera-
tor Iustinianus consul-
tus, vt Iudices sine quo-
què suffragio fieri sta-
tueret, legem promul-
gauit in *Auth. vt Iudices*
sine quoq. suffrag. ac pro
illius obseruatione Officiales ab Vniuer-
sitatibus ad officij possessionem non ad-
mitti sanciuit, nisi prius se non emisse, nec
ob munus aliquod officium consequutos
fuisse iurassent, prout & antea per Impera-
torem Theodosium fuit mandatum in
l. fin. C. ad l. Iul. repet. & idem in Regno per
cap. 37. & 216. & per Pragm. 4. de Official.
2 quibus in locis similitèr statuitur, Offi-
ciales nisi antea tale sacramentum præsti-
terint, sub vsurpatæ iurisdictionis pœna,
admittendos non esse. Adeò vt Officiales
non præuio hoc iuramento administran-
3 tes nullitèr iurisdictionem exerceant, om-
niaq. acta sint inualida; hæc enim quali-
tas a lege, & multis statutis inducta, intel-
ligitur pro forma, quæ vt actus non cor-
ruat, omnino est seruanda, *Bald. in l. 2. C. de*
prob. & sic in terminis *Afflict. in Const. Inter*
cæteras, & in Constit. Baiuli, la seconda, Nig.
in d. cap. Reg. 3. num. 17. in nona addit. & in
4 Regiorum Officialium patentibus literis
inseritur tenor *cap. ante cit.* & iuramentū
seruata commissionis forma apud vnum,
ex Regentibus præstatur: imò & Regij
Consiliarij à sua Catholica Maiestate ele-
cti possessionis tempore in manu Domini
Præsidentis huiusmodi præstant iuramen-
tum. Sed audio a Baronum Officialibus il-
lud non præstari, quia in patentibus non
præcipitur, nec ab Vniuersitatib⁹ procura-
5 tur; solùm namq. Officiales leges, Consti-
tutiones, Consuetudines, & Vniuersitatis
Capitula seruare iurant, cum cautione de
sindicatui parendo, tale sacramentum re-
cipiendi, & cautionem petendi; cum illo-
rum de regimine, quibus literæ præsen-
tantur commissionales esse debet, alias ip-
si, quibus incumbit, ad interesse tenentur,
si Officiales sindicatui non parcant; nam
eorum negligentia alijs ciuibus obesse nō
debet, *Prag. 4. de off. Paris. de sind. ver fide-*
iussor, num. 8. & ante iuramentum Officia-
lis exercere non poterit, nec legitimè ca-
pta diceretur possessio, *Guid. Pap. dec. 501.*
Paris. de sind. ver. iuramentum; vndè in Ba-
6 ronalibus Officialibus hanc sollemnita-
tem ab Aula recessisse dici posset; acciden-
talis enim forma potest per desuetudinem
tolli, *Ias. in l. vniuersa, C. de precib. Imp. offer.*
Felin. in cap. cum dilecta, vers. gesta contra
formam de rescript. & ratio potest esse, quia
licèt *Pragm. prædicta, & Cap. Reg.* Barones
hunc iuramenti tenorem in commissioni-
bus inserere teneri mandant, Barones hoc
non faciunt; vndè nec Vniuersitates tale
sacramentum petunt, nec recipiunt, vel
quod peius, asseritur, non esse de hoc cu-
7 randum, nè peierandi materia daretur,
quod non est permittendum, *l. conuenire,*
ff. de pact. dotalib. singul. text. in l. 2. C. de ind.
uid. toll. dico, officium ementem, & pœnas
temporales incurrere non timentem, neq.
8 de spiritualibus curare, cum homines pro-
terui dum ad vnum inconueniens reducū-
tur, facilitèr transferuntur ad aliud, arg.
l. fin. C. de non num. pecun. & ibi Salyc. & sic
nè lex esset peccati nutritiua, ab vsu tol-
litur.

Scias etiam & antè Iustinianum fuisse
de iure prohibitam officiorum venditio-
nem, licèt DD. hoc solùm Iustiniano tri-
buant. Adduco *text.* insignem, cuius alij
9 non meminerunt in *l. scire oportet, §. fin. ff.*
de tutor. cuius sunt verba; *Obseruet Magi-*
stratus non creare eos, qui volunt se ingerere,
vt creentur, vel qui pecuniam dant; hos enim
pœnæ esse obnoxios promulgatum est. & sic
etiam de iure Digestorum fuit hoc exo-
sum, & pœnale, vt in *l. 1. ff. ad l. Iul. de amb.*
& tales officia ementes ad maiores hono-
res obtinendos efficiuntur indigni, *l. vni,*
C. de perfect. dignit. lib. 12. Ratio huius pro-
hibitionis, quæ ex nostræ Pragm. verbis
colligitur, est duplex. Primò, quia pecu-
niam, vt officium habeant, dantes, malum
animum habere præsumuntur, *Bart. Luc. &*
alij in l. 2. C. de muner. libr. 12. per eum text.
Boer. decis. 149. num. 3. nam statim atq. quis
10 emit, paratior est ad vendendum, & ca-
rius, *cap. quibusdam 1. quæst. 1. Mascard. de*
prob. conclus. 1137. difficillimum est enim
temperare, nè cariùs in minuto vendant,
quod emerunt in globo, *Bened. in cap. Ray-*
nutius, vers. duas filias, num. 55. de testament.
qui asseruit (teste experientia) infinita
mala ex officiorum venalitate peruenisse,
quæ etiam si viris bonis moribus, ac sa-

pientia imbutis vendantur, quia ementes ambitus occupauit, & vicit; & impossi-
11 bile videtur bono peragenda exitu, quæ malo fiunt inchoata principio, *cap. principalis 1. q. 1.* Secunda huius prohibitionis ratio est, quia administratio, & iustitiæ
12 exercitium cum sint fructus diuini, vendi non debent, *cap. graue 35. q. 1.* nam qui iustitiam vendit, Christum vendere censetur, dicit *text. in cap. existimant 11. q. 3. Luc. de Pen. in l. neminem, C. de suscep. lib. 11.*
13 hinc officium vendentes etiam simoniæ crimen committere dicuntur, cum hęc potestas à Deo sit, & gratis hominibus sit concedenda, vt Aaron ad Hebr. Iustitiæ opus sacrum dicitur, *Bald. in l. leges sacratissimæ, C. de legib.* adducunt *DD. text. in cap. ex multis 1. q. 3. cap. consuluit de simon.* ex quibus locis officia vendentes simoniæ crimen committere constat, quod tamen distinctionem recipit, iuxta ea, quæ tradit abundè *Ioan. Carrafa in tract. de simon. num. 117.*

14 Quæ conclusio fuit per nouissima Regni Iura ampliata, vt non solùm officia nō emantur, & vendantur, verum etiam neq. Superiorum Magistratuum prece obtineantur, cum officialium electio non solùm gratis, sed liberè de his personis, de quibus ipsi Barones conscientiam habent sit facienda; vndè ad aliorum arbitrium, & maximè illorum, quibus certo modo denegari non potest, concedi non debent; cum Magistratus hodiè ferè Dij terrestres dicantur. Et pro obseruantia imposita est pœna Baroni officia ad Magistratus instantiam concedenti, vt potestate prouidendi quinquennio priuetur, & electi
15 biennio ad exercenda officia inhabilitentur, vt in *Pragm. 12. §. 3. de officialib. & per Pragm. 5. §. vlt. de muner. Official.* Baronibus tributum etiam fuit, nè spontè ipsorũ maiorum Magistratuum consanguineis officia concedere valeant, & *Reg. Tap. super Iur. Reg. tit. de off. num. 2. fol. 382.* dicit idem si Baro sit Ecclesiasticus. Sed vtinam tot Iura summis vigiliis excogitata seruarentur, & tot denigratæ cartæ ludibrio non essent, vt dicit *glos. in l. fin. §. vbi autem, C. de bon. quæ liber.* vndè ad terrorem po-
16 tius, quàm ad obseruantiam, vt quotidiè in multis experimur, promulgatæ videntur, *Gramm. decis. 36. Mascard. conclus. 162. num. 33.*

Vendere quis officia dicitur non solùm pecunia numerata interueniente, vt venditionis est proprium, *§. pretium, Instit. de empt. & vendit.* verùm etiam, vt adnotaui *Pragm. 1. num. 211.* omni eo, quod vendi-
17 tionis, vel emptionis appellatione comprehenditur, prout omnes contractus etiã innominati, do, vt des, do, vt facias, & facio, vt des, iuxtà *l. naturalis, ff. de præscript. verb.* nam in publicam vtilitatem concernentibus venditio largam habet significationem, *glos. in l. quemadmodum, vers. vend, C. de agric. & cens. lib. 10.* & pecuniæ ver-
18 bum interpositum latissimum est omnia comprehendens, *l. pecuniæ, ff. de verb. signif;* pecunia cuncta æstimat, *l. si ita, ff. de fideiuss.* Accedat ius commune, quod declarat, Iudices sine quoq. suffragio esse eligendos in *d. Auth.* vndè quodlibet suffragium, vel munus pecuniam sapit, vt dicit *Hostiens. in sum. de simon. §. qualiter,* sub hoc versu munus, lingua, caro, timor, atq. fauor impediunt, spiritualia dari; & proindè dixi,
19 satis dici venditum officium, dum Baro solitam sibi retinet prouisionem, cum Baronis onus sit prouisionem Officiali assignare, vt dicam infra *num. 51. Feller. de censib. vers. Nicolaus, num. 223.* Quæ proui-
20 sio actionis iure debetur, *Caroc. tract. locat. tit. de assess.* vndè ipsam remittens emere dicitur; salarium enim statutum est Officialibus deberi, nè materia furandi præbeatur, *Paris. de sind. ver. officium, Viu. de-*
21 *cis. 113.* aliàs Officiali salarium non habenti aliqua recipere munera licitum esset, nè officium sit damnosum, *glos. in l. plebiscito, ver. poculentumue, ff. de off. Præs. in cap. clericus, ver. vigiliis 91. dist. Alberic. in l. solet, §. non verò, ff. de off. Proconf. Mascard. conclus. incip. barattaria,* quas doctrinas allegatas audiui a quodam Officiali, qui ad suæ rapacitatis excusationem, sibi aliquid à litigantibus recipere licitum esse dicebat, dum Regiæ Curiæ salarium non sufficeret, Sed hæ sustineri possent, quando Officialis de gagijs, vel officij salario viuere non valeret; sed non habent locum vt pinguiùs se dilatet sub velamine, quod debita careat prouisione; illis enim imputetur, qui iis emolumentis contenti fuerint, vt dicit *text. in l. 4. ff. ad l. Iul. repet.* & eorum pactum non petendi prouisionem, subditis obesse non debet; non tamen est
22 prætereundum, competens salarium Officialibus esse statuendum, vt honestè cum familia viuant, & posteritati, & senectuti suis laboribus consulant, ad *text. in l. hanc, §. sexcenti, C. de admin. diuers. off.* ibi, *Ne post decursum officium, & labores gloriosos egestate egeant;* si verò prouisio non esset sta-
23 tuta, quia actionis iure debetur, solitam Baro præstare tenetur, & si præstatio non fuerit vniformis, immediato prædecessori dari consueta attenditur, *Bald. in l. binos, num. 4. C. de aduoc. diuers. iud. Viu. commun. opin. 257. par. 2. Capyc. decis. 163. Afflict. in Constit. Iustitiarios Regionum, Gratian. discep. c. 257. n. 14. & 561. n. 15.*

Ampliatur tertiò, quia si pro consequẽdo officio prohibita sit pecuniæ datio, lux-

iuxtà nostri *text.* conclusionem, eò magis
illicita dicetur, si pro obtinenda iustitia
quid recipiatur; nam talis Iudex in barat-
tariæ crimen incideret. Barattaria est ven-
24 dere, seu barattare iustitiam auro, & illam
committere Officialis dicitur, non solùm
si pecuniam accipiat, vt iustitiam non fa-
ciat, quod veram esse baratteriam dicit
glos. in marg. l. 3. ff. de calumn. sed etiam quo
magis, aut minus quid ex officio suo non
faciat, iuxta verba *text. in l. 3. & 4. ff. ad l.
Iul. repet.* Et ampliatur adhuc si pro iusta,
25 & celeri iustitia administranda pecuniam
accipiat, cum iniustissimum sit mercede
quærere iustitiam, quæ gratuita esse de-
bet, probatur ex *d. l. 3. & l. eadem lege,* ibi,
*Ob sententiam in Concilio dicendam, ff. eod. &
in l. in hæredem,* ibi, *Iudici ob gratiosam sen-
tentiam datam, ff. de calumn. Menoch. de ar-
bitr. cas. 342. à num. 19.* Nec releuat à sponte
dantibus fuisse receptam; nam quod
gratis fieri debet, aliquid recipiendo, tur-
pitèr accipitur, *l. fin. ff. de cond. ob turp. caus.
Capyc. dec. 180. num. 17.* Si verò non à spon-
tè dantibus, sed per metum, vel indebitas
vexationes a Iudicibus pecunia extorqua-
26 tur, concussio, seu extorsio dicuntur, *l. 1. ff.
de concuss. & l. quod euitandi, C. de condit. ob
turp. caus. Afflict. in Const. Mag. Iustit. Castill.
decis. 164. Rouit. in Pragm. 3. de milit. ex n. 37.*
Pœna Iudicis pecunia corrupti est arbi-
traria iuxta facti qualitatem, ita quod pro
27 criminalibus, extendi vsq. ad mortem pos-
sit, *l. lex Iulia, §. hodie, ff. ad l. Iul. repet.* & li-
cèt in *Auth. nouo iure, C. de pæn. Iud. qui ma-
lè iudic.* dicatur Iudicem in causa criminali
corruptum in exilium esse mittendum,
aduertendum est, sub verbo generali, *exi-
lij,* comprehendi non solùm exilium ab ali-
qua Ciuitate, vel loco, sed relegationem, &
deportationem, vt in *l. exilium, ff. de inter.
& releg.* & sic ille *text. Auth.* intelligendus
de exilio deportationis, iuxta barattariæ
criminis qualitatem, *Gram. cons. crim. 35. à
num. 10. Decian. lib. 8. cap. 39. num. 15.* in tã-
tum quod *Boer. decis. 153. ex nu. 15. Menoch.
d. cas. 345.* referunt, plures Iudices morti
fuisse traditos ob iniustas sententias in cau-
sis criminalibus prolatas, si mors condem-
nati exequuta fuerit, *Farinac. q. 111. art. 2.*
29 Barattariæ enim crimen inter maximas
capitales causas connumeratur, dum cri-
minibus falsi, assassinij, proditorij, sacrile-
gij, simoniæ, & læsæ Maiestatis æquipara-
tur, vt per *Farin. ibid. ar. 1.*

Et publicum dicitur crimen, ita quod
omnibus accusandi data est facultas per
Const. Corruptelæ. Nec per *Cap. Reg. Vul-*
30 *garis fama, & Cap. Ad hoc volentes,* Iuri
cõmuni quicquam derogatum est, ex quo
per ea Officialibus barattariam, vel con-
cussionem committentibus pæna dupli, &
quadrupli imposita est: nam declaratur in
d. cap. Ad hoc volentes, in fin. illam pœ-
nam intelligi præter corporales pænas
infligendas; per pænam enim pecuniariam
nouitèr impositam nequaquam pæna cor-
poralis antiquitùs constituta remissa cen-
setur, *l. qui sepulturæ, C. de sepulc. viol. Gram.
d. cons. crim. 35. num. 11. de Pont. dec. 7. n. 32.
& decis. 16. num. 4.* ac infra *sing. 55.* & Iudi-
31 ces corrumpentes pæna falsi, & repetun-
darum tenentur, *l. 1. §. eum, qui Iudicem, ff.
de fals. l. fin. C. ad ad l. Iul. repet.* de quo diffu-
sè per *Farin. q. 111. art. 7.* pro barattaria
32 verò in causis ciuilibus commissa, pæna
tripli, & officij priuationis erit, vt in dicta
Auth. nouo iure, necnon ad omnes expen-
sas, & damna per litigatorem passa, & ad
litis æstimationem, *l. 2. & fin. C. de pæn. Iud.
qui mal. iudic. Paris. de sind. ver. corrup. c. 1.
num. 4. Decian. lib. 8. cap. 38. ex num. 28.* &
delictum hoc morte non extinguitur, sed
ad illa persoluenda hæredes remanent ob-
noxij, *l. in hæredem, ff. de calumn.* pro con-
cussione autèm, in iisdem causis ciuilibus
pæna erit criminalis maior repetundarũ,
vt in *l. 1. ff. de concuss.* Barattaria verò cum
33 difficilis sit probationis, per tres testes
singulares legitimè probata dicetur, *Prag.
2. de mun. official. Viu. dec. 113. Sese dec. 214.*
Sed quia contra Officiales facilitèr aper-
ta erat via tres reperiendi testes, fuit au-
ctus numerus, vt minores quinque ad pro-
bationem non sufficiant, & sint probatæ
vitæ, & opinionis, vt in *Pragm. 4. & 5. §. 1.
eod. tit. de muner.* quæ qualitas quando à
34 statuto requiritur, est per Fiscum, vel par-
tem querelantem specificè probanda,
*Gram. cons. 35. num. 38. Marsil. rubr. de prob.
Afflict. de Const. corrup. Garf. de expens. c. 9.*
& testes synodales, & dilucida probatione
35 conuincentes requiruntur contra Officia-
lem bonæ famæ, & opinionis, aliàs leuio-
res probationes sufficerent in hoc delicto,
quod occultè, & cautelatè committi so-
let; igitur bona, & mala fama pro, & con-
tra Officialem satis operatur, nam tanti
fallax, *Paris. de sind. verb. testibus, art. 4. Ma-
scard. de prob. conclus. 1137. Reg. de Ponte
cons. 146. num. 15. & decis. 16. & de potest.
Proreg. tit. de elect. Official. §. 7. Castill. decis.
167. Sese de inhib. cap. 1. §. 2. ex num. 30.* of-
ficium enim sibi diuersas parat inimici-
tias, & æmulationes, *D. Thom. in 2. 2. q. 7.
& in præfat. Prag. 4.* ideo nè sit calumnijs
locus, exactissimæ debent esse probatio-
nes, & præsumptionibus non condemnan-
di, dum lex multùm, & benè pro Iudicibus
36 præsumat, *Bald. in l. obseruare, §. proficisci,
ff. de off. Procons.*
37 Amplia etiam postremò conclusionem
non solùm Officialibus, verùm etiam eo-
rum vxoribus, & familiæ esculeta, vel po-
cu-

culenta recipere prohibitum esse, *l. 1. & ibi glos. ff. ad l. Iul. repet. Prag. 2. & 5. de muner.* nec eos mutuam petere posse pecuniã, *l. quisquis, C. si cert. pet. & in d. Prag. 5. Vin. decis. 113. Reg. Sanfelic. decis.* 170. nec præsumpti metus ratione Officiales contrahere valent, *l. principalibus, ff. si cert. pet. l. non licet, ff. de contrah. empt.* nisi palam, & bona fide, *l. cum ipse tutor, C. de contrab. emp.*
38 vel pro necessitate victus, *l. vnic. C. de contrab. official.* & maximè Officiales perpetui, *l. Præsidis, ff. de Const. pet. Andr. in cap. 1. num. 10. de feud. guard. & ibi Afflict. Osasch. dec. 144. in fin. Reg. de Pont. d. §. 7. & cons. 49. Boer. decis. 317. num. 13. Peregr. de iure Fisci, lib. 4. tit. 7. ex n. 5.*

Verùm bona illorum, quorum causas gerunt, nec palam emere Ministri possunt, etsi collegas habeant, *Andr. vbi supra, num. 8. circa fin. vers. & quidem,* imò neq. per interpositam personam, vt in *d. l. non licet, & l. vnic. & in l. & qui sub imagine,* C. de *distract. pig.* & latè per *Gasb. kloc. de Ærar. lib. 2. cap. 131. ex num. 4.* & prohibitum es-
39 se eis etiam mercari per interpositã personam, habetur in *Pragm. 1. de mercat. & Pragm. 48. de off. Procur. Cæs. Reg. Reuert. decis.* 139. Esculenta tamèn poterunt recipi, dummodo non sint magna, *l. solet, §. fin. ff. de off. Proconf. Marsil. decis.* 190. & quamuis per *d. Pragm. 4. & 5. de muner.* etiam minima sint prohibita, vt fraudibus occurreretur, non est tamèn in obseruantia; nam minima exculenta licitè accipiuntur, dũmodo sint paruę considerationis, cum valdè inhumanum esset a nemine accipere, & maximè ab amico, iuxtà verba *text. in l. solet, vers. inhumanum, ff. de offic. Proconsul.* eò magis si donantis, & donatarij qualitas suspitionem non patiatur, nisi tamèn illi lites haberent, nam nihil à litigantibus accipi potest, *Reg. Tap. in Constit. Magnum Iustitiarium, Surgen. de Neap. Illustr. cap. 17. num. 23. Molfes. cons. 16.* Hinc ad omnem
40 occasionem euitandam, prohibitum est Officialibus etiam matrimonia officio durante contrahere, vt dicam infra *Pragm. 5. num. 165. & Pragm. 9. num. 4.* Idemq. statutum est in spirituali cognatione contrahenda, *Pragm. 6. de off.* nam omnes munerũ, & cognationis passiones ab Officialis mẽte abesse debent, vt iudicium rectè proferri valeat.

Nec Officialibus donari potest, vt in *l. vni. C. de contract. off.* nisi in remuneratio-
41 nem, dummodo de meritis constet, *Tiraq. de reuoc. donat. fol.* 144. cum meritorum assertio inter personas prohibitas non probet, *l. si fortè, ff. de castr. pecul.* Et an pro seruitijs ante officij administrationem acceptis donari possit, diximus supra *Pragm. 3.*
42 *à num.* 8. & an Prorex dispensare valeat, vt eis donari possit, *Reg. Ronit. tit. de offic. Pragm.* 11. Hinc fuit dubitatum, an Officiali per viam legati quicquam consequi liceat, cum legatum sit donatio quædam, quia tamèn non subest eadem identitatis ratio in viuente, quam in moriente, fuit
43 iudicatum, etiam attentis nostris Pragmaticis, legatum valere, *Franch. decis. 493. ex text. in l. non dubium, C. de testam.* consanguinei tamèn vsq. ad sextum gradum sine fraudis præsumptione donare possũnt, dummodo non interpositè, *Alberic. in l. 1. C. ad l. Iul. repet. Mascard. conclus.* 163. in summa omnia sunt munera, & suffragia prohibita, quæ saltèm ad naturalem obligant antidoram, ex qua animi passiones in futuris causis non solùm in præsentibus nascuntur, *Osasch. in proem. dec.* Experientia
44 docet, & munerum gratitudine passiones gratificandi animis infigi, & animi passiones iniustum, iustum, & falsum, verum demonstrant, & ob munera, & pecunias hominum intellectus fuisse obcęcatos, & infinita mala parata legimus. *Genes. 23.* vbi
46 Ioseph à fratribus fuit venditus, pecunia Christus traditus, tot bella, languores, & quotidianæ seditiones oriuntur, mortales igitur naturalitèr pecuniam appetunt, &
47 propter eam se illaqueant, *Crauet. cons. 7. num. 3.* vndè auaritia iudicante necessarium est leges perire, nec omitto vltimò quod dicit *Luc. de Pen. in l. 1. C. de diuers. Official. lib. 12. & in l. Iudices,* C. *de di-*
48 *gnit.* Officialem furantem longè grauiùs errare, quam latronem, cum ipse legis authoritate, & iustitiæ colore, hic verò eius periculo, & incommodo in syluis grassatur.

49 Et ad materiam redeundo, vidistis qualitèr Iura inuigilarunt, vt Officiales incorrupti essent, & iustitia purè, & sincerè ministraretur: sed si officij principium sit pessimum, & ex venalitate oriatur, quid sperandum erit? cum prętium pro officio exolutum continuus stimulus erit, vt recuperetur; vndè ex industria lites protelant, grauant, extorquent, muneraq. non refutant, & audiui dicentes, officium meis pecunijs habui, illo viuam, & labores deindè præmium optant. Indè *Summus Pontifex in cap. principatus 1. q. 1.* dicit: *Pontificatus, quem aut seditio extorsit, vel ambitus occupauit, etiam si moribus non offenderit, ipsius tamen initium perniciosum est exemplo.* & difficile est, vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio, & *D. Thom. q. 7. disp. 5.* ait: *Antiqua Roma, quæ in vniuerso dominabitur Orbe, integrè dum se gessit, officia secundùm merita distribuendo, in sancta quiete permansit; sed postquàm ea venalia fecit, interijt.* Hinc hæc fidelissima Ciuitas Neapolis Catholicæ Maiestati

sup-

50 ſupplicauit,vt ſui Miniſtri ab oſſiciorum
venditione abſtinerent , cum alias Regnū
rectæ adminiſtrationis habere non pote-
rit ſecuritatem,& ſic fuit obtentum,vt in-
fra *num.63.*& hæc eſt ſua mens, quæ ſi ob-
ſeruetur, Deus ſcit ; nam veritas per pla-
teas,& vicos apparet,vt dixit *Reg.de Ponte*
tit.de elect.Off.num.14.Molfeſ.ſuper Conſuet.
*Neap.par.1.c.6.*ille dignus eſt, qui exube-
rās dat premiū,nec nulla de doctrina ꝓba-
tio,nulla ſollicitudo de moribus, nulla de
vita diſcuſſio fit,ita *D.Greg.epiſt.110.lib.7.*
51 Verumtamèn non eſt prætermittendum,
etiam tenue ſalarium , quod Officialibus
præſtatur , magnam eſſe iuſtitiæ corru-
ptionis cauſam, cum vix ex eo viuere poſ-
ſint, & Principem deberent conſulere illi,
ad quos pertinet,*l.1.C.de preb.ſal.*indè ſu-
pra dixi *num.20.*Barones ſuis Officialibus
prouiſionem dare teneri , licèt multi de-
fendant Officialem , ſi non ſit ſolitum, &
emolumenta officij ſuppetant , conqueri
non poſſe , *Put.decis.93. Rot. Genuens.de-*
*ciſ.115.Maſtril.lib.1.cap.21.num.*100.hinc
in facto fuit diſcuſſa cauſa cuiuſdam Ba-
ronis à ſuo officiale conuenti ad dandam
prouiſionem ei conſtitutam de officio ad-
52 miniſtrato, & Baro ſuper prouentibus
conſtitutam fuiſſe replicabat , niſi quate-
nus in prouentu fuiſſet: nam ſic ſe in com-
miſſione illi conceſſa obligauerat , & de
iure,ex prouentibus debetur, *Carau. rit.9.*
& ideò prouentus in feudali corpore non
ponuntur , quia iuſtitiæ miniſterio ſunt
deſtinati,neq.in introitu computantur, vt
dixi ſupra ; vndè ex his prætendebat ab-
53 ſolui:officialis autèm ſe defendebat , pro-
uentus demonſtrationis ſolutionis facien-
dæ, non autèm diſpoſitionis cauſa poſitos
fuiſſe;vndè etiam ſi non eſſent facti, ei de-
bebatur prouiſio,*l.firmio,ff.quando dies leg.*
ced.& Surd.de alim. tit.4.q.26. diſputando
hunc articulum decidit,ſi deſtinata ſolutio
à prouentibus incipiat , illi cauſa diſpoſi-
tionis cenſentur poſiti;ſed ſi prius aſſigna-
retur prouiſio,& poſtea ſolutionis modus
deſignaretur , prout erat in caſu noſtro,
tunc locus demonſtrationis cauſa cenſe-
tur appoſitus, vt in dubio præſumi debet,
54 *DD.in l.inter ſtipulantem,§.ſacram, ff. de*
verb.oblig. Franch.dec.711. & ſic Baro cō-
demnatus extitit.

55 Sed quæro , cur alia miniſtrationis iu-
ſtitiæ officia vendantur,vti Baiulationes,
Actuariæ , & Portulaniæ , & ſimilitèr à
Regia Curia tot alia officia ? Dicendum
eſt in prædictis caſibus,iuſtitiæ bancum
non vendi,ſed ius,emolumenta, ac fructus
iuriſdictionis exigendi, cum quibus in cō-
ſequentiam iuriſdictio tranſit, *Vaſqu.con-*
trou.cap.41.cum ſeq. Afflict.in Conſt.Magi-
ſtri Camer.& Conſt. Ea,quæ ad decus; prin-
cipalitèr enim ipſa iuriſdictio non vendi-
tur,niſi in conſequentiam , *Alued.libr.7.*
tit.3.ex num.7. prout quando venditur lo-
56 cus,ſeu territorium, vbi adeſt Eccleſia,
vel Ius Patronatus , hæc non ſunt vendi-
bilia,*§.ſacræ,§.ſanctæ,inſtit.de rer.diuiſ.* at-
tamèn cum feudi , vel territorij Vniuerſi-
tate ea vendi poſſunt,*l.in modicis, ff.de cō-*
trah. empt. cap.ex literis , de iure patrōnat.
Bald.Aluar.& alij in cap.1.§.ex eadem,de
*leg.Corrad.*Verùm non ideo eſt facienda
Regula,*Omne quod licet eſt honeſtum, l.ſem-*
*per,ff.de regul.iur.*nam ad tollendam occa-
ſionem , nè vaſalli opprimantur, & vt Ba-
ro ſuam exerceat munificentiam , quam
præſtare tenetur, ex recepta Tribunalium
57 conſuetudine fuit prouiſum pro Vniuer-
ſitate Piſticij cum Barone.Act,de Felice,
58 Baronem non locare Actuariæ introitus
vnà cum prouentibus ciuilibus, quarum
partem Baro ſupplicantibus ſubditis rela-
xare tenetur , prout fuit ſancitum in *prag.*
fin.de Baron. v3. non poſſe officium vnà
cum Actuaria ab eo locanda concedi,cum
59 Officialis pro habendo officio de facili eā
ſuperabundanti prętio conduceret,ſimili-
tèr prouentus cum Actuaria non poſſe
conferri refert iudicatum contra Baronē,
Amend. ad Franch.decis.526.num.18. Reg.
Conſtant.in l.1.num.15.C.de pœn.Fiſci,lib.10
Hæc ratio procedēs aures omnino demul-
60 cere videtur, quod iuriſdictio tranſeat cū
Vniuerſitate vti acceſſoria , cum ipſa iu-
riſdictio ſit dicēda principalis, & dignior,
ita vt quando venditur , ipſius maior ſit
æſtimatio , prętiumq. ex ea recipit incre-
mentum ; & non ex ſola æſtimatione in-
troituum , & emolumentorum empto-
rum.

Hęc ratio quoad Barones ſubſtineri poſ-
ſet,ſed quoad Principē ea non procedit,cū
61 Princeps etiam quæ ad meram iuriſdi-
ctionem,& iuſtitiam pertinent,ſi velit vē-
dere poſſit , cum ſęcularium officiorum
venditio nec diuino,nec naturali ſit iure
prohibita,*Sot.lib.3.de iuſtit.& iur.q.6.ar.4.*
Gabed.decis.24.par.2.Reg.de Pont.deciſ.16.
à num.27.& licèt de iure ciuili ſit vetitum,
vt in *l.1.ff.ad l.Iul.de amb.*cum ſit iuris po-
ſitiui,Principem non ligat, *cap.poſuit,de*
conceſſ.præb.l.Princeps,ff.de legat.1. & ibi
DD.Bald. in l.Barbarius, ff. de offic.Prætor.
Franc.Marc.decis.149.par.1.& dixi ſupra
Pragm.1.à num.14. Hinc fertur, neq. in
Curia Pontificis permittentis aliqua be-
neficia vendi,ſimoniam committi , cum
62 ipſe ſit ſupra ius poſitiuum , & habenas
relaxandi poteſtatem habeat,*Bart.in l.vn.*
ff.ad l.Iul.de amb.Viu.dec.126.num.6.& Io.
*Caraf.in tract.de ſimon.num.104.*ſubiungit,
honeſtum tamèn non eſſe , nè eius opinio
apud alienigenas , & infideles denigretur.

Idem

Idem dicendum est in Principe sęculari, cui etsi permittatur officia annexam iurisdictionem habentia vendere, dę congruo tamèn nè tot supra narrata mala sequantur, & pro recta iustitiæ administratione ipse se abstinere debet: ex bonorum enim Officialium electione bona pars conseruationis status dependet, *Boadill. Polit. lib. 1. cap. 3.* & quando tali facul-
63 tate Princeps vti vellet, tria tamèn saltim concurrere deberent, vt persona sit digna, prętium moderatum intercedat, & ob publicam necessitatem, vel vtilitatem ea officia vendantur, *Less. de iust. & iur. lib. 2. c. 32. dub. 4. Bald. l. Barbarius ff. de of. Pręt. Mart. vot. 40. Vasqu. cap. 42. Mastril. de Magistr. libr. 1. cap. 20. num. 13.* & nouissimè *Thom. de Bon. de parlam. dub. 3. sess. 1. num. 5.* In Regno autèm per diuersas Sanctiones, & præcipuè per *Pram. 2. de official. & per cap. 4.* gratiarum obtentarum in Parlamēto generali tępore fęlic. mem. Imperatoris Caroli V. in anno 1540. expressè eit prętixum, nè dicta officia vllo modo vendantur.

Sed an alia officia, quæ nō iustitię exercitium, sed aliquam prærogatiuam, & honorem habent, ab inferioribus vendi possint, vel sub nostra Pragm. prohibitione includantur? *Bart. in l. hoc iure, ff. de donat. & Bald. in d. l. Barbarius, 2. repet. num. 6.* dicunt, si sit dignitas sine iurisdictionis ad-
64 ministratione, vel imperio, pecunia eam concedi posse, vt sunt tot officia, quę emūtur, Capitaneatus v3. Alferatus, aliaq. multa, quæ prærogatiuas habent, & lucra, & quandam notionem, non autèm iurisdictionis administrationem, iuxtà *l. 1. §. si quis, ff. de publican. l. creditor, §. inter creditorem, ff. de act. empt.*

Sed hæc quæstio dubitationem recipere potest ex adductis per *Nigr. & Barthol. de Capua in cap. Reg. 35. incip. Item quod prę-*
65 *dicti Officiales*, quod non solùm pro officijs cum iurisdictione obtinendis pecunia dari non possit, sed nec prętio officia redimi valeant, quamquam iurisdictionis exercitium non habeant, v3. nè quis creetur tutor, sindicus, exactor, vel alia onera similia ferat: pro ijs enim redimendis dicunt, pecuniam omnino esse illicitam. Huic tamèn argumento respondemus, *Nigr. & Capuam* ibi benè loqui circa onera personalia, vel realia, quæ publica sunt, quæ redimi non debent, cum maximum damnum publicæ vtilitati hoc afferret, iuxtà *text. in l. extimationem honoris, ff. de muner. & hon.* nam alia onera, & honores à lege indicti subuerterentur, & si prętio possint redimi, maxima inesset inæqualitas, cum solùm pauperes onera ferrent, qui ea redimere non valerent, à quo Iura abhorrent, *Fräc. Marc. decis. 149. 1. par.* Vndè pro redimendis oneribus pecuniam dari non licet, sed pro obtinendis officijs, sine iurisdictionis administratione licitum erit secundùm præallegata, & ita consuetudo legitima legum interpres demonstrat, ista officia, (non dico munera) publicè, & palàm vendi, *Salic. in l. vnic. C. ad l. Iul. de amb. nu. 3. de Ponte decis. 37. à num. 26. Molfes. super Consuet. Neap. p. 1. c. 6. n. 5.*

66 An autèm officia procurantes, & ea petētes hanc pœnam, vel in *l. Iul. ambitus* incidant, quæ officiorum procurationē expressè prohibet, *tot. tit. ff. & C. ad l. Iul. de amb.* Videtur hoc præsciendum propter memorialia, quæ Proregi, alijsq. Superioribus pro officijs obtinendis porrigi solēt. Dic, quod etsi per *Pragm. 1. & 3. de Offic.* sit prohibitum, nè quis officia petere audeat, nec etiam Proregem supplicare, neq. per interpositas personas sub pœna inhabilitationis tractare; hoc tamèn, quicquid sit, non seruatur, dum supplicari videmus Principi, vel eius Magistratui, quos lex ad officia conferenda pręce, vel gratia nō moueri præsumit, *Salic. in l. 1. C. ad l. Iul. de amb.* In alijs verò inferioribus posset ambitus pœna procedere, licèt *Marc. Anton. Surg. de Neap. Illustr. vlt. cap. num. 3.* pœnam
67 legis ab Aula recessisse dicat; nemo enim vnquam fuit punitus. In foro etiam poli dicunt *Caiet. in sua sum. ver. officium, & Gemin. in c. pro humani, de homic. in 6.* licitam esse procurationē, ac officiorū emptionē,
68 quando idoneus is esset, ac vt prodesset, non autèm vt præesset peteret, iuxta *cap. qui Episcopatum 8. q. 1.* Alij asserunt, pecunia officia quærere omnino esse prohibitum: nam quærendarum virtutum occasio tolleretur, si prętio officia concederētur, & pauperes licèt idonei, nunquam ad officia aspirare possent; imò si solùm ambitus sit peccatum, cum sit vnus ex filijs superbiæ, eò fortiùs si cum eo implicetur pecunia, peccabitur. Et quomodo quis se idoneum cognoscere pōt, cum paruis hoc seipsum noscere sit concessum? *Ang. in sum. ver. ambitus*, & hæc opinio est in conscientia tutior, maximè stante huius Pragm. prohibitione, ex dictis supra in *reform. à num. 108.*

Vlterius quia Pragm. nostra ementibus pœnam statuit, vt nullam habeant iurisdictionem in officio, si prętio ipsum consequuti fuerint. Quæro, quid si post multum iurisdictionis exercitium fuerit officialis apud Superiores accusatus, quod officium emerit, & crimine liquidato officio fuerit priuatus, num eius acta sint nulla, vel
69 constructa ab incompetenti, & inhabili Iudice, cui lex iurisdictionis capacitatem impedierit, vt dictat hæc Prag. Dico, delicta

cta non præsumi, *l.meritò, ff.pro soc.* vndè subditi iniusta iuris præsumptione fuerunt, officium licitè obtentum, non autèm
70 per pecuniam, ista communis opinio, & error in facto litigantibus non nocent, *Bart.Bald.& Salic.in d.l.Barbarius, ff. de offic.Præf.* & in terminis *Boer. decis.150.à num.4.* regula enim est, communem errorem nocere, quando substantialis titulus ignoratur, veluti quia Officialis ille non erat constitutus Capitaneus, nec literas commissionales habebat, iste titulus substantialis ex communi errore non coadiuuatur; secus autèm si error sit circa intrinseca, & accidentalia, tunc enim excusat, *Mastard.de probat.conclus.188.num.16.Reg. de Pont.cons.1.num.38.* officium inquam fuisse emptum est quid facti intrinseci, & secreti, quod non præsumitur, nisi probetur, *l.in bello, § factæ, ff.de capt.* & licèt fuisset Iudici oppositum, isq. accusatus fuis-
71 set, nec istud nocet, dum inquisitio aliquẽ reum non reddit, sed sententia; cum multa improperentur, quæ postea delentur, sing. *text.in l.furti, ff.de his, qui not.infam.ibi, pẽdente iudicio nondum inter reos habetur:* non enim qui accusatur, sed qui conuincitur reus est, *cap.nonne 8.q.4.* imò licèt quis ip-
72 so iure legem incidat, eiusq. pœnam mereatur, adhuc sententia requiritur, non condemnatoria, cum iam ipso iure per legem offensam sit condemnatus, sed declaratoria, & maximè vt alijs noceat, *cap.cũ secundum, de hæret.in 6.Tiraqu.de reuoc.donat.vers.ipso iure, Gram.dec.15.num.8. Capyc.decis.112.& 121.Peguer.decis.90.* adeo vt licèt reus ex quasi maleficio, ex quo in
73 pœnam delinquendo incidit obligetur, nisi tamèn prolata fuerit sententia, actio Fisco non quæritur, nec hypotheca nascitur nisi à die contractæ obligationis per condemnationem, *l.aufertur, §.Fiscus, ff.de iure Fisci, Bart.in l.vnic. C.de pœn.fisc. lib.10.Peregr.de priuil.Fisci, lib.5. tit.de public.bon.num.182.* Hinc est, vt antè condẽ-
74 nationem lucris, & hæreditatibus, quæ sibi obuenerunt, etiam renũciare possũt, licèt Fisco damnum obueniat, & in fraudẽ fieret: quia Fisco non est nata actio, nisi sit sequuta sententia, *l.cum quidam, ff.de iure Fisci, vbi DD.& in l.in fraudem, eod.tit.Boss. tit.de public.bon.num.29.Menoch.cons.91.* &
75 consequutiuè nota, pœnas, & bonorum condemnationes esse iurisdictionis fructus *Bald.in l.fin.ff.solut.matr.Rom.cons.70. Molin.de primog. libr.1. cap.25.* & valdè fuit dubitatum, an mortuo vsufructuario, vel marito Barone, qui contrauentionum informationes cepit, & reos carcerauit, emolumenta tunc non finita causa per sẽtentiam, proprietario, vel vxori debeantur; & sic an delicti, vel sẽtẽtię tempus attendatur, variæ fuerunt opiniones, vt videre est apud *Franch.decis.76.num.12.de Ponte de laud.q.38.num.30.Mantic.de tacit. lib.4.tit.18.num.12.Cabal.cas.267. Mastrill. decis.12.* & quod vsufructuarius non faciat fructus suos etiam maturos, nisi perceperit, & eo mortuo illi ad proprietarium spectent, est *text. in §.is verò, Inst.de rer.diuis.l.si vsufructuarius, ff. quib.mod.vsufruct.*
76 Addo in foro conscientiæ, legem offendentem, & in pœnam pecuniariam incidentem soluere non teneri, nisi inquisitio, & condemnatio præcesserit, sibiq. omnimodo se defendere licere, vt pœnam euadat, *glos.& DD.in cap.fraternitatis, ver.cum augumento 12.q.2. Ceuall.comm.opin.6.87. Gabr.Rom.tit.de prob.conclus.8.* sic in pro-
77 digo curatore indigente: nam antequàm pro tali declaretur, licèt patentes prodigalitatis actus exerceat, cum ipso tamèn rectè contrahitur, donec per sententiam ei non fuerit interdictum, *DD. in l. is, qui bonis, ff.de verb.oblig.* prout fuit iudicatũ in causa Principis Bisiniani pro D. Hostilio Vrsino. Sic etiam licèt quis ipso iure feudo priuetur, declaratoria sententia requiritur, culpa commissa, *cap.1.de feud.sin. culp.non amitt.* Quod procedit etiam in contractibus resolutiuis, quibus si ex pa-
78 cto adiecto in casu contrauentionis apposita sit resolutionis contractus pœna, per verba directa, quæ ipso iure resoluunt, & negotium ad prima principia abstractiua extrahunt, & contractus ipso iure resoluitur, adhuc tamèn sententia declaratoria ad auocandum possessionem requiritur, *Couar.var.resol.lib.3.cap.7.Ann.consil.39.& 81.de Pont.cons.5.num.32.Afflic.*
79 *decis.97.* & sic datur moræ purgatio in resolutiuis, *idem Afflict.decis.173. Viu.decis.531.*

Finalitèr Pragm.sequitur in hęc verba: *Et si contrafecerint Capitanei, taliter electi nullam habeant iurisdictionem, sed taliter cõcedens officia pœnam vnciarum centum incurrat; & qui dedit pecuniam amittat, cuius pecuniæ dimidia pars Hospitali Incurabilium, & alia dimidia Regiæ Curiæ applicetur.* Ex
80 quibus notandum duxi hic, magis errare vendentem, quàm emẽtem; quia plus punitur vendens, quàm emẽs, quod patet hic ex pœnæ impositione, quæ delicto commensuratur, *l.sancimus, C.de pœn.* vendens enim vnciarum centum pœna plectitur; emens verò officium, & pecuniam, quam dederat amittit, vndè mitiùs punitur: &
81 hoc videtur contra regulam, quia emptor, & venditor sunt correlatiui, *l.1.C.de cupress.lib.10.* ideo par pœna vtriq. est imponenda, aliàs excederetur correlationis materia, adeo vt inflicta pœna vni, intelligatur & alteri, *DD.in d.l.1.Bart.in l.nemo*

C. de sacros. Eccles. & in l. si conuenerit, ff. de pact. Abb. in proem. ver. Gregorius, quod etiã in correctorijs, quæ strictissimè interpretari debent, locum habet, *l. præcipimus, C. de appellat.* & correctio super vno ex cor-
82 relatiuis disposita ad aliud extenditur, *Bart. in l. fin. C. de ind. uid. toll.* vndè pœna diuersimodè hic imposita dictam communem regulam, *Quod pœna æqualis esse debeat*, euertere videtur, imò hic nullã emēti esse impositam pœnam dici potest; nam
83 si officium, & pecuniam huiusmodi Officialis amittat, hoc fit, quia Ius resistit, & pecunia ob turpem causam data repeti nõ potest, *l. 3. ff. de condit. ob turp. caus.* vbi datum Iudici pro iusta sententia, turpitèr datum dicitur, & prout datum meretrici nõ repetitur, quia denegatur actio ad agendum ob turpem causam, *l. mercalem, C. eod, l. iuris gentium, §. maleficium, ff. de pact.* non dico rectè retinere accipientem: nam contra legem accipiens, acceptum amittit, & Fisco applicatur ex *l. Lucius, de iure Fisci, Viu. decis. 482.* & latè *Couar. in Regul. peccatum, 2. relect. par. 2.* vbi habetur, quãdo turpitèr datum repeti, vel non repeti possit. Ex quibus constat satis maiorem pœnam esse vendentis, quàm ementis. Sed in correlatiuorũ materiã notes; licèt enim sit posita Regula, *Quod vna sit natura, vnaquè sit comprehensio*, non tamèn in ipsis ex-
84 tensio fiet: satis enim comprehensio ab extensione differt, iuxtà *glos. notab. in cap. 1. vers. itã de tempor. ord. in 6. l. his solis, C. de reuoc. don.* ibi, *Tacitè cautum putamus, Frec. 2. lib. 1. author. q. 1.* assensus enim ad ea, quæ de iure comprehenduntur, non autè ad ea, quæ extenduntur porrigitur, & sic licèt vna sit essentia, & correlatiuorum comprehensio, *Gabr. Rom. concl. 3. de legib.*
85 aliquando tamèn, & maximè in pœnalibus, vbi non est eadem punitionis ratio, non procedit correlationis regula, videlicèt quod dispositum in vno necessariò sit alteri tribuendum, *glos. in vers. euacuatorũ, l. properandum, §. 1. C. de iudic.* vbi pœna actori imposita ad reum non trahitur, licèt actor, & reus sint correlatiui, cum eadem iuris ratio non insit, sic *Bart. in l. multum, ff. de verb. oblig.* vbi prohibitus in alterius territorio emere, poterit tamèn vēdere, quia ratio banni est diuersa in emente, quàm in vendente, vndè correlationi non statur, *DD. in d. l. 1. de cupress.* & in terminis quasi nostris non est dubium, cum dans, & recipiens sint correlatiui, *glos. in l. 1. C. nè fideiuss. dot. vers. item sicuti.* Tamèn
86 si quis dederit ad vsuras, vsurarum pœna punietur; is verò, qui recipit, non erit in pœna, quia eadem ratio non inest; nam dans errat, recipiens non ex voluntate soluit vsuram, cum nemo suum iactare præsumatur, *l. cum de indebito, ff. de prob. it.* nec donare, *l. Procula, ff. de donat.* sed hoc ex necessitate facit, vndè is non punitur, sed dans ad vsuras, *Guid. Pap. dec. 581. Viu. decis. 373.* & sic vbi non adest eadem ratio, sed maior, vel minor, cessat correlationis regula, sic etiam *Frec. de subfeud. 1. author. 2. lib. 1. q. num. 23. Ann. in repet. Cõst. Diuæ Memoriæ, num. 225.* vbi discutiendo, an *Const. Diuæ Memoriæ*, quæ feudi reuocationem sine assensu factam alienanti im-
87 punè permittit, etiam ad ementem extēdatur? negatiuè concludit, cum in emptore eadem ratio non vigeat, licèt contrarium sit vsu receptum, & continuè practicetur, emptori v3. etiam dari ius reuocãdi vigore *Const. Diuæ Memoriæ* alienationem feudi factam absq; assensu, dum *Const.* de contrahentibus loquitur, *Io. Thom. de Marin. de gen. & qualit. feud. tit. de feud. ex pact. §. constitutio, num. 13. Franch. dec. 540. num. 1.* Adde in facto, reuocasse Marchionem Cusani venditionem Terræ Sorbi D. Flaminio Vrsino factam ex defectu assensus non expediti infra biennium in forma Cancellariæ, ex cuius termini lapsu assensus inefficax remansit; & in discussione illius causæ, quam pro D. Flaminio tuebar, fuit excitatum, legitimam non esse prætensionem dicti Marchionis restitutionem pretij exoluti pro causa emptionis dictæ Terræ, vna cum vsuris, petentis, & feudi fructus offerentis (qui longè minores erant pretio vsurarum) iuxta *text. in l. si prædium C. de præd. minor.* dicebam, annullato contractu, pretium cum interesse
88 restituendum, & rem cum fructibus, vt notauimus supra *Pragm. 1. ex num. . .* sed in casu nostro non venditor, sed emptor ad contractus reuocationem venit, contra regulam, & contractus naturam, cum hoc ius venditori daretur, & licèt sic sit extensum, vt etiam emptori competat, magis tamèn strictè cum eo agi debet, & sat erit pretium ei restitui, & eum fructus fecisse suos; aliud enim cum venditore rescindente, aliud cum emptore disponitur, vt innuit *Franch. dec. 495. nu. 5. Couar. var. resol. cap. 9. num. 2.* nam vbi contrahē-
89 tis, & reuocantis versatur calliditas, licèt hoc iure fiat, nihilominus circa vsurarum restitutionem mitiùs agitur, ad quod adduco *text. notab. in l. 4. §. idem quæritur, ver. idem quæritur, vers. ait enim, ff. de dol. mal. except.* ibi; *Iniquum esse communem malitiã petitori quidem præmio esse; ei verò cum quo agatur pœnæ esse, cum longè æquius sit ex eo, quod per fidem gestum est, actorem nihil consequi.* & fuerunt adductæ sententiæ Sacri Consilij, quod multotiès sic iudicauerat, & conferunt notata per *Surd. dec. 46. & de Ponte de potest. Proreg. tit. de assens. exped. §. 2.*

§.2.& sic continuò practicatur,& in Sacro
Consilio deciditur, & practicatur. Patet
igitur quantum hic officia vendens ma-
gis,quàm emens erret,cum diuersa,& ma-
ior imponatur pœna; emens enim omni
via sibi dignitatem, honorem, & lucra
90 quærere appetit, quod naturale mortaliũ
desiderium est,*Crauet.conf.7.Speeul.tit.de*
*crim.in mod.excep.propon.*ad Baronem ve-
rò spectat ius eligendi Officiales iustos, &
91 rectos,non autem per pecuniam eos crea-
re. Errat enim eligens plusquam electus,
cum mala electio sit in culpa, *l.fin.ff.pro*
soc.

Dum Prag. nostra dictet medietatem
impositam vendenti officium vnciarum
auri centum, & pecuniæ empti officij ap-
plicari Hospitali Incurabilium. Quæri-
tur, an Hospitalis Administratoribus hāc
petendi pecuniam,& hanc officiorum ve-
nalitatem detegendi ius acquiratur? Dico
ius tertio quæri, quando à lege indicitur
pœna, vt hic, & in *l.multarum, C.de mod.*
92 *mult.* & pro ea legis conditio competit,
glos.in l.1. verb.contractus, ff. de iure Fisci,
Vrsill. dec.135. num.6. & pro suo interesse
licitum erit actionem proponere; nam
etiā in stipulationib⁹ hoc procedit,vbi per
alterū actio queritur, quia sua interest,*Ias.*
*l.stipulatio ista,§.alteri,ff.de verb.signif.*Sed
93 quid erit in pactis, vel stipulationibus
inter contrahentes,in quibus pœna Sacro
Hospitali, vel pio loco, data per aliquem
contrauentione applicanda adijci solet,
an dictum Hospitale, vel locus pius,data
seu commissa pœna agere possit? & vide-
batur dicendum,quod sicnam licèt ex sti-
pulatione facta per alterum actio non
quæratur, vulg. *§.alteri,Inst.de inut.stipul.*
l.stipulatio ista,§.alteri, ff.de verb.oblig. ta-
mèn pro dote valet stipulatio ista, *l.alteri*
facta,l.Caius,& ibi DD. ff.solut.matr. & in
l.pactum,C.de pact.conuent. Nouell.tract.de
94 *dote,par.6.priuil.22.*& dos, & pia causa
parificantur,*Euerard.loco Topic.60.* vndè
actio loco pio quæri videtur; donatio
enim illi facta censetur amore Dei, qui
semper est præsens,sic *Bald.& Castr.in l.il-*
lud,C.de sacros.Eccles. ex glos.in cap.quoties
95 *cordis 1.q.7. Ias.in d.l.stipulatio ista,§.alte-*
ri,num.6. Couar.var.resol.cap.14. num.14.
Tiraquell.de priuil. piæ caus. priuileg.114.
*Thes.decis.70.num.10.*licèt hic duo vltimi
cogitandum reliquere. Contrarium verò
colligitur ex *glos.in d.l.illud,verb.alia cau-*
96 *sa,*& de communi testatur *Gabr.Rom.* qui
alios coaceruat *conclus.1.num.72. de verb.*
*oblig.*nempè nullam quæri pio loco actio-
nem, nisi Notario pro eo stipulante, cui
vti persona publica stipulari permittitur,
l.2.& seq.ff.rem pup.sal.for. vel acceptatio
per Administratores deindè re integra
non data reuocatione fuerit sequuta,pro-
ut idem in donatione, & pœna conuenta
97 in beneficium Fisci tradunt *Bald. in l.ff.de*
iure Fisci, Peregrin.de iure Fisci,lib.4. tit.7.
num.2.Vrsill.dec.3. Boer.dec.284.in fin.Vi-
uius decis.59. Verùm si pœna fuerit appo-
98 sita inter contrahentes pro fœdere pacis
conseruando subsistinetur, vt notat *Couar.*
loco cit.in fin. & ibid.num.8.vers. primum
aduertit, quod quando adiectio facta est in
vtilitatem contrahentis, prout in hoc ca-
su consideratur alia specifica stipulatio
non requiritur. Aduertas etiam pœnas
conuentionales extraiudiciales,etiam in
99 foro conscientiæ legitimè deberi, & exi-
gi posse, cum dependeant ex conuentione
inter partes, qui moderatores, & arbitri
sunt eorum bonorum. Attamèn ex æqui-
tate, quæ semper præualere debet, & ma-
ximè in nostris Tribunalibus, hæ pœnæ
non exiguntur vltra quod interfit,*DD.in*
cap fraternitatis 12.q.2.glos.ord.in §.alteri,
Instit.de inut.stipul.Rom.conclus.34. tit.de
malefic.Molin.de iustit.& iur.disp.97.Vasqu.
controuers.cap.28.num.16.Guttier.de iuram.
cap.36.Gram.cons.ciuil.68.Afflict.dec.135.
& ampliatur etiam si illius pœnæ pars
Fisco applicari esset conuentum, *Thes.de-*
cis.98.& idem in pœnis iudicialibus, quā-
do Iudicis cessat contemptus, *Farin.cons.*
228.à num.72.Gram.vbi supra. Et maximè
100 supradicta procedunt, si pœnæ sint ap-
positæ dationi quantitatis, veluti si cen-
tum non solueris,viginti pœnæ nomine
dabis; nam tunc ad palliandam vsuram
talis pœna imposita censetur, *l. cum alle-*
gas, C.de vsur.Molin. d.disp.97. Inmodera-
ta inquam pœna reducenda est ad arbi-
trium Iudicis, vt latè per *Rebuff.in l.vnic.*
C.de sent. quæ pro eo, quod interest profer.
Menoch.de arbit.cas.260. habenda tamèn
101 est aliqua consideratio interesse volun-
tatis, quod omne interesse facultatis quā-
doq.excedere potest, *l.fin.ff.de vsu. & hab.*
102 Pœnæ autem de Notariorum stylo in
contractibus adiectæ non exequuntur, tū
quia non sunt solitæ exigi, tum etiam
quia sunt de eorum stylo.

Sed an hæ pœnæ vnciarum centum, &
pecuniæ amissionis Hospitali pro medie-
tate debeantur,cum Pragm. videatur sim-
pliciter loqui, dum dicit: *Et taliter conce-*
dens pœnam vnciarum centum incurrat, &
qui dedit pecuniam amittat, euius pecuniæ
dimidia pars Hospitali Incurabilium, & alia
dimidia Regiæ Curiæ applicetur. vltima ge-
103 neralis clausula ad omnia referri vide-
tur,*l.doli clausula,ff.de verb.obligat. l.talis*
*scriptura,ff.de legat.1.*Contrarium tamèn
puto;nam relatio fit ibi ad pecuniā amis-
sam,non autem ad primam pœnam vncia-
rum centum supra positam, ideoq. cum

sint separata, & expressa nomina sub lege, dum expressè ad vnum fit relatio, ad id porrigitur, non ad aliud; nam si lex alias voluisset, dixisset, *l. vnic. § fin autem, C. de col. l. si vnus, § fin. de pact.* eo magis hoc sua-
104 detur ex relatiuo ibi posito, *cuius pecuniæ*; relatiuum enim *quis*, ad præcedentem qualitatem refertur, *DD. in l. Stichus, qui meus erit, ff. de legat.* 1. hoc enim relatiuum qualitatem, quantitatem, & quidditatem refert præcedentem, non autem substantiam totalem, sed taxatiuè interpretatur, *Bart. in l. à filio, § testator, ff. de adim. leg.* itèm
105 genitiuus præcedentem qualitatem perfectam demonstrat, & aliò non extenditur, *l. 1. ff. de oper. non. nunc. vbi DD.* cum casus tamèn occurrat, relinquo melius cogitandum.

Postremò an pœna priuationis officij contra ementem ciuilis, vel criminalis dicatur; hoc enim conducit, nam si ciuilis per Procuratorem causa tractari poterit, iuxta notata in *l. pen. § ad crimen, ff. de pub. ind.* Quoad pœnam venditoris Fisco applicandam non est dubium esse criminalem,
106 nam quotiescumq. pœna ex delicto Fisco, & non parti applicatur, causa criminalis est, dum pertinet ad publicam vindictam, & vtilitatem, *glos. & Bart. in l. 3. ff. de sepulc. viol. idem Bart. in l. agraria, ff. de term. mot. Clar. q. 1. num. 6. Peregr. de iur. Fisci, tit. de pæn. & mulct. Ripol. de regal. c. 34. ex num.* 20. Sed si agatur de priuationem officij tantum, causa videtur esse ciuilis, ex *decis. Franch.* 457. Communis tamèn est in contrarium, causam esse criminalem,
107 dum priuatio dependet ex delicto, & ex venditione officij vacantis pecunia applicatur Fisco, vt concludunt *Marant. tit. An sit Iud. ciu. vel crim. num. 32. vers. præterea*, & latiùs *Rouit. cons. 85. lib. 1.* & si in causa relata per *Franch.* fuerit processum ciuilitèr, euenit ex arbitrio Iudicis, per *cap. per suas, § talis, ext. simon.* vbi habetur, de priuatione officij posse agi ciuilitèr, & criminalitèr, & proindè dixit *loco cit. Franch. num. 9.* hic modus seruatus fuit per suum prædecessorem; nam alias sufficeret citatio ad audiendam sententiam, iuxta *glos. & Io. de Plat. in l. si apparitor, C. de coar. lib. 12.* & infra *Pragm. seq. num. 84.* verùm quàuis causa sit criminalis, quia tamè pœnā pecuniariā respicit, & sic infra relega-
108 tionē Procuratori audientia non denegatur, *glos. in Const. vsurar. vers. deferendi*, vbi *Afflict.* fundat pro accusato de vsurariæ prauitatis crimine Procuratorem cōparere posse, dum eius pœna sit bonorum publicatio, sequuntur *Vin. dec. 252. Arnon. singul. 41. Surd. dec. 89. num. 19.* Quæ practica locum sibi vendicare posset, si citatio præcessisset ad dicendum causam quare pœna exigi non debeat, non autèm ad informandum, vt pro delicto compareret, *Reg. Sanfelic. dec. 237.* Vltimò aduerte, aliā subsequi *Pragmat. fin. sub hoc tit.* vbi alia pœna Baroni, alia autèm officia ementi imponitur.



SVMMARIVM.

1 *Geminatio verborum magnos producit effectus.*
2 *Officiales annales esse de Iure Ciuili, & Regni constitutum fuit.*
3 *Familiaritas cum Officiali contemptum parit.*
4 *Anni tempus est longa mora, & iusta omnibus rebus peragendis meta.*
5 *Tempus indefinitè positum circumscribitur anno.*
6 *Anno multa de iure præscribuntur, & aliqui casus referuntur.*
7 *Socins singulis annis damna consocio denunciare, & suæ administrationis computa reddere debet, aliàs non esset audiendus.*
8 *Facultas nominandi anno durat.*
9 *Officij qualitas adeò est annalis, vt maior, vel minor esse non valeat, indè ad beneplacitum constitui non potest.*
10 *Officialis sine licentia officium relinquens, quam pœnam incurrat?*
11 *Officium an inuitus quis explere teneatur, & an ei renunciare possit?*
12 *Rex an Regnum resignare valeat?*
13 *Renunciatione officij facta, an quis administrandi facultate censeatur priuatus, vel Superioris receptio sit expectanda?*
14 *Baro officij renunciationem Vniuersitate reluctante, acceptare non poterit.*
15 *Locumtenētis officium quindecim dies absq. causa excedere non debet, & ex causa ordinarij absentiæ, & similium constitui potest eum n. seq.*
17 *Anni principium in officijs an tempus præstitutum habeat?*
18 *Officiales Vniuersitatum tempore solito sunt eligendi.*
19 *Annus Officialis an à die data, vel à tempore ingressus incipiat?*
20 *Tempus conuentum ab actus perfectione, non autem à promissione incipit.*
21 *Tempus datū in gratiosis attenditur.*
22 *Tempus conuentum, vel à Iudice in compromisso assignatum, an à die decreti, vel à die, quo Arbitri illud acceptabunt, currat?*
23 *Annus ex quibus diebus constet, & an actus dies includatur.*
24 *Dies termini an in termino computetur?*

25 *An-*

25 Annus, si bissextus fuerit, an dies intercidat, vel annus naturalis attendatur?
26 Dilatione mensis data, qualiter mensis computabitur, si dies triginta, vel unum & triginta, vel viginti octo habeat?
27 Annus an semper hanc metam antiquitùs habuerit?
28 Annus alius naturalis, usualis, ceremonialis; aliud verò est emergēs, & qualiter currat?
29 Annus qualiter in Regno initium habeat?
30 Mensis quot dies, & dies quot horas habeat?
31 Dies an à media nocte, vel ab Aurora incipiat? Et quid de hora.
32 Annus in Iure pro fructuum recollectione diuersimodè ponitur.
33 Fructuum diuisio qualiter soluto matrimonio inter hæredes fiat?
34 Maritus si vineæ fructus, & similium post desponsationis diem percipiat, & deindè moriatur, qualiter illos suos faciat?
35 Fructus suos an statim fructuarius, vel emptor faciat, vel pro rata anni lucretur?
36 Fructus qualiter inter feudatarij hæredes diuidi debeant?
37 Fructus qualiter inter usufructuarium, & proprietarium diuidendi sint?
38 Fructus ciuiles qualiter attenta anni consideratione sint diuidendi? Et si exacti non fuerint, an quis faciat suos, uti suo tempore maturatos.
39 Fructus facit suos fideicommissarius, etiam hæredis tempore maturatos.
40 Fructus ciuiles, qui dietim cedunt, si tertiatim ex pacto, vel consuetudine solui soleant, qualiter numeratio sit facienda?
41 Legatum alimentorum, quod in anni principio consignari debet, an pro rata ad soluētem, si infrà annum moriatur legatarius, reuertere debeat?
42 Officialis quare totum salarium ad hæredes transmittat?
43 Singul. Ann. 22. conciliatur cum decisione Franch.
44 Dispositio principalis attenditur, non quod in consequentiam venit.
45 Pœna, & contrauentiones an Fisco post inquisitionem, vel litis contestationem, vel post sententiam acquirantur?
46 Prouentus sunt in fructu Baronum, & quare in feudi corpore non computentur.
47 Fructus an venditi censeantur, vendito feudo, si sint de proximo colligendi.
48 Fructus, qui naturales, & qui industriales dicantur?
49 Possessor bonæ fidei quos fructus faciat suos?
50 Colonus in quo statu fundum relinquere debeat, prout habuit cum nonalijs, & meliorationibus, vel prout restitutionis tempore reperitur, & qualiter fructus sint cum Domino diuidendi?
51 Beneficiato mortuo, qualiter fructus sint cum successore diuidendi?
52 Fideicommissarius an usuras etiam hæredis tempore maturatas soluere teneatur?
53 Legatario an rei legatæ debeantur usuræ?
54 Annus cœptus quando pro completo habeatur?
55 Officialis durante anno, nisi pro grauibus delictis conueniri non potest.
56 Officialis officio durante accusari poterit, si ob id veniat priuandus.
57 Officialium excessus sola Magna Curia cognoscit.
58 Actuarij an Officialium appellatione veniant?
59 Officiales maiores citari, vel inquiri sine Proregis licentia non possunt.
60 Bajuli, Magistri Iurati, Sindici, & Electi an per solam M.C. cognosci debeant?
61 Officialis finito officio an à Barone de delicto in officio commisso puniri possit?
62 Baro licèt Officialem punire non valeat, poterit tamen in eum inquirere, & suspendere.
63 Barones de suorum Officialium delictis an ius cognoscendi habeant ex priuilegio eis concesso de delictis, in quibus sola M.C.V. cognoscit.
64 Prærogatiuæ magno Principi concessæ an in singularem successorem, facta venditione, cum illius priuilegijs transeant?
65 Priuilegia insignia ex plenaria concessione personalia præsumuntur, & in alium non transeunt.
66 Officialium delicta intuitu officij facta M.C. cognoscit.
67 Baro an Officialem extra officium delinquētem carcerare, & priuare sine Superioris licentia valeat?
68 Baiulorum Iudices intuitu officij delinquentes an à Barone, vel Magna Curia sint cognoscendi?
69 Seruientes Officialibus intuitu officij delinquentes per M.C. sunt cognoscendi.
70 Regiæ Audientiæ an de delictis Officialium prout M.C. cognoscant?
71 Officiales offendentes intuitu officij per M.Cur. inquiri, & puniri poterunt, quia ritus actiuè, & passiuè fuit interpretatus.
72 Offensio quando ex causa officij dicatur?
73 Offendens leuitèr Officialem an ad M. Cur. trahi possit?
74 Magna Curia an de offensa Arbitris, Castellanis, & similibus facta cognoscat?
75 Officialis Regius in terra Baronis extra causam officij delinquens, an ab eo puniri possit?
76 Officialis si ex culpa, vel infirmitate fuerit amouendus per M. Cur. non per Baronem hoc erit cognoscendum.
77 Officiali accusato an officij administratio interdici possit?

78 Of-

78 *Officij suspensio quando fiat, & an à tali decreto appellari possit? sub n.82.*

79 *Inquisitione pendente, potest inquirendo mãdari, vt se Iudicis arbitrio absentet.*

80 *Suspensio ante litis contestationem est petenda, aliàs deneganda.*

81 *Appellatione pendente an Officialis administrare valeat?*

82 *Inquisitus ad nouos honores promoueri non potest.*

83 *Officialis ex delicto in contumaciam etiam ad mortem condemnari potest.*

84 *Sententia contrà absentem contumacem, si pœna pecuniaria, vel priuationis officij sue rit, ferri potest.*

85 *Officio aliquo semèl priuatus ad aliud admitti non debet.*

86 *Infamis officia habere non potest, sed limitatur.*

87 *Officialis an ad tempus, quo fuerit suspensus, si ab impetitis fuerit absolutus, sit reintegrandus.*

88 *Tempus de momento ad momentum currit, & subrogationem non patitur.*

89 *Cautela pro Barone vt quando rectus Officialis non erit, illum remouere valeat.*

90 *Salarium an Officiali pro tempore, quo fuit suspensus, debeatur.*

91 *Salarium an Officiali infirmo debeatur.*

92 *Salarium an Officiali aliquo tempore ab officio absenti debeatur.*

93 *Baro an pendente ordinarij inquisitione, alium de officio prouidere possit? distinguitur n.96.*

94 *Officialis ad tempus an subrogari possit, si ordinarius sit impeditus.*

95 *Subrogatio propriè quæ sit, & eius natura.*

97 *Officialis an officio priuari possit, si tempore statuto non accesserit.*

98 *Mora an, & quando purgari possit, cum quis in tempore non adimpleuerit, & an tempus pro tempore detur.*

99 *Datio officij est contractus innominatus, do vt facias, & ex non adimplemento reuocatio datur.*

100 *Officium concessum, nisi capta possessione, ius non tribuit.*

101 *Officialis primò creatus an secundo, qui cœpit possessionem, præferatur.*

102 *Officij possessio quando dicatur capta, & per quos actus.*

103 *Possessio officij valdè confert, nam oppositiones posteà plenario iudicio erunt terminandæ, sed ante immissionem impediunt.*

104 *Officialis refirmatio, vno reluctante antequàm sit refirmatus, fieri non potest.*

105 *Officialis si sine licentia se absentauerit, an priuari possit.*

106 *Vendita terra, an successor Officiali à venditore creato stare teneatur.*

107 *L. lex vectigali, ff. de pig. notatur, quando scilicet resoluto iure datoris, resoluatur ius acceptoris.*

108 *Iurisdictio feudi an, & quando ob delicta, vel feudatarij debita sequestrari possit.*

109 *Officialis, locata terra, remoueri non potest.*

110 *Fructus immaturè, & dolosè accipiens suos non facit.*

111 *Fructus rei est Officialem constituere, & ius præsentandi habere.*

112 *Iurisdictio, re non integra, non expirat, & Officialis infrà annum, etiam si moriatur concedens, remoueri non potest.*

113 *Successor colono stare tenetur, si rem locatã esse sciat.*

114 *Colonus pro anno inchoato à nouo successore expelli non potest.*

115 *Officialis an remoueri possit ob concedentis mortem?*

116 *Officialis infirmitas an sit iusta causa priuationis officij, & an salarium debeatur?*

117 *Salarium quando officiali debetur, an etiã fructus, quos ille lucrari potuisset, petere valeat? cum n.seq.*

119 *Clerici ad officia sæcularia non sunt promouendi.*

120 *Clericus an feudum, vel officium ob clericatum statim amittat?*

121 *Exterus à Regno, vel Foro priuilegiatus, an officialis esse possit?*

122 *Regnicola quis propriè dici poterit?*

123 *Hispani in Regno exteri non existimantur.*

124 *Princeps an ad nutum ab eo constitutum officialem reuocare valeat?*

125 *Refirmatio officialis singulos vt singulos respicit, & proindè omnium consensum requirit.*

126 *Officialium refirmationi Baro confirmandi ius habens, ante confirmationem contradicere potest.*

127 *Sindicatus tempus an sit augendum, si officialis vltrà annum in officio steterit.*

128 *Refirmatio officij sine causa fieri non poterit. Et quid si Baro de alio Officiali non prouideat, n.129.*

130 *Refirmari an possint Vniuersitatum Officiales?*

131 *Refirmatione semel facta, alia fieri non poterit.*

132 *Refirmatio cum Principis assensu fieri poterit, & n.144.*

133 *Continuare officium in eadem terra etiam in diuersis non licet.*

134 *Officium maius in eodem loco an exerceri liceat?*

135 *Actuarij dato prius sindicatu officium connuare possunt.*

136 *Officialis anno vacare debet, vt ad idem officium redire valeat.*

137 *Officiales Vniuersitatum quinquennio vacare debent, vt ad idem officium promoueri possint.*

138 Mu-



PRAGM.

PRAGM. V.

Volumus etiam, vt Barones prouideant, quod eorum Officiales sint annales, & finito officio debeant stare, & parere sindicatui faciendo per Sindicum eiusdem Ciuitatis, & Terræ, in quibus officia exercuerint, iuxta formam Reg. Prag.



1 Sta Prag. quod prius Iure ciuili constitutum erat, statuit Officiales esse annales, vndè excitatur hoc modo eius obseruantia, licètq. idem repetere reputetur absurdum, vt dixi 1. *Pragm. in princ.* procedit tamen id in homine, non in lege, quæ si pluries idem repetat, saltem inuiolabilem intentionem sancitum seruandi demonstrat, & obseruantiam excitat, *Alex. & alij in l. Balista, ff. de Trebell.* de iure enim cautum erat in *l. 1. C. vt omn. Iudic. & in l. neminem, C. de suscept. lib.* 10. nè Officiales cōstituerentur nisi per annum, & vlterius ambientes punirentur, *tit. ff. & C. ad l. Iul. de ambit.* ac idem confirmatum erat in Regno per *Constit. Occupatis, per Cap. Reg. Electionem, cap. scire volumus, & Pragm. 1. §. 1. de offic. Iudic.* omnibus in vnum conso-
2 nantibus, vt tempus Officialium anno prę-scribatur, & ex historijs ita antiquissimo Iure ita etiam statutum fuisse comperimus, vt notat *Marc. Anton. Surg. de Neap. Illustr. fol. 152. num. 16.* rationem adducit *Andr. in d. Const. Occupatis*, hoc fuisse ordinatum, vt subditis satisfiat, si quid damni, & iniuriæ ijs ab Officiale illatum fuerit; nam si vltra tempus esset, daretur in longum emendatio, & *Luc. de Penn. in l. 1. C. de domest. lib. 10.* dicit, hoc etiam fieri, ne ni-
3 mia familiaritas postea cum subditis causetur, quæ multa parit inconuenientia. Aliam addo rationem satis congruam, annum tempus aptum, & sufficiens omnibus rebus agendis esse, & legislatores appellationem competentis temporis de anno interpretari solent, *text.* est singularis in *l. fortissimi, C. de erog. mil. ann. libr. 12.* ita vt *Bald. in l. vsuræ, per glos. ibi C. de vsur.*
4 dicat, tempus absolutè positum intelligi de anno, & id non dubiè ostendit prouerbialis hyperbole: nam cum moram longā significare volumus, anno id experimur,
5 *Terent. En nostin mores mulierum, dum poliuntur, dum comuntur, annus est.* & sacræ literæ annum pro tempore ponunt, vt est notum, *Hieron. 23. Annus visitationis.* & in
6 Iure multa anno sunt circumscripta, vt de tempore ad renouandam inuestituram, quod est annale, *cap. 1. quo temp. mil. inuest. pet.* sic facultas reuocandi feudi alienationem à vasallo factam, *cap. 1. §. porro, qualit. olim feud. alien.* annus ad adeundam hæreditatem, & ad deliberandum conceditur,
l. cum antiquioribus, C. de iur. deliber. annus
7 etiam datur ad professionem in Monasterio emittendam, *Auth. ingressi, C. de sacros. Eccles.* rationē reddere tenetur socius omni anno, si quid damni successerit, aliàs postea audiri non debet, quod pro singulare tradunt *Cappel. Tholos. decis. 447. Mascard. conclus. 272.* mater infra annum tutorem filio petere tenetur, alias hæreditate priuatur, *l. omnem, C. ad Tertill.* Sic emptione
8 facta pro persona nominanda intra annū sequi debere nominationem, decisum refert *Surd. decis. 226. & 325.* & longum esset recitare Iura, quæ multas dispositiones anni circulo præfixerunt, quorum vera ratio assignari non potest, nisi quod annus sit tempus congruum, & iusta mora, sicquè dicendum est in casu nostro, alias etiam rationes adducunt *Reg. Tapp. in cit. Const. Reg. Occupatis*, & nouissimè *Mastrill. lib. 1. c. 23.* quas consultò omitto.

Et hæc annalis qualitas adeò Officialibus est com mensurata, vt neq. minoris tēporis spatio esse possit, indè Baro Officialem constituere ad beneplacitum non va-
9 lebit, cum nec infra, nec vltra annum iure ipsum constituere queat, *Boer. decis. 149. Franc. Marc. decis. 19. 2. par.* & licèt Baro, & Officialis consentiant, vt ipse discedat, Vniuersitate tamen renuente, recedere non poterit; nam publicum munus suscepit, quod per annum explere cogitur, dixi supra *Pragm. 3. num. 189.* & infra annum
10 si Officialis officium dereliquerit, grauiter puniri poterit, *Paris de sind. vers. licentia, Carau. rit. 7. Viu. decis. 356.* & dicam infra *num. 140.* Sed est perquirendum, an sit perpetuò verum, post acceptum officium illi renunciari non posse, *text. in l. fin. C. de defens. Ciuit.* dixit non licere, nisi cum Prin-
11 cipis assensu, melius in *l. legatus, ff. de off. Præs.* vbi renunciatione Officialis se iurisdictione non abdicat, prout seruatur etiā in beneficialibus, *cap. mouet, de renunc. & ibi DD. Menoch. de recuper. possess. remed. 1. num. 277. Flam. Paris. de resign. par. 1. lib. 7.* Nec Imperator, & Pontifex se Imperio abdicare poterunt, nisi illud in manibus earum, à quibus habuerūt, renūciauerint, *glos. in d. l. legatus, Castal. in tract. de Imper. q. 103.* neq. sola resignatio officialem exi-
12 mit, nisi fuerit acceptata, & interim semper administrare poterit, non obstante renunciatione, vt probatur ex *d. l. legatus, Abb. in cap. de multa, de prob. Gomes. de resign. q. 29. Tiraquell. de retract. §. 26. glos. 2.* quod non procedit in officijs sine admi-
ni-

niſtratione; nam facta renunciatione ius
14 eſt Superiori quæſitum, & officium vacare dicitur, *Ann. alleg.92. de Pont.dec.28.*
ſicquè in officialibus etiam Baronum reſignatio in eorum manibus facta non ſufficit,etſi Princeps aſſentiat, renuente Vniuerſitate;nam ſi omnes conſentirent,non puto aliam licentiam eſſe requirendam, niſi Baronis concedentis. Nec eſt admittenda per indirectum fraus, qua Barones in officio locumtenentes creant, cum illos ad nutum reuocare poſſint; nam lo-
15 cumtenens non poteſt conſtitui, niſi per modicum abſentiæ tempus, vel impedi-
16 menti ordinarij Iudicis, vt diximus ſupra *Prag.3.ex n.217.*
17 Quod anni principium in officio videtur eſſe à primo Septembris, ſic enim dictat *cap. Reg.Electionem 171. & cap.Scire volumus, Andr.* verò,& *Afflict.in d.Conſtit. Occupatis*, dixerunt, a kalendis Ianuarij initium habere,prout ſic fuit conſtitutum in Regno per *Pragm.7. §. 14. de commiſſ.* annum vẓ. ſolum à Kalendis Ianuarij cōputari, quæ Iura ſcias potius cauſa demōſtrationis,quàm diſpoſitionis ſic dictare, & annum illis exordiri temporibus (vt dicam) non vt officium illis temporibus ingredi ſit neceſſe, & ſic veram videmus obſeruātiam,quæ eſt legum interpres,*l.quod ſi nolit,§.quod aſſidua,ff.de ędilit.edict.* nam officiales temporis ſtabilitatem habere poſſe erit impoſſibile,cum ob mortem, & alia impedimenta officia diuerſis tempo-
18 ribus vacent.In officialibus verò ab Vniuerſitate creandis certum datur anni tempus, quo ipſi creari ſolent ſecūdum regionis conſuetudinem, qua præſtituta die eligi ſolent, quod tempus non eſt mutandum,*Prеſ.de Franch.deciſ.419.num.3.*& ſic
19 annus in officialibus a die ingreſſus, ſeu poſſeſſionis captæ incipit, *Bart. in l.ſi cui legetur,ff.de legat.1.Franch.decis.393. Bertaz.fol.209.de clauſul.*etiam ſi literæ commiſſionales antea expeditæ eſſent, & officij finis intra annum datæ conſtitutus fuiſſet, adhuc ſubintelligi debet ſi tempore datæ fuerit officialis officium ingreſſus,*text ſing.in l.tali,ff.de iur.dot.* vbi promiſſa dote intra annum, quæritur vtrum annus a die promiſſionis, vel ſequuti ma-
20 trimonij incipiat? & decidit, tempus ab actus perfectione incipere,*Tiraq.dè retrac. §.1 gloſ.10.num.108.Bertaz.vbi ſupra, Couar.var.reſol. lib.3. cap.11.* licèt in gratio-
21 ſis datæ tempus attendatur, *Afflict. deciſ.253.Franch.deciſ.326.* vel niſi expreſsè
22 ſic fuiſſet inter partes actum, veluti de compromiſſo coram arbitris intra certos dies facto, cuius tempus regulariter non currit,niſi acceptato compromiſſo: ſed ſi expreſsè cautum fuiſſet, vt ab hodie currat tempus,erit cōtinuum,*Franch.dec.626* & ante eum *Surd.deciſ.203. nu.13. Tiraqu. de retract.d.§.1 gloſ.2.num.41.* vbi an tempus ab actu, vel ab actus præſtatione currat?& an actus à venditione,vel traditione incipiat? *ibid.§.36.gloſ.2.num.4.*& tercen-
23 tum ſexagintaquinque dierum, & ſex ho-
23 rarum ſpatio conſtat annus, iuxta *text. in l.ita vulneratus,§.æſtimatione,ff.ad l. Aquil. gloſ.in l.3.§.minorem,ff.de minor. gloſ. in l. cum bisſextus, ff.de verb.ſignif.* licèt multi diem in omnibus actibus ſuperaddant,non quod annus ſit ex maiore diſtantia con-
24 trouerſus, ſed propter illam Regulā, *Dies termini non computatur*, quem latè attingunt *Tiraquel.§.1 gloſ.10. num.61. de retr. conſangu. Ceuall.com.opin.401.* Solet etiam
25 addi alia dies, quando annus eſt biſſextilis ſingulis quatuor annis, & ſic omnibus quatuor annis, vltra ipſum numerum dierum ſuperadduntur vigintiquatuor horæ, & fit dies in menſe Februarij,*gloſ.in l.3.§. minore,ver.biſſexto,ff.de minor.* vndè verſus:
Poſtremo die celebrantur Feſta Matthiæ,
Biſſextum ſexto Martij tenuere Kalendæ,
gloſ.in cap.quæſiuit,de verb.ſignif. l.cum biſſextus,ff.eod.tit. Vin.decis.72. & tempus ſecundum naturalem curſum regulatur, *Franch.decis.471.*vbi diſcutitur de menſe, qui regulariter eſt triginta dierum, an ſi ille menſis ſit biſſextus, vel ſit triginta, & vnius diei,vel ſit viginti octo, vt in menſe
26 Februarij, quomodo ſit computatio facienda in materia liquidationis inſtrumēti,vbi menſis datur ad incuſandam vltimā contumaciam, ne citatio circumducatur, & quando accuſari debeat,vide *Tiraq.§.1. gloſ.10. num.119.* Quis autem huius anni biſſexti fuerit author? quare menſis vnus triginta, alius verò triginta & unum dies
27 habeat, & qualiter annus antiquitus diuerſimodè cōputabatur, alij ſingulis quatuor menſibus annum componebant; alij ſingulis decem menſibus,& aliquando annus pro hebdomada ponebatur, vide relata per *Cepoll.in l. cum biſſextus, ff. de verb. ſignif.Tiraquel.de retract.d.§.1.gloſ.10. Couar.var.reſol.lib.1.cap.12. & lib.4.cap.18.* Quibus locis multæ proponuntur quæſtiones ad anni materiam pertinentes, quas breuitati conſulentes, prætermiſimus, loca deſignaſſe contenti; quotuplex
28 uerò ſit annus, latè dealarat *Luc. de Penn. in l.ſiuè,C.de exact.tribut.* eſt enim uſualis, ceremonialis,naturalis,& emergens, & de emergenti loquitur *Franch. deciſ.306.* & quomodo tempus de momento ad momētum computetur, & eo tempore finiat, quo cæperit? vide *gloſ.& DD.in l.3.§.minorem,ff.de minor. Tiraquell. de retract. d.§.1. gloſ.11. num.6.* & in Regno annus vſualis
29 an à Ianuario dicto, ianua anni, uel ab

ab

Aprili, uel à Septembri incipiat? notat ibi *Luc.* Notarij à Natiuitate Domini nominabant annum, alij primo Ianuarij, nunc vero in Regno à primo Ianuarij computari debet per *d. Pragm. 7. §. 14. de commiss.* attendenda enim est loci consuetudo, *DD. in l. diuortio, §. quod in anno, ff. solut. matrim. Bertaz. de clauf. 1 glos. 2.* mensis verò quot
30 dies habeat triginta, vel triginta vnum, & qualiter facienda sit computatio, discutit *Menoch. de arbit. cas. 50.* & dies quot horas habere debeat in cõputatione; & quotuplex sit naturalis, ciuilis, conuentionalis, & artificialis, *Bertaz. de clausul. glos. 4. claus. 1.* & an à media nocte incipiat more
31 Romano, *l. more Romano, ff. de fer.* vel ab Aurora, *DD. in cap. consuluit, de offic. deleg. Polid. in tract. de nocte, cap. 3. Gratian. c. 972.* & hora qualiter sit consideranda; vide *Couar. var. resol. lib. 4. c. 20. n. 14.*

Postremò cum materia huius Pragm. sit multum tenuis, antequàm silentium huic anni cognitioni imponam, aliqua vtilia, quæ alibi sic distincta non inuenies, colligere non te pigeat; & remissiuè loquendo, dico, multoties apud DD. annum non so-
32 lùm pro circulo Solari dierum tercentum sexagintaquinque poni, vt dixi, verùm etiã pro biennio, triennio, vel decennio, quod in fructuum diuisione contingit; namquè multi sunt rerum fructus, qui non omni anno, sed biennio, vel triennio percipiuntur, vt dicunt de oliuis, sieq. de syluis cæduis, quas omni decennio excidi, & ex eis fructus percipi videmus, & istud decenniũ pro anno DD. ponunt, ad *text. in l. diuortio, §. quod in anno ff. solut. matr.* & pro singulari tradit hoc *Borgn. de vsufr. mul. relict. num. 245. Rolan. cons. 87. 1. libr.* & ante eos *Tiraquel. in tract. conuent. §. 5. glos. 5. in fin.* quæ consideratio ad fructuum diuisionem conducit, sed nõ ad omnes, vt aliqui se inuoluendo dicunt, & proindè plures hic distinctiones, & differentias vtilitèr, summariè, & remissiuè adnotabo, ad prædictam inter annuam fructuum diuisionem; & pri-
33 mò de illa, quæ sit inter maritum, & vxoris hæredes; nam hoc casu rei dotalis fructus pro rata temporis anni à die onerum matrimonij computandi diuidentur, cum matrimonij onus sit causa, non autem fructuum dominium, *l. pro oneribus, C. de iure dot.* & ità si maritus altera post desponsa-
34 tionem die, vineæ, oliuarum, vel syluæ fructus capiet, & non post multos dies, matrimonium soluatur, fructus perceptos pro rata dierum matrimonij suos faciet, licèt fuerit dominus, & sic attenditur anni distributio, *Castr. & Alex. in d. l. diuortio, ff. solut. matr. Cranct. cons. 268. num. 5. Gram. dec. 350. Camp. de dot. q. 14. Iacob. Thoming. decis. 3.* Non sic in emptore licèt reuoca-
35 bili procedit, nam fructus ante pretij collationem perceptos suos ratione dominij facit, vndè eos pro rata temporis restituere non tenetur, *l. 2. C. de pact. int. emp. & vend. Tiraq. pcit. loc. ex n. 5.* & inferius *n. 47.*
36 Secundò fructuum diuisio, & diuersã à præcedente est in fructibus inter dominũ, & feudatarij hæredes deuoluto feudo, diuidendis; nam feudatario ante Kalendas Martij decedente fructus omnes ad dominum, post verò Martij Kalendas ante Augustum ad morientis hæredem pertinet, vt in *cap. 1. §. his consequenter, tit. Hic finitur lex*, quæ dispositio etsi exorbitans sit, Sac. Consil. formalem *d. text.* distinctionem obseruat, siuè feudum domino, siuè agnato aperiatur, *Franch. decis. 19.* quicquid aliter senserit *Ann. cons. 20.* quem impugnat idem *Franch. decis. 572.*
37 Tertia fructuum diuisio est inter hæredes vsufructuarij, & proprietarium, quæ etiam est à prima diuersa; attenditur enim hic dispositio *l. defuncta, ff. de vsufruct.* nam si fructus sint à solo separati, ad vsufructuarium pertinent: si verò non sint collecti, licèt de proximo sint recolligendi, non fructuarij hæredum, sed proprietarij omnes erunt, licèt eos non sufficere esse separatos à solo, sed oportere in horreis esse reconditos quamplurimi sentiant, ex *glos. in l. si vsufructuarius messem, ff. quib. mod. vsufruct. amitt.* quæ opinio non est tuta, imò communitèr confutata, cum sufficiat esse separatos, *DD. omnes in l. qui scit, §. 1. ff. de vsufruct. Tiraquell. de retract. conu. §. 5 glos. 5. in princ. Franch. decis. 254. Borgn. decis. 44. num. 23.* Sed difficultas est, si fru-
38 ctus sint ciuiles, quorum cesserit, & venerit pensionis, vel censuum dies, si non fuerint exacti, cuius erunt? vel si fructuarius ante tempus anni finiti ex locationis conuentione exegerit, *Franch. decis. 168.* distinguit inter fructus naturales, & ciuiles; inclinando, vsufructuarium, postquam venerit dies, suos facere fructus, licèt non exactos, fructuum instar à solo separatorũ, non tamèn ad aceruos redactorum, & licèt ibi nihil decidat ita latiùs, vt in *decis. 254.* & diffusè per *Peregr. de iure Fisci, tit. de vend. fisc. num. 34. & in tract. de fideicom. art. 49. q. 3. Barbos. in d. l. diuortio, §. non solum, num. 18. ff. solut. matr.* non sic tamèn
39 procedit in fideicommisso; nam mortuo hærede, vel adueniente die fideicommissi, in fideicommissarium transeunt fructus tàm naturales, quàm ciuiles etiam maturati, quorum dies cesserit, & venerit, & hæreditatem augent, quod est mirabile, ex *text. in l. postulante, § sed in huiusmodi, ff. ad Trebell. Peregr. de fideicomm. art. 49. Franch. dec. 13.* & quid de fructibus industrialibus, vide *Castill. de vsufr. q. 77. cum seq.*

Re-

Redeundo ad primum, in fructibus videlicèt, qui dietim colliguntur, licèt per tertias solutio differatur, in his fiet diuisio
40 per dies, & ratam anni, *Franch.dec.79.* nisi verò debitum de sui natura à principio anni cederet; tunc enim licèt solutio esset per tertias gratia debitoris dilata, si tamẽ moriatur vsufructuarius, totum annale debitum ad hæredes transmittet, licèt tertiæ non sint maturatæ, vt in solutione alimentorum, & aliorum annuorum legato-
41 rum, quæ ab anni principio debentur; tũc enim si sequenti die initi anni moreretur, totum annale debitum ad hæredes transmitteretur, *l.à vobis, & l.singulos, ff.de ann. leg.* cessit enim dies in anni principio; aliquando enim annus cęptus pro completo habetur, *l.si ita fuerit, ff.de manum.test.l.1.§. quibus, ff.de success.edict.* Nec obstat, alimẽta morte finiri; sufficit enim pro ijs diem cessisse, vt decisum refert *Franch.decis.155* & proindè dicendum est, Officialis salariũ, quia in anni principio debetur, ad hære-
42 des etiam non completo anno transmitti, *l.diem functo, ff.de offic.assess.& l.diem functo 22.ff.locat.Paris.de sind.vers.salarium, Capyc.decis.125.Dueñ.regul.63.Vin.comm. opin.87.* & licèt de consuetudine salarium tertiatim soluatur, *Afflict.in Constit.Cum circa 12.notab. Caravit.in rit.9.* & videtur confirmatum per *Prag.1.de sind.Offic.* quæ vltimam tertiam detineri præcipit, quousq. fuerit sindicatus Officialis, debetur nihilominus integrum Officialis defuncti
43 hæredibus salarium; cum prouisio, seu salarium in principio anni de iure sit soluẽdum, & in hoc non repugnat, *Ann.sing.22.* loquitur enim quomodo præstari debeant alimenta legatario in principio anni, vel mensatim, iuxta adducta per *Bart.in l.pecunia, ff.de alim.& cib.leg.* Si verò fundus, & alia loca pro pecunia in principio anni, vel tertiatim soluenda locata fuerint aduerte, istos non dici fructus ciuiles, sed conuentionales, in quibus causa primordialis attenditur, quæ est ex fructibus naturalibus, qui semel in anno percipiuntur: vndè conuentio soluendi in pecunia
44 rei naturam non mutat, attenditur etiam quod principaliter inest, non quod in consequentiam venit, *l.si quis nec causam, ff.si cert.pet.* quam notabilem regulam exornant *Tiraquell.§.30.glos.1.num.4.& 8. Couar. var.resol.cap.15.lib.1. Bart.in l.Valerius, §.Triphonio, ff.de iure Fisci.* Sed quid erit de iurisdictionum fructibus, vt sunt prouenctus, qui fructus etiam dicuntur, *Bart.in l.fin.ff.solut.matr. Azo.in sum.C.de pen.* veluti si sit patratum delictum, vel commissa pœna, an attendatur iudicium, vel sententia, vt dicatur fructus maturus.
45 Alij dicunt, esse ius quæsitum per initium delicti, alij per contestationem, alij verò per sententiam, *Cagnol.in l.2.C. de pact.int. empt.& vend. Alex.in d.l.diuortio, §.si fundum, ff.solut.matr. Tiraquell.§.5.glos.5. de retract.conuent.Paris.de sind.ver.prouentus, Capye.decis.28. num.15.* aliosq.recensuit *Prag.4.n.75.*
46 Sed nota, huiusmodi fructus verè non dici, cum in his industria, & labor Officialis attendantur, & proindè eos in feudali corpore non connumerari, *Franc.dec.165. Frec.3.author.in fin.* vel quia, & verius in iustitiæ ministerium sunt distribuendi, vt dicam infra *Prag.6.n.19.*
47 Quarta diuisio fructuum est inter emptorem, & venditorem; facta enim venditione, qui fructus sint emptoris, in hoc admodum variæ fuerunt sententiæ, an fructus pendentes, vel de proximo recolligẽ-
48 di sint pars soli? & quid de naturalibus, quidue de industrialibus, vel ciuilibus, vide quæ longo apparatu discutiunt *Thes. decis.55.cum seq.Menoch.cas.256. Franch. decis.79.* & si diffusè cognoscere cupis, qui verè dicantur fructus naturales, & qui industriales, vel ciuiles, & an fætus sint in fructu? vide *Ann.cons.29.Pinell.de rescind. vend.l.2.3.par.cap.4.num.52.Boer.dec.224.* & an fouea niuis, *Gizzar.decis.34. Escobar. de ratioc. cap.fin. par.2.* quæ traditio ad multa satis est necessaria, & præcipuè cir-
49 ca bonæ, vel malæ fidei possessorem, iuxtà notata in *l.ex diuerso, ff.de rei vind.* & quando bonæ fidei possessor faciat fructus suos & locupletior factus dicatur, latè *Peregr. de fideicom.ar.49.ex num.109.* Quinta fructuum diuisio est inter emptorem, & venditorem retrahentem ex legis, vel conuentionis necessitate, & super hac nihil dicendum relinquunt *Tiraquell. de retract. & Cagnol.d.l.2.Thes.decis.56. Couar.var.resol. lib.1.cap.15. Mastrill.decis.148. Ioseph.Ludouic.dec.par.79. Cancer.var.par.1.cap.13. num.6.Escobar.de ratioc. cap.26.* Sexta diuisio est inter Dominum, & Colonum, & est
50 alijs difficilior; nam in quo statu territoria Colonus relinquere, & quomodo fructus pro rata anni percipere habeat, & qualiter annus in fructibus intelligatur, qui vltra annum percipiuntur, vti in territorijs, quæ fiunt vulgò *maiese*, latissimè discutit *Vbald. de duob.fratrib. 11.part.& per Surd.decis.201.num.7.Peregr.loco supra cit.num.48.* Septima fructuum diuisio est inter hæredes Beneficiati, vel Prælati, &
51 nouum Beneficiatum, de qua vide *Couar. var.resol.cap.15. Boer.cons.23. Maur.allegat.45.Arnon.cautel.45.Gigant.in trac.pens. q.53.Thes.decis.143. Borgon.decis.44.nu.2. cum seq.*; & in Regno quomodo fructus pẽdentes, vel non exacti ad Cameram spectent, habetur in *Const. Sixti V.90. Barbos.*

in coll, Bull. verb. fructus. Octaua diuisio est
inter fideicommissarium, & hæredem,
l. Herennius, l. 1. ff. de vsur. qui fideicommis-
sarius facit fructus suos etiam maturatos,
vt dixi, & an fructus sint illi purificata cō-
ditione restituendi? *Surd. decis. 25.* & an fi-
52 deicommissarius vsuras ex defuncti con-
tractu debitas, & longè præmaturatas ab
hærede, seu ab hæredis hæredibus debitas
soluere teneatur, vide *Franc. decis. 49.*
Surd. decis. 28. & 27. & latè per *Pereg. ar. 49*
Nona diuisio est inter hæredem, & legata-
rium, de qua *Franch. decis. 254. Surd. de-
cis. 88. Castill. decis. 4. Mastrill. decis. 115.* Ex
quibus diuisionibus, & locis ibi adnotatis,
ne prolixiùs hic contra meum institutum
immorer, videre, & discernere poteris,
quomodo fructus pro rata, vel pro toto
anno diuidi debeant, & quando annus cę-
54 ptus pro completo habeatur, vide *Viu. de-
cis. 72. & 280. & comm. opin. 175. 2. part.
Surd. dec. 178.*

Et eo redeundo vndè digressi sumus,
Pragm. nostra sanciuit, Officiales esse an-
nales, & iam demonstrauimus quomodo
omnino officiorum qualitas sit annalis, ita
vt nec augeri, vel per Barones minui pos-
sit. Vidimus etiam anni significationem,
& eius tempus: modo regula prædicta ex
multis limitatur, ex causa enim Officiales
minus anno ex delicto, culpa, vel casu, &
ex ea causa plus anno exercere possunt.

55 Ex delicto Officialis infra annum re-
moueri poterit, & licèt durante officio
regulariter Officialis molestari non de-
beat, *l. nec Magistratus, ff. de iniur.* cum sin-
dicatui sit remittendus, *l. pars literarum,
vbi omnes, ff. de iud.* hoc tamen non proce-
dit in grauibus delictis, & excessibus; nam
durante officio conueniri poterit, iuxta
*text. in l. 3. C. de offic. Præfect. Prætor. Orient.
& in l. iubemus, C. ad l. Iul. repet.* vbi ob fur-
ta, barattariam, & similia grauia delicta
remoueri potest, absq. sindicatus expecta-
tione, *Bartholom. de Capua sing. 6. Paris. de
sind. ver. adulterium,* vbi ob adulterium, vel
stuprum in subditam carceratam commis-
sum statim officio fuit ille priuatus, vltra
corporalem pœnam, *Capyc. dec. 12. de Pon-
te decis. 25.* & diuersos cumulat casus *Ma-
strill. lib. 6. cap. 5.* in quibus officio durante
contra Officialèm inquiri potest: dicitur
inquam priuari quis dum est in habitu,
nam eo finito priuatio non datur, *l. decem,
ff. de verb. obligat.* & elusoria esset pœna, si
sindicatus esset spectandus, *Franc. Marc. de-
cis. 207. Paris. vbi supra in ver. durante,* & sic
pro omni casu, quo Officialis de iure est
officio priuandus, vel propter delictum,
vel negligentiam, vel inobedientiam, du-
rante officio conueniri, & remoueri pote-
rit, *Gram. dec. 40. num. 11. Tap. in Const. Ma-
gister Iustitiarius, tit. de off. Magist. Iustit. Fa-
rin. q. 19. n. 42. & infra n. 78.*

57 Non autem dico eum esse conuenien-
dum, vel a Barone remouendum, cum de
Officialium excessibus intuitu officij cō-
missis sola M. Curia ex sui præeminentia
cognoscat, vt in *rit. 49. & 61.* qui sunt in
viridi obseruantia tam contra Officiales
Regios, quàm Baronales; nam etsi ritus in
Officialibus Regijs loqui videantur, com-
muniter tamen etiam in Baronum Offi-
cialibus in exercitio suorum officiorum
delinquentibus intellecti fuerunt, vt re-
fert *Præs. de Franch. decis. 274. num. 8. & de-
cis. 407. num. 2.* quia Baronum Officiales, &
Regis dici possunt, [mediatè tamen, cum
Rex mandare videatur, quando potestas
ab eo ordinata mandat, & iudicat, *Andr. in
cap. 1. sub num. 3. hic fin. lex, Carau. in dicto
rit. 49. num. 7.* si enim Officiales Baronales
Regij dicantur, meritò de delictis ab eis
officij intuitu commissis ipse Rex, [& con-
sequentèr M. Curia sua Vicaria cognosce-
58 re debet]. Sed hæsitatum fuit, an Actuarij
in eodem Ritu includantur? & licèt *Frāch.
in d. decis. 407.* decisum non referat, *Giz-
zarell.* tamen *decis. 24.* ait pluries, & pas-
sim fuisse prouisum, & obseruatum per Sa-
crum Consilium, Actuariorum tanquam
in Ritu comprehensorum, offensionis tam
actiuæ, quàm passiuæ intuitu officij factæ
cognitionem ad M. Curiam spectare, &
sequitur *Tapp. in d. Const. Magister Iustitia-
rius, ex num. 12. Rouit. in rubr. de off. num. 4.
& decis. 72. à num. 50. Sese decis. 339.* Ve-
rùm in Officialibus Regijs licèt M. Curia
cognoscat, non tamen sine Proregis licen-
59 tia ad capiendam informationem, & ad
citandum procedit, *Marc. Ant. Surg. f. 163.
Tap. loc. cit. num. 10.* An verò cum officij
nomen sit generale, comprehendantur Ba-
60 iuli, Magistri Iurati, Sindici, & Electi,
quod non declarat *Pragm. 47. tit. de off. Ma-
gist. Iustit.* licèt alitèr sit in eorum Iudici-
bus, vt infra *num. 68.* vndè Auditores, seu
Baronum secundarum causarum Iudices,
& eos contineri credo, cum iurisdictionis
administrationem habeant. Quæ proce-
dunt non solùm si officialis durante offi-
cio conueniretur, verùm etiam eo finito;
61 nam de his delictis ab originis, vel loci de-
licti Barone puniri non poterit: non ob-
stat, quod finito officio officialis non di-
catur, vnde forum suum sortiri videtur:
nam licèt sit finitum officium, attenditur
tamen initium, quo quis deliquit, & sub
quo foro tunc erat ab eius Iudice punie-
tur, quamuis postea eo foro sit priuatus,
vel exemptus, vt in simili notabilitèr de-
cidit *Præs. de Franch. decis. 417.* & in termi-
nis *Andr. & Afflict. in Constit. Magist. Iustit.*
etsi *Mastrill. decis. 188. num. 25.* de officialiū
de-

delictis officij intuitu commissis Baronem
62 cognoscere non posse afferat, circa punitionem est intelligendus, sed informationem de excessibus, pro quibus officio priuandus est, capere posset; de alijs enim molestandus non esset, cum sindicatui remitti debeat. Et an Baro etiam officialem suspendere valeat, cum de tali delicto constiterit, *Farin.q.27.num.5.Cancer.var.resol. libr.3.cap.12.num.237.* informationis capturam admittunt, sed circa suspensionem dubito, cum suspensio sit iurisdictionis, & punitionis actus, qui ad Baronem non pertinet, vt inferius *num.76.* Sunt tamen aliqui Barones, quibus concessa est authori-
63 tas cognoscendi etiam de eis, quibus sola M.Curia cognoscit, vti Princeps Bisiniani, Sulmonis, & alij, vt meminit *Carauit. dict. rit.49.num.15.* & his Baronibus cum prædictis clausulis inuestitis de feudis, quamuis in specie non sit dictum cognoscendi de delictis Officialium, cum generalis Ritui derogatio sufficiat, & remissos fuisse Capitaneos delinquentes, decisum referunt *Reg.Tap. in d.Const.Magister Iustitiarius,& in rit.49.num.15.ac Reg.Sanfelic. decis.66.* & abundè *decis.345.* etsi antea *Præs.de Franc.in dec.274.in fin.& dec.505. num.22.* dubitasset. Verùm dum status Bisiniani sit ferè totus venditus, & eo multi sint inuestiti, & venditio per Regiam Curiam facta fuerit cum omnibus priuilegijs
64 & prærogatiuis, vt Princeps tenebat, quę priuilegia sunt talia, vt Regem quasi omni se abdicasse iurisdictione, & solùm altũ dominium sibi reseruasse dici posset; illi Barones talibus prærogatiuis vti prætendunt, & dum pluries tam hic Officialium casus, quàm similes in Regia Audientia Calabriæ occurrissent Baronibus causarũ remissiones petentibus, has singulares prerogatiuas denegari obseruauimus; illa
65 enim priuilegia ratione illius magni Principis concessa præsumuntur, vndè vti personalia in noua venditionis concessione, personæ non æquè simili collata non censentur, quamuis in noua inuestitura fuerit dictum, *Cum omnibus priuilegijs, & prærogatiuis, vti talis Princeps tenebat*, non tamen Rex deueniendo expressè ad nouã concessionem dictarum prærogatiuarum, seu regalium non solitarum per verbum, *In specie & singula concedendo*, ex traditis per *Andr. in cap. 1. §. huius autem generis, vers. consueuerunt Barones, ex quib.cau.feud. amitt.* Nec per clausulam, *Prout plenius sui antecessores tenuerunt*, excepta, de quibus expressa erat facienda mentio, concessa videntur, vt pluries refert in Sacro Consilio iudicatum *Minad.in repet.Constit.In aliquibus, num.39. Præs.de Franch.decis.125.à num.1. decis.192.275.num.7. & decis.505.*
num.22.Reg.de Pont.de potest.Proreg. tit.de elect.offic.3.1.num.34.Reg.Reuert.decis.344. & in contrarium adductis per *Reg.Rouit.in Pragm.1.num.43. vbi de delict. & in dec.6.* abundè fuit responsum per *Horat. Montan.* nostris temporibus primarium Feudistam in *tract.de regal.§.bona vacantia,num.4.* At si in inuestitura forsan fuissent ipsi magno Principi priuilegia concessa pro se, suis hæredibus, & successoribus, & ab eis causam habentibus, seu habituris, prout est in inuestitura multarum terrarum à Rege Ferdinando sub anno 1507. concessarum Ferdinando de Corduba Duci Suessæ; tunc enim priuilegia ipsa, ipsius specialis clausulæ virtute ad omnes habentes causam à primo inuestito, vel à suis successoribus transferent, *arg.l.1.ff.de const.Princ.*
66 Si autem Officiales Baronales extra officium delinquerent, tunc Baro non solùm informationem capere, sed eos punire valebit, prout patet ex verbis expressis Ritus ibi, *Si delinquat in officio, & non aliter.* &
67 in his terminis quando Officialis extra officium delinqueret, & delictum esset tale, vt sit officio priuandus, an Baro illum suspendere ab officio, vel carcerare valeat? dic inquisito de graui delicto, de quo sufficienter constat, iurisdictionem exercere non permitti, vt infra: cessante ergo Ritus prærogatiua, negotium ad ius commune reducitur, & sic Baro contra talem Officialem procedere poterit, dum forum ibi sortiatur ratione delicti, quod est omnibus alijs potentius, vt dicam infra *Prag. 8.* quamuis aliqui voluerint, ad euitandum an hæc qualitas per Regium Superiorem, vel per ipsum Baronem recognoscenda sit, cautius esse, vt certioretur M. Curia, vel Regia Audientia Prouincialis, vt in simili respondere *Sese de inhibit. fol.675. num.31. Barbos.in l.si quis ex aliena, ff.de iud.* est tamen consilium, non præcisa necessitas ex dictis supra, maximè in delictis capitalibus, eò magis Baro procedit; quia tales causæ cum sint extra officium, ad Sindicatores, qui iudicandi de causis officij tantum, & non vltra iurisdictionem habent, non pertinent, *Paris.de sind.fol.26. num.19.ver.an si potestas, Sese in fin.in cons. sindicatus.* Verùm si delicta adeo non essent grauia, vt officij priuatio locum haberet, tunc durante officio molestari non possent, *l.nec Magistratus, vbi glos. ff. de iniur. Barb.in d.l.si quis, num.140.cum seq.* Insuper aduertas, licèt Officialis appellatio largo modo quemlibet aliquam prærogatiuam, & ministerium habentem comprehendat, *glos.in d.l.officio, C.de negot.gest.* & in terminis huius Ritus *Sese vbi supra, num.69.* strictè tamen fuit interpretatum, vt ad habentes iurisdictionem, non autem

ad

ad Baiulos, Magistros Iuratos, & alios similes extendatur, vt diximus supra *nu.60.* Sed dubium est, an ea Pragm. dum loqui-
68 tur de Baiulis, ad Iudices extendatur ipsorum Baiulorum, qui re vera in actu iurisdictionem in omnibus causis ciuilibus exercent, vt infra *Pragm.8.part.1.nu.362.* dic, dictos Iudices barattariam, vel simile delictum committentes in M. Curia esse
69 conueniendos: nam si Actuarios, & seruientes Officialibus comprehendi supra diximus, eò fortius & Iudices isti iurisdictionem habentes essent comprehendendi, arguendo de minori ad maius, *Auth. multò magis, C. de sacrof. Eccles.* Nec titubátem me tenet quod *Reg. Rouit. in rubr. de off. num.11.* dicit, Baiulos a Barone cognoscendos esse; nam regulariter ipsi Baiuli iurisdictionem, vt eorum Iudices nō exercent, & si dictæ Pragm. verba tuemur, ab ijs semper iurisdictionis exercitium habétes implicitè reseruari videmus, & *Reg. Tap. in Const. Locorum, sub tit. de offic. Baiul. num.20.* dicit, dum a Baiuli excessibus ad M. Curiam appellatum fuisset, & Baro causæ remissionem petijsset, hæsitatum fuisse, prout etiam per *Borrell. de Magistr. cap. 32. num.30.* de quo infra *Prag.8.par.1. num.179.* Nota etiam ad prædictorum in-
70 tellectum, hanc authoritatem M. Curiæ Regijs Audientijs communicatam fuisse, *Carauit. rit.54. & 232. Reg. Sanfelic. dec.350 & Reg. Tap. super d. Constit. Magister Iustitiarius, ex num.8.* enunciat pro Regia Audiétia Principatus Vltra plures prouisiones per Collaterale Consilium expeditas fuisse, mandantes Officialium delicta per dictā Audientiam esse punienda, & M. Cur. nisi in casu agrauij se non intromittere.
71 Ampliata fuit dispositio Ritus, vt M.C. non solùm de delictis ab Officialibus commissis, verùm etiam de delictis contra Officiales intuitu officij, & non odio particulari pattatis cognoscat, *Praes. de Franch. decis.274. num.4. decis.505. num.7. & in fin.* quidquid dubitauerit in *decis.407. num.8.* & benè dixit *d. num.4.* aliquos ex Consiliarijs opinatos fuisse fortius passiuè Ritum intelligendum esse, quia dum Officialis intuitu officij offenditur, Rex quodammodo videtur offensus; ipse enim demandatā iurisdictionem exercere censetur, dum eius deputatus illam exerceat, vt ex *And.* diximus supra sub *num.57.* sequuntur *Gizzarell. decis.24. num.1. Rouit. vbi supra, nu.6.* & passim sic obseruatur per M. Cur. & deciditur per Sacrum Consilium. Et quando
72 offensio dicatur facta intuitu officij, videndi sunt *Farinac. q.19. ex num.41. cum seq. & Caball. cas.148.* & an quælibet offensio verbalis, vel personalis sit sub hac cognitione ad M. Curiam remittenda, negant *Caball. cas. crim.46. Rouit. in Pragm.5.*
73 *num.26. de abolit.* vbi etiam discutit *n.20.* an Officiales offendens indultu gaudere possit? & negatiuè firmat, nisi offensio non esset grauis, quia tunc ab indultu non exciperetur, nam minimorum delictorum Principem rationem habuisse non præsumitur, *Tiraq. in tract. de reb. exig.*
74 Sed an Castellani, & Iuris Arbitri comprehendantur, cum iurisdictione careant? vide *Franch. decis.505. à num.19.* & an Baro criminalis ciuilem punire valeat? dico non, sed procedit Ritus, nisi extra officij causam delinqueret: nam tunc etiam Regius Officialis in Baronis terra delinquēs ab illius loci Gubernatore recognosci posset, *Reg. Tap. in d. Const. Magister Iustitiarius, num.21. & Cabal. cas.43.* Verùm con-
75 tra Officialem Regium grauiter in Terra Baronis delinquentem informatio capi, & ad carcerationem per illam Curiam Baronalem deueniri posset; nam licèt inferiores Magistratus maiores punire nequeant, cum in eis non habeant imperium, *l. nam Magistratus, ff. de Arbitr.* tamen propter delictum efficiuntur priuati, *§. volumus, vers. si autem, Auth. vt Iudices sine quoque suffrag.* & cum actis ad Superiorem transmitti debent, non autem puniri, vt in *§. audient. Auth. de defensor. ciuit. Farin. q.27 num.5.* relata opinio *Tap.* Iudice superiore aliud non mandante, vel reo consentiēte in praxi sustineri posset, aliàs causa ad
76 suum Præpositum erit remittenda, vt infra *Pragm.8. par.2. num.187.* Postremò nota non solùm ex delicto Officialem M.C. recognosci, verùm etiam si ex culpa, vel casu infirmitatis, vel similium remoueri posse: hanc enim cognitionem ipse Baro non exercebit, illum amouendo, sed Superiori casus erit referendus, ex *cap. Reg. 35. Franch. decis.409. num.2.* & dicam infra *num.105.*
77 Sed an proposita accusatione in M. C. Officialis sit suspendendus? Dic ex accusatione, & criminis titulo aliquem reum non fieri, *l. fin. C. de accusat.* ibi, *Non statim reus existimatur, sed sententia sequuta, l.3. C. de susp. tutor. cap. nonnè, q.4.* & interim dignitatem pristinam retinet, iuxtà *text. in l. libertas, § fin. ff. ad municip. Reg. Rou. prag. fin. à num.13. de official.* & latè per *Dominic. Arum. decis.13. lib.2.* Verùm si capta informatione quid commissi criminis substantiale apparuerit, administratio interdici-
78 tur, *Bart. in l.1. ff. de glande leg. Franch. decis.8.* cum alijs relatis supra *num. 56.* & per *Reg. Sanfelic. decis.61. ac Reg. Reuert. decis.2. & 301.* Quæ suspensio ipsum iurisdictione non priuat, sed officij administratione; cum alia sit suspensio, alia verò priuatio, *Bart. in l. quod si fortè, §. sunt quidam, ff. de*

ff. de solut. Bald. in Auth. habita, C. ne fil. pro
79 *patr.* & si in l loco iurisdictionis esset capienda informatio, vel impinguanda, ne testes Officialis authoritate territi à testimonio ferendo se subtrahant, in practica passim seruatur, mandari inquirendo Officiali, vt per tot miliaria pendente informatione se absentet, ex *cap. tam literis, §. 1. de testib. cap. constitutus, de excess. Prał. Gram. consi. ein. 162. num. 22. & cons. crim. 10. Capel. Tholos. dec. 370. Ann. sing. 320.* suspēsio verò ante termini dationem ad se de-
80 fendendum peti debet; nam postea causa pendente Iudicis officium in hoc conquiesceret, *Franch. dec. cit. num. 7.* sed si Officialis fuerit officio priuatus, appellatione pendente, ad pœnæ exequtionem deueni-
81 ri non potest, *Guttier. pract. q. 39. libr. 1. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 10. p. 1. ex num. 68. Rouit. loco supra cit. num. 16.* prout in Notario condemnato, qui pendente appellatione exercere non prohibetur,
82 *Caball. cas. 121.* nouos tamen honores habere non potest, *d. l. libertas, §. fin. ff. ad municip. l. 1. C. de reis postul. lib. 10. Auend. de exeq. mand. cap. 19. lib. 1. Contr. var. resolut. lib. 1. cap. 16. num. 11.* At si de facto ob inquisitionem contra eum captam fuerit suspensus, an appellando sit audiendus, & interim alius subrogari possit? vide adducta per *de Pont. decis. 25. Georg. allegat. 42. Cancer. var. resol. lib. 3. c. 12. ex n. 140.*

Et nota insuper, licèt contra absentes in contumaciam in criminalibus non fe-
83 ratur sententia, iuxta *l. absentem, ff. de pen. l. 1. C. de req. reis, & Const. Reg. Grandis vtilitas, & Pœnam eorum*, quia ex non exequtione sententia redderetur frustratoria, quod lex abhorret, *l. si Prætor, ff. de Iudic.* & quamuis ad foriudicationem vbi pœna mortis naturalis ex delicto venit imponéda, procedi permittatur per *d. Constit. Pœnam eorum*, est, quia habet quamdam exequtionem, dum foriudicatos impunè occidendi datur omnibus facultas. Contra Officiales tamen in officio delinquentes in eorum odium sententiam promulgari specialiter permittitur, *l. ne diu, C. de pœn. l. si apparitor, C. de cohart. lib. 12. vbi Luc. de Pen.* dixit contra eos etiam ad sententiam vltimi supplicij procedi posse, sed in Regno neq. contra ipsos Officiales non carceratos vnquam obseruatum vidimus, ipsos fuisse ob delicta ad pœnas corporales in contumaciam condemnatos. Respectu verò illorum Officialium iurisdictionem ordinariam non exercentium, vti Perceptorum, & similium, proceditur ad priuationem eorum officiorum, postquam fuerunt pro delictis citati ad informandum, & reputati contumaces, & deindè iterum citati ad dicendum causam, quare eorum officio priuari non debeant, & similiter in contumacia perseuerauerint, iuxta practicam traditam per *Præs. de Franch. decis. 457.* peculiare enim est huius criminis repetundarum posse procedi, simul, & semel ex eodem processu criminaliter ad pœnam corporalem, & ciuiliter ad pecuniariam, *Deceian. lib. 8. cap. 37. num. 15. de Ponte decis. 16. num. 23.* Deuenitur contra illos ad pœnam priuationis officij ex duobus. Primò, quia ob delicta pœnis sunt obnoxij, & officio indignis, vt in *l. si aliquid, C. de suscep. l. Indias, C. de dignit. lib. 10. Medic. cons. 143. n. 10.*

Nec eis opitulatur non esse conuictos, nam Officialis se latitando, de omnibus ei imputatis pro confesso habetur, ad *text. in l. 3. C. de asses.* quem singularem appellant ibi *Bar.* & sequitur *Reg. Reuer. dec. 257. n. 2.* Secundò, quia deserens officium illo est priuandus, *Auth. de admin. § si quis autem*, & in proprijs terminis contra Perceptores, & similes decisum referunt *Franch. & Reuert. loc. cit. ac Reg. Capye. Latr. consul. 33. in prin.* Et dum in Regia Iuncta Perceptorum difficultatū fuisset, vti commissarius dixi fulgiri hanc conc usionem, scilicet ipsos Perceptores posse non comparendo officio priuari pluribus rationibus. Datur officium à Principe donec quis se benè, & fideliter in commissis gerat, vt induit ibi *Franch. in fin.* & hæc clausula subintelligitur, etiam si non fuerit in concessione apposita, *Reg. Constant. in l. 1. C. de pœn. Fisc. sub num. 108. Reg. Rouit. decis. 72. num. 30. cons. 104. num. 14. & cons. 106. num. 23. Reg. Merlin. cap. 30. num. 5. tom. 2.* & ego adduco *glo. sing. in l. 2. C. de condit. ob caus.* Item officia regalia regulantur à feudis, & prout de substantia feudorum est fidelitas, sic & ista est de substantia officiorum; imò maior, quia in feudis fidelitas respicit personam Domini concedentis tantum, sed in officijs requiritur fidelitas erga quemlibet priuatum in exercitio tamen officij, vt notat *Rouit. in d. decis. 72. ex num. 29.* Insuper ista concessio talium officiorum continet sub se contractum innominatum, do, vt facias, nempè do officium Perceptoris cum emolumentis, prærogatiuis, & iuribus, vt Regis patrimonium benè administret, pecuniam exigat, & illam cassæ militari remittat, absentando se ab illius exercitio, & non adimplendo ea, quæ veniunt ex natura officij, & quæ fuerunt causæ finales concessionis. Concessio resoluitur, & reuocatur, ad *text. in l. si vt proponis, C. de condit. ob caus.* vbi si detur quid ob causam, nempè vt quid faciat; si non adimpleatur commissum, dicit I. C. *Donatio illa resoluitur, ex quo contra fidem negotij versa es.* In correspectiuis enim si vnum ces-

cessat, cessat & alterum, *l. Alumnæ*, §. *Seia*, *ff. de adim. legat. Crauet. cons. 246. num. 4. & cons. 299. de Ponte cons. 10. n. 9.*

Nec huic conclusioni, scilicèt contra Officialem contumacem ferri posse sententiam iuxtà *d. decis. Franch.* aduersantur adducta in contrarium per *Reg. Rou. cons. 86.* quem sequi videtur *Reg. Merlin. cap. 28. num. 13. tom. 2.* Contra arguit sic *Rouit. dec. Franch.* fundata est, quia ibi ad priuationē officij processum fuit, supponendo causā esse ciuilem, & dum validissimis rationibus nunc fundat talem causam non alitèr esse ciuilem, sed criminalem, vti dependētem ex causa criminali; & quia pœna Fisco applicatur, vt dictum fuit supra *prag. 4. ex num. 106.* & in Regno per illius *Const. Grandis vtilitas, & Pœnam eorum*, in criminalibus ad sententiam contra absentes nō proceditur, ergo. Resp. dato, quod pœna priuationis officij sit criminalis, non tollitur, quod non sit pecuniaria, cumq. in causis infra relegationem, & pecuniarijs contra absentem procedi potest, ex rotundis verbis *d. l. absentis*, ergo vana fuit *Rouiti* consequentia, maximè cum *d. l. absens* non alitèr sit correcta per *dictas Constitutiones*, quæ promulgatæ fuerunt non in beneficium delinquentium contumacium, sed in eorum odium, ampliando dispositionem Iuris communis, mandando vt contra contumaces in causa criminali capitali non solùm fiat annotatio bonorum, iuxtà *l. 1. ff. de req. reis*, sed contra ipsos feratur sententia ad condemnationem tertiæ partis mobilium, & vbi venit imponenda pœna mortis naturalis, procedatur ad foriudicationem; vndè quomodo retorquendæ sint ad reorum beneficium, quæ fuerunt inductæ in eorum odium, contra *text. in cap. quod ob gratiam, de regul. iur. l. nulla, ff. de legib.* & dum in ijs *Const.* aliud non fuerit dispositum ad beneficium absentium, remanet illæsa iuris communis dispositio, vt in delictis infra relegationem, & pro pœnis pecuniarijs sententia contra reos absentes, & contumaces promulgari possit. Vltra quod etiam si per illas *Const.* fuisset dictum, non posse procedi contra absentes in delictis infra relegationem, intelligeretur excepta causa limitata ex particulari priuilegio, vt fuit limitata *d. l. absens* contra Officiales per *d. l. ne diù*; statutum inquam generale ad casus exceptos non extenditur, nisi exprefsè, *l. apud Labeonem*, §. *hoc edictum*, *ff. de iniur.*

Nec vim faceret si diceretur, talia officia fuisse pecunia empta, & sic titulo onerosò acquisita: vndè non sic facilè possessores ijs esse priuandos, vti pro officijs gratìs concessis ex dictis supra *Pragm. 3. 5.* vel saltim restitui prętium, vel cogi ad vendendum, vt per *Crauet. cons. 6. num. 109. Rolan. à Valle cons. 18. ex num. 19. Medic. cons. 142. à num. 7.* Nam respondetur, hæc posse habere locum, si officium absq. causa à Principe tolleretur; si autèm cum causa legitima, possessores delinquēdo, vel ab administratione desistendo priuarentur; Princeps ad prętij solutionem, seu restitutionem non tenetur, vt probatur ex *l. ordinariorum, C. de cohort. libr. 12. Cabed. decis. 20. num. 4. par. 2. Mastril. cap. 27. num. 39. & Merlin. cap. 30. num. 4. & per tot. lib. 2. de Ponte tit. de elect. offic.* §. *1. ex nu. 6. Reg. Galeot. resp. fisc. 15. num. 120.* Itèm in ijs contractibus innominatis do, vt facias; qui recepit pecuniam illam restituere nō tenetur, si per eum non stetit adimplere promissa, *l. 3.* §. *1. & l. si pecuniam, ff. de condit. caus. dat. l. fin. C. de condit. ob caus.* maximè si culpa eius, qui pecuniam dedit, non seruetur contractus, vt in *d. l. 3.* §. *fin.*

Aduerte tandèm, quod etsi *Præs. de Franch. in d. decis. 457.* referat in illa causa post citationem ad dicendum causam, quare officio ille priuari non deberet, fuit in contumacia datus inquisito terminus ad probandum, & defendendum, in practica non vidi deindè seruatum; nam cum causa sit criminalis, vt supra expositum fuit, non rectè cadit terminus, sed proceditur in contumaciam ad sententiam, *Io. de Plat. in d. l. si apparitor, Reg. Sanfelic. decis. 71. & 237. & in Pragm. praced. nu. 107.*

84 Eò magis, quia contumaci pro causa criminali denegatur audientia, etiam pro causa ciuili, vt in *Rit. 220. & idem Franch. decis. 271.* Quibus excitatis, Perceptores compositionem quasi tantumdem officij valoris obtulerunt, & ad eam fuerunt admissi.

Contra Officiales verò habentes annexam iurisdictionem ordinariam, ex simplici, & sola desertione administrationis officio priuatur, vt inferius *num. 105.* Et se-
85 mel ob delictum officio priuatus ad aliud admitti nō poterit, *l. 2. C. de palat. sac. larg. l. si quid, C. de suscept. lib. 11. Prag. 8. de offic. Iudic. Clar. q. 73. Capyc. dec. 121. Fran. Marc. decis. 390. & 646.* Sed intellige si fuerit ex-
86 presè officio priuatus, vel aliqua pœna causa officij condemnatus; nam alias finito tempore exercere non denegatur, si infamia ex condemnatione non esset irrogata, *l. 2. ff. de decur. l. vnic. C. de infam. l. 1. & 2. C. de his, qui in exil. lib. 10.* & infra ex *num. 169. Caball. cas. 121. Gayll. de pac. pub. lib. 2. cap. 10. Menoch. cas. 330. de Ponte tit. de elect. offic.* §. *5. ex num. 2. Giurb. cons. 44.* Et si officialis aliqua pœna pecuniaria condemnatus, vel compositus, seu transactus fuerit, an officium ex condemnatione amittat, dicam infra hac *Prag. ex n. 169.*

Quid

87 Quid si Officialis super inquisitione cōtra ipsum formata se defendat, ita vt veniat absolutus, sed interim lapsus sit annus, num sit in officio ad tantumdem temporis reintegrandus, quantum stetit impeditus, ac ab administratione suspensus, cum non facto suo, sed tertij euenerit, videtur esse reintegrandus, argum. *l. contra maiores, C. de inoffic. testam. l. 1. ff. de eo, per quem fac. erit, l. Cæsar, ff. de public.* In contrarium vrget doctrina *Bart. in l. si vno, §. 1 in fin. ff. locat. & in l. si prius, ff. de nou. oper. nunc.* vbi si ad tempus determinatum Officialis sit constitutus, si facto suo, vel tertij, seu fortuitu fuerit impeditus, concedens temporis subrogationem dare non tenebitur, illum ad tempus impeditum restituēdo, & probatur ex *text. in l. si vsufructus mihi, ff. de vsu, & vsufruct. leg.* Nec obstat per eum non stetisse, quin administraffet; nam hoc procedit quando contra impedientes, non autèm cum alijs tractaretur, *Iaf. in d. l. si prius*, posset enim contra tertium ad interesse agere, alias suæ fortunæ imputetetur. Et dum similitèr circa Electos in regimine Vniuersitatis dubitabatur, si donec super oppositis contra electionem disceptaretur, annus elapsus fuit, an ad tempus decursum illi sint restituendi? dic, id
88 fieri non posse, cum officij tempus metam habeat determinatam, quæ de momento ad momentum currit, & amplius non regreditur, nec subrogatur, *Bart. in l. & ideo exitatur, ff. de verb. oblig.* & decisum refert *Franch. decis. 419. & 451. Rot. Genuens. decis. 27. Addent. ad Capyc. dec. 125. num. 5. Caualc. decis. 25. num. 2. par. 2. Cabed. decis. 84. nu. 5. par. 2. Valasc. consult. 155. & 160. Reg. Valenz. consil. 44.* quod est pro cautela Ba-
89 ronis proteruos Officiales habentis, qui de eorum excessibus eos curet accusandos: nam antequàm defensionum tempus labatur, annus transcurret, & spes reintegrandi cessat, licèt absoluti fuerint. Verùm Officiali ab inquisitione absoluto salarium debetur, *l. 3. §. 1. ex improuiso, & l. ex causa,*
90 *ff. de re milit. l. cum allegatis, C. de re milit. lib. 12. Franch. Marc. decis. 676. par. 2. Add. ad Capyc. decis. 125. Tap. in Const. sub tit. de salar. Ann. in rubr. de vas. decrep. ætat. n. 222. Fontanel. de pact. nupt. clausf. 4. glo. 10. n. 105.* & an admittatur petitio fructuum, quos lucrari potuisset? vide infra *num. 117.* Si autèm fuerit priuatus, & tunc distingue,
91 aut dolo, aut culpa, aut casu priuatur, iuxta *Felin. in cap. de quarta, num. 23. de præscript.* & si steterit infirmus, salarium debetur, *Paris. de sind. vers. salarium*, dummodo in administrationis loco permanserit, secus si sine licentia discesserit, *l. hac lege, C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. & ibi glo. Carau. Rit. 7. num. 2.* & quando debetur salarium, limita, si alter substitutus inseruierit, *glos.*
92 *in cap. clericus, in fin. dist. 91. Surd. consf. 42.* ne Baro duplici salario grauetur, *l. matriculam, & ibi glos. C. de agen. in reb. lib. 12. Georg. alleg. 20.* Quid si propter contumaciam coram Superiore contractam se absentauerit, tunc quia suæ culpæ tribuitur, licèt absoluatur, salario tamen pro tempore priuari poterit, maximè cum Officiali contumaci audientia denegari possit ob iurisdictionis incapacitatem, *l. contumacia 13. ff. de re iud. Ann. sing. 52.*

Sed interdicta Officiali administratione, vel illo intra annum ob delictum, vel aliquam causam priuato, an nouus constitui debeat Officialis per annum, vel alius
94 sit vsq. ad tempus anni prædecessoris subrogandus? Videtur nouus esse creandus Officialis annalis, cum lex nostra generalitèr dicat, eos esse annales, vndè generalitèr intelligi debet, *l. 1. §. generaliter, ff. de leg. præst. l. de pretio, ff. de publ.* Alij quod vsq. ad tempus prædecessoris subrogari debeat, cum hoc non sit in fraudem, sed fit subrogatio, quæ cum tempore prædecessoris vnitur; subrogatio enim temporis, & qualitatis subrogati prærogatiuam attrahit, *l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis caut. vbi omnes, Gabr. Rom. conclus. 2. de reg. iur.* & quod aliquis subrogari possit, addu-
95 citur *text. in l. 3. C. de offic. Præfect. Prætor. Orient.* ibi, *Si quos Indices, vel propter diuersam valetudinem, & negligentiam, aut furtū, vel simile aliquod vitium; sublimitas sua inutiles esse reperiret, his ab administratione remotis, alios subroget.* & ita Officialis minus
96 anno constitui poterit. At hoc intelligo data temporali suspicione, interim alius est subrogandus, seu locumtenens creandus, nè vasalli iustitia fraudentur, *de Pont. dec. 25. nu. 13.* Sed si fuerit perpetuò amotus, & priuatus Officialis, ita vt spes non sit redeundi, pro mortuo habetur, & propterea de subrogando non est tractandum, sed de alio prouidendo, & prouisio debet esse perfecta de anno; subrogatio enim propriè stat, quando Officialis viuit, vel habet spem reintegrandi, alias impropriè in alicuius locum quis subrogari dicetur, illo mortuo, vel priuato.

97 An etiam culpa officium quis amittere possit, si in tempore in commissione præfixo ob negligentiam, vel aliam causam venire non curauerit? Et videtur dicendum, moram purgari posse, *l. si insulam, ff. de verb. oblig. vbi Bart.* si habito pretio quis per annum seruire, vel aliquod determinatum tempus constuere promiserit, si ex casu, vel culpa defecerit, tantumdem temporis substituere tenetur, cum ius suum non sit factum deterius, *l. Cæsar, ff. de publ.* vbi impeditus non punitur. Contrarium ta-

O

tamen puto verius, videlicèt oppositā procedere, quando tempus est indeterminatum, certum principium, & finem non habens, tunc non data instantia semper mora purgari potest; sed si tempus sit assignatum certum, tunc mora nocet, & ad-
98 mittere purgationem quis non tenetur, vltra ea, quæ obscurè dixit *Bart. in l. & ideo ff. de verb. oblig.* sic *Bald. in l. liberti, num. 21, C. de oper. libert.* dicens, si tempus sit limitatum, & quoad principium, & finem præstitum illud assignatum dici pro forma, & tempus pro tempore dari non posse; vndè
99 culpa sibi imputetur, & si casus fuerit, suæ fortunæ tribuatur, *l. si pecuniam, ff. de cond. ob caus.* vndè si Officialis re integra non venerit in termino, alio promoto respui poterit; nam quis eatenus Officialis dicitur, quatenus mandatæ iurisdictionis conditiones seruauerit, *Bald. in l. diligenter ff. mandat.* Et interest quamprimum pos-
100 sessionem capere, maximè si pluribus sit concessum officium; nam collatum officiū, nisi acceptatio, & possessio interueniat,
101 effectum non habet, ita vt secundus capta possessione primo electo in dignitate præferatur, argum. *l. 1. C. de consul. libr. 10. Marc. Anton. Surg. fol. 308. Rouit. hic nu. 12. Boer. decis. 150. num. 7. Frecc. tit. Quis Dux, num. 56. Franc. de Leo. in sua praxi cap. 6.* non enim dicitur quis electus, nec iurisdictionis authoritate gaudet, nisi susceptā officij administratione, *Luc. in l. Iudices, C. de dignit. lib. 12.* nec ante commissionis præsentationem, & acceptationem à Communitate factam, aliqua vti poterit prærogatiua, nisi accepto sacramento de benè administrando, *Ann. alleg. 143. Franc. dec. 393 Guid. Pap. decis. 286. Dueñ. reg. 234.* Et quā-
102 do quasi possessio officij capta dicatur, vide *Boer. decis. 150. num. 6. Addent. ad Capyc. decis. 151.* & adeò efficax est officij capta possessio, vt post susceptam admini-
103 strationem, si quid contra Officialem ad impediendum officium opponi posset, id in plenario iudicio coram Superiore sit discutiendum, & interim suspendi non poterit, *Couar. var. resolut. cap. 16. num. 11. lib. 1. Ann. cons. 80. num. 24. Rouit. Pragm. 2. de admin. Vniuers. num. 43.* Sed ante captam possessionem quælibet exceptio impedit, nè ille exerceat, quousq; diffiniatur, *l. qui status, ff. de re milit. l. 1. §. pen. ff. de muner. & honor. Franch. decis. 419. in princ.* & infra
104 *num. 162.* hinc est, vt Officialis vno reluctante, in officij continuatione confirmari non possit, vt dicam infra *num. 125.* Debet tamen Baro aliquod habere temperamentum in non eligendo alium Officialem post decursum tempus præfixum prima concessione officij; nam licèt ram prætaxata dies constituat, iuxta *l. magnam, C. de contr. stipul.* æquitas tamen suggerit, ne statim commissa mora ad actū procedatur inobseruationis, sed aliquod temporis spatium expectetur, iuxta *glos. in l. Æmilius, vers. restitui, ff. de minor.* quæ tā in die à lege, quàm ab homine assignata procedit, *Gabr. Rom. conclus. 9. de sol. nu. 28.* & hanc communem opinionem firmat *Dec. cons. 318.* vndè consultò Barones per aliquos dies vltra tempus in commissione adiectum, expectare debent, *Thes. decis. 77. & 212. Mascard. in tract. de prob. concl. 1071 num. 24.*

Aduertendo, prædicta ante captam possessionem procedere, sed post susceptum
105 officium, si Officialis cum licentia abfuerit, non redeundo, vt alius in eius locū subrogetur, interpellatio requiritur, *Marsil. in l. vnius, §. cogniturum, ff. de quæst.* etiā si determinatè fuerit concessa licentia, ita *glos. in cap. quoniam, §. porro, vt lit. non contest. Gabr. Rom. cit. conclus. 9.* Et si Officialis sine licentia discesserit, cùm omnino residere teneatur, vt inferius *num. 140.* officio priuari poterit, *l. meminisse, ff. de offic. Procons. l. si fortè, ff. de offic. Præs. Auth. de adm. § si quis autem, Rit. M. C. 7. Pragm. 8. de offic. Iudic.* & etiam alia temporali pœna, iuxtà officij circumstantias puniri potest, vt per *Consil. Gizzarell. decis. 30.* & de stylo Regię Cancellariæ in omnibus commissionibus Regiorum Officialium apponitur clausula, *Quod si discesserint absq. licentia, sint ipso facto officijs priuati*, prout de facto priuantur, vt refert *Præs. de Franch. decis. 455.* & etiam additur alia clausula, *& secus non agatur sub ira Regiæ indignationis*, quæ corporalem pœnam continet, ex adductis per *Rouit. Prag. 3. à num. 6. de off. Mag. Iustitit.* Si verò fuerit Officialis infirmus, Baro donec ille reconualuerit, expectare, & locūtenentem interim creare debet, nisi infirmitas esset nimis longa, vt infra à *nu. 117.* & circa priuationem dixi supra *num. 76.* Superiorem esse adeundum, ex *cap. Reg. 35.* licèt de facto parum seruetur; sed si in cōmissione erit pactum nè Officialis sub priuationis pœna ipso facto se absentare habeat, ratione conuentionis Baroni ex verbis resolutiuis alium creare licere non dubitarem.

Casu etiam quis officium amittere poterit, etsi ad interesse actionem habeat,
106 veluti si terra à Barone, qui promisit officium, ante illius captam possessionem vendatur, nouus emptor ex Regula *l. emptorem, C. locat.* venditoris facto stare non tenebitur, *Borg. decis. 25. par. 2.* facta enim
107 venditione, & resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, *l. lex vectigali, ff. de pignor.* quem *text.* exornat *Bald.* quamplurimis exemplis in *cap. 1. §. rursus, de contron.*

trou inuest. Cagnol.in l.2.C.de pact.inter empt.
108 *& vendit.* Idem quoq. obseruatur, si Baro delinqueret, & contumax fieret; nam eius iurisdictio tunc suspenditur, & Prorex in feudo contumacis Officialem destinat, donec ille tedio affectus comparuerit, ex *cap.1.de milit.vas.qui contum.est*, dūmodo sit contumax pro delicto capitali, *Liparul.ad Andr.in d.cap.1.Capyc.dec.131. Frec.de subfeud.auth.29. num.11. Ann.singul.52. de Ponte tit.de prouis.fieri solit.§.1.* contumax enim facti infamiam incurrit, quæ eum à dignitate repellit, & sic à iurisdictione, quam in dominium feudatarius habet, *Andr.in Constit.Clem. vers.nunquid exercebit*; fructus verò ad feudatarij beneficium remanent, *Frec.& Liparul.locis cit.* Et similiter si pro feudatarijs debitis de dereto Sacri Consilij per personam destinandam a Prorege iurisdictio sequestretur, quod sæpè obseruari ait *Ann.sing.180* Sed intelligit *Reg.Rouit.in Prag.3. ex n.16. de ord. iudic.* & sequuntur *Montan.de regal. §.potestas, sub num.3.* nouissimè *Reg.de Marin.obseru.ad decis.51.Reg.Reuerter.* iurisdictionem sequestrari posse ad instantiam tantum creditorum cum assensu; nam aliàs creditor in actione personali super iurisdictione, vel feudi corpus manus apponere non posset, *Camer.in cap. Imperialem, fol.51.lit.k.Franch.decis.593.circa fin.* prout nec exequutionem facere super feudi fructibus, qui vti illius pars non sunt in commercio, nisi à solo separati, vt docet *Camer.vbi supra fol.19.lit.D.& in cap.1.ex num.95.in agnat.Montan.controu.27. à n.7.* Verùm pluries fuit decisum in Sacro Cōsilio ad instantiam etiam creditoris absq. assensu, iurisdictionem feudi sequestrandam esse, rationes adducit *Amicang.q.feu. 18.ex num.62.* & aliam fortiorem addo, quia creditor manus in iurisdictionem nō apponit, sed dominus directus in duritiam feudatarij debitoris personali actione obnoxij satisfacere nolentis Officialem demandat, quando ad vendendum feudum cogi posset, *Loffred.cons.46.Franc.de Amic. de his, qui feud. dar.poss.fol.10.* Intelligē tamen in bonorum burgensaticorum defectum, iuxta ea, quæ aduertit idem *Camerar.vbi supra lit.B.* & quando in effectu feudatarium debitorem in non soluendo, & obediendo pertinacem esse apparuerit, aliàs Sacrum Consilium destinare solet Commissarium ad annotandos feudi fructus, vt super illis à solo separatis exequi possit, vt paulò ante diximus; vel feudum locari decernit, & id regulariter fieri deberet; nam ex destinatione Regij Officialis multa incommoda, & interesse non solùm debitori, verùm etiam creditoribus resultare videmus, maximè quando feudi introitus sunt tenues. Posset etiam de iure sequestrari iurisdictio, si delicta, & vexationes Baronis essent generales, & continuę in vassallos absq. spe resipiscētię, ex adductis per *Peguer. decis.36. de Ponte tit.de elect.Offic.§.1.num.4.& dec.16.ex num.33. de Curt.in suo diuers.feud.fol.9. num.46.* & notatis supra *Pragm.3.num.64.& à nu.76.* & obseruatum fuit hoc anno 1662. contra Illust.Marchionem Vasti, qui quamuis se præsentasset aduersus inquisitiones, & maximas vexationes ciuibus Terræ Serræ factas, fuit per Suam Exc. ad relationē Regiæ Iunctæ, in qua interueni, destinatus in ea Terra Gubernator, donec aliter, dum vexationes à suis non cessabant, & quia ad prosequendas fiscales informationes sic opus erat.

Et istis casibus quando iurisdictio sequestratur, dicitur etiam resolutum officium à Barone alicui concessum, ex regula prædicta resolutionis datoris, prout in praxi continuò obseruatur; secus si sequestrentur tantùm fructus, quia Baronis suspensio, gratiam habili tempore concessam, cuius qualitas est annalis, non resoluit, vt dicit in simili *Gayll.obseru.317.p.1.* & quia ius datoris non finitur, *l. commodis, ff.de re iud.Boer.cons.21.* hinc suspensio beneficiatum à voce eligendi, & fructuum perceptione non priuat, *Bart. in l.more maiorum, num.15. & ibi Soc.num.61.ff.de iurisd.omn.iud.*

Indè contra conductorem in Sacro Cōsilio fuit conclusum, esse Officiali electo per Baronem ante locationem consignan-
109 dam possessionem, quia dominium per locationem extinctum non fuerat, *Franch. decis.216. Mastrill.lib.4.cap.17.num.86.* & è contra facta venditione, per quam dominium transfertur, emptor Officiali electo per prædecessorem stare non tenebitur, ex traditis per *Osasch.decis.82.* nam si
110 iurisdictionis fructus est Officialem cōstituere, vt infra, fructus ante tempus, & immaturè percipi non possunt, *l.& hæc distinctio, ff.locat.* secus verò si ante venditionem terræ officium vacauerit, & prouisum fuerit, cum eo casu legitimo iure illum iurisdictionis fructum Baro perceperit, *Reg.Rouit. cons.81. ex num.5.* qui & nititur ex *num.8.* defendere, idem procedere si officium esset de proximo locaturum ante venditionem. Sed si Officialis antè venditionem in possessione reperiatur, an per nouum emptorem expelli possit, vel officium continuare habeat? videtur secundùm prædicta, quod resoluto dominio datoris, cesset ius acceptoris, & confirmatur ex *Afflict. decis.101.* vbi officium Actuariæ cuidam per Archiepiscopum concessum per successorem rectè fuit

O 2 re-

reuocatum, sicquè *Capyc. decis.* 171. Item
111 Officiales creare, & ius præsentandi habere, rei dicantur fructus, *Felin. in cap. cum olim, de maior. & obed. Menoch. cons.* 180. *nu.* 62. *volum.* 2. & facta venditione emptor fructus omnes lucratur, supra *num.* 47. Sed contrarium puto dicendum, nam multa facta tenent, quæ impediuntur facienda, *l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel alie.*
112 *iur.* sicuti enim morte re non integra iurisdictio concessa non extinguitur, etiã si Princeps successor a prædecessore caussam non habeat, *l. & quia, ff. de iurisd. omn. iudic. Aretin. in* § *rectè, Instit. mand.* secus re integra, *Borgn. decis.* 44. *num.* 6. ita est dicẽdum in casu nostro reperto Officiali in possessione, & sic re non integra, *Gab. Rom. concl.* 1. *de præb.* Itèm cum Officialis habili tempore ad officium, cuius qualitas est annalis sit creatus, per annum reuocari non poterit. Nec obstat *alleg. dec. Afflict.* nam ibi de officio in perpetuum concesso tractatur; nec refragatur, Officialem constituere, esse in fructu; nam isti fructus satis dicuntur percepti data commissione, & posito Officiali in possessione, *Reg. de Ponte cons.* 31. *ex num.* 17. eò magis, quia ius emptoris in nihilo efficitur deterius, & sic decisum testatur in Sacro Consilio *Viscon. ad Franch. cit. decis.* 216. *Reg. Rouit. loco su-*
113 *pra cit. num.* 4. *&* 17. Successor insuper colono stare tenetur, quando scit Officialem adesse, videtur tunc facta venditio in eo, in quo res est, & sufficit præsumpta scientia, *Borgn. dec.* 16. *num.* 14. *par.* 2. *Surd. decis.* 264. *cum seq.* in casu nostro iure scire debebat emptor in terra Officialem adesse, secus si prouisio pro pluribus annis facta fuisset, *Borgn. decis.* 44. *num.* 9. *Bertaz. de clausf. fol.* 80. *Peregr. de iure Fisci, tit. de ven. fisc. num.* 32. Et in terminis pro anno in-
114 choato successorem teneri stare colono aiunt *Bald. in l. emptorem, num.* 7. *C. locat. vers. sed pone colonus, Surd. decis.* 52. *num.* 12. *& Osasch. decis.* 82. *in fin.* vbi emptor pro pendentibus fructibus partiario colono stare coactus fuit, pro sequentibus verò annis non teneretur, sed pro anno inchoato tantum, *Franch. decis.* 393. *num.* 5. Idem dicendum erit, si Baro moriatur; nam eius
115 morte concessiones expirant, *l.* 4. *vbi glo. & DD. ff. locat. cap. si gratiose, de rescrip. in* 6. *Couar. pract. quæst. cap.* 4. *Afflict. decis.* 101. *Franch. decis.* 165. *num.* 7. *Molin. de primog. cap.* 25. *num.* 8. *cum seq.* si feudum ad Regem deuoluatur, vel ad agnatum vti feudum ex pacto, secus verò si feudum esset hæreditarium, quia tunc non solùm si Officialis esset in possessione, verùm etiam si solùm patentes haberet literas, successor heres ratum factum defuncti habere tenetur, iuxtà terminos *l. cum à matre, C. de reivind.*

vt dicam infra *Pragm.* 8. *par.* 2. *num.*
117 Casu etiam Officialis ab administratione remoueri poterit, si infirmetur, & morbus sit talis, qui personam diù inhabilitet, iudicio medicorum, quibus est credendum, *l.* 1. *ff. de ventr. inspic.* tunc dimitti à Barone poterit, *l.* 2. *C. de offic. eius, qui vic.* & alius subrogari debet, iuxta *l.* 3. *supra cit. de offic. Præfect. Prætor. Franch. Marc. decis.* 917. *Mascard. de probat. conclus.* 593. debetur tamẽ salarium, cum fortuito casu hoc ei acciderit, ex *l.* 1. § *Diuus, de var. & extraord. cognit. Capyc. decis.* 125. *Viu. comm. opin.* 87. secus si culpa sua, *Bart. in l. Mensa, ff. de ann. legat. Reg. Tapp. in cap. Reg.* 35. *sub tit. de Offic. constit. num.* 8. Qualis enim debeat esse infirmitas, & si salarium ea durãte debeatur, *Carauit. rit.* 7. *& idem Tapp. super* 6. *Pragm. de Official. in cap. Reg. Quia de Vicarijs*, & dixi supra *num.* 91. Et quando quis salarium officij, quod non exercuit, petere valet, non tamèn admittitur ad petendos fructus, quos lucrari potuisset, cũ illud lucrum sit ex industria, & labore, quod non est in fructuum consideratione, *Frec. auth.* 3. *in fin.* implicitè *Franc. dec.* 216. *in fin. & Mastrill. de Magistr. libr.* 1. *cap.* 21. *num.* 89.

Remoueri etiam poterint Officiales, si ipsos non esse Principi subiectos constiterit, quia fortè Clerici essent, *l. repetita, C. de Episcop. & Cler. Prag.* 1. *de Eccles. person. & Reg. Tapp. de iur. Reg. tit. de Episc. & Cler. à num.* 3. ampliat etiam si officium iurisdictionem annexam non haberet, *Couar. cap.* 33. *à num.* 6. *pract. quæst.* Valdè enim absurdum esset ad officia secularia Clericos admitti, tum quia diuinis vacare debent, tum quia delinquendo à Principe castigari non possunt, nec consuetudo in contrarium valeret, *Surd. cons.* 39. *Caball. lib.* 1. *resol. crim. cas.* 64. prout secularibus rerum Ecclesiasticarum administrationem non committi mandat *Summus Pontifex in cap. iudicatum, dist.* 89. *cap.* 5. Et procedi, etiam si post officium Clericus efficeretur; nam ipso iure officium vacare dicitur, *l. omnes, C. de Episcop. l. Prætor, ff. de vacat. mun. Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 96. prout in feudis illa enim aperiuntur agnatis, si feudatarius primos ordines susce-
121 perit, *cap.* 1. § *qui Clericus, si de feu. defun.* sic etiam si sit exterus Regni, vel aliquo foro incapaci priuilegatus, nam poterit ab officio remoueri, vt in *cap. Reg. Vt nihil.* Exterus enim de facili ad patriam suam redire poterit, & amplius de officio non sindicabitur, dum eius persona ad redeundum cogi non poterit. Quis autem dicatur de Regno, vltra *Pragm.* 1. *de immun. Neap.* per *Pragm.* 1. *de offic. prouis.* fuit declaratum eum posse nominari talem, qui vxorem

du-

duxit, & saltèm quinquennio in Regno
122 habitauit, & domum habuit, & ibi *Rouit.* discutit an filius Hispani in Regno Regnicola dici, & Hispanorum priuilegio potiri possit? tamèn aduerte, Hispanos non reputari exteros in officijs Regni acquirendis, ita vt habeat locum dicta conclusio, *Add. ad Capye. dec.* 178.
124 Postremò quæri poterit an Princeps ad nutum Officiales annales reuocare valeat, cum Magistratus sint de iure ciuili, super quo Princeps ad libitum disponere, & mutare poterit, *Bald. in l. rescripta, C. de precib. Imper. offer. & Andr. in Const. Ea, quæ ad decus,* dicunt, quod sic. Sed receptior est opinio, Principem sine vrgenti causa Officialem infra tempus ordinatum remouere non posse, ad *tex. in Auth. de refer.* §. 1. *Decet enim beneficium Principis esse mansurum,* ait *text. in cap. decet, de regul. iur. in 6* & diceretur Officialis de facto esse spoliatus, *Capyc. decis.* 121. *Boer. decis.* 149. *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de elect. Offic. n.* 5. *& infra Pragm.* 8. *num.* 44.

Plus autèm anno Officialis in officio esse poterit, si confirmetur, dummodo cõfirmatio iuridicè fiat, idest accedente om-
125 nium ciuium consensu; cum acceptatio, & Officialis refirmatio ad singulos, vt singulos pertineat, §. *fin. vers. si verò, Auth. de defens. Ciuit. Franch. decis.* 2. *num.* 21. ita vt vno reluctante ciue non habeat locum. Verùm hęc oppugnatio per ciues electionis tempore fieri debet; nam postea erit frustratorium, vt probat *text. in l. pen.* ibi, *Cum initio contradicere habuerint, ff. de decurion. Franch. decis.* 609. In refirmatione verò Officialium Vniuersitatis si Baro ius
126 confirmandi habeat, semper ante confirmationem contradicere potest, *Ann. allegat.* 15. *in fin.* & maximè quia Baro in noui regiminis electione interuenire non potest, vt refert decisum *Amend. ad Franch. decis.* 219. *num.* 78. Et hoc anno 1657. dum ciues Galatanæ Sindicum, & Electos illius Vniuersitatis confirmassent, & isti absq. Ducis Acheruntiæ eorum Baronis confirmatione exercuissent, idem Dux Suam Exc. adijt dictam electionem impugnando, & me referente, ex his fuit decisum, nouam electionem esse faciendam. Act. Vendicto.
127 Et an Officialis confirmatus in fine officij duplicatum sindicatus tempus habere debeat, *Reg. Rouit. in Pragm.* 1. *de sind. Offic. num.* 30. illud duplicari firmat contra opinionem *Carauit. in d. Rit. art.* 9. Sed in praxi *Carauit.* opinionem vti æquiorem videmus receptam, cum vnicum dicetur officij tempus prorogationi vnitum; hinc licet Prouinciarum Auditores, & Iudices M. Curiæ sint biennales, si tamèn postea officium per triennium, & vltra exercuissent, non ideo sindicatus tempus eis augetur, & propterea idem obseruandum erit in officialibus Baronum, si officium vltra annum administrauerint.
128 Attenta autèm in Regno *Prag.* 1. §. 11 *de offic. Iudic.* prohibita est omnis officialium refirmatio, etiam supplicantibus Ciuitatibus, & Prouincijs, quod intelligitur de officialibus tàm Regijs, quàm Baronalibus ex rationis identitate, & verbis generalibus *dict. Pragm. Viu. decis.* 129. & in
129 fraudem Barones post annum de alio officiali prouidere non solent, vndèq. in officio reperitur continuat, dum successores aduentum expectare tenetur, & inferius. Potest tamèn ad vasallorum instantiam Baroni a Superioribus mandari, vt alium eligat Gubernatorem, aliàs prouidebitur, quod desistat: & idem in officiali iurisdictionem non habente videtur dicē-
130 dum, scilicèt confirmari non posse, vti de officialibus Vniuersitatum innuunt *Ann. alleg.* 15. *Viu. loco cit.* Verùm contrarium apparet tàm ex verbis *d. Prag.* quam ex *Franch. decis.* 609. vbi Sacrum Consiliũ declarauit validam Sindici confirmationem per Vniuersitatem factam, quod non esset si Prag. eis obstaret. Nota tamèn facta semel prærogatione amplius non licere confirmare, nè protrahatur ad infini-
131 tum, ad *text. in Auth. de defens. Ciuit.* §. *fin. & Io. de Plat. in l. nullus apparitor, nu.* 2. *C. de diuer. offic. lib.* 12. ait, prædæ præsumptionem esse contra eum, qui ad officium, quod semel administrauit redire appetit. Et licèt *Dom. Rouit. in d. Pragm.* 1. *num.* 12. *de offic. Iudic.* dicat per contrarium vsum *d. Pragm.* fuisse derogatum, intellige non per contrarium vsum, quo legibus derogatur, sed quia officia Regia prouidentur a Principe, qui maximè eum causa super iure positiuo dispensare potest: vndè confirmando, vel pluriès refirmando nõ abro-
132 gare, sed super lege dispensare præsumitur, iuxtà adducta supra in *Pragm.* 1. *ex num.* 167.

Neq. sub colore poterit Officialis refir-
133 mari in Locumtenentèm, vel Commissarium ad causas; nam adeò est prohibita officiorum continuatio, vel vltra annum exercitatio, vt nec ad diuersa quis admittatur, si sit de connexis, vel dependentibus; si enim vno anno quis fuerit Capitaneus in vna Terra, in sequenti pro Asses-
134 sore, vel secundarum causarum Iudice assistere non poterit, prout fuit iudicatum pro Terra Solofræ, *Ann. sing.* 479. *Franch. decis.* 479. Sed si in ea Terra maius adipisceretur officium admittitur, vt vidi iudicatum in contradictorio iudicio in Collaterali Consilio pro Doct. Octauio Terra-

rago, qui fuit Affessor in Ciuitate Cosentiæ, & post sex menses illius Prouinciæ extitit creatus Auditor, dum fuisset instatum iure non licere ad administrandum
135 in eadem Ciuitate, fuit dictum licere maiora exereceri; Actuarij verò etsi annales etiam esse debeant, iuxta *text.in l.officio,C.de numer.et act.lib.12.et cap.Reg.283. Ann.singul.369.* officium tamen eis continuare permittitur, dato prius sindicatu, quia iurisdictionem habere non dicuntur, licèt vt supra dixi, Officialium appellatione veniant & dispositio cum eis ad ipsos Actuarios in multis extendantur, sic
136 pluries decisum etiam in Collaterali Consilio refert *Rouit.ad Pragm.1.n.10.de offic.Iud.*

Debent inquam Officiales tamdiù vacare,quamdiù exercuerunt, *Prag.1.§.2.de offic. Iudic.* quod erat prius sancitum per *d.cap.Reg.Item quod prædicti Officialis Iustitiarij*, quod procedit quando officium in eadem Terra continuaretur, secus si in alia,*Rouit.ibid.num.12.* & in hoc differunt
137 ab Officialibus Vniuersitatū, qui quinquennio ab eisdem officijs vacare debent, & triennio à diuersis,*l.1.C.de muner.nō contin. lib.10.* Officialis verò iurisdictionis si vno anno post administrationem officio vacauerit, in sequenti exercere poterit; secus si officia essent omnino diuersa,& separata, veluti si quis vno anno fuerit Sindicus,excusari non poterit, si in sequenti anno creetur Aerarius, cum sint officia satis diuersa, & non dependentia, vel connexa ab Vniuersitate,*Franch.decis.210.in fin.* Quid autèm si vno anno fuerit vnus frater in officio, an sequenti anno alius esse possit,& secundùm *glo.in l.1.C.de muner.lib.10.ver.continuare,* munerum con-
138 tinuatio non prohibetur in fratribus,ex *l.3.C. eod.tit. & Rouit.* decisum refert *in Pragm.5.de admin.Vniuer.num.28.* Et quid
139 in iurisdictionis officio, an possit quis illud immediatè post fratrem adipisci? Videtur,quod non, cum successoris authoritas per prædecessorem fratrem commissorum coertionem in sindicatu, in quo, & per ipsum successorem interuenisse mandat *Const.Volumus*,impedire posset.
140 Vltra annum etiam Officialis exercere poterit vsq. ad successoris aduentum, quem omnino expectare tenetur,imò vsq. ad eius possessionem, aliàs officium relinquere non debet,*l.meminisse,ff.de offic.Proconf.l.si fortè,ff.de offic.Præf.§.illud, Auth. de admin.*& id mandauit Rex Robertus in *cap.Reg.Scire vos volumus, & in Prag.8.de offic.Iudic. Add. ad Capyc.decis.151.* & ei debeatur salarium pro tempore, quo administrauit,etiam vltra annum,*Paris.ver. salarium,in 6.ar.Arnon.probl.20.& Capyc. dec.125.*

141 Remanet videndum dum Prag.nostra Officiales annales esse prouidet, & officij verbum est generale ad maiora, & infima pertinens,ita vt etiam coquus dicatur Officialis, vt dixi in *rubr.num.63.* Quæritur de quibus Officialibus intelligi oporteat; casus enim in iuris dispositione omissus remanet, *l.si extraneus,ff.de condit.ob caus.* & verba secundum subiectam materiam sunt intelligenda,*l.si vno,ff.locat.*Dic licèt Officiales intelligantur omnes habentes officium sine iurisdictione, *Alex.in l.1.ff. de iurisdict.omn. Iudic.* propriè tamen in potiori verò significato officialem dici, qui iurisdictionem ordinariam habet in Terra,vel Ciuitate,*Andr.in cap.1.Quę sint regal.§.ad iustitiam administrādam,versi strictò verò modo.* Indè Actuarij, etsi largo modo dicantur officiales, valdè fuit dubitatum,an quoad forum M.Curiæ sortiendum ritus beneficio fruantur, de quo supra *num.58.*Sicq; delegati officiales non continentur, qui in multis ab ordinarijs differunt,*Marant.tit.Iudicium ordinarium, vel delegatum.*Vndè Pragm.nostra de officialibus ordinarijs,non de alijs est intelligenda: isti enim annales esse debent,& ordinarij dicuntur Gubernatores, Affessores,Iudices Baiulorum,Portulanorum, & ponderum. Eorum verò Affidatores licèt iurisdictionem habeant, officium vltra annum tenere posse fuit decisum in Sacro Consilio inter Vniuersitatem Orioli, & Marchionem.Act.Iubeno.Aduerte tamèn
142 in multis locis tàm Affidatores,quam vtiles aliquarum iurisdictionum Dominos non per annum, sed perpetuò officiū exercere,vt in Ciuitate Cosentiæ, vbi extat Secretus Matthęus Paganus,qui à Regia Curia illud Baiulationis officium Ciuitatis,& Casalium obtinuit, & dum oppositum fuisset in Regia Camera, vt desisteret,& officialem crearet, se defendit,& obtinuit, & decisionis rationem penetrare nequiui, nisi ex vi consuetudinis, iuxtà *tex.in l.neminem,C.de suscep.lib.10.& Reg. Tapp. in cap.Reg.64.sub tit.de offic.Procur. Cæs.* Similitèr dicit,Portulanos,Secretos, & similes illos exercere nō posse, nisi vbi alitèr esset consuetudo, vt asserit in Ciuitate Baruli, qua exceptione credo fuisse munitum dictum Matthęum,& conferunt tradita per *de Ponte conf.53.par.2.* Annales debent esse etiam Iudices,seu Audito-
143 res secundarum causarum, nec iure video receptam opinionem tenentium eos esse biēnales: nam nulla lege hoc cauetur, solùm constitutum est per *Pragm.1.§.1. de offic.Iudic.& 3.de offic.Iustit.* In Auditoribus Prouinciarum, qui biennales esse possunt; imò literæ,patentes pro vno anno tantùm ordinantur,cum clausula,*Et deinde*

dè ad nostrum beneplacitum, si benè te gesseris, & intelligitur tacitè refirmatus per
144 biennium, non quod ex commissione sit præfixum, & hodiè pro regula est constitutum semper esse biennales, & sine nota, antè finitum tale tempus non reuocantur, *Reg. Tapp. in tit. de offic. Mag. Iustit. Pragm. 1. num. 10.* & cum sit ita consuetum, sic seruandum est, iuxtà *text. in d. l. neminem*, vbi solitum producere valet, vt sint biennales, sed non vltra dicit ibi *glos.* Vndè si attendenda sit Pragm. cum ius commune nil disponat vltra annum, argui nō potest de Auditoribus Prouinciarum ad Auditores secundarum causarum Baronum, cum sub
145 maiori non veniat propriè minor, vt in *Clement. 1. de præbend.* nec est contra ius commune facienda extensio, *l. 2. C. de noxal. l. commodissimè, ff. de lib.* eò magis, quia non militat eadem ratio: nam Prouincia,
146 seu Metropolis (vti de iure dicitur; *tot. tit. C. de Metrop. Bellug. rubr. 1. §. iam supra*) habet sub se multas Terras, sic Archiepiscopus in sua Metropoli; vndè maius tēpus requiritur in purgando eam, & in audiendo eorum grauamina, & eorum morbis succurrendo, vt Præsidibus Prouinciarum congruit, *l. congruit, ff. de offic. Præsid.* & propterea Prorex authoritatē, & præeminentiam contra facinorosos etiam ex processu informatiuo cum clausula, *Ad modum belli procedendi* communicat, vt per ordinaria, & extraordinaria remedia Prouincia purgatur, *Carauit. rit. 47.* qui
147 refert prærogatiuas M. Cur. Vic. quasi omnes communicatas Regijs Audientijs, & sic videmus eas procedere in multis casibus solùm M. Cur. reseruatis, *Viu. decis. 1. 2. volum.* Impossibile tamèn esset, vel imperfectum opus diceretur, si per annum hi Auditores ad omnes Terras sibi subiectas animaduertere vellent, & proindè iustè est sancitum eos esse biennales. Non sic arguēdum erit in Auditoribus Baronum; argumentum enim de persona ad personam non valet, *l. si vnus, §. ante omnia, ff.*
148 *de pact.* & ex diuersis non fit illatio, *l. Papinianus, ff. de minor.* Auditor Baronis vltra dietam constitui non debet, vt dixi *3. Pragm. num. 231.* vndè tot Terras habere non potest, quas anno cognoscere, & subiectorum crimina coercere nequeat. Accedit, quod Terræ infeudatæ suum perpetuum habent Iudicem, qui est Baro, *Freec.*
149 *auth. 10.* ipse enim peruigil super subditos plusquàm Officialis esse debet, vt aduertit *Andr. in cap. Imperialem, § firmiter, num. 40. de prohib. feud. alien.* & sic annales esse debere videntur secundarum causarū Iudices, cum Prag. si aliàs voluisset, dixisset, *l. vnic. §. quin autem, C. de caduc. tollen.* tamèn de facto contrarium seruant, cum etiam vltra triēnium, imò perpetuò per-
150 mittuntur, sed multa transeunt parte non opponente, & non quod fit, sed quod fieri debet est attendendum, *l. obseruare ff. de offic. Præs. l. verum, ff. de furt.* Verùm in Sacro Consilio inter Vniuersitatē Theani, & Principem Hostiliani fuit prouisū, biennales esse posse secundarum causarū Auditores: sunt etenim non Iudices ordinarij, sed appellationum, quæ non sic frequentèr accidunt. Ampliatur dicta conclusio, quod etiam Vniuersitatis officiales esse debeant annales, & in multis cum iurisdictionum Officialibus æquiparantur: & icèt, vt per *Bart. in tract. de regim.*
151 *Vniuers.* distincta sint regimina, cum vnum pertineat ad Principem, & eius dependentes, aliud verò ad Vniuersitates: & vnum nil commune habeat cum alio, nec alter in alterius iurisdictione sit turbandus, vt dicam infra *Pragm. 10.* tamèn quoad modum, & normam in multis parificatur, prout in hoc, quod annales esse debeant, *l. 1. C. de mun. & hon.*
152 Alia verò officia sine, vel cum aliquali iurisdictione, vti Ciuitatum, vel carcerum custodes, & huiusmodi temporis stabilitatem habere non solent, & ad nutum reuocantur. Idem de Officialibus, qui eliguntur per Magn. Admirantem, & Mag. Cancellarium, *Franch. dec. 165. in fin.* Procuratores Fiscales Regiorum Tribunaliū de iure erant annales, *C. de aduocat. diuers. iudic.* de consuetudine tamèn sunt hodiè perpetui; Coadiutores tamèn Curiarum Baronalium ad nutum; in his verò, & alijs attēditur consuetudo, *Carauit. Rit. 17. Gam. decis. 353. Boer. decis. 149.* sunt enim multa
153 officia, quæ certam temporis non habent determinationem, prout Episcopi officiales, vti Vicarij, qui licèt ordinarij sint Iudices, non tamèn tempus habent præfixum, & sic ad Episcopi nutum eos
154 reuocari posse diximus *Pragm. 3. n. 200.* & sindicatui parere debent, *Couar. pract. quæst. cap. 4.* Sed Sacra Congregatio cum Ciuitate Tarenti contrarium mandauit, nè sindicatui stare teneantur, *Quarant. in suo Bullar. vers. capitulum.* Sunt & alij offi-
155 ciales perpetui, vt Regentes, Regij Cōsiliarij, Præsidentes Regię Cameræ, & alij multi, quibus à Rege eorum vita durante datur officium, hi officialium appellatione propriè non veniunt, *Boer. in tract. Mag. Consil. num. 144.* Nèc officialium di-
156 spositionibus subiacent, & indè non sindicantur, sed eos Rex singulis quindecim annis visitandos curat, licèt prius omni triennio visitarentur, *Marc. Anton. Surg. fol. 161. Freec. auth. 35.* de qua visitationis materia vide *Mastrill. de Magistr. libr. 6. c. 2.*
157 *cum seq.* & si malè se gesserint, per Visita-

tatorem suspendi,& Rege consulto priuari,& condemnari possunt. Iudicium,quod fit a Rege per suos Visitatores contra Officiales perpetuos ad officij priuationem, non est iudicium ordinarium,& plenariū, sed tantum ad ipsius Regis instructionem, vt sibi constet, *Andr. in cap. 1.§. quicumq. num. 35. de pace tenend.* & ideo capta informatione testes audita parte non repetuntur, nec processus copia datur, nè testium nomina sciantur, sed tantum dantur capita, aduersus quæ se defendere habeat, & factis defensionibus mandatur, vt a iudicatura desistat. At si Rex eum de delictis in officio commissis punire vellet, tunc plenariè esset agendum. A Prorege autèm an suspendi possint, dictum est supra *prag. 1. num. 34.* Conueniri tamèn poterunt in ciuilibus durante officio, nè priuatorum actiones tollantur, *D D. in l. pars literarum ff. de iudic. Dueñ. in regul. Officiales*,& contra eos instrumenta liquidantur, *Reg. de Ponte tit. de assess. reg. §. 7.* Requisita tamèn quæ

158 sunt de essentia, antequàm quis ad aliquod prædictorum officiorum, & quæ Princeps constare oportet, refert *Afflict. in Constit. Vt vniuersis*, nisi Princeps motu proprio, & ex certa scientia quemquam eligeret, licèt inhabilem, habilitatus tamèn,& idoneus præsumitur, *l. 2. C. de crim. sacril. Capyc. decis. 178. Mascard. de prob. cõclus. incip. electus*, Finalitèr Officialis pluribus annis exercere poterit in parua Villa,& Terra: nam proptèr emolumentorum officij exiguitatem non facilè habiles inueniuntur; exigua enim non sunt in consideratione, *Surd. cons. 261. num. 10. lib. 3.* dixi supra *Prag. 3. n. 229.*

Porrò notamus etiam ad *text. nostræ Pragm. ibi, Quod & finito officio debeant stare, & parere sindicatui Officiales, & hoc faciendum per Sindicum eiusdem Ciuitatis, &*

159 *Terræ.* & sic cura imponitur Baroni, vt sui Officiales sindicentur: nam vti patri, suorumq. ciuiū protectori, vt dixi *prag. 3.*

160 onus curandi manet, vt damna à suis officialibus illata resarciantur; iurisdictio verò sindicandi Sindico, non autèm Baroni dirigitur; Sindicus enim,& Electi, sindicatores Officiali eligunt, & sic est notandum, vt paulò antè dixi, multa pertinere ad Vniuersitatem, quæ ad Baronem non attinent. Baro enim administrandi

161 dat iurisdictionem,& Sindicus, & Electi habent sindicandi iurisdictionem, sicq. officialis electio ad Baronem pertinet, *And. Quæ sint regal. vers. ad iustitiam administrandam, & Pragm. nostra hic, ibi, Barones prouideant*, acceptatio verò, & possessionis concessio ciuium est, ac Vniuersitatis; nam si à particularibus, non autèm ab vniuersis acceptaretur, iurisdictionem nullitèr exerceret, vt dixi in *praced.* hinc literæ commissionales Vniuersitati præsentantur,& eius officialibus administratoribus, qui ex iusta causa possessionem denegare possunt, cum acceptatio sit ciuium, &

162 quilibet ciuis oppugnandi ius habet, *l. si reus delatus, § fin. & ibi glos. ff. de muner. Franc. Marc. decis. 162. Auend. cap. 19. lib. 1. lib. 1. de exequ. mand. & supra n. 103.*

163 Recusari enim potest officialis ex multis, nempè si literas liberatoriales alterius officij non habeat, nam ad aliud assumendus non est, *l. neminem, C. de suscept. lib. 10. & est Rit. M. Cur. 295. Bar. in l. rescripto, §. debitores, ff. de muner.* vel si officialis

164 sit è Regno exterus, vel Clericus, aut miles, vel si secundùm capitula inter Baronem, & Vniuersitatem inita creatus nō fuerit, quia non sit Doctor, vel sit de aliqua Terra prohibita, iuxtà ea, quæ dixi *3. Pragmat. in fin.* vel sit odiosus, *Rouit. in Pragm. 5. num. 26. de offic. Iudic.* Itèm con-

165 tradici poterit, si officialis sit ciuis, vel si maiorem bonorum suorum partem, ibi habeat, vel vxorem ibidèm duxerit, *l. fin. C. de crim. sacrileg. l. fin. C. de offic. Rect. Prou. l. hi, qui, & l. si cui, ff. ex quib. caus. maior. Consti, Iustitiarijs per Prouinciam, Bonell. de Magistr. cap. 15. Add. ad Capyc. decis. 168. Franc. Marc. decis. 633.* & ratio est, quia amicitia,& consanguinitas mentem præuaricare, & iustum iudicium peruertere solet. Verùm si durante officio ibi vxorem ducat, an sit remouendus? vide notata infra in *Pragm. 9. num. 48.* Sic ortus, vel oriūdus refutari potest, ex *text. in l. 3. ff. de offic. assess. l. 3. C. de diuer. off. lib. 10. Franc. dec. 98*

166 ita ut neq. Præses, neq. Prorex quis in Prouincia, vbi feuda tenet esse possit, *Mastrill. lib. 2. cap. 7. num. 3.* limita si originarius alibi incolatum fecerit, *Bonell. de Magistr. cap. 5. num. 20.* In hac tamèn Ciui-

167 tate Neapolis, & Romæ ciues officiales esse possunt, quia Principis præsentia omnes suspiciones tollit, *l. 1. C. de his, qui per met. iudic. Franch. decis. 479. in princip.*

168 An autèm officiali a Barone electo,& ei sanguine coniuncto vasalli contradicere possint,& est dicendum, quod sic, existentibus tamèn litibus inter Baronem, & Vniuersitatem; eo enim casu à vasallis tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus causis iniustitiæ timor non abesset. Et si ciuilitatis incolatus ratione inhabilis, & suspectus redderetur officialis, quia stat in ciues affectus præsumptio, eadem iuris ratio, & præuaricationis suspicio procedere debent, si officialis non ciuibus, sed Baroni coniunctus fuerit. Itèm si Baronibus iurisdictionem exercere non liceat ob timorem, quem vasalli ex eorum præsentia concipere possunt, idem præsumptus me-

metus erit in officiale Baroni coniuncto, vel nimis eius domui familiare, *Rebuff. in l. fin. C. de decur. libr.* 10. vndè vasalli licèt grauati nè Baroni displiceant, eius grauamina regulariter sufferunt; secus autèm est dicendum si non adessent lites inter Baronem, & Vniuersitatem ex adductis infra *Prag.* 10. *num.* 132. Itèm denegari poterit officij possessio, si creatus officialis inhabilis fuerit, vti senex, morbo impeditus, vt in *cap. Reg.* 35.

169 Infamia similitèr si quis notatus fuerit, vel ob aliquod delictum etiam leue condemnatus in officialem respui potest, *l. vnic. C. de infam. lib.* 10. *cap. infamibus, de regul. iur.* imò etiam receptus instari posse vt remoueatur, *l. Iudices, C. de dignit. lib.* 12. *l. eadem, ff. ad leg. Iul. repet.* *Azened. libr.* 3. *tit.* 9. *l.* 7. *num.* 13. Duæ autèm sunt infamiæ species, alia iuris, alia verò facti. Infames iuris sunt, qui in aliquem ex casibus expressis denotantur in *l.* 1. *ff. de his, qui not. infam.* hi statim infamiam contrahunt, si declaratum fuerit eorum delictum. Infamia facti est, quando quis fama, & honore diminuitur, veluti si exercitia infamia exerceat, vel propter suam insolentiam à Republica eijciatur, *l.* 2. *C. de dig. lib.* 12. At si ex delicto pęna ordinaria quis nõ fuerit condemnatus, sed ex aliqua iusta causa

170 diminuta fuisset, ad pœnam temporalé, quia forsan in delicto dolus non erat, sed culpa, vel aliqua causa extiterit naturam delicti temperans, tunc tempore condemnationis transacto infamiæ locus non datur, vt probatur ex *l.* 3. *C. ex quib. caus. infam. irrog. Gamb. dec.* 139. *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 4. *glo.* 10. *num.* 56. *Ioseph. Sesse de inhib. in cons. posit. in fin. de sind. ex n.* 21. nisi delictum esset famosum, nam tunc etiã tempore condemnationis elapso, infamia durat, vt in *l. ad tempus, C. eod.* ibi, *Sed damno infamiæ post impletum tempus subijcitur, Caball. cas.* 172. Sed quid si de delicto quis

171 fuerit antè sententiam compositus, trãsactus, vel gratiatus, an adhuc infamia notatus dicatur? & videbatur negandum ex prædictis, nempè quia sequuta non fit sententia, pœna minorata, & ex compositione, seu transactione quis non dicatur confessus, dum vnicuiq. liceat suum sanguinem redimere, vt in *Pragm. seq. num.* 15. & ita *Gayll. obser.* 103. *par.* 2. contrarium tamèn iussum fuit per *tex. in l. non damnatos, C. ex quib. caus. infam. irrog. & in l. in actionibus, ff. eod.* vbi quod in causis famosis, scilicèt furti, & similium transactio, & eò magis compositio, mediante tamèn pecunia infamiam non euitat, secus si ex gratia fuerit liberatus, *Gabr. Rom. tit. de malef. concluf.* 23. *num.* 15. vel infamia fuerit remissa per Principem, cui tantùm compe-tit, & non Baronibus, *Baiard. quæst.* 59. *n.* 31. & diximus in *d. Prag.*

172 Sunt & aliæ oppositiones, quæ aduersus officialem a ciuibus assumendum proponi possent, quæ sparsim habentur per DD. & nouitèr cumulantur per *Barb. in l. cum Pretor, ff. de iudic.* & præcipuè si esset ille spurius, *Couar. pract. quæst. cap.* 19. *num.* 6. non autèm si esset naturalis legitimatus; nam iste nil a verè legitimis differt, vt latè per *Consil. Pascal. de patr. potest. par.* 2. *cap.* 4. *Ann. in repetit. rubr. de vasall. decrepit. ætat. ex num.* 420. sic si erit inquisi-

173 tus, *C. de reis postul. lib.* 10. *l. vn.* Idè si cautionem debitam de parendo sindicatui nõ præstiterit, ex *Pragm.* 1. *§.* 6. *de offic. Iud. & Pragm.* 3. *de offic. Iustit. Paris de sind. verb. fideiussor,* & in administrationis loco, non autèm alibi est præstanda, *Afflict. dec.* 137. *Osasch decis.* 70. verùm si ibi cautio non inueniretur, & in Regio Tribunali præstaretur, in subsidium est admittenda, *l. de die, §. iubetur, ff. qui satis. cog.* Regij autèm officiales in Regia Camera cautionem præstant, vt in *Pragm.* 41. *de off. Proc. Cas.* alias possessio denegari poterit.

Et proindè distincta esse regimina dixi; alia enim ad Baronalem iurisdictionem,

174 alia verò ad Vniuersitatem pertinent, prout sic de sindicandi iurisdictione, à qua ad Regios Superiores, non autèm ad Baronis officiales appellatur; nã iurisdictio ad eum, a quo fluit, refluere debet, *l.* 1. *§. cum vrbem, ff. de offic. Praf. vrb.* & quid de sindicatoribus delinquentibus, *Montan. controuers.* 69. prout similitèr dicimus de appellationibus, quæ à Nundinarum causis fiunt; nam cum sint a Rege constitutæ, ad eius Tribunalia est appellandum, licèt per Baronis officiales exercerentur, *Minad. cons.* 24. & dicam in *Prag.* 8. *p.* 1. *n.* 187. Idemq; procedit in causis Rationalium, *Montan. super præd. Pragm. de admin. Vniu.* & similitèr de appellatione à Catapanis ab Vniuersitate electis facta, *Franch. decis.* 511. & denegatam fuisse Baroni remissionem dicit *Tapp. in Constit. Magistros Camerarios, tit. de off. Procur. Cæs.* Præsides autèm, & Prouinciarum Auditores sindicãdi, potestas cuius sit, & quid de Regente, & M. Curiæ Iudicibus vide *Marc. Anton. Surgent. de Neap. illustr. cap.* 13. *ex num.* 28. & de tempore sindicandi vide *Pragm.* 3. *de off. Iudic.*

Progreditur Pragm. nostra, vt Baro officiales stare, & sindicatui parere procuret, quibus verbis notatur, officiales in administratæ iurisdictionis loco sindicatui stare debere, iuxta *l.* 1. *C. vbi de ratiocin. l.* 1. *§. C. vt omnes Iudic.* Hinc licèt quis totius Prouinciæ, vel plurium Terrarum iustitiam administrauerit in loco tamèn, vbi

175 maioris temporis parte exercent, non
autem in omnibus locis findicatui stare
tenetur, vt in findicatu Auditorum, & Iu-
dicum M. Cur. Vic. continuò obseruatur,
qui in loco Tribunalis, vbi exercuerunt
176 findicantur: & ad findicatum non solùm
Capitanei tenentur, verùm etiam Assessо-
res secundarum causarum Auditores, Ba-
iulorum, Iudices, & Locumtenentes,
etiam modici temporis, *Pragm. 5. de findic.
Offic.* licèt in Baiulis dubitent *Ann sing. 48.
Tapp. in Constit. Locorum*; ex prædictis ta-
177 mèn aliqui de consuetudine non findi-
cantur, vti de Baiulo Cosentiæ dixi supra
num. 142. lex enim per contrarium vsum
178 tollitur, & sic fuit prouisum pro
Actuarijs Regiæ Audientiæ Cosen-
tiæ, vt si eos findicari, non sit soli-
tum, non molestentur, prout videmus de
Actuarijs in nostris Tribunalibus; satis
enim quotidiè findicantur, dum eis præ-
sunt officiales, ad quos pro omni eorum
excessu, etiam officio pendente, recurri-
tur. Hæc autèm potestas findicandi ad
Vniuersitates, non autèm ad successores
officiales pertinet, vt dictat *cap. Reg. 132.*
nam hoc in desuetudinem, & contrarium
vsum abijt, *Addent. ad dictum cap.* Sed per
hanc *Pragm. 1. de findic.* Vniuersitati fuit
findicandi, & findicatores, & consultores
179 eligendi authoritas attributa; nec pa-
trocinari, vel eos protegere Barones de-
bent, nè quærelantes Superioris authori-
tatem in eorum officialium findicatu vi-
dentes terreantur, sed procurent, vt offi-
ciales findicatui pareant, & liberè findi-
centur; non paruus enim metus vasallis il-
latus dicetur, si Baro tacitè, vel expressè
se interponat, *Mascard. conclus. metus*, & ita
pluriès est per Sacrum Consilium decre-
tum, quod abstineant, & præcipuè inter
Vniuersitatem Theani, & Principem Ho-
stiliani, alias in foro poli non video cur
ipsi Barones non teneantur ad emendam,
quam vasalli ab officiali de eo, quod ex-
torsecat, vel iniquè iudicauerat consequi
potuissent. Et quando per findicatores ob
beneplacita officiales non fuissent puniti,
Princeps adiri potest, vt non obstantibus
literis liberatorialibus obtentis Iudices
ad eos inquirendum deputet, iuxtà notata
per *Reg. de Ponte decis. 26. Mastrill. libr. 6.
cap. 11. num. 12.* findicatum enim deberi de
180 iure diuino nonnulli dicunt, & præci-
puè *Auel. cap. Prætor, ver. iudicium findica-
tus, cap. 22. num. 4.* & proindè ab ipso, quē
absolui, vel impediri, nec Barones, nec
Rex facere possunt: fuit enim primò ius-
sum, Samuelem *lib. 1. Reg.* vt rationem pu-
blicè redderet (vndè sumpta est practica
findicandi) qui populo respondit: *Loquimi-
ni, nùm bouem, vel animalia cuiuspiam tule-
rim, si quempiam sim calumniatus, si aliquem
oppresserim, si de manu alicuius munus acce-
perim, contendat mecum hodiè, vt restituam
eis,* & posset addi, findicatum, defensionis
esse speciem iniuriarum subditis illatarū,
quas tempore officij ob reuerentiam Su-
periori debitam illi propulsare non pote-
rant. Sed contrarium censeo, non esse de
iure diuino; non enim omnia moralia
præcepta in lege Moysis posita, dominica
præcepta dicuntur, sed illa Decalogi, *Ti-
raquell. de retrac. in proem. num. 8.* hinc
181 Principem super findicatus tempore di-
spensare, & illud sæpius abbreuiare vide-
mus, vti à lege positiua introductum; vn-
dè saluanda est ea opinio, findicatum sci-
licèt esse de præceptis iudiciarijs de iure
diuino introductis, quæ infallibiliter non
obligant, vt Princeps dispensare non va-
leat, vt dicam infra *Pragm. 6.* Notandum
tamèn est Pragm. sancire, findicatum offi-
cio finito dandum esse; nam si officio du-
rante officialis conueniri posset, eius au-
182 thoritas vilesceret, dum de vnoquoquè
esset cauillandus. Et propterea etiam no-
183 ta, officialem magno debere decore ful-
gere, iuxtà aurea verba *text. in l. obseruan-
dum, ff. de offic. Præs.* & potius eum esse ex-
pellendum, quam vt cum indignitate, &
vilitate perma[n]eat, *Luc. de Pen. in l. fin. C.
de muner. lib. 10.* vndè malèfaciunt Baro-
nes, qui cum suos officiales errare videāt,
palàm ipsos reprehendunt, & aliquando
conuiciantur: quapropter eorum autho-
ritas vilescit, & à subditis contemnuntur,
& paruipenduntur.

Vltimò notatur in *text. Faciendo per
Sindicum Ciuitatis, vel Terræ*, Ciuitatem
184 à Terra differre: Ciuitas enim olim
erat, quæ defensorem habebat cum pote-
state ipsum eligendi, qui causarum ciui-
lium cognitionem obtinebat, vt in *Auth.
de defens. Ciuit. §. & Iudices, §. & iudicent,*
hodiè Ciuitates dicuntur, quæ Episcopos
habent, *cap. 1. & seq. 81. dist.* Verùm etiam
185 Princeps decorare Terram hoc titulo
potest, eam in Ciuitatē eligendo, *Bart. in
tit. C. de Metrop. Beryt. lib. 11. Capye. in inuest.*
186 *f. 109.* & an sola verba enūciatiua Prin-
cipis asserentis, & nominantis eam Ciui-
tatem sufficiant, vt ea censeatur tali ho-
nore decorata? vide *Rebuff. in l. 1. C. de Me-
trop. Beryt. Felin. in proem. decret. Ann. con-
sil. 44. num. 82. Cancer. var. resolut. libr. 3.
cap. 3. Bart. in Extrauag. Qui sint rebell. ver.
Lombardiæ, num. 6.* Terra autèm in Iure
187 variè capitur, & diuersis modis sumi-
tur; ponitur pro campo, pro possessione,
cap. quid pro noualle, de verb. signif. capitur
pro Ciuitate, Prouincia, vel Regno, vt in
cap. 1. de pac. tenen. & tunc dicitur à *terreo,
terres, Capyc. præcit. loc.* & Terra est, quæ
mo-

muris est circumdata, *Paris. de reintegr. Frecc. tit. de verb. signific.* quicquid tamèn DD. dicant, Terra in Regno stat, vt genus, Ciuitates, ac etiam multa Oppida, & Casalia comprehendens, siuè muris cincta, siuè non, *Frec. 2. auth. n. 25.*



SVMMARIVM.

1 *Criminum punitio basis est iustitia, quæ ciuium mores emendat: Deum placat, & offensos vindicat.*
2 *Pœnis, & præmijs Respublica continetur.*
3 *Veniæ facilitas magnum est delinquendi incentiuum.*
4 *Qui paucos castigat, multos emendat.*
5 *Delictorum coërcitio publica pietas nominatur, & parcere est occidere.*
6 *Delictum committens sex offendit personas, scilicet Deum, offensum publicum, iustitiã, & Iudicem ipsum offendente ex proximo, qui mala recipit exempla.*
7 *Iudex dissimulans, vel condignam pœnam non infligens, eadem pœna tenetur.*
8 *Rex Carolus Iudicem, qui pro homicidio manus pœnam imposuerat, suspendi fecit.*
9 *Barones vigiles in Officiales esse debẽt, aliàs culpa illis imputatur.*
10 *Pœna in dubio à Iudice ex causa diminuta præsumitur.*
11 *Componendi potestas ad magnam est iniquitatem redacta.*
12 *Aurum vbi placet iustitia tacet, & auaritia iudicante omnia pereunt.*
13 *Compositio quid sit, & quid extorsio si metu fiat.*
14 *Compositio nominari non potest, sed extorsio, quando de delicto non constat.*
15 *Transactio cum parte facta graue inducit inditium, secus si cum Iudice fiat.*
16 *Compositio ex causis iustificatur.*
17 *Pœna quæuis corporalis est omni pecuniaria maior. Quatuor literæ arbitrariæ quæ sint?*
18 *Prouentus sunt iurisdictionis fructus pro iustitiæ ministerio destinati.*
19 *Prouentus in feudorum introitu quare non ponantur?*
20 *Attenditur destinatio, non autem quod in consequentiam venit.*
21 *Barones causam destinationis prouentuum mutauerunt.*
22 *Causæ componendi vtilitèr enumerantur.*
23 *Pœna in non solito delinquere, vel in delictis leuibus, & alijs quamplurimis minuitur.*
24 *Mulieres ob sexus honestatem mitiùs castigantur.*
25 *Delicta quæ dicantur in Iure grauia, quibus non est miserendum.*
26 *Solito delinquere vltra delictum, de quo vltimò imputatur, est augenda pœna.*
27 *Pœnas alterare an sine Principis iussu liceat?*
28 *Foriudicatos occidere an sit peccatum?*
29 *Bestia Apocalipsis Superiores subditorum peccata non vindicantes designat.*
30 *Baro in compositionibus qualitèr se gerere debeat?*
31 *Officiales demaniales sine Principis licentia componere non possunt.*
32 *Baro post sententiam componere non potest.*
33 *Foriudicato reo, an Baro gratiam facere valeat?*
34 *Remitti an possint Baronibus foriudicati?*
35 *Appellatione pendente an Baroni componere liceat?*
36 *Baroni, & eius Officialibus an reum ad defensionem post latam sententiam sub noua defensionis prætextu admittere liceat?*
37 *Transactio à compositione in quo differat?*
38 *Transactio an ex superioribus probationibus annullari possit?*
39 *Sententiæ criminales non fiunt absolutoriè, sed nouis superuenientibus inditijs.*
40 *Instantia prima, vel secunda perempta perit delictum, & suscitari non potest, etiam si noua superueniant inditia.*
41 *Delicta quanto tempore præscribantur?*
42 *Prouentus sibi vsurpans qualitèr puniatur, & sic Iudex, vel Ærarius.*
43 *Princeps an de potestate absoluta parte non concordata gratiam de delictis facere possit?*
44 *Baronibus ad pacem subditos cogere an liceat? Et quid in Principe?*
45 *Compromittere an, & quando quis cogi possit?*
46 *Cautio de non offendendo, & sub verbo Regis præstare, quando, & à quibus cogi quis possit?*
47 *Gratia an à Principe sub conditione fieri possit, dummodo pars infra aliquod tempus remissionem procuret? Et quid in Barone? num. seq.*
48 *Gratia obtenta dummodo ad loca partis offensæ non accedat, an contraueniendo gratia expiret?*
49 *Superseßoria à Barone reo post contestatam litem conceßa, an elapso biennio, instantia perempta dicatur?*
50 *Instantia an partis consensu prorogari poßit, & indultus generalis an Baronum vasallos comprehendat?*
51 *Remißio partis in simplici indultu, armorum delatione, & similibus non requiritur.*

P 2 52 Ba-

52 *Baroni an gratias facere liceat in casibus, in quibus de iure partis remissio non requiritur.*
53 *Ius speciale ad regulam trahendum non est.*
54 *Princeps uti potestate absoluta, & supra ius dispensare non præsumitur, nisi euidenter constet.*
55 *Clausulæ ex certa scientia non obstante de plenitudine potestatis, sunt absolutæ potestatis usus argumenta.*
56 *Pœna commutari an possit in pecuniariam, nõ obstante remissione si fuerit leniter vulneratus persona infimæ conditionis.*
57 *Princeps casus, in quibus pars non dicatur offensa, declarare potest.*
58 *Iniuria ut quid, non reputetur consuetudo inducere potest.*
59 *Remissio partis non requiritur, ubi interesse, vel iniuria non adest.*
60 *Declaratur conclusio, cui ius accusandi, & remittendi competat.*
61 *Accusare an possit quilibet, ubi pœna Fisco est applicanda?*
62 *Remissio partis querelantis non requiritur pro contrauentione mandati, fideiussionis, & exilij.*
63 *Remissio non requiritur, si ad inuicem se iniuriassent.*
64 *Falsitas parti non nociua an sine partis remissione transigatur?*
65 *Remissionem an facere debeant hæredes, vel filiæ per dotationem exclusæ?*
66 *Remissio patris inuito filio an prosit?*
67 *Gratia obtenta absq. remissione partis offensæ est nulla.*
68 *Pœnæ Fisco, vel Baroni debitæ, parte non concordata remitti possunt.*
69 *Remissiones in Regno qualiter fieri debeant?*
70 *Pax facta inter nobiles an loco remissionis habeatur, etiam si penès acta non fuerit facta.*
71 *Remissiones cum conditione fieri non possunt.*
72 *Remissiones per Procuratorem qualiter fieri debent?*
73 *Remissionem facere si quis denegat, pretium excessiuum petendo, an Iudex arbitrare illud valeat?*
74 *Delicta sodomiæ, & blasphemiæ an componi, & per sententiam pœnę minui possint?*
75 *Casus omissus in iuris dispositione remanet, & ab eo restrictionem, & ampliationem recipit.*
76 *Pœnæ siuè legales, siuè statutaria sine Principis licentia ex causa minui possunt.*
77 *Pœna si in blasphemiæ delictis fuerit minuenda, an pecuniaria sit Baroni applicanda?*
Componi an possint blasphemiæ in Sanctos, cum Pragm. blasphemias in Deum, & B. Virginem prohibeat.
79 *Dispositio facta in casu maiori, ad minorem non extenditur.*
80 *Omissum pro omisso in statutis habetur.*
81 *Fugiens à triremibus, ad quas erat condemnatus, qua pœna puniatur?*
82 *Usuram committens, si bona non habeat, an alia pœna puniri possit?*
83 *Componere in attentatam sodomiam, vel falsitatem an licitè Barones valeant?*
84 *Statutum in sensu proprio, non autem abusiuo est interpretandum.*
85 *Læsæ Maiestatis crimen propriè committitur, quando directè Maiestas offenditur, secus si indirectè.*
86 *Pœna falsæ monetæ, vel assassinij non datur, si ad actum proximum non fuerit deuentum.*
87 *Lex transigere, C. de transact. transactiones fieri prohibens, in multis casibus locum hodie non habet.*
88 *Latrones ad compositionem admitti non possunt. Et quid in eorum receptatoribus.*
89 *Piratæ maris an latrones dicantur?*
90 *Crimina falsitatis an per Barones componi possint?*
91 *Componi an possit lenocinij crimen?*
92 *Leno propriè quis dicatur?*
93 *Compositiones in criminibus osculi, & raptus cap. Reg. prohibens, Barones non lædit.*
94 *Princeps per legis generalis viam an Baronibus præiudicare possit?*
95 *Lex localis extra non trahitur.*
96 *Pœnæ permutatio. sine partis remissione in sententijs ex causa, sed non ex gratia fieri potest.*
97 *Pœnæ commutationem ex causis intrinsecis sine Proregis licentia Iudices facere non possunt.*
98 *Præsumptio est semper pro Iudice.*
99 *Pœnam in inditijs indubitatis minuendam esse an perpetuò obseruetur?*
100 *Iulius Cæsar Imbrianus laudatur.*
101 *Pœna ordinaria in delictis grauioribus ex indubitatis inditijs dari potest.*
102 *Pœna omnino an sit in delictis antiquis minuenda?*
103 *Carcerem in pœnam cedere quando decerni soleat?*
104 *Pœna extraordinaria quando datur, an ad interesse condemnatio fieri valeat?*
105 *Pœna corporalis in pecuniariam an, & quando parte non concordata commutari possit? & n. 107.*
106 *Pœnæ qualiter sint arbitrariæ?*
108 *Pœna quando est minuenda, qualiter sit arbitranda?*
109 *Condemnari an quis possit cum potestate eam pœnam redimendi?*
110 *Pœnæ in sententijs alternatiuè, & cumulatiuè imponi possunt.*
111 *Electione pœnæ per reum facta variatio nõ datur.*

112 *Pœ-*

172 Abo-

172 Abolitio criminum triplex est, publica, legalis, & priuata.

173 Banni publicatio an ab ipsa publicatione, vel à die scientiæ currat?

174 Proditorium homicidium quod dicatur?

175 Indultatus an pristinum honorem, & famã consequatur?

176 Verbum indulgeo, & restituo in quo differant?

177 Banniti ex contumacia famam, & honores post concessam gratiam non amittunt.

178 Restitutio forisdicati ad quæ extendatur?

179 Princeps an spurium in filiorum legitimorum præiudicium legitimare valeat?

180 Restitutio per viam iustitiæ facta maioris est efficaciæ, quàm quæ fit ex gratia.

181 Restitutio ex causa pacis est plenissimè interpretanda.

182 Proreges ad famam regulariter restituere non valent.

183 Appellatio an suspendat, vel iudicatum tollat?

184 Sententia transacta in rem iudicatam in pœnis capitalibus reum infamat.

185 Priuilegia componendi, & gratias faciendi Baronibus concessa, cur suis Officialibus non competunt?

186 Baro an iurisdictionem suis Officialibus minuere possit, ne illi torturam inferant, vel ipsis inconsultis absoluant?

187 Iurisdictio particularis an per Baronem reseruari possit?

188 Iurisdictio in dominium habita ab alia obtenta in officium in quo differat?

189 Barones quæ suis Officialibus conferre teneantur, & quæ retinere poterint?

190 L. Titium, & Meuium, ff. de adm. tutor. vti singularis declaratur.

191 Priuilegio abutens illo priuari debet.

192 Abusum dolo esse commissum, probandum est.

193 Baro an exilij fines frangentes transigere possit absq; partis remissione.

194 Causa per Superiorem appellatum terminata, in qua reus ad exilium fuit condemnatus, an si reus non obseruauerit, Baro vti de nouo delicto illum punire valeat, vel Iudex appellationis hoc exequi debeat?

195 Exequutio sententiæ per Iudicem, qui sententiam tulit, est facienda.

PRAGM. VI.

Mandamus etiam, vt Barones, & eorum Officiales debeant malefactores, & delinquẽtes debitis pœnis punire, aut puniendos mandare: & hi, qui potestatem virtute suorum priuilegiorum habent componendi, permutandi, aut remittendi pœnas, ea potestate taliter vtantur, ne nos ex eorum abusu pro iustitia taliter prouidere cogamur.



IN tres partes hãc Pragmaticam diuido; prima delinquentes debitis pœnis esse puniendos. Secunda Barones componendi, permutandi, aut redimendi potestatem habentes, ea legitimè vsuros ordinat; Tertia verò potestate sibi tributa abutentes minatur.

1 Ad primam dico, satis esse necesse delinquentes debitis feriri pænis; nam criminum punitio basis est iustitiæ, hæc mores ciuium emendat, hæc offensos vindicat, hæcquè Deum placat, quem eorum nequitia ad iram prouocauit, &
2 Solon ex septem Sapientibus vnus, Rempublicam duobus substineri putauit, premio scilicèt, & pæna: premio, vt virtute, & meritis prædicti premia consequantur; pæna vt mali ex sceleribus perdantur, cũ ex eorum extirpatione publica deueniat lætitia, & certè nulla meliori via pax, & iustitia fundari possunt, quàm commissorum scelerum licèt leuium coerctione, vt à grauioribus malis homines prohibeantur, *23. q. 4. cap. qui peccat*; nam ob delicta
3 impunita sceleratorum grassatur iniquitas, & eorum augetur superbia, quos aliorum pæna humiles, & prudentes redderet, *18. q. 2. cap. diffinimus*: pæna enim vnius
4 metus est multorum, *l. 1. C. ad l. Iul. repet.* & qui paucos castigat, multos emendat; nam vnius supplicium reliquos saluos facit, *§. homicida, Auth. de mand. Princ.* & nil tantæ humanæ societatis interesse poterit, quanti delictorum punitio, *l. ita vulne-*
5 *ratus, ff. ad l. Aquil. & Vlpian. in l. 1. §. 1. ff. de obseq. præst.* delictorum coerctionem publicam pietatem appellat: nam ex criminis indulgentia ad iterata patranda flagitia relaxantur habenæ, *cap. nullus, de pænit. dist. 1.* & nullum maius delinquendi incentiuum, quàm veniæ facilitas, *cap. est iniusta misericordia 23. q. 4.* proteruorum inquam misereri, & eis parcere, est occidere, *dist. 1. de pænit.* & noua sex rationibus ex causis delinquentem puniendum esse, quia sex personæ offenduntur, primò persona offensa; solatium est enim offensi offendentis punitio, *Quintilian. declar. de*
6 *accusat. bonus text. in l. fin. C. ad Turpill.* ibi, *Nisi placata offensi parte omne Principis officium conquiescat.* Secũdò offenditur Deus;

nam

nam *quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.Euang.* & contemnitur Deus ex offensione proximi, quem cum charitate esse diligendum præcepit; vndè ex iustitia postea placatur,*Gregor.cap.4.lib.6.in reg.* Tertiò offenditur publica vtilitas, *Bald.in l.nemo,C.de Episcop.aud.* & ex punitione lætatur, cum sit aliorum emendatio,*l.1.vbi DD.C.de publ.lat. lib.2.* Quartò iustitia est necessaria propter ipsum offendentem;nam punitur,nè gehennæ tradatur,*11.q.2.cap.fraternitas*; pœna enim est delinquentis medicina,vndè magis diligendi sunt qui corrigunt, quàm qui parcunt, *cap.vindicta 23.q.4.* Quintò iustitia fieri debet ad aliorum exemplum, iuxta illud Poetæ:

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Vltima causa respicit Iudicem; nam satis
7 offenditur,cum delicta patrantur, & proindè ea impunita relinquere non debet, aliàs ipse ad eamdem pœnam tenetur,quę reo infligi debebat,singularis est *text. in l.seruos,§.fin. C. de vi publ. Bartholom.de Capua sing.14.Roman.sing.74.* Iudex enim lege clementior esse non debet, & ideò *Andr.in tit.Quæ sint regal. verb.bona committentium,sub num.76.*refert, Regem Ca-
8 rolum Iudicem, qui pro homicidio manu pœnam imposuerat,suspendendum mandasse, & *Valer.Maxim.libr.6.cap.3. histor.* narrat, Regem quendam excoriari iussisse Officialem delicta dissimulantem,& debitas pœnas reis non inferentem.Et Officiales hodiè ad id plusquàm Barones obligātur, cum iurisdictionis officium habeant, exerceant, & de omissis, & commissis tenentur, *Franch.decis.511.* Barones verò omissioni sunt obnoxij, cum in Officialiū gubernio peruigiles esse debeant, *Andr. in cap.Imperialem, §.præterea, num.40.* & sic ex prædictis,& alijs Barones,& eorum Officiales aduertant, vt pœnas condignas criminum authoribus irrogent, cum hoc tanti publicæ,& priuatæ vtilitatis inter-
10 sit. In dubio tamèn pro Officiali præsumitur ex causa pœnam diminutam, vel commutatam fuisse, *Gayll.de pac. public. 2.lib.obseru.9.Roman.singul.78.* & quando pecuniariam pœnam ex crimine descendentem,vel mulctam Officialis remittere, vel minuere possit, vide *DD.in l.illicitas, §.in fin.ff.de offic.Præs.Boer.dec.349.*

In secunda parte nostra Pragm. dicit, *Et hi, qui potestatem virtute suorum priuilegiorum habent componendi,permutandi, aut remittendi pœnas ea potestate taliter vtantur*, & sic notamus, istos tres terminos, quos ad huius Pragm. intellectum declarare est pernecesse, eò magis quia hoc scire ad Barones pertinet, dum in hac materia quotidiè se illaqueant; vndè hæc potestas ad magnam est quidèm iniquitatē
11 redacta,*Aug.& Bern.de consid.lib.1.* hæc potestas est pœnæ facilitas, & eam ad patranda delicta præstat confidentiam, vt tot, tantaq. mala quotidiè indè eueniant, cum Barones largam ansam, & habenas relaxent, ita vt in omni crimine, vbi bonum adest pecuniæ marsupium componant, manus ad iustitiam contrahant, &
12 eas ad pecuniam protrahant, vbi aurum placet iustitia tacet,vitium imperat.Nec scientia hodiè iuuat, cum Aduocatus in aliquibus Baronalibus Curijs quauis sciētia fulgens, nisi in compositionibus sit idoneus,ignarus reputatur;Iudex licèt Iuris peritissimus nil agit,solùm per has cōpositiones reputatur honorificentia dignus; verùm pro aliquali Baronum scientia nè errent præscriptos *text.* nostri terminos componendi, permutandi, vel remittendi sigillatim videamus.

Compositio secundùm *Grilland. de relax.carcer.3.par.* omissis aliorum multorū diffinitionibus,est conuentio rei cum Pręside facta,lite pendente de dubio criminis statu,de soluēdo Fisco certa pecunia ad re-
13 dimendam litis vexationem,parte legitimè concordata, quæ diffinitio sumpta est ex *l.ab accusatione, & l.destitit, cum seq.ff. ad Turpill.* quæ diffinitionis omnia non sunt absq. misterio,supèr quibus aliqua in medium afferam, materiam declarando. Primò dicit,*Est conuentio quædam*,nam nisi ex concordia compositio esset, sed ex violentia,vel carceris,vel tormentorum metu, diceretur extorsio, & sindicatui Iudex stare tenetur, *l.3.ff.ad l.Iul.repet, l.1. C.si per vim,vel alio mod.* & propriè in cōparitione reus spontè pecuniam offerre debet: si enim Iudicis decreto esset facta taxatio, adhuc extorsio diceretur, imò ad
14 maiorem cautelam reus habilitari, & in libertate antequàm compositionem offerat,poni solet, licèt hoc non sit de essentia, si ex processu quid substantiale criminis appareat; aliàs si parum de delicto cōstaret, ita vt non essent saltim indicia ad torturam, diceretur extorsio, & compulsio metu carceris facta, *Paris.de sind.verb. compositio,vers.an si est facta,Carrer.§.circa lo 6.num.234.*dicit,*Cum Præside facta*,nam compositionis veniæ cum Præside tracta-
15 tus,delicti confessionem, vel inditium nō inducit, dum pecuniam dat pro redimendo sanguinem suum, vt notat *Bald. in l. transigere,num.4. C.de transact.* maximè si protestatus reus fuerit,ad transactionem venire, se à vexatione redimendi causa, *Boss.tit.de remed.ex Clem.nu.29.Gabr.Rom. tit.de malef. conclus.23. Nouell. in tract. ad defensam,n.108.*
16 Sequitur,*Ex causa.* Aduerte, in causis es-

esse totam iustitiam compositionum: ne-
gari enim non potest, compositionem mi-
sericordiæ actum esse, ita vt Ecclesia ad
hoc pronior esse debeat, nè sanguine in-
tingatur, sed misericordia fulgeat, *17.q.4.*
cap. si quis Diaconus, cum seq. Verùm id,
quod reprehenditur est, nè inconsideratè
fiant, & ob ingluuiem pecuniæ iustitia nõ
exerceatur. Et sic scias pœnas corporales
in pecuniarias de iure commutari non
posse: persona enim deliquit, non autèm
bursa, *DD. in l. sancimus, C. de pœn. Trag. 12.*
de compos. & Iudex lege clementior esse
17 non potest, *§. quoniam, Auth. de Iudic.* &
maior est minima corporalis pœna, qua-
nis magna pecuniaria, *Bart. in l. 1. § fin. ff.*
de pœn. & quamuis componere, transige-
re, & remittere posse solius Principis sit,
tamèn in *cap. Reg. Exercere volentes,* à Re-
ge Roberto data fuit potestas Iudicibus
Regijs componendi delicta in pecunia, &
est vna principalis de quatuor literis ar-
bitrarijs, vt dicam infra *num. 125.* nam
aliæ tres sunt arbitrariæ ad modum, &
formam procedendi contra delinquen-
tes scilicèt in delictis capitalibus posse
inquiri ex officio, vt in *cap. ad consultatio-*
nem, & cap. ne tuorum. In delictis enormi-
bus prosequi etiam diebus feriatis, vt in
cap. prouisa Iuris sanctio. & contra latrones
& facinorosos dat arbitrium procedendi
sola facti veritate inspecta, iuris ordine
non seruato, vt in *cap. iuris censura,* de quo
infra *Pragm. 8. par. 1. num. 78.* Quæ præro-
gatiuæ sunt Baronibus in Regno commu-
nicatæ sub clausula, *& cum quatuor literis*
arbitrarijs, vt in *d. pragm. 8. par. 1. num. 29.*
dicitur inquam in eo *cap. Exercere volen-*
tes, esse faciendas compositiones, vbi ra-
tionabilis causa suaserit; intelligi enim
debet concessio iuxta legis dispositionem,
vt minus ius commune lædatur, *cap. cum*
dilectus, extr. de consuet. cap. irrefragabili, de
offic. ord. l. 2. C. de noxal. sine causa compo-
nens grauitèr peccat, *Petr. de potest. Princ.*
cap. 8. Rolan. cons. 18. num. 81. & Andr. in
cap. 1. sub num. 29. de Cap. qui Cur. vend. sub-
iungit, pœnam sine causa remittere, esse
contra ius diuinum, sic præcipiens, *Male-*
ficos ne patiaris viuere. Exod. 22. & licèt
18 prouentus sint iurisdictionis fructus, ita
vt eorum appellatione veniant, *Ann. sin-*
gul. 421. Add. ad Capyc. *decis. 185.* ad iuris
tamèn normam percipi debent, ad *text. in*
l. 1. C. de vsur. fiscal. vbi licèt prouentus, &
pœna sint in fructu, non tamèn debent ni-
mis emungi. Imò non desunt, qui eam im-
propriè dici fructus opinantur; nam fru-
ctus dicitur, qui singulis renascitur annis,
& proindè videmus eos in appretio feu-
di non extimari, prout de subuentioni-
bus, & donatiuis dixit *Franch. decis. 172. &*
supra pragm. 5. num. 46. ita vt in releuio nõ
notentur in introitu, nec de illis soluitur
quidquam, prout de omni minimo reddi-
tu feudali debetur, *Ann. in cap. 1. de vasall.*
decrep. ætat. num. 152. Frec. de subfeu. auth. 3
in fin. & ratio est, quia in pertinentibus ad
iustitiam impenduntur, vti pro Officialiũ,
& aliorum Ministrorum salario, pro ac-
comodandis domibus prætorijs, alendis
carceratis pauperibus, & similibus. Et
propterea licèt ad manus Baronis veniãt,
20 & iurisdictionis fructus dicantur, atten-
ditur tamèn primæua destinatio, & quod
principalitèr fieri debet, *l. si quis, ff. si cert.*
pet. Tiraquell. de retract. §. 30. glo. 1. Sed ho-
diè multi Barones causam destinationis
21 talium fructuum mutauerunt, & de ijs
maiorem introitum, quam de alijs reddi-
tibus faciunt.

22 Et consequentèr causa debet attendi in
his compositionibus, veluti si quis per im-
prudentiam, & non dolosè deliquerit, tũc
cessante dolo Baro facilis ad compositio-
nem esse debet, *l. 1. ff. de ambig.* & sic nisi
appensatè, sed in rixa, *l. respiciendum, §. de-*
23 *linquunt, ff. de pœn.* si non sit homo delicta
patrare solitus; nam durum videtur pro
vno delicto quem ordinariè puniri; non
enim qui peccauerit, sed qui perseuraue-
rit dicetur reus, nisi esset delictum atro-
cissimum, *cap. plerumq. 45. dist.* Itèm leuio-
ris criminis ratione, *Afflict. in Const. Si quis*
aliquem, vbi etsi manus pœna vulneranti
imponatur, tamèn ipse dicit, *Existente ali-*
qua causa, & quod delictum non sit de atro-
cioribus, Iudicem debere eum ad compositio-
nem admittere. Sic propter filiorum mul-
titudinem, & paupertatẽ patri parci ali-
quantum debet, *cap. 2. de his, qui fil. occid.*
l. qui in prouincijs, §. 1. ff. de rit. nupt. proptèr
delinquentium incertitudinem pœna di-
minuitur, *Gayll. obseru. 109. 2. par.* proptèr
minorem ætatem secundùm casus contin-
24 gentiam pœna temperatur, *Franch. de-*
cis. 120. & sic ratione sexus, & honestatis;
mulieres enim licèt vt masculi puniri de-
beant, *DD. in l. si quis, ff. de iurisdict. omn. Iud.*
illæ tamèn ad triremes non damnantur,
nec deportantur, nè pudore, & verecun-
dia notentur, *l. quisquis, §. ad filias, C. ad leg.*
Iul. Maiest. Gayll. obseru. 36. 1. par. Itèm no-
bilitas, artis insignis peritia, meritorum
probatio, prouocatio, delicti diuturnitas,
dormientis delictum, furor, ignorantia,
ebrietas, ira, vitæ probitas, casus, officiũ,
& alia multa, quæ iustæ reputantur cau-
sæ miserendi, & componendi, *DD. in l. quid*
ergo, §. pœna grauior, ff. de his, qui not. infam.
Carrer. §. 7. num. 171. cum seq. & diffusè per
Tiraquell. tract. de pœn. Mollien. Clar. q. 60.
Blanc. in prat. crim. §. iuris permissionem, cum
seq. Nouell. in tract. ad defensam, Afflict. in
cap.

cap. 1. §. si quis hominem, de pac. tenen. Farin. de pœn. temp. Sesse de inhib. 1. §. ex num. 13. In delictis verò atrocioribus, dolosis, mali exempli, & scādali, vt in virginū raptoribus, sacrilegijs, latrocinijs, incestibus, falsis, & similibus, quę ennmerat Clar. q. 1. num. 9. ac in solitis delinquere, & quietem publicam perturbare, pœnam temperare, culpa magna est; & licèt porrò iuris pœna capitalis non esset pro crimine, quo
26 reus detinetur, si ille solitus delinquere fuit, pœna vsq. ad capitalem alterari poterit, l. aut facta, §. fin. ff. de pœn. Gram. voto 17. Marsil sing. 378. Carrer. §. circa lo fin. num. 107. Bald. & alij in l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his, qui not. infam. sic si delictū esset mali exempli, & pessimæ consequentiæ, ad terrorem, aliorumquè exemplum pœna alteratur, ex Cassij Senatoris verbo apud Tacit. ibi, Omne magnum exemplum habere aliquid ex iniquo, quod publica vtilitate compensatur, quod & notat Fab. diff. 4. Cod. ad l. Iul. Maiest. & Marsil. singul. 244.
27 aduertit hoc, maioribus Magistratibus, non autem alijs licere, Vasqu. autem controuer. 35. num. 24. & controu. 14. defendit, dum ex causa à iure indicta pœnam alterari permittitur, quemlibet ordinarium Iudicem pœnam alterare posse. Sed Clar. q. 84. num. 11. declarat quoad procedendi modum in carcerando, & aerius torquendo, non ad pœnæ augmentum. Et in cap. Regg. Ad peruersorum vno de literis arbitrarys, expresse per Regem Robertum sancitur, nè cum hominibus malæ vitæ, & famæ, cum quibus speranda non est salus, compositiones fiāt; præcepit enim Deus, Maleficos non patiaris viuere super terram, 23. q. 5. §. hinc etiam, num 35. Non recipies pretium à reo, quia pretium sanguinis est. & Deuteron. 13. Non parcat ei oculus tuus, sed interficiat eum. Psalmasta, Non misercaris omnibus, qui operantur iniquitatem. Hinc respondi, Constit. foriudicatorum, & Prag. 5
28 de exul. foriudicatos occidi permittentes peccatum non inducere, vt putabat Arnon. soliloq. 9. & malè, nam Princeps disposuit, hoc permittere iure diuino, fuitq. ad publicam vtilitatem introductum, vndè non peccatur, sic Afflict. in Const. Pœnam eorum, & docet D. Thom. quem allegat Basard. in §. homicidium, num. 221. Vndè ad propositum, talibus non est tribuenda misericordia, ac ista delicta non sunt vendēda, vt dicit text. in §. quapropter, Auth. vt Iudic. sine quoq. suffrag. nam alias Barones
29 bestijs Apocalypsis assimilarentur; quis enim negabit, peccatum, quod illi reiterant, supra Superioris dorsum non fabricare? nam non vindicans iterandi flagitia, & maiora committendi dat audaciam, & alijs inuendicata talia enormia intuētibus delinquendi tribuitur occasio, vt experientia quotidiana docet. Causam itaq; attendant Barones, & postea personarum conditionem in faciendis compositioni-
30 bus intueantur; & si componendi causa sit iusta, non sit nimis æquus, nec rigidus in extorquendo; etenim si pœna pecuniaria esset minima, contempsibilis esset, vndè iuxtà personæ facultates sunt exigendi prouentus, Luc. in l. 1. C. de desert. lib. 12. nec nimis debet esse crudeles, in quo crebrius peccatur, cum aliqui Barones vsq. ad sanguinē emungant, de quo continuò populi exclamant, quod impijssimum est; Baro enim est loco pastoris, & sic oues custodire, non autèm excoriare debet. Ezech. 12. Principes facti sunt quasi lupi rapaces, qui effundunt, & deuorant sanguinem ouium, quę ad custodiam eis datæ fuerunt. Apud Officiales verò Regios arctata est potestas eis concessa in cap. Reg. Exercere volentes, cum absq. Principis, vel eius Vicarij licentia,
31 delicta vltra relegationem componere non possint, solùm vbi pœna exiliaris esset imponenda, & tunc in Banca, audito Fisco est facienda compositio, vt in Prag. 1. & seq. de compos. & Prag. 10. §. 13. & 36. de offic. Iudic. & existente partis remissione vt infra, quidquid ante in M. Curia obseruabatur, vt refert Afflict. decis. 287. nam hodiè per dictam Pragm. nequaquam delicta vltrà relegationem, nec M. Curia cōponit, nisi per Collateralis Consilij Regentem in visita, quæ in M. Curia qualibet hebdomada in die Sabati fieri solet, remittantur: hac inquam Barones Regali authoritate sibi tributa componendi, permutandi, & crimina relaxandi, maxima cum circumspectione vti deberēt, nè gratijs abutendo, priuari mereantur, vt hic in fin. dicam.
32 Subiungit diffinitio, Lite pendente. Aduerte vsq. ad sententiam licitas esse compositiones, & pœnarum relaxationes: post enim sententiam Baro, & Iudex functi sūt suæ iurisdictionis munere, l. Iudex postquam, ff. de re iudic. & expresse habetur in Pragm. 21. hoc tit. & id ad Principem tantum spectat, l. 1. §. fin. ff. de Quest. Capyc. in inuestit. vers. etiam post sententiam, Carauit. in d. Rit. 272. à num. 10. Lanar. consi. 5. Bouad. Polit. lib. 2. cap. 16. num. 122. cum illius sit commeatum, remeatumquè dare, vt vtar verbis text. in l. relegati, ff. de pœn. in fin. & licèt Reg. Rouit. in Prag. 1. num. 49. de abolit. dicat, Barones merum habentes imperiū posse foriudicato gratiam facere, non video, quomodo substineri possit, si cum mero imperio concessa non sit expressa facultas post sententiam indulgendi, vt in d. Pragm. 2. cum sit de Principi reseruatis, & paucis communicatum; lata enim foriu-

33 riudicationis sententia, Baro omni iurif-
diction: est priuatus, prout in condemna-
tionis sententia in carceratos prolata; nō
enim est differentia inter foriudicationis
sententiam in absentem, & eam, quæ fit
in præsentem, *Ann. singul. 56.* vbi neq. re-
34 missio Baroni datur, facta foriudicatio-
ne, de quo infra *Pragm. 8. part. 2. ex nu. 49.*
& non licere Baronibus post sententiam
indulgere, tradunt *Andr. in cap. 1. §. & bo-
na committentium, num. 75. in fin.* ibi, *In sen-
tentia fit ista commutatio, post sententiam nō,
quæ sint regal. Praf. de Franch. decis. 370.
num. 11.* nisi Baro secundas haberet cau-
35 sas; tunc enim appellatione pendente,
poterit his priuilegijs potiri, *Franch. loco
cit. ex num. 13. Baiard. ad Clar. q. 69. nu. 23.
Mastril. de indult. à me relato cap. 2. num. 37.*
quidquid antea dixerit *Ann. cap. 1. de vas.
decrep. ætat. num. 139.* Imò post sententiam,
36 si eam esse iniustam appareat, quia facti
veritas, & rei innocentia innotuissent Ba-
roni, eiusq. Officialibus, reum ad nouas de-
fensiones admittere non licet, antequàm
ille reus se præsentet, vel carceretur, &
sententia nulla declaretur, ex *text. in l. Di-
ui, ff. de pœn. Peregr. de iure Fisc. tit. de sent.
Marsil. in l. 1. §. si quis, ff. de Quæst. num. 78.*
Proregi verò post sententiam minuere,
componere, & pœnam transmutare per-
mittitur, existente tamen partis remissio-
ne, & non alias, & habita prius relatione
à M. Curia, vel à Tribunali, vbi inquisi-
tio pendet de delicti qualitate, *l. acta, §. 1.
ff. de re iud. Surg. de Neap. illustr. fol. 349. in
adnot.*

37 Dicit, *de dubio criminis statu*, per quæ
verba hæc diffinitio transactioni potius,
quàm compositioni congruere videtur, &
transactio à compositione in multis dif-
fert: compositio enim fieri non debet, ni-
si crimen sit liquidò probatum, vel con-
fessum, vt in *Rit. 276.* compositio infamat,
cum ex liquido crimine resultet; transa-
ctio verò, fit super dubio criminis statu, &
famam non denigrat, *Bald. in l. quid ergo,
§. pœna grauior, ff. de his, qui not. inf. Luc. in
l. 1. C. de deser. lib. 12.* & latius supra *Prag. 5.
à nu. 173.* & adeò sunt diuersæ, vt prohibi-
ta transactione, non sit prohibita compo-
38 sitio, secus è contra, *Carauit. loco cit. nu. 8.*
delicta per transactionem ex nouis indi-
tijs obuentis reuiuiscunt; compositio ve-
rò cum super liquido crimine fiat, am-
plius non controuertitur, *Salic. in l. falla-
citer, C. de abolit.* licèt ista opinio sit con-
futata, cum siuè per transactionem, siuè
per compositionem delicta amplius non
reuiuiscant, *Gayll. in fin. de relax. carcerat.
Paris. de sind. verb. compositio, vers. an facta,
Farin. q. 5.* imò si reus nouis superuenien-
39 tibus inditijs absoluatur, vti communi-
tèr sententiæ criminales post datas defen-
siones proferantur, cum inditiatum sim-
pliciter absoluere Iudex non debeat, *Ca-
rauit. rit. 248. num. 18.* instantia tamèn illa
40 per biennium perempta licèt probatio-
nes perfectæ superuenirent, legitimè mo-
lestari non poterit, vt refert *Franch. de-
cis. 653.* quamuis putet *Thes. decis. 81.* re-
quiri decennium, & in *decis. 208.* crimina-
lem actionem maiori spatio præscribi,
hodiè autèm attenta *Pragm. 50. de offic.
41 Mag. Iustit.* promulgata post *d. dec. Frāch.*
iussum fuit, instantiam in criminalibus
amplius in M. Curia peremptam dici nō
posse, si vrgentiora inditia tam post bien-
nium, quam vltra superueniant, reus tali-
tèr liberatus semper reduci, & puniri po-
test, & ita continuò in M. Curia, & Sacro
Consilio obseruatur; vndè ista definitio
procedere non videtur. Dic prædicta esse
vera, sed ista nomina compositionis, &
transactionis propter alias conformitates
multotiès confundi, vt in *l. ab accusatione,
ff. ad Turpill.* Nec impedimento est, quin
compositio fiat super liquido, cum hodiè
quasi omnia crimina per viam transa-
ctionis ad redimendas vexationes fiant,
nè inquiti infamentur, *Paris. d. vers. com-
positio, vers. fin. Carauit. rit. 271.* & admit-
tunt eas Iudices: & sic omnes compositio-
nes, transactiones dicuntur, vel dici pos-
sent, licèt crimina sint manifesta, quia ta-
mèn pœna certa ex processu informati-
uo, non audito reo, in defensionibus esse
non potest, semper dubius criminis status
dicitur.

Itèm sequitur, *De soluendo Fisco certam
pecuniam*; nam pœnæ Fisco applicantur, &
sic Baroni, qui in eius locum succedit in
Terra sibi infeudata, vt dicā infra *prag. 8.*
42 & eas vsurpans sibi Iudex, vel Aerarius
grauitèr puniretur, *l. 23. ff. ad l. Iul. repet.*
Dicit etiam, *Fisco*, ad differentiam pœnæ,
& interesse, quæ parti applicantur; nam
facta remissione à parte, nihil ex Fisco no-
cebit, nec è contra, *Couar. var. resol. libr. 2.
cap. 10. Clar. q. 58.*

Vltima sequitur diffinitionis particula,
Parte concordata, quæ reputatur basis, &
principalitèr forma compositionum, trā-
sactionum, & gratiarum, qua parte non
concordata, nec ab Officiali, nec à Barone,
43 vel Principe fieri poterūt, cum Princeps
iuri tertij præiudicare non præsumatur,
l. 3. §. si quis, ff. ne quid in loc. publ. & extat
in Regno *Rit. M. Cur. 272.* quidquid dixere
*Thes. decis. 21. & Peregr. de iure Fisci, tit. de
pœn. num. 16.* nam contra eos in tota Ita-
lia communis est opinio, & obseruantia,
imò Principem neq. de potestate absoluta
posse, parte non remittente, gratiam fa-
cere, vel delicta transigere, firmant *Gram.
vot.*

vol.35.Petr.de potest.Princ.cap.24.Baiard. ad Clar.q.59.num.43. & nunquam Regem nostrum non præcedente partis concordia cuipiam indulsisse ait *Ioseph. Sese de inhib.cap.1. §.5.ex num.23.* sequitur *Reg. de.Ponte de potest.Proreg.tit.de prouis.§.4. num.12.* eò magis, quia Fisco audito, gratiæ exequutioni mandantur,& Consilium Collaterale rescripta sine partis remissione non approbat,cum iuri publico,& priuato præiudicaretur, *Farinac.tit.de inquis. q.6.Boss.rubr.de remed.ex elem.Princip.* & præcedere,non autèm subsequi partis cõcordiam dictat *Rit. prædict.* ibi, *Nisi priùs parte denunciante contenta, & concordata.* & idem in *Pragm.1.2.5.6.de compos.*& ipsum procedit in pœnæ corporalis,in pecuniariam,commutatione, vt in *Cap.Reg. Ad peruersorum, Peguer.decis.6. Menoch.de arbit.iud.cas.447.*

44 An autèm Barones ad pacem subitos cogere valeant? & videtur dicendum, quod non,cum repunet Regula, *Neminem eum inimicis ad pacem arctari posse*,argum. *text.in Auth.vt litig.iur.§.quia verò,& in l.furti, §.qui iussu, ff. de his, qui not. infam. & ibi DD.* & de communi testatur *Clar. in prax.crim.q.58.num.44.* Imò neq; in ciuilibus quis ad compromissum vltra casus statuti cogi potest, *glos.& Bart. in d.§.qui iussu,Alex.cons.82.& Afflict.dec.149.* am-
45 pliat, neq. Sacrum Consilinm personam Principis repræsentantem talem facultatem habere, cum voluntates hominum non sint arctandæ,quorum cõsilium Deus in eorum manibus posuit, limitatur tantùm in Principe, cui ex sua suprema authoritate ad compromittendum,& ad pacem faciendam subditos compellere licet,*Castald. de impen. q.110. priuileg.102. Vulpell. de pac.q.3. Reg.de Pont.de potest. Proreg.tit.de prouis.fieri solit.num.17. Mastrill.de Magist.lib.3.cap.4.ex nu.279.* dummodo fiat cum causa, & parte offensa pro damnis passis prius satisfacta,*Thes.qq for. q.26.lib.4.* Alij contrariũ sentiere,scilicèt quẽlibet Iudicẽ de ęquitate ad pacem subditos cogere posse, nè ex illorum distinctionibus Respublica turbetur,& lædatur ex *l.si quis ingenuum, §. in ciuilibus, ff.de capt.* ad generalem enim pacem, & concordiam Magistratus inuigilare debet, *l.congruit,ff.de offic.Præs.* sic *Bellug. in spec. Princ.rubr.11.à num.6.Farin.q.107.par.1.* Distingue, aut sumus ante commissum delictum,& adsit timor,nè partes veniant ad arma, & Barones, eorumq. Officiales ad obuianda scandala, & inconuenientia, maximè inter nobiles, ad concordiam,& pacem suos vasallos cogere possunt, ex *text.in l.si vsusfructus, §.æquissimum, & ibi glos.verb.iurisdictione, ff.de vsufruct.* & ibi communitèr DD. cum quies, & tranquillitas suorum subditorum ad ipsos spectet, *l.1.§.quis,ff.de offic.Præfect.vrb.* & Ministrorum officio nil tàm naturale est,quàm partes ad concordiam redigere, vt in *l.quidam extimauerunt, ff. si cert.pet.* Aut verò sumus post commissum delictum, & nequaquam Barones ad pacem faciendam offensos arctare possunt:nam æquitas non patitur,quem inuitum cum offendentibus se reconciliare, & Iudicis officium est (nè delicta remaneant impunita)ad vindictam studere,sic *Bart.in d.§.æquissimum,Bald.in l.transigere, C. de transact. Castr. Alex. & Ias.in d. l.quidam extimauerunt,* & latè *Felin.in rubr.de pac.& treg. Auil.in cap.Prætor,cap.6.d num.22.* post sententiam verò si reus fuerit absolutus, & adsit probabi-
46 lis,& non vanus timor, vt ab illo aliqua offensio in accusatorem succedere possit, per Iudicem ad dandam cautionem de nõ offendendo condemnari potest, *Bart.in l.illicitas,§.ne potentiores, ff. de offic.Præs. Menoch.de arbitr. lib.2.cas.240. Præs.de Franch.decis.359.& 418.* & latè *Farinac. q.107.art.2.cum seq.* Verùm aduerte,quod quando Iudicibus permittitur,aliquos cõpellere ad pacem, seu ad dandam cautionem de non offendendo, non extenditur vt valeant illos arctare ad promittendum non offendere sub verbo,& fide Regis,seruata forma *Reg. Pragm.1. de pac.sub verb. Reg.* quia hoc tãtùm Principi sub suo verbo assecurare competit, vel cui hæc authoritas in aliquo casu ab eo est communicata,& dum Præses Prouinciæ cum suo Tribunali aliquos nobiles ad pacem, & ad promittendum sub verbo Regis ad inuicem se non offendere arctare prætenderet,his facultatibus carere dixi, sed Principem esse certiorandum, prout facta relatione authoritatem obtinuit.

47 Successiuè quæritur, an Princeps sub conditione gratiam reo concedere valeat,dummodo scilicèt remissionem infra aliquod tempus procuret,*Præs.de Franch. decis.509.*dicit, solitum esse a Proregibus huiusmodi gratias fieri,prout ex indultis etiam videmus, sic fuisse aliquando ordinatum. Sed exclamat *Reg. de Ponte de potest.proreg.tit.1.num.110.* nequaquam fieri posse,nisi ex publicæ vtilitatis causa, iuxta notata per *Andr. in cap.1. §.bon. committentium, Quæ sint regal.* cum aliàs contra leges, & mali exempli, & consequentiæ sit, sequuntur *Peguer.decis.39. ex num.110.Reg. Reuerter.decis.236. Sese decis.178.Farinac.q.6.num.18.* Verùm in his gratijs clausula apponi solet, *Ne interim ad offensorum loca partes accedant, Farinac. loco cit.num.25.Thes.dec.21. circa fin.* Quid si ille ad loca prohibita accedendo con-

Q 2 tra-

trauenіat, an circumscripta dicta gratia punіri possit? Dic, aut in contraueniendo apposita est pœna, & ea est exequutioni demandanda, aut gratia facta est sub modo, quamuis non resolutiuo, dummodo scilicèt ad offensorum loca non accedat;& tunc si contrauenerit, contra eum non obstante gratia proceditur; nam etiam in sententia modus apponi potest,& seruari debet,sicut conditio,*Bald.in cap.1 sub n.6 de pac.ten*,concordat *text.in l.1.§.biduum, ff.quando appell.sit,& in l.cum eorum,C.de sent.& inter.*semper ibi,*Datæ formæ obtemperari*,*Reg.Rouit.in Pragm.1.ex num.8.de Guidat.idem decis.4. & cons.66. Gizzarell. decis.11. & Reg.Sanfelic. decis.175. & infra num.*160.si autèm simplicitèr fuerit dictum,*nè accedat*, & tunc cum inquisitio per Curiam formata,per gratiam extincta sit, & ad ius extinctum regressus non detur, per Iudicem de inobedientia puniri, & in futurum nè accedat, pœna addi, & comminari potest.

48 An autèm Baronibus sub ista conditione vasallo gratiam concedere permittatur? Dicas,quod non;nam si satis in Principe hæsitetur,vt diximus, eò fortius Baronibus supremam authoritatem non habentibus,est denegandum. Itèm etsi Principi liceret, quia gratia interim stat in suspenso (vndè loco guidatici habetur) & solius Principis est, parte offensa existente, reum guidare posse, ideo Baroni prohibetur,nisi ex legitima causa, vt dicam infra *num.*152. Enimuerò vasallus spontè se præsentando, superseссorium rescriptū ad omnem ordinem,cum cautione de se præsentando à Baronis Iudice obtinere poterit. Sed aduerte;hæ superseсsoriæ si post litem contestatam fiant,& biennium

49 labatur,instantiam perire,& Baro si causam prosequi vellet, ei peremptionis instantiæ exceptio acta probatoria perimēs obstaret,diximus supra *num.40.ex Franch. decis.653.* & cautionem datam etiam inspirare,probat *text.in l.pen. §.fin autem,C. de fideiuss.Foller.in pract.crim. ver.fiat contestatio,num.13. Carauit.d.Rit.248.num.18. & Muscatell. de fideiuss.par.2.q.5.* vbi elapso biennio, cautio totiès, quotiès expirat,nisi rescriptum esset conditionatum, interim nulla currat instantia; nam par-

50 tium consensu instantiā supersederi posse, nè tempus currat, fuerunt opinionis *Alex.& Ias.in l.properandum,num.18.C.de iudic.* Sed communis est in contrarium, talem instantiam vti fauore publico introductam partis consensu arctari non posse,sic *glos.in l.2.§.sed si Iudex,ff.de iudic. Marant. in sua prax.tit.omnia fiant dur. inst. num.23.* imò lapsum istius temporis loco gratiæ esse multi dixere, ex *l. falso, C. de diuers. rescript.*

In aliquibus tamèn casibus partis remissionem non esse necessariam excitatur ex *Pragm.11.tit.de abolit.*vbi indultus generalis pro felici matrimonio nostri Regis ad omnium inquisitorum partis remissionem habētium publicatur beneficium, quod Baronum vasallos etiam comprǫhēdit,vt fuit in anno 1573. decisum iunctis omnibus Tribunalibus ex rationibus relatis per *Reg.Moles decis.65.q.26.per Præs. de Curt.in suo diuer.feud.fol.28. à num.16. & Reg.Reuerter. decis.546. Reg.Sanfelic.decis. 406.* prout & laicos debitores Ecclesiasticorum, in dilatione concessa etiam comprǫhendit,idem *Sanfelic.dec.187.*Quǫ Prag. indultus casus declarando subiun-

51 git, remissionem in casibus prouocationis,vel simplicis insultus, seu diffidæ cum euaginatione, vel armorum prohibitorū delatione non requiri, dummodo vulnera, aut percussiones sequutæ non fuerint, & ita antea dixit *Clar.q.59.num.4.* non esse necessariam partis remissionem in prædictis casibus, quia nullum partis interesse,nec rei iniuria considerari potest, quod sequuti fuere *Farinac.q.6. num.21.Mastril. de indult.cap.25.Ioseph.Sese de inhib.cap.21 §.5.* Sed dubium est, an pro regula sit obseruandum, Barones in prænarratis cau-

52 sis sine partis concordia indulgere, componere, & delinquentes transigere valere, vel *d.pragm.*tantùm in solo Principe procedere in abolitione generali,vel particulari per eum facienda;nam & DD.supra citati similitèr in interpetratione indultus in hanc declarationem venerunt, partis remissionem non esse necessariam, vt quis indulto per Principem emanato frui possit, si in aliquo ex prænarratis casibus erit inquisitus,vndè ius hoc speciale ad regulam trahendum non esse, *l. ius*

53 *singulare,ff. de legib.* ideo dicendum, soli Principi hoc competere: nam noua dispositio iuri communi aduersari videtur, cum de iure, cui accusatio competit ius remittendi detur, *Bart.cons.175. Add. ad decis.Capel.Tholos.127. in fin. Clar. qu.59. num.21.* & hæc dispositio pro Principis lætitia ex hoc substineri posse videtur, vt ei dispensare licuisset, quod inferioribus prohibetur; nam facultas super naturali, vel positiuo iure dispensandi illis est interdicta; attamèn contrarium sentio,dictā Prag.non aliquo modo dispensare, sed declarare,dum dicit, *Declarantes,remissionem necessariam non esse*;dixit enim prius, suæ mentis non fuisse vt delicta condonentur, nisi partium remissione præcedente in casibus, in quibus partis remissio necessa-

54 ria est, & sic de Principis iuri tertij præiudicare nolentis intentione constat; vndè

dè non est dicendum se ordinaria, vel extraordinaria potestate vti voluisse, quod fieri non debet, vt de communi *Farinac. q.6.num.18. Crauet.cons.5.* neq; præsumitur, tum quia sic enunciauit, tum etiam
55 quia non adsunt verba dispensationem, vel supremæ potestatis vsum sonantia, vti fieri solet ex clausula, *Non obstante iuris dispositione*, *De plenitudine potestatis, & ex certa scientia*, ex quibus argumētū capi solet, quando Princeps sua velit vti potestate, *Gram.cons.34. & vot.35. Farin.loco cit.* vndè dicendum est, eam Pragm. esse vniuersalitèr declaratiuam, ex qua omnibus ius est tributum dicendi, istos casus partis concordia non indigere, si declarat; nil enim noui disponit, *l.hæredes, §.1. ff.de testam. Gabr. tit.de regul. iur. conclus.* Nec dicas, illam Pragm. pro illa vice, & indultus causa fuisse latam, nam cum non sit noui iuris inductiua, sed declaratiua, semper manebit, prout *Reg. Rouit. in dict. pragm. & in prag.8.de compos. nu.2.* sic simplicitèr eam intellexit; hodiè in dictis casibus necessariam non esse partis remissionem, & decisum refert *Thor. tom.2. verb. remissio.* Imò si leuitèr vulneratus infimæ
56 sit conditionis, & bonæ qualitatis offendens, commutationem in pœnam pecuniariam fieri posse firmat *Muscatell. in prax.crimin. tit.de vulner. & de pœn.cor. ex num.12.* Et dum in Regia Audientia Calabriæ capta esset informatio per ipsum Tribunal contra nobilem Scipionem Migliaresium ad querelam Doct. Martini Burgueda tunc Iudicis Ciuitatis Cosentiæ de diffida non intuitu officij, dum ipsa Regia Audientia rigidè procederet, ille ad Proregem recursum habuit, & gratiam obtinuit in forma Cancellariæ, & cū pars in Collaterali pro eius reuocatione
57 instaret, visis actis fuit ex ratione prædicta confirmata: Principis inquam est declarare casus, in quibus pars offensa non dicitur: nam si videamus duellistarum, & arteperitorum dicto stari, eò fortius & Principi, cuius est leges condere, standum est, sic & nullam insultato fine appensamento iniuriam adesse declarare; si enim consuetudo inducere possit, vt quod iniu-
58 riam sonat, iniuria non dicatur, *DD. in l.item apud Labeonem, §.ait Prætor, & §.sed quod adijcitur, ff.de iniur.* fortius per legem fieri potest; Principis enim est de delicto, non facere delictum, cum par sit potentia, *DD. in l.de quibus, ff.de legib.* Vndè hac suppositione stante, cum Barones priuilegiū delicta componendi, permutandi, & remittendi parte concordata habeant, cūq; partis remissio in prædictis delictis de iure non requiratur, ergo licito iure eos eorum priuilegio vti posse fatendum est.

60 Nec refert regula illa, *Cui competit ius accusandi, & remittendi ius debetur*, & è contra, *Plaz. epitom. delict. lib.2. cap.39. nu.17. Farin. quæst.13.* nam procedit vbi pars remanet grauamine, vel interesse affecta, cumq; his casibus sit declaratum, vtrumq. cessare, propterea nulla est requirenda partis remissio: nam de iure, & per *Ritum M. Cur.215.* admittitur ad accusandum, & prosequendum, qui suam, vel suorum iniuriam prosequitur; sed cum sit declaratum, nullum considerari partis interesse, nec offensam, ergo ius prosequendi cessat. In omnibus inquam casibus, in quibus partibus ius accusandi non competit, etsi detur querela, Barones absq; remissione
61 componere possunt. Etsi enim de iure cōmuni pro publico interesse, vt delicta puniantur, & maximè quotiescumq; pœna est Fisco applicanda, etiam si sua non intersit, poterit quilibet accusare etiam in priuatis delictis, & comparere, partes Fisci adiuuando, *Clar. q.17. nu.2. Farin. q.12. num.9.* quia tamèn accusator interesse non habet, eius instantia non attenditur, nisi quatenus Fiscus causam prosequi vellet, sed quando reo indulgere voluerit, cessant etiam instigatoris partes, & locus appellationi non datur, *Carauit. Rit.272.*
62 *num.1.* Sic in similibus vbi pars non videtur offensa, remissio non requiritur, nēpè, si non super delicto principali, sed super aliquo incidenti vti contrauentionis mandati, vel fideiussionis, vbi nil ad partem attinet, Fiscus, vel Baro componit, *Carauit. ibid. num. 2. per vers. limita, & infra num.68.* prout remissio partis quærelantis non requiritur si pro exilij contrauentione Baro componat, dum nouum dicatur delictum, vt infra *num.193.* sic similitèr si alter alteri iniuriam dixisset, & mutuæ,
63 & paruæ offensiones essent: nam paria delicta mutua compensatione tollerentur *l.viro, atq. vxore, ff. solut. matr.* Quid si non sequuta fuerit offensio, sed falsitas commissa apta ad nocendum, *Reg. Rouit. dec.2.* fundat dari accusationem ad quærelandū,
64 & sic remissionem requiri. Et dum remissiones in Regno à proximioribus in gradu, quibus mortui successio defertur, habendæ sint per *pragm.7.de compos:* an si in-
65 ter illos sit fœmina, quæ stantibus masculis à successione est exclusa per *Const. In aliquibus*, ab illa etiam remissio requiratur, pro affirmatiua concludit *Franch. decis.611.* ex quo ius vindictæ competit iure sanguinis; contrarium tamen rectius intuendo verba *d.pragm.* fuit deindè decisum in Collaterali Consilio cum adiunctis, has filias esse exclusas per *d. pragm.* à iure accusandi, & remittendi refert *Reg. Tap. decis.28.* & antea *Reg. de Ponte de potest.*

test. Proreg. tit. de prouis. fieri solit. §.4. *ex nu.* 17. *Consil. Pascal. de patr. potest. p.* 2. *cap.* 1. *ex num.* 8. *Amat. cons.* 18. *Molfes. cons.* 10.
66 *Ricc. collect.* 2080. An pater pro filio eo inuito remissionem facere valeat, vide *Franch. decis.* 715. & si gratia, vel compositio facta fuerit non præcedente remissione omnium, quorum interest, reus iterum
67 citari, & carcerari poterit non obstante gratia, vti non legitimè obtenta, vt pluriès in facto per M. Cur. Vic. obseruatum
68 vidi. Mulctæ verò, & pœnæ Fisco, vel Baroni pro delicto debitæ, etiam parte non concordata, remitti possunt, vltra dicta superius *num.* 62. *Petr. de potest. Prin. c.* 12. *Peregr. lib.* 5. *tit.* 8. Aduerte tandèm per
69 *prag.* 6. §. 2. *de composit.* mandatum fuisse, remissiones eatenus substineri, quatenus per principales fiant coram Officialibus loci vbi remittentes habitant, ad metus, & violentiæ tollendas præsumptiones, quas coniuncti, vel principales in his faciendis pati solent, in tantum quod per *pragm.* 2. *de exulib.* fuit imposita pœna mortis contra cogentes ad remissiones faciendas. Verùm si inter nobiles pax extraiudicia-
70 litèr intercesserit, pro iudiciali remissione habetur: & ea probata per testes, fine solemnitate *d. pragm.* ad gratiam obtinendam sufficiens est, *de Ponte vbi supra à nu.* 33. *Sese decis.* 101. & adeò verum est, remissiones liberè fieri, vt si factæ fuerint etiã
71 solemnitèr in iudicio, sed cum qualitate, & conditione, seu modo resolutiuo in casu inobseruantiæ adiecto, nè reus scilicèt ad offensi locum accedat, alias remissio nõ dicatur facta, & similia, cum sint conditionalia, & actus debeat esse purus, & perfectus; talia pacta improbantur, quando sunt perpetua, *Grizzarell. dec.* 11. *Reg. Rouit. pragm.* 7. *tit. de compos. à num.* 17. *Mastrill. decis.* 38. *& de indult. cap.* 24. *Farin. qu.* 107. *art.* 20. *num.* 162. *Viu. commun. opin.* 574. *Giurb. cons.* 74. *Amaya obseruat. Iur. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 35. Remissiones autèm offen-
72 sorum in longinquis partibus existentiũ per Procuratorem cum speciali mandato fieri possunt, *Baiard. q.* 59. *num.* 46. Verùm ea procuratio coram loci Iudice vigore *d. pragm.* est extendenda. Et vltimò nota, si pars remissionem facere renuat, quia excessiuum interesse prætendit, Iudicem arbitrari, & partem ad prætensi interesse
73 concordiam cogere posse, *Rebuff. in l. vn. C. de sent. quæ pro eo, quod inter. in præfat. num.* 38. *Thes. decis.* 21. *circa fin. & decis.* 89. Alias quæstiones ad hanc remissionis materiam vide apud *Paris. de synd. verb. compositio, Tartagl. in sua prax. tit. eod. Carauit. rit.* 274. *Farin. q.* 13. *cum seq. Mastrill. de indult. c.* 24.

Quæ ad terminorum cognitionem, & ad effectum nè Barones errent, sufficerèt, quia tamèn per nouas Pragm. sunt aliqui casus excepti, in quibus Barones compo-
74 nere prohibentur, propterea pro complemento est sciendum per *pragm. fin. de sodom.* prohibitum esse in crimine sodomiæ, & blasphemiæ in Deum, Beatamquè Virginem pœnas commutari, & relaxari posse, quod generalitèr seruatur. Sed vidi multotiès dubitatum, an in istis criminibus cum sit prohibita compositio, & pœnæ relaxatio, ex causa per Iudicem pœna minorari possit, veluti si quis dormiendo illicitè coierit, vel ex dolore alicuius infortunij, vel ebrietatis blasphemauerit, quæ omnia pœnam minuunt, *Afflict. in Constitut. Blasphemantes, Loth.* enim ab incestu ebrietas excusauit, *cap. inebriauerunt, q.* 1. *l. omne delictum, §. per vinum, ff. de re milit. Gayll. obseru.* 110. 2. *par.* an his casibus pœnæ permutatio sit p rmissa? Multi negarunt; nam lex in istis casibus pœnam ad vindictam statuit, quæ licèt dura ser-
75 uanda erit, *l. prospexit, ff. qui, & à quib. Afflict. in Constit. Asperitatem,* Contrarium respondi, quia casus omissus in iuris dispositione remanet, *l. si extraneus, ff. de cond. ob caus.* & restrictionem, ac interpretationem à Iure communi recipit, licèt sit exorbitans, *l. commodissimè, ff. de liber. & posthum.* De iure in quocumq. crimine, quamuis magno licitæ sunt ex causa pœnæ minorationes, *l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his, qui not. infam. l. respiciendum, §. delinquunt, ff. de pœn.* non enim rectè intelligitur illa vulgaris propositio, sufficere delictum factum, vt declarant *Plot. de in litem iur. §.* 6. *num.* 28. *Menoch. de arbitr. Iudic. cas.* 325. *cum seq.* & qui dixere statuti pœnam minui, nec sine Regis permissu commutari posse, ex *l. seruos, C. de via publ.* Subintellige, non posse sine causa extrinsea ex actis apparente, secus intrinseca, nam illa per Principem est extendenda, *Clar. q.* 85. *num.* 10. vndè pœnas minorari, & pœnam pecuniariam pio loco applicandam respondi, vt in multis locis seruari testatur *Baiard. ad Clar. q.* 59. *& Viu. decis.* 275. *num.* 18. postea visus nostram corroborat opinionem, dicens, ex causis quendam in-
75 quisitum de blasphemia, cuius pœna est triennium per *pragmat.* 3. *de blasphem.* ad exilium per biennium eum potestate redimendi condemnatum fuisse. Similitèr fuit dubitatũ, cum Prag. compositionem in causa blasphemiæ in Deum, & Beatam
78 Virginem prohibeat, sed nil de Sanctis dicat, an in blasphemijs in Sanctos compositiones fieri possint? Iudices ob timorem simplicitèr in omnibus blasphemijs non componere seruant; verùm non causa ad delinquendum inuitandi, sed pro ve-
ri-

ritate diceretur, quod sic: nam maius mi-
79 ius minus non comprehendit, ita dispositio in casu maiori facta, ad minorem non
extenditur, *glos. in Clem.* 1. *de præb.* & personarum ratione grauius dicitur delictū;
ex persona enim leges pensitant, vt dicit, *text. in l.* 1. *C. si quis Imper. maledix.* plus errat blasphemans in Deum, & Beatam
Virginem, quàm in Sanctos: vndè prouisio hæc ad Sanctos non extenditur, arg. *l. aut
facta, ff. de pæn.* accedat, quod sumus in pænalibus, & statutis, quæ strictam habent
significationem, *cap. odia, de regul. iur. in* 6. *l.* 3. *§. hac verba, de negot. gest.* & in vno pro-
80 hibitum, in alijs censetur permissum,
l. cum Prætor, ff. de iudic. & statutum si vo-
81 luisset, dixisset, *l. vn. §. fin autem, C. de cad. toll.* sicquè dicit *Præs. de Franch. decis.* 140.
de reo ad triremes ad vitam condemnato, qui si fugerit, non erit morti tradendus, vt
in deportatis, cum lex potuisset dicere, & non dixit; sic in filiofamilias, qui si vsuram
commiserit, & bona non habeat iuxtà *Constit. Vsurariorum*, bonorum publicationis
82 pænam inferentem, alia pæna non erit irroganda, cum lex non dixerit, nec ius commune aliquam imponat pænam, *Viu. decis.* 504. ex quibus putarem, compositionem non esse omnino prohibitam. Confert, quod dicit *Afflict. in Const. Blasphemantes*, Prag. loquentem de blasphemante Sanctos, ad blasphemantem vnum Sanctum
non extendi; non audeo tamen hoc affirmare; nam de iure communi compositio
prorsus interdicta videtur ex his, quæ nouissimè præ cæteris copiosius coaceruauit *Io. Hieronym. Campanil. Episcop. Laquedonen. in suo diuers. Iur. Canon. rubr.* 11. *c.* 26.
num. 75. & 78. Quid si in delicto essemus attentato, vel vbi pæna ordinaria impo-
83 nenda non esset, an componere permittatur, *Gram. decis.* 43. dicit, in falsi crimine,
vbi pœna extraordinaria esset irroganda licere; nam statutum maximè pænale stri-
84 ctissimè in casu proprio, & potiori significato, non autèm abusiuo est interpretandum, *Tiraq. de retract. conuen. §.* 35. *gl.* 1.
Gram. decis. 92. *Mastrill. de indult. cap.* 31.
num. 15. Idem de iure communi in genera-
85 libus indultis læsæ Maiestatis crimen
exceptum fuit, quod intelligitur quando verè, & propriè directè læderetur Maiestas, tunc enim committitur verè læsæ
Maiestatis crimen, *Bald. in l.* 1. *C. de priu. carcer.* secus, si quispiam maledixerit, iuxtà
text. in l. 1. *C. si quis Princ. maledix. vel moliri attentauerit*, vt notant *Andr. in cap.* 7.
§. si voluerit, de cap. qui cur. vend. Reg. Rouit.
86 *pragm.* 1. *num.* 22. *de abolit.* sicq; in falsa moneta, & in attentato assassinio, quando
ad actum perfectum non est deuentum, iuxta distinctionem *Gram. vot.* 11. *Capyc.*
decis. 116. & *Afflict. in Constit. Asperitatem*, sic & in attentata sodomia, *Peguer. dec.* 72.
& 75. *Cabal. resol. crim. cas.* 16. nam vbi non est eadem punitionis ratio, lex pænalis nō
procedit. Circa alia delicta, quæ a Baro-
87 nibus componi non possunt, aliquos audiui, qui attendunt dispositionem *l. transire, C. de transact.* quæ multos ponit casus, in
quibus transigere non licet. Sed aduertè, *dictam leg.* loqui, quando transactio est inter partes licita, non autèm cum Fisco, ita
Paris. de sind. ver. compositio, vers. 3. *Camp. in cap. Reg.* 222. Verùm neq. inter partes hodiè locum habet dicta lex de generali consuetudine, cum pacem facere, & transigere in omnibus criminibus liceat, *Clar. q.* 58
num. 15. *Rouit. pragm.* 1. *de compos. num.* 6. &
proindè lex illa neq. cum parte, neq. cum Fisco procedit.
88 Prohibetur compositio, vel pœnæ permutatio cum latronibus publicis; nam ob
pacis violationem delictum istud est de exceptis, vt in *cap. Reg. Ne peruerso* 244. latro infidelis est, *Andr. in cap.* 1. *num.* 28. *de pac. iuram. firm.* & proindè comprehenduntur sub *d. cap. de pac. ten. & eius viol.* vt ibi
DD. Io. Grand. de bell. exul. fol. 199. *spec.* 81.
& eo fortius stante foriudicatione, cuius sententia Barones priuati sunt potestate,
vt dixi supra *num.* 34. Imò his bannitis auxilium præstantes neq. componi possunt,
pragm. 4. *de compos.* quod intelligit *Grand. spec.* 82. denegari compositionem veris receptatoribus, non autèm victum præstantibus. Qui autèm dicantur publici latro-
89 nes, vide *Bart. in l. capitalium, § latrones, ff. de pæn. Franc. Marc. dec.* 2. *par.* 2. & an piratæ latrones dicantur, & in eis locum habeat Pragm. quæ iurisdictionem dat capienti priuatiuè ad originis, vel domicilij
Barones, vide infra *prag.* 8. *par.* 2. *num.* 127.
Alij etiam dixerunt in falsi crimine, quod
90 inter maiora delicta ita reputatur, vt in
generali indultu non includatur, *Baiard. q.* 59. *Mastrill. de indult. q.* 38. Verùm quandò nō reperiuntur expressè prohibiti Barones indulgendi, componendi potestate,
generalitèr, & concessa priuati non dicun-
91 tur, *Luc. de Ten. in l.* 1. *num.* 36. *C. de desert. lib.* 12. *Grand. d. spec.* 81. *Farin. q.* 5. *num.* 12.
Exceptum est etiam lenocinij crimen,
quod in Regno componi non potest, ex
prag. 1. *de lenon. Viu. dec.* 454. *Foller. in prax.*
92 *crim. ver. quod fuit leno.* & quis propriè leno dicatur, vide *Franch. decis.* 58. & in ca-
93 su osculi violenti, & raptus, neq. compositiones fieri licet, ex *cap. Reg.* 262. *num.* 20.
Verùm cum illud *cap.* non sit, nisi edictum M. Cur. transmissum, & illius verba vniuersalia non videntur ad omnes Curias
Regni, sed directa illi Tribunali M. Curiæ pro Ciuitate Neapolis, non est extend-
du-

dum in præiudicium Baronum; nam licèt Princeps per viam legis generalis post factam inuestituram minuere, & Baronum iurisdictionem pro bono publico modificare possit, vt dicam infra *pragm.8.n.175.* tamèn vt his Baronibus afficiat expressa requiritur mentio, & declaratio illorum vasallos comprehendere, & Baronum authoritatem in his compositionibus modificare velle, *Peregr. de iure Fisci, lib.3.n.31. et 75. Foller. in prax. crim. ver. audiantur excusatores, num.89.* Multæ inquam prouisiones pro publico Ciuitatis Neapolis bono editæ fuerunt, vbi pluries certa delicta committi solent, & vti locales extrahi nō debent, *Gayll. lib.1. obser.89.* cumq; talia delicta de iure non sit prohibitum componi, & editum fuerit locale, Barones ligasse non puto. Videmus illam *Pragm. de lenonib.* quam Rex vniuersalem esse statuit, expressè declarare non obstantibus Baronum primarum causarum priuilegijs, & sic vbi voluit, dixit, maximè cum in *d. cap.* prohibito talis compositionis officialibus Regijs fuerit directa, non autèm Baronalibus, ibi: *Nullus Officialium nostrorum compositionem facere audeat.*

95

Videamus modo de alio *permutationis* termino à nostra Prag. posito, & licèt sub hoc verbo *compositio*, quæ est pœnæ corporalis in pecuniariam permutatio, includi videatur, attamèn differunt; nam permutatio in diuersis pœnarum generibus fieri potest, compositio verò propriè solùm in pecuniaria regularitèr fit: æquiparatur verò in omnibus solemnitatibus

96 compositioni; nam sine remissione, & sine causa fieri non debet: dico, quando Baro ex gratia vnam pœnam in aliam permutare vellet, secus si permutatio à Iudice fieret ex causa, & qualitate pœnam minuente, ex quibus ea necessariò commutanda erit, tunc alia Superioris, vel partis licentia non requireretur, cū legis scriptæ sufficiat potestas, quæ in causis hoc permissis, iuxta personas, causas, locum, & tempus, quæ sunt iustæ causæ commutandi pœnas, locum habet, vt latè *Luc. de Pen. in l. si apparitor, C. de cohort. lib.12. Auend. de exeq. mand. cap.16. par.2. ex nu.11.* nam tàm legales pœnæ, quàm statuariæ, dum-

97 modo causæ sint delictis cohærentes, cōmutari possunt, secus si ex causa intrinseca extra acta Iudex ad hoc faciendum se mouere vellet; nam sine Principis assensu ei non permittitur, sicq. interpretatur *l. seruos, C. de vi publ.* & in defensionum actis enitere, vt iustæ arbitrandi causæ appareant, nè Officialis in poenam incidat, vt admonet *Clar. q.85. num.10. Campag. in cap. Reg.252.* indè multi dicunt, causas in sententia inserendas esse, sed hoc non seruatur, cum ex actis constare sufficiat, vt Iudicem in sententia ex causis ad hoc inductum esse dicat; pro Iudice enim in dubio præsumitur, *Gayll. obseru.9.2. par. de pac. publ. Capyc. decis.126.* nam Iudex ex

99 causa non plenæ probationis, ex indubitatis inditijs ordinariam pœnam commutare, & minorare potest, *Tras. de Franch. decis.538. Farinac. q.40. & 86.* tamèn intelligo, & hoc cum distinctione obseruaui, dum casus accidisset enormis in Regia Audientia Calabriæ, vbi amasius proditoriè virum cum vxoris voluntate occiderat, & erant inditia vrgentissima de homicidio, opinionis fui cum meo tunc col-

100 lega Iulio Cæsare Imbriano à Capua, viro eruditissimo, & integerrimo, qui plures composuit libros, & mecum ab illo nunquam satis laudato Prorege Comite de Lemos electus fuit in ea Prouincia, quod etsi æquior sit opinio, ex indubitatis

101 inditijs pœnam ordinariam non dari, tamèn in casibus exceptis, & exemplaribus limitatur; tunc enim posse Iudices ad ordinariam deuenire pœnam aiunt *Cyuall. comm. opin.337. Peguer. decis.88.* prout in Regijs Tribunalibus fuit per *prag.12. de offic. Iudic.* eorum arbitrio remissum. Verùm illa vrgentissima inditia ita clara esse debent, vt contrarium suadi non possit, & Iudicis mens conquiescat, impossibile esse rem alitèr se habere, *Boer. dec.164 Gomes. Farin. d. q.86. num.67.* Verùm si in delicto enormi probationum concurrat difficultas, & illud sit de occultis, eo casu indubitata secundæ speciei inditia etiam ad infligendam ordinariam pœnam sufficiunt, nempè si inditia sint ita vrgentissima, vt ex eis quis ad credendum pro indubitato inducatur, illum tale commisisse delictum, sed cum aliqua hæsitatione virtuali, verisimilitèr respondendo, esse verum, vt optimè declaratur per *Barb. in l.2. ff. solut. matrim. ex num.80.* & præcipuè *num.89. & sequ.* quem sequitur *Reg. Rouit. decis.63.* & in proposito casu cum inditia adessent vrgentissima, & sic indubitata secundæ speciei, in delicto sic occulto, & enormi, reum morti tradimus, & sic prout negotij qualitas exposcit, augenda, vel minuenda est pœna. Multi alij sunt casus, vbi pœna est diminuenda, prout in deli-

102 ctis antiquis, iuxta *l. si quis dicetur, ff. de pæn. Gram. consl.39. Capyc. decis.154.* Item in priuatis delictis ex probationum defectu decerni solet, quod liberentur in for-

103 ma, vel ob delicti leuitatem carcer cedat in pœnam, *Gram. consl.63.* & ex indicijs secundum facti contingentiam pœna minoratur, *Clar. q.64. num.42. Gram. dec.90.* & diximus supra *n.22.*

Sed an in casibus, quando ordinaria pœna

na dari non potest, etiam ad partis inte-
104 resse condemnatio sequi debeat? dic, si ex inditijs taliter de delicto constet, vt Iudex ad criminalem condemnationem adducatur, fortius eum ad interesse condemnationem esse processurum: non enim est nouum, ex præsumptionibus in ciuilibus quem condemnari posse, *DD. in l.licet Imperator, ff.de legat.1. Magon.decis.91. Clar.quæst.2. Add.ad Capyc.decis.27. Menoch.cas.122. Franch.decis.460.in fin.* latè *Caball.cas.82.* Sed contra hanc opinionem insurrexere *Præs. Merlin. cap. 33. & Reg.Rouit. decis.67.* sed eis abundè fuit responsum per *Reg. Sanfelic. decis.226.* concludentem, concurrentibus sufficientibus probationibus, ad reum in causa ciuili pæna extraordinaria puniendum, etiam ad interesse condemnandum esse, prout etiam fuit iudicatum in mense Iulij 1661. per Collaterale Consilium in reclamatione, confirmando decretum M. Cur. in quo erat condemnatus Franciscus Bernacca ob defectum probationum ad pœnam extraordinariam pro magno furto intus Ciuitatem, & ad interesse partis. Act. Caro. Et nos hoc similitèr in Sacro Consilio pluriès obseruauimus, condemnando etiam ad interesse partium, quando pæna extraordinaria non ex probationum defectu, sed ex causis ordinariam pœnam diminuentibus iniuncta fuit, iuxta *d.decis.Præs.de Franch.460.& 33.sub num.6.& Reg.Capyc. Lat.dec.75.*

An autem Iudex pœnam non solùm in aliam æquè similem, vel minorem corporalem ex iusta causa commutare valeat, verùm etiam in pecuniariam, partis remissione non existente? Videtur, quod non; nam cum quid vna via prohibetur, ex alia admitti non debet, *cap. cum quid, de regul. iur.in 6.* per indirectum, inquam, compositiones, parte non concordata fierent, & legi committeretur fraus, quæ permittenda non est, *l.non dubium, C.de legib.* Alij firmarunt contrarium ex eo, quod dum ex iusta causa Iudex pœnam minuere tenetur, & diminutio est in Iudicis arbitrio posita, cum certa regula, & forma secundùm varios casus dari non possit, vn-
106 dè notatur in *l. hodie, ff. de pœn.* omnes pœnas esse arbitrarias, proindè ex iusta causa excludenda non sit pœnæ corporalis in pecuniariam commutatio, etiam non existente remissione, cum hoc legis, non autem hominis authoritate fiat, *Campag.in cap.Reg.Ad peruersorum, num.7. Afflict.in Constit.Si quis aliquem, col.6.* & subiungunt *Gramm. cons.36. in fin. & decis.8. num.10.& decis.98. Roller pract.crim.vers. carcerentur, Arnon. sol.23.* quod quando pœna corporalis, etiam mortis venit ex aliqua iusta causa minoranda, minoratio non debet esse corporis afflictiua, sed pecuniaria, & alias Iudex grauaret. Hæc opinio nunquam mihi simpliciter satisfacere potuit; in *pragm.* enim *2.de compos.* habetur, quando homicidij pœna est ex causa commutanda, ad perpetuas triremes condemnationem fieri, & sic diminutio non fit in pecunia. Nec releuat, eam Officialibus Regijs directam esse, nam semper quod non adsit remissio partis, in quo Baro componere valeat, nil differt, an Regis, vel Baronum Officialibus Prag. dirigatur, cum in nullum Baronis potestatis præiudicium præcipiatur, & Prag. hęc est iuxtà *text. in l.si adulterium, §.Imperatores, ff. de adulter.* vbi minoratio pœnæ ordinariæ mortis est relegatio. Et sic obseruari in practica videmus, nequaquam in pœnis capitalibus absq. remissione partis, reos ad pœnam pecuniariam condemnari, nisi causa minorationis esset tàm vrgens ex circumstantijs, quod parua pęna deberetur, & tunc in Officialibus Regijs permitteretur consulto Prorege, vt colligitur ex *cad.pragmat.2.in fin.* nec in Curijs Baronalibus puto faciendum, nè per indirectum in his causis ad compositiones deueniatur.

109 Hinc sumpta fuit practica, vt plerumq; in pęnis non capitalibus infra relegationem condemnatio exilij fieret, cum potestate ipsum redimendi pro tanta pecunia *§.exulet, vel tot soluat. Gram. decis. 37.n. fin.* pro qua condemnationis practica cum potestate redimendi pęnas alternatiuè in
110 sententijs imponi posse, & rei esse electionem dixere *Vrsill. decis. 276. Gram. vot. 15.* sed electa pæna, ampliùs variari non poterit, cum exequtionem habuerit, & Baro post sententiam sit potestate priuatus, vt dixi supra *n. 34.* Et interrogatus, an medio exilij tēpore ipsum residuū in pecunia pro ratā iuxtà condemnationem redimi possit, & ex dictis negatiuè respondi, nam facta electione, variatio non datur, *l. eum qui, ff. de verb. oblig. Baiard. ad Clar. q. 85. n. 8. Roman. cons. 329. Gratian. cap. 239. Peguer. dec. 91.* sed quid si redimendi potestas in sententia fuerit data pro pecunia, quam in singulos annos, vel menses Iudex arbitratus fuit, & reus exilij partem acceptauerit, cum facultate postea eligendi reliquum, vel redemptionem si sibi libuerit, an talis reseruatio fieri possit; & dum pluries in facto accidisset, aliqui dicebant hoc Baronibus licere, cum de iure condemnationes in suspenso stare possint, inde ad beneplacitum condemnatio sustinetur; *Gomez. var. resol. tit. de exil.* vnde reo sententiā acceptare; eiusq; obseruantiam incipere

R suf-

sufficit. Nec officere videbatur dispositio *prag.* 21. huius *tit.* in qua prohibetur potestas compositiones, & gratias in sententijs reseruandi, nam in hoc casu sententia, iam est certa, & non reseruatiua, cum ergò reus exilij partem acceptet, aliam verò sibi reseruet, nihil incertum facit, cum vnam earum iuxtà sententiā eligere possit, nec refragari videtur, quod facta electione, variatio dari non debeat, *l. serui electione, ff. de leg.* 1. *l. eum, qui, ff. de verb. oblig.* nam donec adest eligendi tempus, non dicitur facta electio, & prohibita variatio. Sed contrarium respondi: nam, etsi vera sit opinio pęnas alternatiuè imponi posse per Curias Baronales, non obstante dicta *prag.* quæ non compręhendit hunc casum, *exulet, vel soluat,* dum à principio pęna sit certa, vt declarat *Reg. de Pont. tit. de prouis. fier. fol.* §. 4 *n.* 15. Reus tamen earum alteram acceptare tenetur,
113 cum sententia sit indiuidua, *l. in hoc iudicio, ff. fam. hercisc.* & indiuiduè est acceptanda, non mixtim recipienda, cum mixtum sub simplicibus non comprehendatur, *Bar.* & cęteri *in l.* 2. *ff. de verb. oblig.*
114 sententia enim est stricti iuris *l.* 1. *C. si plures vn. sent.* & ad vnguem est seruanda, *Franch. dec.* 228. *Crauett. cons.* 188. *n.* 6. vnde exilium partim, pecuniam verò partim acceptans, sententiæ satisfacere non videtur. Item hoc esset per indirectū condemnationi fraudem facere, & dictæ *prag.* contrauenire: Barones isto modo post sententiam indulgendi facultatem haberent, nam seruata exilij parte, postea reus pecuniariam pęnam acceptaret redemptiuā, de qua Baro gratiam, vel trāsactionem facere posset, & quod vna via
115 via prohibetur, alia admitti non debet, *cap. cum quid, de reg. iur. in* 6. Accedat, quod dicta *prag.* ne in sententijs reseruationes fiant, est fauore publico introducta
116 ad fraudum, & grauaminum occasiones tollendas, vnde est amplianda, & ad propositum casum extendi potest, dum simpliciter sententia est acceptanda. Difficultas verò est; an stante alia *prag.* 42. *de offic. Mag. Iust.* per quam prohibitum est M.C. ne de cætero decernet, *exulet, vel soluat,* an talis prouisio ad Barones extēdatur, & videtur dicendum, quod sic, cum publicę vtilitatis par ratio in omnibus Tribunalibus vigeat, & quod à M. C. in decidēdis causis obseruatur à suis inferioribus, seruandum sit. *Caranit. rit.* 12. Contrarium tamē est firmandum, dictam *prag.* non ligare Barones, cum M. C. Iudicibus sit directa, quibus componere absq; Proregis licentia est prohibitum supra *n.* 31. & hac decretorum forma, per indirectum ipsa M.C. Principe inconsulto componeret, vnde ad Baronales Curias non est trahendum, maximè quia Princeps nunquā Baronibus quicquam derogare præsumitur, nisi expressè disponat, & proindè talia decreta baronalia subsistere paulò ante diximus. Intellige tamēn existente partis remissione, vel in casu, quo delictum sit tale, quod pęnę pecuniariæ sit capax, iuxta tradita superius à *n.* 105. nam aliàs per indirectum Barones absq; partium remissione componerent.

Sed quid si reus pecuniariam pęnam in quam fuit condemnatus acceptauerit,
117 & eam soluere non valeat, an iterum de causa cognosci, & in pęnam corporalem condemnari possit, & licèt prima facie videatur, quod non, cum Iudex per sententiam suo sit munere functus, *l. Iudex postea quando, ff. de re iud.* contrarium tamèn probat *tex. in cap. finem litibus de dol. & contum.* vbi in expensis condemnatus, & ex impossibilitate non soluens, alia pęna puniri debet, *Frāc. Marc. dec.* 183. *Thes. dec.* 232. *Peguer. dec.* 91. *Fabr. diff.* 17. *C. de satisd.* Sed quid si ex statuto solum imponatur pęna pecuniaria, in quam inciderit persona pauper, quæ soluere non poterit,
118 dic, similitèr esse seruanda, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de pęn.* qui enim nō habet in ęre, luat in corpore. *Menoch. de arbitr. Iud. cas.* 447. *Caball. resol. crim. cas.* 77. Dubium tamèn est, quæ erit hæc pęna corporalis, *Clar. q.* 95. dicit eam esse arbitrariam, & repren-
119 sum fuisse quendam Prætorem, qui pauperem, pęnam soluere non volentem, fustigauerat, cum fustigatio non sit pęna generalis, sed solum vilibus personis infligenda, *Afflict. in consiliis.* incip. *Culpam, n.* 6. dicit esse condemnandum per sex mēses ad triremes, vel relegationem eum, qui statuti pęnam pecuniariam soluere non valebit. *Præs.* verò *de Frāch. dec.* 358. refert per S.C. decisum, pęnam esse exilij, & ita obseruare Coll. Cons. habetur in
120 *Marg. prag.* 1. *de pęn.* Hoc, in pęna ex delicto descendente, pro delictis verò priuatis, qui non habet in ęre, pęnam corporalem non subitinebit, sed in carceribus si bonis cędere noluerit, detinebitur, *Farin. q.* 26. *Couarr. var. resol. lib.* 2. *cap.* 1. *Affl.*
121 *in constit. Intentionis, in fin.* Et si interesse ex causa criminali dependeat, bonorum cessio locum non habet, *Doct. in* §. *fin. Instit. de act. Thes. dec.* 182. secùs tamèn in fideiussore, cuius pęna ex eius delicto descendere non potest, *Franch. dec.* 507. *Apicell. de cess. bon.* si tamèn pęna pecuniaria non dependeat ex delicto, quod publicam vindictam requirat, sed ex leui, ex multa, tunc quis in carceribus non est macerandus, sed ex causa paupertatis pęna remitti debet, vt in *l. illicitas,* §. *fin. ff. de offic. præs.*

Quid

Quid si pęna pecuniaria sit ob delictum, 122 vel contrauentionem imponenda, vel reus acceptauerit, & interim moriatur, an crimen extinguatur, vel hæredes ex eodem processu ad se defendendum conueniri poterunt, vide *l.* 1. & ibi *Doct. C. ne ex delic. defunct. & l. ex iudiciorum, ff. de accus. Peregr. de iur. fisc. tit. de crim. quę mort. Vasq; contr. 96. Clar. q. 51.*

Restat tertio de vltimo pęnę remissionis articulo vidēdum, & dico pęnam cor- 123 poralē remittere, & sic gratiam facere, quamuis solius Principis sit, *Andr. in cap. 1. n. 75. quæ sint regal. Boss. tit. de remed. ex sola clem. à n. 50.* hodie tamēn in Regno Barones, de Vasallorum delictis ante sententiam, & partis remissione concurrēte gratiam facere possunt, vt pro indubitato virtute eorum priuilegiorum tradit *Præs. de Franch. dec. 370. n. 1. & 12. & Reg. de Pont. de pot. Proreg. de prou. fier. sol. §. 4. n. 55.* subiungit, hoc euenire ex meri, & mixti imperij concessione cum quatuor literis arbitrarijs, & alijs ex clausulis amplissimis. Hanc faciendi gratias potestatem ex amplissimis priuilegijs Baronibus concessis deuenire nō negatur; quamplures enim inuestituras perlegi; in quibus vidi clausulam, vz. *cum facultate, & potestate delicta in totum, vel in partem relaxandi, & remittendi, satisfacto priùs parti lęsę de damnis, & iniurijs acceptis,* Ipsa tamēn clausula deficiente, dico, illā potestatem ex meri, & misti imperij cōcessione oriri non posse, siquidem illud non indulgentiam, sed corporalem facinorosum punitionem concernit, *l. imperium, ff. de iurisd. omn. iud.* vnde contrariū effectum parere non potest, pęnam vz. remittendi; esset enim effectus subiecto contrarius, & causæ causatum aduersaretur, quod naturaliter non conceditur, vt aduertit *Horat. Montan. contr. 73.* Idem videretur dicendum de literis arbitrarijs, quarum vna, quæ facit ad casum nostrum, situata *in cap. Regni* incip. *Exercere volentes, sub rubr. de componendo,* vbi datur potestas parte offensa cōcordata, pęnas corporales in pecuniam commutandi: Commutare enim, seù componere non est in totum remittere, seù gratiam facere, cōpositio enim adhuc pęna est, licèt mitior, secundum *Andr. loc. cit.* & qui dicit pænam, excludit gratiam, & sic è contra, cū duo contraria in eodem subiecto subsistere non valeant, *l. 3. §. ex contrario, ff. de acqu. possess.* vnde gratiam facere, tamquā de regalibus, nisi exprėsse concedatur, concessum non intelligitur, vt in dicto *cap. 1. de regal.* prout exprėsse ex *tex.* huius pragmaticę apparet ibi (*Et qui potestatem virtute suorum priuilegiorum habēt componendi, permutandi, aut remittendi pęnas, ea vtantur*) ex his enim verbis colligitur primo, eatenus Barones ea remittēdi potestate vti posse, quatenus sit illa in priuilegijs concessa, secundo distinctė ponitur ibi potestas componendi, & pęnas remittendi. Si ergo compositionis nomē remissionem, & gratiā denotaret, & verbum remittendi, sub alio componendi tacitè comprehenderetur, frustratoriè positum fuisset, cum entia absq; necessitate non sint multiplicanda, & ad vitandum inutilem circuitum per plura fieri non debet, quod per pauciora potest *l. Dominus testamento, ff. de condit. indeb. & l. cū fundum, §. seruum, ff. de reb. rub.* & frustra exprimitur, quod tacitè inest; *l. videamus ff. si cui plus quā.* Potest nihilominus substineri ex præcitata litera arbitraria Baronibus communicata, eos gratiam facere posse, nam si pęnas corporales in pecuniā commutare, & eam pecuniam in propria vsus redigere, remittere, vel donare possint, ergo ad vitandum circuitum inutilē componendi, seù commutandi, & deinde remittendi dicendum est, Barones suis vasallis delinquentibus gratiam facere posse, quia sub hac gratia comprehenduntur hęc duo, vz. pęna corporalis in pecuniā commutatur, & illa deindè remissā, & donata, quorum vnum, nempè gratia implicitè, & virtualitèr vnico actu occultatur, vt innuit *Reg. Lanar. cons. 5. sub n. 11.*

Num autem eo casu, quo Baro in homines Castri merum, & mistum habet imperium cum quatuor literis arbitrarijs, sed pœnarum compendia, & mulctæ, vulgo, prouentus, ad alium ex Regis concessione spectant, puta, ad eiusdem Castri Vniuersitatem, vt in nonnullis huius Regni Ciuitatibus id videmus, quæ hæc pænarum, & mulctarum compendia habent, cum onere salaria soluendi Officialibus, qui iustitiam administrant, vt per *Natt. cons. 636. num. 118. & Montan. de regal. §. mulctarum, pænarumq. compendia, num. 3. in fin.* Sunt enim hi prouentus iurisdictionis fructus, meritò vsusfructus vni, alij verò proprietas dari potest. Quæritur an tunc Baro subditis de delictis commissis gratiam facere possit. Existimo, eum non posse, quia per indirectum alienos prouētus, videlicèt ad ipsum non spectantes daret; si enim huiusmodi potestas ex compositione in pecunia, & donatione illius pecuniæ, quæ ad ipsum spectat, vt diximus, substineatur, ergo vbi pecunia ad alium pertinet, rem alienam donaret, quod non potest. Nec dicat Baro, vtor iure meo, mihi concesso; nam Rex gratias faciendi potestatem formalitèr illi non concessit, sed componendi in pecunia, qua compositio-

ne facta, alius concessionarius a Rege sibi pecuniam illam capit, & sic ius tuum est in componendo; imò si in suo priuilegio adesset clausula, *Componendi, & delicta remittendi*; est aduertendum, Imperatorem Carolum V. in *pragm.* 5. *hoc tit.* declarasse, clausulas has, & similes, quæ in priuilegijs de stylo Regiæ Cancellariæ apponi solent, nullum ius concessionarijs tribuere, nisi quatenus concedens concessionis tempore habeat, & iusta titulo, vel legitima præscriptione possideat, testans, id esse de iure dispositum, prout in *l. in concedendo, ff. de aqu. plu. arc.* in quo *tex.* aquæ dominiu, qui eius vsum Titio concesserat, Caio, deindè concedente, Titij consensum requirere debet, nec ex secunda concessione ius primi concessionarij minuitur; ergo dum Rex Vniuersitati hominum Ciuitatis compendia pœnarum ex delictis obuenientia concesserat, quando deindè Baroni pœnas corporales in pecuniarias commutandi, illasq. remittendi potestatem concedat; hæc secunda concessio minueret, & extingueret primam, si posset illas remittere, meritò nil operatur hæc secunda, nisi quatenus primus concessionarius permitteret, ergo est dicendum, non posse tunc Barones facere gratiam de delictis commissis, & pœnis; maximè cum ob eorum auiditatem sub titulo gratiarum in totum concessionarij pœnis, & mulctis ex compositionibus priuarentur; & proindè Iudicantes his casibus vsus frequentiam, & personæ qualitatem Barones in casu grauaminum semper respicere debent.

Diximus, indulgentias, seu gratias, præcedente partis remissione fieri debere. Sed aduertendum, partis remissionem solius interesse satisfactionem non dici obtentam, *l. ex hac, ff. si quadr. paup. fecisse. dic.*

124 sed oportet, vt iustitiæ vindicta remittatur; nam offensionis remissio ab iniuria, & damnorum remissione satis differt, *Ias. in l. si sibi, §. quædam, ff. de pact.* Item aduertendum est circa indulgentiæ, & veniæ maximè a Principe impetrationem, asserendas esse omnes delicti, de quo gratia

125 petitur, intrinsecas, & extrinsecas qualitates, & signanter quæ Principem ad difficilius concedendum inducere possint, ne subreptio, vel gratiæ obreptio rescriptum annullaret, *gloss. & DD. in l. 3. C. de Episcop. aud. Boss. vbi supra, & Barb. in cap. super literis, de rescrip.* refert, Bononiæ quendam fuisse decapitatum, licèt is gratiam de homicidio habuisset, quia homicidium aliàs se commisisse non dixerat, & sic non solùm ipsius delicti qualitates, sed aliæ agrauantes exprimendæ sunt, latè *Farin. q. 6. Menoch. de arbitr. cas. 201. cum sequ.* & etiam de delictis; à quibus gratiosè fuit compositus, vel absolutus mentionem facere tenetur: nam reiteratio in eodem delicti genere est iusta causa, delinquere solito, non indulgendi, *Ann. sing. 239. Menoc. cas. 203. num. 32. Franch. decis. 330.* secus autem si de delictis fuerit absolutus, *Bur-*

126 *sat. cons. 177. libr. 2. Boss. de remed. ex soli. clem. num. 35.* cum titulus aliquem reum non reddat, *l. quoad statutum, ff. de pæn.* debetq. exprimi, si reus sit carceratus, cum difficilius in posse Curiæ existentibus ignoscatur, *Clar. q. 19. num. 10. Farinac. d. q. 6. num. 47.* & Prorex quando gratiam facere intendit, in omnibus M. Curiæ bancis curat perquirendum, & de delicti, & personæ qualitatibus relationem exposcit. Et proindè gratiam petentes omnes in rescripto inserūt qualitates, cum clausula, *de apparentibus, confessis, & non confessis, etiam si essent maiora expressis, Baiard. d. q. 59.* & an causæ impulsiuæ, vel finalis omissio gratiam vitiet? vide *Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 20. Peregr. de iure Fisc. lib. 5. tit. 8. num. 17.* tot verò non requiruntur solemnitates apud Barones, de sui vasalli gratiam petentis, qualitate conscios, secus si qualitates extrinsecas, vel intrinsecas ignoraret; tunc enim procederent supradicta, de quibus loquuntur *Boss. d. tit. ex num. 23. Thes. decis. 21. & Menoch. cas. 303.*

128 Aduerte tamen, non omnia, tacita gratia, annullari, etiam si ea essent, ex quibus Princeps difficilius concessurus fuisset, sed eam annullant, quæ de iure scripta reperiuntur, *Felin. in cap. postulasti, de rescrip. Rot. decis. 32. eod. tit. Caput. decis. 49. Menoc. d. cas. 201. num. 25. Baiard. loco cit. num. 74. Giurb. cons. 80. num. 21.* causas alias indulgentias annullantes recenset ibi *Farinac. n. 49. & alij DD. supra cit.*

129 An autem Baroni vasallo delictum, & socios detegenti indulgere, & gratiam conferre liceat? videtur affirmandum ex *text. notab. in l. non omnes, §. fin. ff. de re milit.* vbi reo voluntariè alios indicanti parcitur, secus si coactè, nempè si in carceribus indicatio fieret, *Hippol. in l. 1. §. cum quis latrones, ff. de quæst. Bos. precit. loc. Marsil. singul. 177. Clar. 27.* dummodo hoc ad partis instantiam fiat; nam Iudex ex officio, parte non concordata remittere, & indulgere non potest, *Baiard. ad Clar. q. 59. num. 97.* nisi Baro crimina remittendi, etiā parte non concordata, priuilegium haberet, vt in Principe Bisiniani refert *Franch. decis. 370. in princ.* cuius tamen priuilegij non est in possessione, vti contra omne ius.

130 Verùm pro dilucidatione primò est videndum an Principi, parte non concordata, indulgere liceat? & dicendum est, quod

quod non, nisi ex causa publicæ vtilitatis vt diximus supra *num.* 47. qua causa existente, non solùm ius naturale, quod ei refragatur, nè tertio præiudicare valeat, *l.* 2. §. *si quis à Principe, ff. ne quid in loco*
131 *publico*. sed etiam ius diuinum alterare potest, vt in *pragm.* 5. *de exulib.* & *in Const. Foriudicatos.* Ex quibus permittitur posse bannitos occidi, etsi iure diuino sit dictũ, *Non occidas*. & in pluribus locis supra *pragm.* 1. & in alijs tetigi, Principem ex causa ius diuinum relaxare posse, quod cum sit magnæ considerationis, & consequentiæ, operepretium est, obiter aliqua reassumere, quæ obumbrata in alijs locis
132 reperiuntur, Notes primò, non omnia in veteri, vel nouo Testamento, ac in Canonibus scripta ius diuinum constitue-
133 re. Sed distingue, alia esse præcepta moralia, alia mystica, quæ in cęremonialia, & sacramentalia diuiduntur, iuxtà *text.* & *glos. in cap. fin.* §. *his itaq.* 6. *dist.* alia iudicialia. *Deuter. cap.* 5. ibi, *Loquar omnia mandata mea.* & cęremonias, atquè iudicia moralia sunt ea, quæ in Decalogo continentur, quæ à Deo in tabulis lapideis populo data, & tanquam perpetua in arca Testamenti Sancta Sanctorum inclusa fuerunt; hæc enim immutabilia sunt, & Princeps sęcularis, nec Ecclesiasticus tollere poterit. Sacramentalia sunt Sabbati sacrificatio, circumcisio, & huiusmodi. Cęremonialia, vt *Non arabis in boue, & asino. Non feres vestem lana, linoq. contextam*, & similia, quæ mutata sunt. Sacramentalia verò non sunt mutata, quoad sensum, licèt quoad literam sic, vt in *d. cap.* Iudicialia sunt, quæ vsu, & lege contrarijs tolli, & immutari poterunt, & cessauerunt in morte Christi Domini: imò si quis dixerit, iudicialia, & cęremonialia nos obligare, hęreticus esset, vt firmant *Theolog. Io. Gerson, de contrat.* 1. *par. consid.* 10. & *Tiraquell. de retract. in præfat. num.* 11. Sed hac distinctione attenta, quia ex Decalogo præcipitur, *Non occides*. Quomodo Princeps bã-
134 nitos occidi permittit? Quomodo ex *l.* 1. *C. quando lic. sine Iudic.* furem nocturnum interfici permittitur? Quare transfugas, & rebelles occidi conceditur? *l.* 3. §. *transfugæ, ff. de sicar.* ita vt etiam parentes in tali casu interfici non est vetitum, *l. minimè, ff. de relig. & sumpt. funer.* sicq; & in Decalogo scriptum est, *Nec iures vana per ipsum*. vndè sumpta est iuris obseruatio,
135 iuramentum esse de iure diuino, & nihilominus Principem in multis casibus eum relaxare videmus, quando periurus tot puniretur pœnis, quas refert *Ias. in l. si quis maior, C. de transact.* & in terminis est *glos. in l. adigere*, §. *fin. ff. de iur. patron.* vbi iuramentum de non nubendo præstitum remittitur, simile probatur in *l. fin. ff. qui satisd. cog. in l. fin. ff. ad municip.* cum innumeris, per quæ iuramentum impunè relaxatur, & in Regno per *Ritum* 171. principales ordinaria periurij pœna non puniuntur, & per *pragm.* 6. §. 8. *de offic. Procur. Cæsar.* filiumfam. cum iuramento se seorsum à patre habitare allegante, non puniri mandatum fuit, quidquid antè obseruabatur, vt per *Vrsill. decis.* 308. *Carau. de filiofam.* §. 6. & idem ad beneficium mulierum fideiubentium in *pragm.* 1. *de Senatusc. Vellean.* iuramentum licèt ad factũ præcisè obliget, *DD. in l. licet stipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig. Gabr. Rom. conclus.* 8. *tit. de iureiur.* Princeps tamèn dilationem etiam circa debita iurata dare solet, *Carauit. in Rit. de moratoria*, & *in Constit. Diuæ memoriæ* annullantur iuramenta circa alienationes feudorum absq; assensu factas, quæ omnia propositæ diuisioni correspondere non videntur. Respondetur, Principem directè contra ius diuinum Decalogi disponere nequaquam posse, vt illicitum sit licitum; verùm ex causa relaxare, minuere, & declarare valebit, dummodo ex eodem iure causa permittatur, aliàs si ius illud in simplicibus prohibitionis terminis staret, & causa ex eodem iure non iustificaretur, Princeps statuere non posset, originalis fuit doctrina *Bart. in l.* 1 *ff. de constit. Princ.* & latè per *Petrum de potest. Princ. cap.* 19. & 20. ex causis enim multa permittantur, quæ alias etiam Principi essent absurda, vt dictum fuit supra *pragm.* 1. *num.* 122. prout dicimus de adulterio, quod nullo iure excusari, vel permitti poest, secus in exẽplis supra positis; si enim transfugas, rebelles, publicos hostes occidi posse permissum est, hoc fit ex causa publicæ pacis, *Gayll. de pac. publ. in princ.* per ipsummet enim ius diuinum constitutum est, *Maleficos non patiaris viuere super terram. Matth.* 3. *Exod.* 23. *Qui occidit, occidatur*, & *Deuter.* 13. *Si audieris vnum de Ciuitatibus tuis dicentem eamus, seruiamus Dijs alienis, interficiendo omnes necabis.* & ibid. *Si frater tuus, & vxor tua damnare voluerint veritatem, sit manus tua super illos, & effundas sanguinem ipsorum. Luc.* 18. *Interficite inimicos meos*. sicq. occidentem furem nocturnum lex etiam excusauit. *Exod.* 22. si effringens fur domum fuerit inuentus, & accepto vulnere fuerit mortuus, percussor non erit reus sanguinis, secus si orto Sole, iuxtà distinctionem *glos. in l. furem, ff. de sicar.* In multis tamèn casibus ius diuinum non tollitur, nec per peccatum, li-
136 cèt ius ciuile, vel statutum alitèr excuset, vti permissio Iudęorum vsuræ in statu Christianorum, impunitos occidentium adul-

adulteros,hæcq. ad euitandum maius malum, vel ob iustam iram permittuntur,
137 non quod tollatur peccatum, *Osasch.decis.vlt.num.* 14. *Thes.decis.* 12.latè *Foller.in prax.cons.vers.Nicolaus Episcopus, & Barb. in l.*1.*ff.solut. matr. Anton.Corn. de absolut. iuram.par.*3.*quæst.*5. Et eò redeundo vndè digressi sumus, dicimus, ex causa Principem etiam, parte non concordata, indulgere, bannitos impunè occidi,& reuelanti delictum indulgere posse.
138 Sed an tale bannum impunitatem, siuè indultum reuelanti crimen promittens, per Barones fieri, & sustineri possit?& dicendum est, non per Officiales iurisdictionem iure proprio non habentes, iuxta notata per *Franch. decis.*370.*num.*2. *& seq.* sed solùm per Barones,qui iurisdictionem in dominium habent, præcedente tamèn partis remissione fieri posse: indulgere enim proprium non solum esse Principis, sed etiam habentis authoritatem ab eo gratias concedendi,pro indubitato tradunt *Clar.q.*55.*num.*9.*Petr.de pot. Princ.cap.*15. *num.*85. at in Regno potestatem habent Barones delicta remittendi,seu gratias faciendi, vt diximus supra ex *num.* 123. ergo Barones,impunitatem, seu indultum delicta reuelantibus promittere possunt, & existente hac potestate, hanc nostram sectatur opinionem *Mastril. de Magist.lib.*4.*cap.*16.*num.*271.& in proprijs terminis sequitur etiam *Reg.Rouit. in rubr.de abolit.ex num.*9. & si solius Principis supremi sit delicta abolere, limitatur tamen in Regno ad Baronum beneficium ob concessionem vasallis delinquentibus gratiam faciendi. Idem inquam sunt remittere,gratiam conferre,& indulgere, eum in effectu non differant, nisi verbis, prout ea confundit *Præs.de Franch.loc.cit. num.*11.*&* 13. indulgere enim idem est, quod delictum, seu eius pœnam remittere, *Andr. in cap.*1.*num.*17. *Quæ sint regal.* Non me remouent in contrarium adducta per *Reg.Merlin.c.*33.*suarum controu.*indultum concedere ad supremum tantũ Principem pertinere asserentem:nam hoc non negatur, & maximè in indultis,seu generalibus abolitionibus, quod proprium est Principis,ex *text. & glos.in l.abolito, ff.ad Turpill. l.*1.*ff.de constit.Princ.* dicitur tamèn competere in causis particularibus, etiam Baronibus, quibus concessa est authoritas gratias impartiendi, vt supra fundatum fuit. Spectat tantùm ad Principem, si promittatur indultus foriudicati Curiæ Baronalis, cum post sententiam Baroni non liceat gratiam facere, vt dictum fuit supra à *nu.*32. & huic casui adaptatur *text.* per contraria allegatus in *l. relegati,* & à maiori si ille esset bannitus, vel alterius Curiæ inquisitus, vel Regij Tribunalis, quamuis eius Baronis vasallus,cum eo casu abdicata sit ab eo iurisdictio, sic si ille esset publicus delinquens, iuxta *pragm.*1.*de recept.delinq.*in alijs autem casibus non video, cur Baro in proposito casu gratiam promittere non valeat. Quando emanantur talia banna,dicitur,quod illud delictum reuerelanti per Baronem gratiam fieri promittitur, stante remissione facta per offensos,& interim vt reuelans ponat in claro delictum, Baro illum guidat, & guidaticum posse à Barone concedi, habemus infra ex *n.*158. & non negat idem *Merlin.loco cit. in fin.* gratiam enim facere quis Baroni abdicauit,postquam reus ex parte sua satisfecit, si ergo potest Baro gratiam facere absq. causa,vt dictum est supra;fortius dicendũ, si fiat cum causa tam legitima,& *Imperator Adrianus in l. non omnes, §.fin.de re milit.*mandat,parci reo, qui alios inquisitos reuelauit; si iustum guidaticum, si rationabilitèr facienda est gratia, quomodo banna emitti non possint, si gratia in hoc casu fuerit permissa à Iudice, qui non habet, nisi iurisdictionem in officio, dicit *Bonadill. in sua Polit.lib.*3.*cap.*13.*sub n.*13. promissionem esse seruandam ratione publicæ vtilitatis, & consulendum Principem,vt id obseruari faciat, quantò magis seruanda est ab eo, qui ex se gratiam impartiendi prærogatiuam habet.Et in Regia Audientia Calabriæ, dum Baro Ceruicati in magna serici quantitate furtum passus fuisset,& peteret, tale bannum fieri,præcedẽtibus eius remissione, & gratia reuelanti,illud confirmauimus. Et gratia est illi seruanda, si in banno contenta adimpleat. Accidit tamèn in facto, quod quidã Mosca nomine ad testificandum vigore dicti banni venisset, & post examen tor-
139 tus ad conualidandum illam depositionem contra socios, cum aliàs nullum faceret inditium,tum quia socius, tum etiã ob spem impunitatis promissam,& adhuc
140 cum tortura debile erit eius dictum, *Farinac.q.*43.*num.*192.*Clar.q.*55. *num.*7. *Menoch. cas.*367. in tortura vltrà nominatos in sua depositione, tres alios socios confessus fuit; dum liberationem peteret, se opposuit Fisci Patronus Alexander Ro-
141 uitus,quì à patre in integritate, & omnium virtutum complemento, non degenerat, & illi gratiam non opitulari dicebat,quia erat facta, vt omnes fures detegeret;cumq.non omnes, sed aliquos tantùm spontè confessus fuerit, dum coactè in tortura alios postea manifestauerit, fides non erat conseruanda,*l.cum fidem,C.de transact.*item quia falsum commiserat: nã
142 testis super toto facto, & causa depo-

nens,

nens,omittens dicere,quæ fcit, falfi pœna
tenetur; eadem enim pœna punitur tàm
falfum deponens, quàm verùm omittens,
*Bart. in l.præfcriptione, C.fi contra ius, vel
vtil.publ. Boff.tit.de falf.num.65. Mafcard.
de probat.conclu∫.743.num.12.Farinac.de
teftib. q.67.§.6.* & fic gratia ci prodeffe
non debet, qui deliquit in illa, *l.Papinia-
nus,§.meminiffe,ff.de inoffic.teftam.* & infra
num.165. Ex quibus oppofitionibus nul-
la gratiæ ratione habita,ad vlteriora in
caufa proceffum fuit. Et ad noftram ma-
teriam redeundo, Barones impunitatem
promittentes,parte inftante, & remitten-
143 te,talia banna facere poffunt. Idem dic
de banno, vbi de prouentibus præmium
reuelanti promittitur, *Taris. de find. ver.
præmium,Baiar.ad Clar.q.27.Rom.fing.538.*
Aduerte tamèn,reuelantem, quando tales
gratiæ, vel indulgentiæ ad delicti publi-
144 cationem fiunt, licèt illa gratia potiri
debeat, non tamèn euadere, vt torqueri
non poffit ad faciendum inditium contra
alios, fi perfectæ probationes haberi non
poffint; tunc inquam tortura non ad pœ-
nam, fed ad fciendum delicti veritatem
datur, & gratia ad hoc non extenditur,
*l.3.C.ad leg.Iul.Maieft. Franch. decif. 459.
Caball.caf.29.* Sed in facto fuit excitatum,
145 an idem obferuandum effet cum illis,
qui indultum, & gratiam fimpliciter ob-
tinuerunt ad faciendum contra alios in-
ditium, torqueri poffint? Aliqui ex Do-
minis dicebant fic, cum eadem effet ratio,
attamèn non effe eam decifionem ad gra-
tiatos ex alia caufa extendendam, replica-
tum fuit; nam ifti neq. vti teftes deponere
tenentur, *Farin.q.6.num.1.in fin. Dec.con-
fil.147.num.12.*& fic neq.ad torturam po-
ni,& ita fuit practicatum.
146 Aduertendum etiam eft ad verbum
banni,vel gratiæ,quod fi reuelanti, & deli-
ctum patefacienti concedatur,non fat erit
indicare correos,nifi probationes etiam
adduxerit, *Bar.in l.fi quis cum feq.ff.ad fyl-
lan.Taris.de find. ver.præmium,*& eft *text.in
l.1.C.quib.ex cauf.fer.qui p prem.lib.acc.*ibi,
Interruptis probationibus, & melius in *l.in-
dicaffe,ff.de verb.fignific.* cuius verba funt:
*Indicaffe reum dicitur,qui eum conuincit,Reg.
Sanfelic. decif.222.* vndè infpicienda funt
verba banni; nam aliud eft delictum reue-
lare, aliud fures indicare,*Mafcard.de prob.
conclu∫.833. num.12. Viu.decif.196.num.4.
& Giurb. conf.22.ex num.21.* vbi,an fuffi-
ciant inditia ad torturam, maximè in de-
lictis occultis, In Regno indultus conce-
duntur bannitis, altero alterum occiden-
147 te,vt in *tit. de exulib.pragm.5.* & ex ifto
potiffimùm remedio quamplurium latro-
num cœtus extirpati fuerunt, quod ftatu-
tum de iure erat cognitum, *Soc.conf.157.
2.p.*vbi adnotatur, vt reus indultu potia-
tur,paritatem criminis effe oportet, alias
fi occidens fit atrocioris criminis reus,nõ
gaudebit,& proindè per *d.pragm.5.* fanci-
tur,bannitorum Caporalem non gaudere,
nifi alium Caporalem occidat; fed in fo-
riudicatis fufficit vnum,ab alio occidi, li-
cèt fint criminis impares,latè *Farin.q.183
num.180.* vbi plura ponit requifita, pro
148 indultu obtinendo, alium bannitum oc-
cidendo,& alia ad materiam, quando ipfi
banniti gaudere poffint, & quæ in fuppli-
catione exprimi oporteat, *Bart.& Nell.in
tract.bannit. Baiard.ad Clar.q.59. & in §.
homicidium,Franch.decif.360.433.402.Ca-
rauit.in 5.pragm. de exulib.* Nota autèm,
quamuis per *d. pragmaticas* concedantur
indultus,folùm M. Curià declarare, & fu-
149 pèr indultu cognofcere poffe, *Carauit.
fuper d.prag.de exulib.num.50.* & licèt Re-
giæ Audientiæ etiam manus imponant,
tamèn fi prætendens indultum fit contu-
max M. Cur. ad eam acta erunt tranfmi-
ttenda,& fic Barones non funt competen-
tes Iudices fuper indultus à Principe pro-
150 mulgati materia; Regiæ autèm Audie-
tiæ fuper indultus oppofitione cognofce-
re poffunt, fed eum expedire non valent,
nifi data effet fpecialis prærogatiua, vt
in cafibus de iure debitis eis indulgere li-
151 ceret, & quamuis volentibus facere fer-
uitia,Præfes vigore poteftatis belli exu-
lum ei conceffæ promittat, vt quis ban-
nitum occidendo indultum confequatur,
tamèn impetrare eum debet a Principe,
cui data relatione,de albarano,promiffio-
ne per ipfum Præfidem facta, & feruitio
præftito per Collaterale Confilium,audi-
to Fifco,indultus in forma expeditur.
152 Guidatica verò per Præfides, vti Ca-
pitaneos ad Guerram contra forafcitos
expediri poffunt, *Io. Grand. de bell. exul.
fpec.11.* prout cum debitoribus latitanti-
bus faluęguardiæ, nè per breue tempus de
perfona carcerari poffint, ex caufa conce-
di folent, fi non effent debitores decocti,
qui funt ab affecuratione excepti, *Scac.de
mercat.tit.de decoct.p.7.n.26.*
153 An autèm Baro criminofos per ali-
quod tempus guidandi poteftatem ha-
beat? & videtur,quod non ex *l.relegati,ff.
de pœn.& ex cap.Reg.197.incip.Multorum,*
154 vbi faluiconductus, feu guidatica per
Officiales omnes,aut quofcumq. alios fie-
ri prohibentur, & ex *pragm. de recept.de-
linqu.* vbi Rex Ferdinandus omnimodam
guidandi poteftatem a Baronibus abdi-
cat, & de iure communi foli Principi fal-
uum conductum expedire,competere fir-
mant *Boer.decif.179. Tufc.lit.S.conclu∫.21.
cum feqq.Cęuall.de brach.Reg.29.par.2.
num.314.Bonadil.in fua Polit.lib.2.cap.*

nun

*num.*124. Contra, seu potius limita, non solùm Baronem, sed quemlibet Iudicem
155 ex iusta tamèn causa, securitatem ad tẽpus inquisito, & bannito ab eius Curia dare posse, *Bart. in l. is, qui reus, ff. de public. iudic. Bald. in l. sed etsi hac, §. & si pena, ff. de in ius voc. Afflict. decis.* 4. *nu.* 2. & 4. *Gram. vot.* 25. *num.* 11. *Farin. q.* 29. *num.* 104. *Vital. de clausul. vers. nil nouar. sec. pend. Bouadill. vbi supra, num.* 127. *Sese de inhib.* §. 1. *cap.* 5. *num.* 67. In Regno autèm vigore *d. cap. multorum*, talia guidatica per Officiales fieri prohibetur: per Barones verò, cum
156 administrationem in dominium, & potestatem gratiandi habeant, si partis offensæ remissio præcedat, etiam sine causa eorum vasallos inquisitos, vel bannitos à suis Curijs guidare possunt, *Frecc. de subfeud. auth.* 45. *Franch. decis.* 370. *de Ponte de potest. Proreg. tit. de promiss. fieri solit.* §. 4. *ex num.* 53. *Rouit. pragm.* 1. *num.* 4. *de guid.* & *prag.* 1. *num.* 13. *de recep. malef.* & hanc potestatem esse in Baronibus colligitur etiã ex dictis in *pragm.* 3. *de persequ. malefic.* & 7. *de exulib.* & ratio est euidens, nam si Baro suo vasallo inquisito gratiam concedere potest, quantò fortius ad tempus illum guidare valet. Et non obstat *d. l. relegati*, & *cap. multorum*: nam ex ampla priuilegiorum concessione, & potestate Baronibus a Principe postmodum communicata limitantur, & *d. pragm.* 1. locum sibi vendicat in terminis, in quibus loquitur, scilicèt contra facinorosos, & publicos delinquentes publicam pacem perturbantes, contra quos Baronibus potestatẽ
157 guidandi abdicat. Permittitur inquam Baronibus delinquentes vasallos guidare, non verò bannitos, & foriudicatos ab alijs Tribunalibus, maximè Regijs, cum
158 hoc soli Principi liceat, *Afflict. decis.* 4. *num.* 4. *Frecc. loco supra cit. Petr. de potest. Princ. cap.* 8. *ex num.* 52. sic alios inquisitos de delictis exceptis, vti sodomiæ, *Foller. in prag. de sodom.*
159 Et regularitèr guidatica per Proregem, seu eius generalem Commissarium campaneæ quando aliquod seruitium Curiæ faciendum promittitur, expediri solent, cum comminatione nè ad loca partis offensæ accedant, nè scandala veniant, & partes contristentur, & hæc est clausula in omnibus guidaticis apponi solita, & etiam in indultis, *Caball. cas.* 58. *nu.* 16. & tunc innominatus contractus inter reum, & Superiorem factus videtur do, vt
160 facias; vndè quando vna pars deficit, alter discedere poterit, *l. naturalis, ff. de praescript. Franch. decis.* 673. *num.* 4. *Farin. dict.*
161 *quæst.* 29. & latè *Reg. Rouit. in prag.* 1. *de guid. ex num.* 8. qui refert, gratiam consequutum cum clausula, *dummodo Neapolim non accederet*, ex contrauentione ad mortem damnatum fuisse, ex dictis superius sub *num.* 47. fallit tamèn, si ille guidatus
162 ex necessitate transiret, non animo permanendi; nam modica, & necessaria mora
163 nõ est in consideratione, vt dicam in *seq. pragm. num.* 43. & quæ dicantur partes offensæ, diximus superius *num.* 65. hæc enim materia non strictè, sed benignè est interpretanda, *Menoch. de arbitr. cas.* 336. *cum*
164 *sequ.* Aduertere vndè debent guidati, nè pendente guidatico delinquant; nam se gratia redderent indignos, & in carce-
165 res inijci, & de delictis tam antè securitatem, quam post commissis puniri possent, nisi delictum esset leue, *Præs. de Franch. decis.* 258. 433. & 717. secus procedit pendente indultus discussione; nam si deliquerit ipse reus secundùm delicti
166 naturam puniretur, sed gratia non priuaretur, idem *Franch. decis.* 433. & isti guidati, securitate pendente arrestari, vel em-
167 parari non possunt, quando sunt à Principe guidati; sed si ab alio inferiore, Superior inferioris saluo conductui stare non tenetur, nisi cum causa legitima, & in casibus à iure non vetitis factus fuerit, iuxtà distinctionem *Rouit. in pragm.* 1. *de guid. ex num.* 52. Quid si sub prætextu guidatici ignorantiæ foriudicatus occideretur? dic,
168 quod si ignorantia vera, non autèm supina fuerit, excusaretur occidens; si leuis sit culpa, extraordinariè punietur: sed si dolosè fiat, de homicidio plecteretur, *Bal. cons.* 9. *volum.* 3. & *cons.* 142. *lib.* 4. *Menoch. cas.* 337. *Farin. q.* 29. *Io. Grand. de bell. exul. fol.* 33. *num.* 29. *Mastrill. de indult. qu.* 43. ille enim foriudicatus est sub protectione
169 Regia, & Superioris saluumconductum frangens, læsæ Maiestatis crimine punitur, *Bart. in l.* 3. §. *transfugus, ff. ad l. Cornel. de sicar.* & *in l.* 3. *num.* 6. *ff. ad leg. Iul. Maiest. Menoch. cons.* 336.
170 Aduerte insupèr, exules, relegatos, vel foriudicatos a Curijs Baronalibus, ab ijs Baronibus guidari non posse; nam lata sententia, priuati sunt potestate in causa procedendi, vt diximus supra ex *num.* 32. sic & commeatus etiam modici temporis facultatẽ impartiendi, cum Principi tantũ competat, vt in *l. relegati, in fin.* & *l. ad bestias, §. ex Prouincia, ff. de pæn.* pendente verò causa, Barones securitatem promittere possent, non tamèn sententia exequuta, latè *Salic. in l. cum indulgentia, C. de sent. pass.*
171 Consequtiuè venit declarandum, an Barones vasallos ad famam, honores, & bona post sententiam restituere possunt in casibus, vbi ex priuilegio, vel appellatione pendente gratiam facere valent. Et prius videamus, quid iuris in gratijs à Prin-

Principe factis ad pœna capitalē condemnatis, deportatis, vel forindicatis, quibus gratia, seu indultus fieri solet. Præmitto criminum abolitionem triplicem esse: Aliam
172 publicam, & generalem, quæ a Principe ob res suas prosperè gestas, vel in eius aduentu ad Regnum, vel vxoris traductione, & similibus, indultus, & gratiæ fieri solent, hæcq. dicitur generalis abolitio, *l. abolitio. cum l. sequ. ff. ad Senatusc. Turpill.* Ad cuius indultus materiam, ad quæ crimina extendatur, & quę intelligantur excepta? vide *Baiard. ad Clar. qu. 59. Plaz. in epitom. cap. 38. Carrer. §. homicidium il 6. num. 37. Catalan. & Mastrill. de indult.* &
173 quale tempus attendatur publicationis factæ in Metropoli, vel in Prouincijs? *Franch. decis. 360.* & an ad Baronum vasallos extendatur, diximus supra *num. 52.* & ad quæ ob talem indulgentiam quis restituatur? *Peregr. de iure Fisci, lib. 5. tit. 2. Baiard. loco cit.* & dum excipitur in indultu delictum proditoriè factum, quando ho-
174 micidium, vel offensio proditoria dicatur? *Franch. decis. 713. Boer. decis. 217. n. 21.* Alia abolitio est legalis, quæ a lege descendit, vti si instantia sit perempta, vel si accusatus se sua innocentia purget? *Franc. Marc. decis. 153. 2. par.* Tertia dicitur priuata, & est ea, quæ fit ad partis petitionem, de quibus omnibus *Clar. q. 59. Gayll. de pac. quæst. 9. 1. par.* In his pœnarum, & criminum abolitionibus regula est, aut Princeps delinquenti, seu reo condemna-
175 to facit gratiam, per verbum, *indulgeo*, & sola delicti pœna remissa videtur, non autèm ad honores, vel ad famam fit restitutio; nam indulgentia criminis infamiā non tollit, sed solùm pœnæ gratiam facit, iuxtà verba *tex. in l. fin. C. de gen. abolit. l. generalis, C. de sent. pass.* nec bona, quæ per condemnationem reus amiserat, restituit, *l. 2. & l. in insulam, C. eod.* nisi cum verbo, *indulgeo*, apposita fuerint alia verba, plenam restitutionem denotantia. Aut ve-
176 rò gratia fit per verbum, *Restituimus, vel gratiam facimus, vel in omnibus, & per omnia*, ac similibus clausulis plenam gratiam denotantibus, & tunc omnia, quæ per sententiam perdiderat, restituta videtur, & non dicitur noua concessio; restitutio enim est in pristinum statum deductio, *l. quod si minor, §. restitutio, ff. de minor. l. siuè libertas, ff. de iur. patr. Andr. in cap. 1. de vasal. decrep. ętat. ex num. 3. & ibi Ann. ex num. 157. Gram. conf. 34. Baiard. qu. 72. nu. 15. Gomez. var. resol. 3. tit. num. 38. tom. 3. de Ponte conf. 69. Sfort. de restitut. in integr. qu. 92. par. 2. Cumia in cap. si aliquem, vers.*
177 *mortis.* Hæcq; regula in bannitis ex cōtumacia limitatur; nam fama ex abolitoine deletur, *Alex. conf. 112. volu. 2. Rouit. in rubr. de abolit. num. 6.*

178 Limitatur tamèn, quod licèt restitutio foriudicato, vel deportato famam, honores, & bona tribuat, intelligitur, si honores non sint occupati, & alijs collati, & si bona non sint in alios alienata; tunc enim restitutio ad iura alteri quæsita non traheretur, cum Princeps non possit, nec tertio præiudicare velle præsumatur, vulg. *text. in l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publ. DD. in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum. Andr. in d. cap. 1. num. 5. Capyc. in inuest. vers. restituimus, Clar. q. 59.* nisi bona ex legali dispositione, non ex contractu, ad successores deuenissent; nam ad quæsita, & ex legis dispositione ad agnatos translata restituitur gratiam consequutus, etiam si in Fiscum, quoad publicationis pœnam essent deuenta; sed si Fiscus alios de feudis inuestisset, vel successor ex contractu bona alienasset, ad ea non extenditur restitutio, *Andr. loco cit. & Iacob. Beluis in c. 1. hic finitur lex, Afflict. decis. 361. Franch. decis. 213. Pereg. de iure Fisci, lib. 5. tit. 2. Sfor. de restit. in integr. q. 99. Giurb. cons. 44.* prout in legitimatione filiorum viuente pa-
179 tre, Princeps in quærendis, viuente patre, agnatis præiudicare posset. Sed aperta, vel transmissa successione, legitimatio effectum post ius quæsitum non habet, *l. pen. ff. de natal. restit. Iaf. d. §. & quid si tantum, Alex. in l. cum hæredes, ff. de acq. poss.* & maximè in bonis feudalibus, *Reg. Tapp. de constit. Princip. in rubr. cas. 3. in fin.* & sic omissa facto legis recuperantur, cum causa ad non causam reducatur, vti patria potestas, successio, ius patronatus, secus verò in alienatis facto successoris per viā contractus, *Gayll. obseru. fin. de pac. public. 2. par. Ann. in cap. 1. de vasall. decrep. ętat. num. 157. cum seq.* Secundò limita, nisi re-
180 stitutio per iustitiæ, non autèm gratiæ modum fieret, veluti si Principi de Rei, licèt, condemnati innocentia constar, iuxtà notata in *l. 1. §. fin. ff. de Quæst.* multotiès enim de innocentia constat, & sententia retractatur, *Marsil. in d. §. fin. Plot. in l. si quando, §. 1. de in lit. iur. Afflict. in c. 1. de vasal. decrep. ętat.* Tertiò limitatur, nisi
181 restitutio ex causa publicæ pacis initæ fieret, quia tunc etiam alteri quæsitum ex causa publica Princeps tollere poterit, *l. Lucius, ff. de euict. Ann. in dict. cap. 1. de vasall. decrep. ætat. num. 211. Afflict. decis. 361. Capyc. decis. 69.* Princeps enim ex pacis causa omnia damna remittere, & perpetuò ab actione eos excludere valet, cum vtile subditorum negotium gerat, *l. vtilitas, C. de primipil. lib. 12.*

Barones verò an ad bona, honores, & famam condemnatos restituere valeant,

 qui

qui per capitalem sententiam, quæ iuris ciuilis sunt, vti testamenti factiones, actiones, honores, & famam amiserunt, iuxta *text. in l. quidam, ff. de pœn.* vbi mortui dicuntur capitali sententia condemnati, & sententia statim eos reos facit, licèt exequtioni demandata non sit, ex notabili *text. in l. si quis filio, §. irritum, ff. de iniust. rupt. & irrit. testam.* ibi: *Non tunc cum consumptus, sed cum sententiam passus est.* Die Barones, si speciale priuilegium in-
182 dulgendi post sententiam habeant, indulgere posse, non tamèn reperitur cautum, eos restituendi potestate fulciri, cum hoc paucis sit communicatum, ita vt neq. Proregibus, nisi in specie eis sit concessum, vt per *Præs. de Franch. decis. 213. n. 54. Gram. cons. ciu. 34. num. 9. Baiard. quæst. 59. num. 31.*

Sed quid si pendente appellatione Baro gratiam fecerit, quod potest, vt diximus supra, quando secundas habet causas, an gratia tollat infamiam, & ea, quæ perde-
183 re posset per sententiam, si ea esset confirmata. Dic appellationem suspendere, imò secundùm multos iudicatum extinguere, *gloss. sing. in l. 1. §. fin. ff. ad Turpill.* & est *text. in l. si quis, §. hi autem, ff. de iniust. testam.* vbi testamentum a condemnato factum appellatione pendente valet, ac si esset integri status, cum appellatio causam ad litis contestationis terminos reducat, *l. ita demum, C. de procurat. Alex. consil. 88. num. 10. volum. 2. Valasc. cons. vlt. 81. num. 4. Capyc. decis. 28. num. 6.* vndè gratia reputatur, ac si pendente prima instantia facta esset, cum sententia per appellationem non nocuerit; vndè data pœnæ in-
184 dulgentia, bona, & actiones non tolluntur, cum sententia in rem iudicatam transacta reum ciuilitèr mortuum faciat, & sic data indulgentia, solùm infamia remanet, *Bart. in l. infamem, ff. de publ. iudic. Salic. in l. cum indulgentia, C. de sent. pass. Ann. in d. cap. 1. num. 31.* de quo supra *Pragmat. 5. ex num. 169.*

Finalitèr pro huius secundæ partis cōplemento quæritur, an priuilegia, & præ-
185 rogatiuæ circa iurisdictionem exercendam Baronibus concessa, videantur etiam eorum Officialibus communicata; ita vt Baronis Officiales hæc omnia exercere possint, licèt in commissionibus non sint expressa. Et an Baro iurisdictionem suo Officiali arctare possit, vt aliqui in commissionibus prohibent, nè Officiales, reos torqueant, sententias, vel condemnato-
186 rias, vel absolutorias, cis inconsultis nō ferant. Videtur iurisdictio, eiusq. priuilegia Officiali restringi non posse: nam iurisdictio est indiuidua, quæ scindi non potest, & proindè causæ ab ordinario auocari non debent, *DD. in l. iudicium soluitur, ff. de iudic.* nec infra annum Officialis reuocari potest, cum lex iurisdictionem concesserit, quæ arctari non poterit, vt dixi *pragm. 5. num. 9.* Indè nec Rex, facta feudi concessione, iurisdictionem infeudato concessam restringere valet, cum ordo confunderetur, si cuiq. iurisdictio nō seruaretur, *cap. de persona 11. qu. 1. Frecc. auth. 11.* Alij dixere, verum scilicèt esse, quando vniuersalis iurisdictio à Barone, (qui ipsam postea reuocare non poterit) est commissa: at si a principio cum hac conditione limitata concessa fuerit, eatenus dicetur quis Officialis, quatenus ab eo conditiones obseruantur, *Bald. in l. diligenter, ff. mandat. Socc. in l. si ex toto, ff. de legat. 1. in fin.* quilibet enim rei suæ legem, quam vult imponere poterit, *l. in re mandata, C. de mandat.* aliàs vti vsurpator pu-
187 niri posset, & inutilitèr ageret: iurisdictio enim certæ rei, vel causæ reseruari potest, *l. solet, ff. de iurisd. omn. Iud. Vant. in artic. de nullit. ex caren. iurisd.* Rursus Officialis tutori æquiparatur, *l. Præfectus, ff. de rit. nupt. Bald. in l. quæ fortuitis, 8. col. C. de pign. act.* Tutor licèt à iure liberam habeat administrationem, *l. Præses, C. de transact.* quædam tamèn a testatore ei prohiberi possunt, *Aret. in §. ad certum, Instit. qui testam. tut. dar. poss. num. 3.* Quid dicendum,
188 notum est, satis differre iurisdictionem haberc in administrationem, & in dominium, *Ant. de Butr. in cap. prudentiam, col. 5. de offic. deleg. gloss. Paris. tit. 1. gloss. 5. num. 55. Franch. decis. 370. ex nu. 2.* Barones namq. in rem suam Procuratores dicuntur, Officiales verò res alienas administrare videntur. Dico inquam, multa esse priuilegia ipsis Baronibus ad propriam vtilitatem, & commoditatem concessa, quæ à lege sub iurisdictionis, vel meri, ac misti imperij inuestitura eis non conferuntur, vtē sunt compositiones, & transactiones in-
189 dulgendi, & guidandi potestas, ex priuilegio eis tributa, hæc solùm per Barones iuxtà adducta per *Horat. Montan. contr. 73.* exerceri solent; nec eas suis Officialibus communicare tenentur, cum ex particulari priuilegio ab homine, non autèm à lege dependeant; secus in his, quæ a lege veniunt; tunc enim constituto Officiali cū iurisdictione, eius iurisdictio in commissione, nec postea minui, & arctari non poterit, nè videlicèt Officialis ad torturam, vel ad sententias, & alias iuris actiones procedat; has restrictiones dico esse nul-
190 las, cum Officiales a lege demandatam habeant liberam procedendi iurisdictionem, quam concedens minuere non poterit, licèt ipse officium concederet, adduco *text. notab. in l. Titium, & Meuium, ff. de adm.*

adm.tutor. vbi si testator tutori mandet, vt aliquod negotium, sine alterius consensu, vel aliquo modo non gerat, legalem potestatem tutoribus tributam restringens, illa prohibitio est nulla, rationē assignat *glos.* nam etsi tutor a testatore sit constitutus, habet tamēn à lege potestatem, quam testator minuere non potest, sic & in Officiali, qui tutori æquiparatur, vt dixi: nam quamquam à Barone eligatur, habet nihilominus determinatam à lege iurisdictionem, secus in his, quæ ex priuilegio, vel ab homine dependent, vt *Bart.* ibi, quæ distinctio satis videtur congrua, & iuri consona, & sequitur *Amend. in decis.* 511. *num.* 8.

In tertia parte suadet Imperator; vt qui componendi, permutandi, aut pœnas remittendi, potestatem habent, ea talitèr vtantur, nè ex earum abusu de iustitia
191 prouidere cogatur, & iustitiæ prouisio, in abutentibus priuilegijs, est priuilegiorum priuatio; qui enim priuilegio abutitur, eo se reddit indignum, ad *text. in l. qui fine, in fin. ff. de negot. gest. cap. vt priuilegia, & cap. tuorum, de priuileg. Guid. Pap. singul.* 554. *Afflict. in Const. Ea, quę ad decus, Gram. vot.* 28. *in fin. Fab. diffin. fin.* C. *quando lic. sine Iudic. Deguer. decis.* 36. *Baiard. quæst.* 59. *num.* 28. licèt de hoc abusu, & de dolo ini-
192 to plenè constare debeat, *Io. Andr. & Arcbid. in cap. fin. de penit. Capyc. dec.* 121. *Vrsill. decis.* 265. & vtinam prouideretur, cum istius priuilegij componendi, & trāsigendi, abusus sit ad maximam iniquitatem redactus, ita vt ira Dei prouocetur, iuxta verba *text. in cap. si quis Ducatus* 50. *dist. in fin.* diximus, post sententiam Baro-
193 nes componere non posse. Quid si quis exilij fines rumperet, ex quo duplicatur pœna, vt dicam in *sequ. pragm.* an de ista noua pœna compositio, vel gratia fieri possit, veluti causa ex sententia finita dependens, exequutioni demandari debeat, hoc in facto euenit, & fuit iudicatum, nouum esse delictum, cui licèt ipso iure pœna debeatur, Baro tamèn componere, gratias facere, & transigere potest, & ita innuere videtur *Franch. dec.* 395. vbi decidit, relegatum ordines accipientem, & fines frangentem, non à primo Iudice, sed à secundo Ecclesiastico cognosci; quia istud est nouum delictum, vndè vti nouum delictum Baro cognoscere potest, dummodo manus ad antiquum mediante sententia terminatum non imponat, & sic decisum refert *Reg. Sanfelic. decis.* 320. Sed hoc etiam intelligerem, si Baronalis Curia reum condemnasset, & ille sententiæ acquieuisset; sed si per appellationis viam
194 causa introducta per Superiores determinata fuisset, quia ille Iudex suam tenetur tueri sententiam, vt exequutionem habeat, *l.* 1. *ff. ne vis fiat ei, cap. quærenti, de offic. deleg.* quamuis sit nouum delictum finium non obseruatio, quia Superioris sententiam respicit, & hæc est cognitio à prima sententia dependens, & versatur circa inobedientiam illius Iudicis, illius etiam debet esse cognitio, *DD. in dictis locis, & Castrens. in l. additos, C. de Episc. aud.*
195 cumq. Superioris persona etiam offensa videatur, & qualitercumq. paruipendatur, cognitio interpretata est priuatiua ad Baronem, *de Franch. decis.* 722. ergo non est Baroni remittenda, sed illi, qui eū condemnauit, vt in *sequ. pragmat. num.* 45. nisi causa remissa, vel Baronis sententia confirmata esset, quia tunc sententia vires non recipit ex confirmante, sed ex cōfirmato, iuxtà tradita per *Felin. in cap. significasti, de offic. deleg. Guttier. lib.* 1. *q.* 97. & infra *prag.* 8. *p.* 2. *n.* 101.



SVMMARIVM.

1 *Condemnatio satisfactionis delicti legitima meta præsumitur, & pœna plus alterari non debet.*
2 *Condemnationes, nisi ad locos Principi subiectos, fieri non possunt.*
3 *Remigatio cuius pœnæ locum obtineat?*
4 *Nobilibus non remigatio, sed relegatio datur.*
5 *Pœna ratione commoditatis, vel inhabilitatis commutatur, vti si reus senex, vel morbosus fuerit, nam non ad triremes, sed relegationem mittitur.*
6 *Condemnati ad mortem naturalem aliquando ad ciuilem mittuntur, quando remigibus Princeps indiget.*
7 *Remigatio ad tempus, in quo à perpetua differat?*
8 *Deportati lata sententia, an quæ sunt iuris ciuilis, amittant?*
9 *Pœnæ vltra relegationem, an omnes sint capitales?*
10 *Sententia lata, an statim reus incapax fiat, vel ea in rem iudicatam transacta.*
11 *Serui pœnæ hodiè non dantur.*
12 *Condemnatio ad tempus ad Regias triremes, an deportationi æquiparetur, & reus interea ciuiliter mortuus dicatur.*
13 *Deportatio, & in metallum damnatio, etiam ad tempus dari poterunt.*
14 *Eximenti carceratum ciuilem, relegationis pœna imponitur.*
15 *Remigationis pœna olim minor triennio dari non poterat, sed non hodiè.*

S 2 16 Fi-

16 *Finito exilij, vel remigationis tempore, an sine licentia ad patriam redire liceat?*
17 *Barones, an reos ad locos sibi non subiectos confinare valeant?*
18 *Locus originis, vel domicilij, an à Iudice delicti reo interdici possit?*
19 *Pœna subdito extra locum iurisdictionis imponi non potest pro delicto, secus pro illius commodo.*
20 *Locus vbi Princeps, & eius Vicarius habitat, semper prohibitus intelligitur.*
21 *Locus Præsidis Prouinciæ, an in dicto casu prohibitus intelligatur?*
22 *Pœnam quis non incurrit, si casus sit dubius.*
23 *Barones aliqui etiam sententia exequtioni demandata, indulgendi priuilegium habent.*
24 *Carceratus pro debito, etiam consentiente creditore, sine Officialis licentia liberari non potest.*
25 *Condemnationes ad beneplacitum non per Barones, sed solùm per Principem fieri possunt.*
26 *Princeps ex aliqua suspitione aliquem confinare, sine processu valebit.*
27 *Condemnatus à Principe ad beneplacitum, causa non expressa, non fit infamis.*
28 *Carcerari, an sine causa ex actis apparente, quis possit?*
29 *Pœnæ diminutionis, vel alterationis seruatio per Barones fieri non potest.*
30 *Beneplacitum, an morte extinguatur? Et quid si priuilegium pecunia fuerit obtentum. n. seq.*
32 *Beneplacitum in contractibus reseruatum, an ad hæredes transeat?*
33 *Beneplacitum in alicuius personam collatum, an subsistat.*
34 *Fugientes à triremibus, ad quas perpetuò condemnati fuerant, an mortis pœna plectantur?*
35 *Fugientes ab exilio qualiter de iure communi, & Regni puniantur?*
36 *Tempus carceris post sententiam, an in exilio computetur?*
37 *Cautionem præstanti, & fines non obseruanti, an exilij, vel relegationis tempus duplicetur?*
38 *Nobilis in casu inobseruantiæ exilij, an ad pœnam promissam iure condemnari possit?*
39 *Nobilitatis priuilegio, an quis renunciare valeat?*
40 *Nobiles, an ad inseruiendum Regijs triremibus condemnentur?*
41 *Nobilitatis exceptio in prima instantia proponi debet, aliàs denegatur.*
42 *Capi, an debeat quis in fraganti, vel eum in loco prohibito visum fuisse sufficiat?*
43 *Transitus per loca prohibita, an sit in consideratione? Et qualiter animus standi, vel probetur?*
44 *Armorum asportatione, an quis delinquendo puniatur, si deferendi licentiam habuisset,*
45 *Iudex quis erit condemnationis rapti exilij, qui cepit, vel qui iudicauit.*
46 *Reus, an per habitatum, pendente tempore, ad sarcinulas colligendas, vagari valeat?*
47 *Mensis ad colligendas sarcinulas, an ipso iure datus censeatur, vel si reus non petierit, à loco delicti, statim exire teneatur?*
48 *Prohibitus ad terram aliquam accedere, an à suburbijs, etiam vetitus intelligatur?*

PRAGM. VII.

CAROLVS V.

Volumus etiam, vt si quando contigerit per Barones, vel eorum Officialem aliquem ad remigandum condemnari ad vitam, vel ad tempus, quod talis condemnatus debeat destinari in triremibus nostræ Curiæ deputatis ad custodiam Regni, & non aliarum, vt omnis tollatur occasio vltra tempus, vel modum condemnationis, condemnatum grauari, & finito tempore, quo condemnatus fuit, illicò debeat liberari. Verùm ante tempus finitum, si ad certum tempus erit condemnatus, non posse modo aliquo liberari, sine Baronis condemnantis, & nostro, vel Viceregis consensu: si verò ad beneplacitum Baronis, eiusdem Baronis voluntate liberetur,

1 
Aec Regia prouisio benigna fuit, miseris succurrendo condemnatis, nè vltra definitum tempus in pœnis retardarẽtur: hæc enim condemnatoriæ sententiæ, quæ satisfactionis delicti iusta meta præsumitur, fines egredi non debent, *l. respiciendũ, ff. de pœn. l. sancimus, C. eod. l. res indicata, ff. de regul. iur.* & proindè hæc Pragmatica decernit, aliquem ad triremes condemnatum, ad Regias esse destinandum, & sine mora finito tempore liberandum. Di-
2 citur, *ad Regias triremes*, quia ad locos Principi subiectos rei destinandi sunt,

vt

vt etiam in *pragmat.1. de eod. pro delict.* statutum fuit. Eóq; pertinet, quod iure sancitur, relegationes, deportationes, & in metallum damnationes dari non posse, nisi in Insulis Principi subiectis, & Insulæ electio, vbi reus degere habeat, ad solum Principem, vel eius Vicarium, non autèm ad Officiales pertinet, *l. relegatorum, ff. de interdict. & releg.* prout in practica tàm per Officiales Regios, quàm Baronales, qui reos ad Insulam per Viceregem declarandam condemnant; obseruatur.

3 Et remigationis pœnam deportationi æquiparari, & in eius locum successisse aiunt *Clar. quæst. 67. Nig. in cap. Reg. 82. Capyc. decis. 153. Caball. cas. 8. à nu. 43. Frãch. decis. 140. num. 8. & 182.* & si in locum
4 pœnæ damnationis in metallum afferant *Farin. q. 19. num. 19. Mastrill. decis. 167.* dico, quoad ignobiles; hi inquam remigationis pœnam substinere debent. Nobiles verò deportantur, non autèm ad remigiũ condemnantur, quę deportatio in Regno, vbi multæ sunt Insulæ, obseruatur, & in locis, in quibus deportationis pœna locũ habere non poterat, quia Insulę non aderant, arbitraria pœna infertur, *Clar. vbi supra, Capyc. d. decis. 153.* Ratione enim
5 incommoditatis pœna quandoq. minuitur, prout de damnatione in metallum, dicimus, quod dum in Regno non reperiatur, eius loco datur deportatio, quæ minor est dicta pœna, *l. aut damnum, ff. de pœn.* sic dicimus de condemnatis ad triremes, qui si ob morbum, vel senectutem ad remigandum fuerint inhabiles, in relegationem pœna commutatur, argum. *l. Decurionum, C. de pœn. Camp. in cap. Reg. 82.* prout etiam de tortura; nam qui eam ob aliquam infirmitatem substinere non potest, mitiori tormentorum gradu afficitur. Et
6 quando Curia remigibus indiget, condẽnatos ad mortem naturalem, ad mortem ciuilem triremium remittere solet, *Thes. decis. 31. num. 4.* Vndè ad institutum, sicuti deportatio, nisi ad Insulas Principi subiectas fieri non permittitur, sic etiam in remigationibus est iudicandum, quæ licèt de iure non fuerint cognitæ, eius tamen pœna est, vt dixi, in deportationis vicem subrogata; & subrogatum sapit naturam, & qualitatem eius, in quod subrogatur, *l. si eum, §. iniuriarum, ff. si quis caut. iud.*

Quæro dum *pragm.* nostra dicit, *Quod siuè remigatio fiat ad vitam, siuè ad tempus, quod condemnati destinentur ad Regias triremes*, an sit differentia inter pœnam remi-
7 gationis temporalem, & perpetuam, & an remigij ad tempus condemnatio, deportationi in quam diximus, eam pœnam subrogatam esse, æquiparetur. Si enim simplicitèr habeamus triremium pœnam
8 esse loco deportationis, deportati dicuntur ciuilitèr mortui, & à die sentẽtiæ omnia quæ sunt iuris ciuilis amittunt, *l. quidam, ff. de pœn. l. deportatorum, C. eod. Andr. in cap. 1. num. 21. de cap. Corrad. DD. in l. hoc iure, ff. de iustit. & iur.* & proindè nec
9 testari, neq. ex testamento capere possunt, *l. si quis filio, cum §. irritũ, ff. de inius. & irr. testam. Clar. §. testamentum, quæst. 28. Gayll. de pac. publ. obser. 12. par. 2. Mastrill. decis. 167. Gutier. q. 39. par. 2.* quamuis pẽdente appellatione, quæ regularitèr iudicatum suspendit, deportatus testamentum facere poterit; nam Iura loquentia deportatos per sententiam amittere, quæ
10 sunt iuris ciuilis, intelliguntur de sentẽtia in rem iudicatam transacta, secus si in suspenso per appellationem maneat, *l. qui à latronibus, §. 1. ff. de testam. Franc. dec. 501. Gam. decis. 362.* In condemnato verò ad pœnam mortis naturalis, sententiam latã sufficere ad inhabilitandum, firmat *Pereg. de iure Fisci, tit. de damn. ad supplic. ex l. si quis filio, §. irritum, ff. de inius. testam.* prout in sententijs foriudicatorum, *Petr. de potest. Princ. cap. 16. Caball. cas. 164.* sicq. ad
11 tempus condemnati ad triremes mortui reputari videntur, & finito tempore ad actiones non resurgunt, cum solius Principis sit, reos condemnatos, ad quæ semel amiserunt, restituere, *l. si ad tempus, C. de his, qui not. infam.* vbi notatur, ex maleficio
12 perdita non reuiuiscere, & triremium cõdemnationem, siuè perpetuam, siuè temporalem pœnam capitalem dici, *Farinac. q. 102. cap. 3. num. 140.* & manifestè patet, quia vltra relegationem non habemus, nisi pœnas capitales, quarum primus gradus est deportatio, postea in metallum damnatio, & deinceps cæteræ, *d. l. capitalium,* remigatio est vltra relegationem; nam si relegationi æquiparetur, ex officio procedi non posset, nec dari tortura: solum enim in casibus vltra relegationẽ, vbi pœna capitalis est imponenda, hæc omnia licent per *cap. Reg. Ab illo inchoandum,* & *cap. tormenta.* vndè cum in pœna triremium ex officio procedatur, torturaq. detur, dicendum videtur, siuè temporali, siuè perpetua hac pœna capitali dãnatum, ciuilitèr dici mortuum. E contra fundari posset, deportationem non propriè, & verè cum temporali remigatione computari, deportatio, inquam, est perpetua, non autèm ad tempus, iuxta verba *glos. in §. cum autem, Instit. quib. mod. ius pat. pot. solut.* ibi, *Et qui deportantur, semper pœna erueiantur,* pœna verò relegati est ad tẽpus, atq. perennis, vndè subrogatio, non esse loco deportationis, iure facta, videtur, *Caball. loco cit.* Pro resolutione dicendum
13 est, remigationem, quoad gradum pœnæ de-

deportationi æquiparari, quia dicitur supra relegationem, non quod omnino debeat esse perpetua, vt regularitèr est ipsa deportatio, imò dici posset, etiam deportationem, damnationem in metallum, vel opus metalli, quorum pœnæ gradus maiores deportatione dicuntur, aliquando ad tempus, non autem in perpetuum dari, *l. capitalium, §. diuus, ff. de pœn.* His casibus quando perpetuæ non sunt condēnationes, & condemnati serui pœnæ non efficiuntur, ciuilitèr mortui dici non possunt, ad *text. in l. eius, qui, §. in Insula, ff. de testam.* solum propter delictum remanent infames, eorumq. bona eis vsq. ad tempus finitum adimuntur, & vltra *dict. §. diuus, text. est notab. in l. aut damnum, §. ministerium, ff. de pœn.* ibi, *Si verò ad tempus in ministerium metalli erunt damnati*, vndè reuersi condemnati, vti ciuilitèr mortui habendi non sunt, *Gam. decis. 362.* & in pūcto principalis quęstionis, remigationē
14 non esse gradum vltra relegationem, sed relegationi æquiparari adducitur per Saerum Consilium, cuidam plebeio triremiū pœnam pro carcerati exemptione datam fuisse, & de iure relegationis pœna pro eo crimine infertur, & quia relegatio plebeis non cōuenit, pœna triremium illata fuit, *Franch. decis. 442.* Vndè conciliari posset, vt remigatio perpetua deportationi assimiletur, vt idem *Franch. decis. 140. num. 8.* temporalis verò sit relegationi similis, secundum delicti qualitatem; nam origine quoad causæ cognitionem titulus desiderat, vt ex officio procedi, torqueri, & deportationem dari posse conspiciatur, sed datis defensionibus ex causis ad tempus pœna minuetur, & non per hoc dici potest, malè processum. Deportati autem, aut in metallum, vel ad perpetuas triremes damnati, & ex gratia, vel compositione liberi, an ad ea, quæ iuris ciuilis perdiderat, restitui possint, dixi in *præced. pragm.* hæcq. posui ad intellectum *tex.* nostri ibi, *de condemnatis ad tempus, vel in perpetuum.*

Et sic ad *pragm.* redeundo, ea disposuit, condemnationem siuè ad tempus, siuè ad perpetuum, ad Regias triremes fieri. In
15 quo aduertas, prius fuisse sancitum, remigationis pœnam maiorem triennio infligi non posse, quod reuocatum fuit per *pragm. 3. de cond. pro delict.* vbi, etiam ad
16 minus tempus condemnandi licentia datur, verùm rarò minus biennio M. Curia condemnat, cum bona pars illius temporis in edifcendam remigationis artem elabatur, finito verò tempore, sine alia licentia, quis ad patriam redire licet, cum limitata ad tempus ipso iure finiantur, *l. fratres, ff. de pœn. Bald. in cap. ex literis, de constit. & in cap. de causis, de offic. delegat. Dec. cons. 61. Surd. decis. 224. in fin.* quod intellige in exulibus, & relegatis, si autem in triremibus reperiantur, prout in carceribus licentia requiritur, *Boer. dec. 217. num. 24.* & habetur ex *pragm.* nostra infra *num. 24.*

Amplio, supradictam principalem cōclusionem procedere non solum in dictis pœnis capitalibus, verùm etiam in alijs, in quibus Baro, & eius Iudices ad certum
17 locum sibi non subiectum confinare non poterunt, *l. relegatorum, §. cæterum, & § sicut autem, ff. de interdict. & releg.* in vna tamen ex terris Baronis eiusdem dominij, in qua licèt ille Iudex iurisdictionem non habeat, nihilominus ratione representationis Baronis huiusmodi damnatio valeret, *Franch. decis. 526. in fin.* & sic falluntur exilium inferentes cum comminatione, nè reus per quadraginta milliaria ad territorium loci condemnationis accedat, cum nullam iurisdictionem habenti non pareatur, *l. fin. ff. de iurisdict. omn. Iud.* vide *Mastrill. de Magist. lib. 4. cap. 17. nu. 98. Ricc. collect. 2043. Peguer. dec. 89.*

An autem delicti Iudex originis, vel domicilij locum reo interdicere possit?
18 dic regularitèr permitti, ex adductis per *Gomez. var. resolut. tit. de delict. cap. 8. nu. 3.* At intellige iuxta tradita superius, si illa terra suæ iurisdictioni subsit, alias solum Præsidi illius Prouinciæ liceret, vt in *d. l. relegatorum, §. dubitandum, Franc. Marc. decis. 359.* quælibet enim dispositio, quæ
19 sit subditis, non in ipsorum, vel Ciuitatis commodum, sed in pœnam delicti extra locum Iudicis mandantis non sustinetur, *Bart. in d. l. relegatorum, §. interdicere*;
20 locus verò Metropolis, vel, vbi Princeps residet, vt interdicatur, non oportet, cum per legem condemnatis ad dictos locos accedere, omnino sit prohibitum, *l. fin. C. si seru. aspor. & in d. l. relegatorum, vers. constitutum, Rouit. pragm. 1. ex num. 7. de contum. Franch. decis. 129. num. 2.* Sed vidi dubita-
21 tum, an exules in loco Tribunalis, vbi residet Præses, commorare valeant? & ex prædictis videbatur dicendum, quod sic: nam locus vbi Præses cum Tribunali assistit, maior intelligitur, sic probat *text. in l. fin. C. si seru. asport. & ibi glos. fin. verb. item omni maiori loco*, ita vt interdicto pomerio, & Ciuitas interdicta, intelliguntur etiam & suburbia, *Gizzarel. dec. 23.* Verùm nè rei excusationem haberent in sententijs exprimi, vt interdictus ille locus sit,
22 consului: nam vbi casus est dubius, ad pœnam infligendam declaratio requiritur, *Tiraquel. de reuoc. don. ver. ipso iure, nu. 129.* & in simili *Franch. dec. 140.*

Sequitur in *text. Et si ad certum tempus erit*

erit condemnatus, non posse modo aliquo liberari sine Baronis condemnantis, & nostro, vel nostri Viceregis consensu. Quæ verba intellige, hoc modo, ad tempus condemnatos, cum Baronis, vel Proregis consensu liberari posse, quando Barones post sen-
23 tentiam etiam exequutioni demandatam indulgendi potestatem habent, & dixi in *pragm. præced. num. 34.* vti Princeps Bisiniani, cui multa Regalia priuilegia concessa fuerunt, quamuis non sit in omnium possessione, vt meminit *Carau. rit. 49* quem Principem à triremibus aliquos dissoluisse audiui, porrecto memoriali Proregi, cuius licentia requiritur, non quod ipse sit causa essentialis liberationis, cum
24 gratia à Barone fiat, sed quia in suis fortijs reperitur adinstar carcerati, q; licèt sit ad instantiam creditorum, ab eisdem tamen, sine Iudicis licentia excarcerari non poterit, *Boer. decis. 217. num. 24.* conferunt dicta per *Baiard. q. 19.*

Vlterius progreditur *text. noster*, ibi: *Si verò ad beneplacitum Baronis, eiusdem Baronis voluntate liberetur.* & scias, hanc dispositionem per *pragmat. 21. huius tit.*
25 correctam esse; magnum enim delinquendi fuisset incentiuum, si Baronibus ad beneplacitum condemnare, & pœnas post sententiam sibi reseruare permissum esset; nàm vt dicit Pragm. erat causa multarum extorsionum, quæ non sunt permittendæ, *l. conuenire, ff. de pact. dotal.* miseri enim condemnabantur, & pecuniarum marsupio non accedente, nunquam beneplacitum expirabat, & pœna vltra criminis metam inferebatur, multa mala exindè oriri possent, vt aduertit *Ruin. consil. 204.* Hoc solius Principis est, in quo quid perperam non est præsumendum, *Bald. in Authen. interdicimus, C. de Episcop. & Cleric.*
26 Princeps inquam ex aliqua suspicione, & ex sua conscientia, ratione alti imperij, aliquem ad confinia punire valet, *Natt. consi. 625. Petr. de potest. Princ. cap. 13. n. 28. Cagnan. in l. imperium, num. 238. de iurisdic. omn. Iudic. Mastrill. libr. 3. cap. 4. num. 227. cum seq.* & infra *singul. 73.* & eo casu infa-
27 mis ille non dicetur, cum de causa non constet, & licèt præsumptiuè causa supponatur in Principe, tamen in pœnalibus tacitum non sufficit; sicquè videmus obseruari, & sæpè Proregem ex causa intrinseca carceratum aliquem diù detinere, *Menoch. de arbitr. q. 88. Surg. de Napol. illustr. fol. 348.* & sententiæ pœnam altera-
28 re, *Peregr. libr. 5. tit. 8.* & licèt hoc etiam in Episcopis procedere dicant, illud intelligunt pro modico tempore, ad correctionem, non autèm ad pœnam. Quæ omnia procedunt, etiam si Baro indulgendi post sententiam potestatem haberet; nam ad-
29 huc sibi in sententia pœnam minuendi & alterandi, reseruare non poterit, sed certa debet esse pœnarum decretatio, *Franch. decis. 370.* licètq; in pœnis priuatis disceptaretur, an ad beneplacitum possint fieri, vti in exilio, de quo latè per *Gomes. tit. 8. de delict. & per dict. fin. pragm.* generalitèr mandantem, illicitam esse istam pœnarum reseruationem, proptereà cum eadem ratio vigeat, eadem debet esse iuris dispositio, *l. à Titio, ff. de furt. l. illud, ff. ad leg. Aquil. Camp. in cap. Reg. Ad hoc nostrorum, num. 112. in fin. Surg. vbi supra.*

Sed non est omittendum, aliqua remissiuè attingere, vim, & huius verbi naturam declarando (*beneplacitum*) cum sæpius in statutis, concessionibus, & priuile-
30 gijs solitum sit apponi. Ad cuius intelligentiam scias, beneplacitum non solum per contrariam voluntatem, verùm etiã per mortem reuocari, *cap. si gratiosè, de rescript. in 6.* & multa coacerùant *Couar. cap. 5. var. resol. libr. 3. Gabr. conclus. 1. de præb. D. Carol. Petra in Rit. M. C. V. 2. nu. 63. lib. 1.* & ad maiorem dilucidationem plures breuiter distingue casus. Primò, aut concessio est ad beneplacitum simplicitèr facta, aut expressè nòmine proprio, & istis casibus morte concedentis, vel eius, cui concessum fuit, vel reuocatione extinguitur, *d. cap. si gratiosè l. 4. ff. locat. Bar. Castr. & Ias. in l. centesimis, §. fin. ff. de verb. oblig. Gomez. loco cit. Guttier. qu. 75. par. 2. Surd. consi. 482. num. 11.* Secundò, aut priuilegium sub dignitatis nomine conceditur, vt Cæsareæ Maiestatis, vel Sedis Apostolicæ, & quia semper dignitas durat, morte non reuocatur, *Mascard. concl. 188. Capyc. decis. 136.* Tertiò, si concessio facta fuerit, donec aliud fuerit ordinatum, vel sub conditione simili, quæ factum, & contrariam voluntatem expressè requirit, & *Bart. in d. l. centesimis*, dixit, morte reuocari, sed communitèr à *DD. ibi, & Dec. consil. 108.* reprehenditur; mors enim contraria voluntas non dicitur. Quartò, quando concessio est ad Regis, vel Officialis beneplacitum facta, morte non resoluitur, *cap. quoniam Abbas, de offic. & potest. Iud. deleg. Capyc. decis. 121.* si verò est dignitatis propria persona nominata, & propriè hæc immixtio sit, vt maius dignum, quod est dignitas, præualeat, & sic concedentis morte non expirat, *DD. in cap. si gratiosè, de rescript. in 6. Gabr. loco præcit.* sed in hoc vide relata per *Abb. in d. cap. quoniam, num. 12.* Sextò, si beneplacitum à Prorege, vel Officiali, sub Baronis beneplacito sit appositum, Officialis morte non reuocatur, *l. certè, §. si procurator, ff. de proc. Ann. alleg. 119.* Septimò, si concessio ad certum
31 tempus facta fuerit, ipso iure cum to-

po-

pore finitur, *Gabr. præcit. loc.* Intellige modò morte scilicet; reuocari concessiones, nisi sint remuneratoriæ, vel per pecuniam obtentæ, tunc beneplacitum concedentis morte non extinguitur, sed concessionarij, *Capyc. decis. 116. Sese decis. 389. Molfes.*
32 *cons. 37.* Item si ex contractu aliquod, ad alicuius beneplacitum, ius eligendi competat, an hoc ius ad hæredes transeat? vide *Ias. in d. l. centesimis, §. fin. Tiraquell. de retract. §. 22. Franc. Marc. decis. 404.* & proindè notes, si in contractibus aliquid in
33 alicuius beneplacitum sit collatum, si illud beneplacitum in substantia obligationis fuerit, non valere, *l. quod sæpè, ff. de contrah. empt.* si verò pretium sit in contrahentis beneficium collatum, fueritquè circa accidentalia positum, veluti, *quod pretium soluas, quando tibi placuerit*, & tunc valet, & in arbitrium boni viri collatum videtur, *l. Celsus, ff. de arbitr. DD. in d. l. centesimis*, & latè ad materiam *Basc. dec. 111. Surd. decis. 80. & 113. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 10. ex num. 145. Barbos. in l. quia tale, ex num. 78. ff. solut. matr. Abb. & Sese loc. supra cit. Noal. de transm. cas. 54.*

34 Restat vltimò videndum, quæ reis pœna pareatur sine licentia à triremibus, non finito tempore, aufugientibus? dic si condemnatio ad triremes sit perpetua, & cum deportationi æquiparetur, pœna mortis naturalis esse videtur; deportati enim ab Insulis sibi assignatis recedentes mortis pœna puniuntur, ex *l. relegati, & l. capitalium, §. in exilium, ff. de pœn.* & ex decisione Sacri Consilij iunctis Aulis relata per *Franch. decis. 140.* tamen cum contra hos condemnatos ad triremes de iure ciuili hæc pœna mortis præfixa non reperiatur, & pœnæ sint molliendæ, & subrogatum non extenditur, nisi in casibus expressis, idem *Franch. loco cit. num. 8.* refert similiter decisum, mortis pœna non esse plectẽdos, sed vt iterum ad triremes redeant, nisi in sententia pœna mortis comminata esset, & si acerrimè eam decisionem impugnet *Caball. cas. 8. ex num. 41.* fundando, mortis pœnam eos esse subituros, vt & deportatos, cum eadem in his militet ratio, imò maior; relegati verò, vel ad exilium
35 damnati, quamuis perpetuum fuisset exilium, ad relegationem condemnabantur, & relegati deportabantur, iuxta *d. l. relegati*, sed per *pragm. 3. seq. & 7. de releg.* prouisum est, his condemnatis, qui post sententiam de seruandis finibus cautionem præstiterunt, vltra pœnæ exactionem, non peracti exilij, vel relegationis, tẽpus duplicari; si verò cautionem non dederint, quia noluerunt, vel non potuerunt, eos ad remigandum in Regijs triremibus pro duplicato tempore, quo relegationem, vel exilium non obseruauerunt, transmittendos esse, quod tempus datur a die fugæ
36 duplicandum, iuxta *l. aut damnum, §. quisquis, ff. de pœn.* Excomputatur etiam carceris tempus, quo quis stetit carceratus post sententiam, si per eum non steterit, quin ad pœnę locum accederet, *l. omnes, C. de pœn. Prasf. de Franch. decis. 317.* de iure
37 tamen communi si reus cautionem præstiterit, contra eum pœna corporalis duplicationis, & pecuniaria exigi non potest, cum dupliciter quis grauari non debeat, *l. nauis onustæ, ff. ad l. Rhod. de iact. l. eogi, §. item, ad Trebell. Ann. alleg. 40.* sed quid
38 si nobilis in casu inobseruantiæ triremiũ pœnam iurasset, quia non inuenit, nec fideiussorem dedit, an data contrauentione possit ei iuramenti ratione ea infligi pœna, quam iurauit, cum remigatio nobilibus non conueniat, in præiudicium ordinis nobilitatis, cui renunciari non potest, *l. ius publicum, ff. de pact.* dic, suo priuilegio
39 quemlibet renunciare posse, & alijs non præiudicare, argum. eorum, quæ adducit *Franch. decis. 164. num. 9.* & in terminis sic *Andr. in Constit. Vt vniuersis, vers. nunquid Baro renunciare poterit*, & multoties iuxtà delicti atrocitatem M. Curia nobiles, & Doctores non ad remigandum, sed ad nobiliter inseruiendum in Regijs triremi-
40 bus condemnauit, vt refert *Tapp. in Const. Non sine grandi, sub tit. de Offic. num. 14.* licèt per *pragm. 10. sub tit. de condemn.* in totum abrogatum fuerit, nè amplius huiusmodi condemnationes ad nobiliter inseruiendum fiant; tamen quicquid sit, per *d. prag. 3. & 7.* iustum est, loco triremium pœnam nobilibus per Proregem arbitrandam es-
41 se. Nota etiam, nobilitatis exceptionem in prima, vel secunda saltim instantia, in Sacro Consilio deducendam esse, & de cætero prohibitum per *prag. 6. de condem.* Num autem debeat quis comprehendi, & in fraganti extra confinia ei prohibita capi, an verò eum in loco prohibito visum, & fines ab eo egressos fuisse sufficiat?
42 Distinguunt DD. aut statutum per verba, *Si quis fuerit inuentus, vel si quis fuerit deprehensus*, loquitur, & tunc eum fuisse visum non sufficit, sed actualis requiritur apprehensio, iuxta *text. & ibi DD. in l. si barsatorem, C. de fideiuss. Ceuall. comm. opin. quæst. 651.* si verò verba delicti denotent effectum, vti si quis arma portauerit, si fines excesserit, cum leges factum puniant, licèt non fuerint apprehensi, satis in pœnam incidisse dicuntur, cum condemnationis metam non seruauerint, *Alex. in l. 3. §. Neratius, ff. de aequ. possess. Menoch. de arbitr. cons. 394. à num. 49. Muscat. tit. de prohib. arm. asport. à nu. 44. Afflict. in Const. Intentionis nostræ, num. 18.* & latè *Ripa de* pe-

*pesse,tit.de remed.ad conser.vber. ex n.*104. *Peguer.decis.*55. Limitatur attamen hoc,
43 si reus transiret, non autem stetisset; non enim dicitur venisse, qui non stetit, *cap.* 1. *de iudic.l.ex facto,ff.de hæred.instit.Tiraqu. de reuoc.donat.fol.*239. *& num.*161. *cum seq.Carauit.in Prag.*1.§.13. *nu.*9. *de Senatus cons.Maced. Bonacoss.tract.crim. vers.banni tus,Farinac.quæst.*107.*par.*2.*ar.*20.*nu.*267. *Rouit.in Rubr. de abolit. num.*8. *Poller. in Pragm.de exulib.num.*4.*Pascal.de patr. pot. par.*4.*cap.*3.*num.*22. *Nell.de ban. quæst.*58. *in fin.* Sed hæc qualitas esset benè probanda, cum Fiscus ex contrauentione, & deprehensione suam habeat probatam intentionem, *Rip.in Rubr.de remed. ad conseru.vber.ex num.*71. & quomodo iste, trāseundi, vel residendi, animus probari poterit? *Bart. in l.qui fiscalis,* C. *de nauic.seu naut.lib.*11. vbi dicit, ex tēporis qualitate, si clarè, vel palàm transierit, ex comitantium qualitate, & ex præcedentibus sermonibus, *Salic.in l.*3.*C.de naut fœnor. Clar. quæst.*82.

Verùm etiam in secundo casu, de æquitate in M.Curia contra arma deferentes, ad pœnam non deueniri, nisi illi apprehensi fuerint, refert *Reg.Sanfelic.decis.*43. eorum enim vitio vacillari potest, in alijs casibus præcipuè à *Ripa loco cit.* deductis non discederem. Et dispositio actualem apprehensionem requirens limitatur, si quis in loco prohibito deliquerit; nam cum de delicto constiterit, de contrauentione etiam exilij quis puniri potest, & si ibi apprehensus non fuerit, iuxtà relata per *Reg. Sanfelic. vbi supra, ex Bald.in l.aduersus, num.*7. *C.de furt.* & si ille deliquerit cum armis; quorum delationis li-
44 centiam habebat, an illa asportatio delictum contineat, ita vt pœna asportationis puniri possit? Dic, quod sic, si appensatè deliquerit, *Afflict.in Constit. Intentionis nostræ,not.*8.*& ibi Tap.num.*41 *tom.*5.*Carrer. in sua praxi crim. vers. item eorum, qui manifestam violentiam,num.*11.*Farin.quæst.*108.*num.*131. *Caball. cas.*62.*num.*63. *Canel.de brach.Reg. par.*4. *num.*148. *Baiard, quæst.*82.*num.*75.*Ricc.decis.*48.*in fin. Gayl. defens.*29.*cap.*2. *num.* 19. quicquid dixerit *Decian.lib.*8. *cap.*4.*num.*13. nam cum simpliciter loquatur, est intelligendus, quando in rixa delinquitur, & in Regno non dubitatur attenta dispositione *Pragm.*22. §.2.*de arm.* quò statutum fuit, arma licitè gestantem illorum delatione puniri, si cum iis præmeditatè delinquat; talis enim fuit concessionis causa, vt vel Curiæ seruitium, vel propriæ personæ defensio interueniat; & sic cessante dicta causa, cessat & priuilegium, *l.Titia,* §.*vsuras,ff.de legat.*2. *l.Athletæ,*§.1. *l. ex Geometræ, & l.idem Vlpianus,ff.de excus. tutor.Tiraquell. tract.cessante causa,par.*1.*num.*219. quælibet inquam dispositio à sua ratione regulatur, *Tiraquell.ibid.num.*213. alias licentia in Reipublicæ beneficium concessa, in illius detrimentum retorqueretur, & ansa delinquendi præberetur, contrà regulam *text. in l. conueniri, ff.de pact. dotal.*
45 Sed an primus Iudex, vel appellationis, qui condemnauit, sententiam reformando, de fracti exilij pœna cognoscat? dic, appellationis Iudicem contemni, cum sententiam exequi, & vnam dici instantiam, *Gayll.obser.*32.*libr.*1. latè *Bald.in l. tale pactum,*§.*qui prouocauit ff.de pact.Frac. decis.*510.& dixi *Prag.in præced. à nu.*193.
46 & an exilium rumpere dicatur, qui per suam patriam, pendente tempore ad colligendum sarcinulas vagatur? Negat *La-*
47 *nar. cons.*38. & an mensis, qui datur ad colligendum sarcinulas, ipso iure intelligatur concessus, vel si fuerit petitus, ita vt nisi fuisset cōcessus, & reus in loco fuisset inuentus, puniri possit? *Pras.de Franc. decis.*487.& an dicatur aliquis, pœnam in-
48 cidisse, si exilium à Ciuitate, vel Terra datum fuerit, & ille ad suburbia, vel ad portas accesserit? quod non, nisi territoriū fuerit interdictum, *Bart.in l.*1.*ff.cloac.* §.*hoc interdictum, l.*2.*ff.de verb signific.Menoch.q.*99.*Pascal.loco supra cit.*



SVMMARIVM

I. PARTIS VIII. PRAG.

1 *Barones, mero, vel mixto imperio, aliàve iurisdictione, vti non possunt, nisi quatenus priuilegiorum virtute sibi liceret.*
2 *Inuestitura semper est inspiciend a, plusquam feudi natura.*
3 *Inuestitura vim pacti locum obtinet, & quæ feudorum natura sunt extranea, admittere potest.*
4 *Naturalia feudi, non autem substantialia mutari possunt, & n.*6.*&* 11.
5 *Naturalia, vel substantialia feudi, quæ sint, enumerantur.*
6 *Feudum, an super gabellis, & functionibus constituatur?*
7 *Fidelitatis iuramentum, non autem fidelitatis præstatio remitti potest.*
8 *Seruitium feudi, an sit de substantia.*
9 *Seruitium reale censui, vel emphyteusi potius, quàm feudo conuenit.*
10 *Feudalis res, nisi expressè in feudum detur, feudalibus iuribus circa successionem, &*

T *pri-*

priuationem non subiacet.

11 Inuestitura omnia alterat.

12 Assensus, ex clausula Pro te, & cui dederis, in inuestituris posita, remissus videtur.

13 Inuestitura prima est inspicienda; nam priuilegia post obtenta ampliatiua, vel diminutiua valent, nisi ex prima vocatis praeiudicent.

14 Feudum antiquum, an in nouum, vel feudale in burgensaticum, suborogari possit?

15 Inuestitura prima, si per secundam alterata reperiatur, an vt ad primam reformetur, peti possit?

16 Inuestitura multas sollemnitates de iure feudorum requirebat, quae recesserunt.

17 Literae assicurationis vasallis directae, vt feudatario assicurationis iuramentum praestent, pro inuestitura habentur.

18 Iuramentum fidelitatis, ac assicurationis si infra annum praestitum non fuerit, an reuocatio detur?

19 Annus ad iuramentum fidelitatis, & assicurationis praestandum, à die assensus registrati currit.

20 Assicurationis iuramentum qualiter, & quomodo praestari debeat?

21 Iuramentum ligq etiam per procuratorem praestatur.

22 Dominium, an recto iure transeat, facta per Principem inuestitura?

23 Princeps mandare potest, dominium translatum censeri, quando sic expresse concesserit.

24 L. quoties, C. de rei vend. an in feudis locum sibi vendicet?

25 L. quoties praedicta, an in emptionis contractu tantùm restringatur?

26 Gratiae, statim atq; sunt signatae, perfectae dicuntur, &, qualiter coram Prorege exhiberi debeant? n. 27.

28 Assensus infra biennium sunt registrandi, alids feudi reuocatio dari potest.

29 Regia Domus Austriae in hoc Regno feliciter supra centum annos regnauit.

30 Priuilegia antecessorum Regum quae sunt obseruanda.

Iurisdictio, & dominium aequiparantur.

31 Quotidiana, & vtilia altiùs sunt exordienda, & tractanda.

32 Iurisdictio in allodium, feudum, vel in officium conferri potest.

33 Concessio per Principe facta in dubio, quãdo in feudum, vel in allodium praesumatur? Et quid si fuerit facta Ecclesiae? num. 34.

35 Iurisdictio semper reseruata praesumitur, licèt concessio sit allodialis.

36 Castrum omne in dubio in feudum datum praesumitur.

37 Princeps secularis Ecclesiastico donans, se expropriare non dicitur.

38 Concessiones in officium, dominium non trãsferunt, & morte finiuntur.

39 Concessio in officium pro haeredibus facta, de filijs tantùm intelligitur.

40 Facultas concessionis pro persona nominanda data, an si non fuerit facta, morte extinguatur?

41 Facultas praedicta nominandi, an mutari, & variari possit?

42 Nominans si exul, vel forindicatus fuerit, an inutiliter nominet?

43 Officij ampliatio, potius haeredibus, quàm extraneis competit, & an pro minori pretio debeatur?

44 Officia concessa, an Princeps sine causa reuocare possit, & an ius in re transferatur?

45 Approbatus semel, reprobari non debet.

46 Assensum requirunt omnes concessiones in officium concessae, si iurisdictionem contineant.

47 Iurisdictio ciuilis, an intelligatur concessa, inuestitura de terra facta?

48 Territorium feudo annexum, vtrum cum ipso feudo concessum censeatur?

49 Loco alienato, quae loco adiacent, alienata censentur.

50 Concesso feudo, iurisdictio à feudo distincta, & alij praerequisita, concessa non intelliguntur, cum n. seq. 51.

52 Verba improprianturl, & pro non appositis intelliguntur, vt saluetur dispositio, ne alteri praeiudicium afferat.

53 Feudo inhabitato, vel rustico concesso, quando etiam iurisdictio concessa censeatur?

54 Iurisdictio in parte potest in alterius Baronis territorio esse.

55 Iurisdictio super territorio, sicut nebula super paludem consideratur.

56 Iurisdictio sine territorio stare potest, & tunc ea super vasallis, qui vbicumq. auocari poterunt, concessa censetur.

57 Casalia, & suburbia propè Neapolim, Neapolitanorum praerogatiuis gaudent.

58 Episcopi an territorium habeant, & an Diecesis territorij loco habeatur?

59 Iurisdictio in dubio inparte quotatiua feudi concessa praesumitur.

60 Possessione Castri capta, etiam de omnibus adiacentibus accepta praesumitur.

61 Merum, vel mixtum imperium, an in generali inuestitura concessum censeatur?

62 Disponentis mens cum iure se conformare videtur.

63 Singulares concessiones sub indefinita loquutione non veniunt.

64 Solita in generali concessione praesumuntur concessa, & meri imperij inuestiturae initium refertur.

65 Alphonsus Rex Baronibus merum imperiũ communicare coepit, de quo M. Curia prius sola cognoscebat.

66 Literae quatuor arbitrales à Rege Roberto Ba-

Baronibus concessæ fuerunt.

67 *Priuilegium indulgendi post sententiam est exceptum, & de regalibus.*

68 *Barones Reguli in suis Terris dicuntur.*

69 *Barones in dominium iurisditionem, nõ autẽ in administrationem habent, ideò eam demandare, non exercere debent.*

70 *Barones in suis terris Prælatorum instar residere non tenentur.*

71 *Merum imperium aliud absolutum, aliud est ordinarium, & alti imperij referuntur exempla.*

72 *Corpora delinquentium, cur de alto imperio dicantur, & quare sine Principis licentia suspendi nequeant?*

73 *Ossa exulum an ad locum, à quo rens exulauit, ferri possint?*

74 *Corpora Sanctorum, de loco ad locum, sine Principis licentia transferri non possunt.*

75 *Torquendi prærogatiua an ex processu informatiuo Regijs Audientijs cõmunicata sit, & in quib⁹ casibus ea vti possint? n. 77.*

76 *Mag. Curia Vicariæ quando ex processu informatiuo torquere permittitur?*

77 *Officiales Baronum in casibus enormissimis an ex processu informatiuo torquere valeant, & quid in notorijs? n. 79.*

80 *Remedium extraordinarium, ordinario concurrente, cessat.*

81 *M.C. habet multos casus sibi soli reseruatos, qui referuntur.*

82 *Remissio pro apoca recognoscenda Baronibus non conceditur, sed quid facta recognitione? n. 83.*

84 *Remissio pro causa liquidationis instrumenti Baronibus non datur, sed si reus depositũ fecerit, an causa, quæ terminum, & probationes requirit, remitti debeat?*

85 *Regijs Audientijs communicatæ an sint omnes prerogatiuæ M.C. Vicariæ concessæ?*

86 *Magna C. Mag. Iustitiarium, sed M. C. V. Regem immediatè, vti Vicaria repræsentat, & pleniorem potestatem habet.*

87 *Priuilegio Baroni de casibus M. C. concesso, non veniunt reseruati M.C. vti Vicariæ.*

88 *Regalijs alicui concessis, quæ veniant, & quæ intelligantur excepta?*

89 *Casus alti dominij, falsæ monetæ, læsæ maiestatis, & alia quando, & ex quibus coniecturis concessa præsumantur?*

90 *Priuilegia excepta, & singularia, personæ præsumuntur concessa, ad successores non transeunt.*

91 *Priuilegium personale quibus coniecturis arguitur; & illorũ interpetratio ad Principis Senatores spectat.*

92 *Priuilegia insignia strictè contrà regulam interpretantur.*

93 *Priuilegia si temporis tractu concedentem, vel publicam læderent vtilitatem, non sunt obseruanda.*

94 *Læsæ maiestatis crimen plura habet capita, sed propriè de primo, intelligitur statutum disponens.*

95 *Baro an de blasphemia cognoscere possit?*

96 *Hæresis cognitio ad quem Iudicem spectet?*

97 *Blasphemiæ hæreticales, & sortilegia hæreticalia, quæ dicantur?*

98 *Sortilegia pro sanandis morbis an ordinaria pœna sint punienda?*

99 *Alchimiam faciens an falsæ monetæ crimine puniri possit?*

100 *Falsæ monetæ crimen quatuor committitur modis.*

101 *Statutum in proprio casu, nõ in improprio, & abusiuo est interpretandum.*

102 *Iurisdictio an in Barones de casibus M. C. reseruatis prorogari possit?*

103 *Iudices, quorum iurisdictio prorogatur, vti ordinarij in omnibus habentur.*

104 *Reconuentio coràm Iudice prorogato locũ habet.*

105 *Prorogatio in criminalibus an detur?*

106 *Reseruata in signum alti dominij prorogari non possunt, secùs in altæ iurisdictionis signum reseruata.*

107 *Priuilegiatus cum reseruatione, vt ab alio cognosci non possit, iurisdictionem prorogare nequibit.*

108 *Officiales perpetui à solo Rege puniri possunt, sed an Proregis iurisdictionem prorogare possint?*

109 *Iurisdictione priuatiuè concessa, an prorogatio cesset? & n. 111.*

110 *Foro si quis renunciare possit, illud prorogare valet.*

112 *Iurisdictio ordinarij difficilitèr exclusa intelligitur, & sic cumulatiuè, non priuatiuè concessa, alteri præsumitur.*

113 *Iurisdictio priuatiua abdicatiua qualitèr concessa dicatur.*

114 *Verba taxatiua, expressam in ordinarij damnum abdicationem, non operantur.*

115 *Prorogata formitèr ex solo inquisiti consensu iurisdictio non dicitur.*

116 *Prorogata non dicitur iurisdictio ex inquisiti parte, nisi lite, sine protestatione, contestata.*

117 *Consensus accusantis, & accusati requiritur, vt prorogata dicatur iurisdictio.*

118 *Præuentio fortior est, quæ fit ex parte accusantis forum eligentis, & alteri præuentioni præfertur.*

119 *Vasalli an alterius iurisdictionem prorogare, & Barones eos auocare possint, & maximè stante collusione? n. 120. quicquid alij dixerint n. 121. & declaratur n. 122.*

123 *Limitatur supradicta conclusio, si iurisdictio esset ad alios irritatiuè concessa.*

124 *Iurisdictio prorogata etiam si ex priuilegio elidi possit, quousq; tamen hoc non præsentetur, licito iure proceditur.*

125 *Iurisdictio Baronibus non solita concedi, in aliquibus casibus semper priuatiuè ad eos*

236 *Tertius pro suo interesse secundario in lite inter alios cępta se audiri petere potest.*
237 *Coadiutor Curiæ in causa non auditus, an de nullitate dicere valeat?*
238 *Fiscus non appellat, sed de nullitate dicit; & recursum habet.*
239 *Fiscus à causarum incidentibus, non à diffinitiuis appellat.*
240 *Baro in causa apud superiorem introducta ius insistendi non habet.*
241 *Fiscus semper rei appellationi inhærere dicitur.*
242 *Curiæ Coadiutor, an contra solitum creari possit, & de necessitate sit citandus?*
243 *Fiscalia iura Barones non habent, & si pęnę fiscales eis debeantur.*
244 *Bona vacantia morientium sine hærede, an sint fisci, vel Baronis?*
245 *Collegium, an collegio sine legitimo hærede morienti succedat, & sic Ecclesia clerico, socius socio?*
246 *Pęnę, quæ ab indignis auferuntur, an fisci sint, vel Baronum?*
247 *Bona per Anastasiam stupro, vel incestu cognitam sunt fisci, secus est in meretricis bonis.*
248 *Donationes à militibus, vel clericis concubinæ factæ cuinam debeantur?*
249 *Bona naufragorum cuius sint?*
250 *Bona infantiũ expositorum cui debeantur?*
251 *Animalia excadentialia, an sint fisci, vel Baronum, & qualitèr præconizationes in conuicinio fieri debeant?*
252 *Bona incerta, an Ecclesiæ debeantur.*
253 *Bona incerta inuenta, an fisco, vel Ecclesię debeantur?*
254 *Bona inuenta quando tutè per inuentorem retineri possint?*
255 *Bona super latronibus capta, an capientiũ fiant?*
256 *Bona in bello capta ad quos pertineant?*
257 *Barones ius naturale, gentiũ, vel ciuile nequaquam dispensare, vel alterare possunt.*
258 *Barones in aliqua causa ordinarium iudiciũ requirentes rescribere non possunt, vt sine figura Iudicis procedatur?*
259 *Barones mandare non possunt, vt sic, vel alitèr fiat.*
260 *Banna pęnalia iuris dispositionem alterantia, an valeant?*
261 *Potestas torquendi ex processu informatiuo an per Barones in latronum causis exerceri possit?*
262 *Barones circà inuestita Reges in suis terris dicuntur.*
263 *Clausula, non obstante, soli Principi competit.*
264 *Audientiæ Hidrunti, & Barensis authoritatem insufflandi spiritum in causis peremptis habent.*
265 *Immunitatem à muneribus personalibus, vel realibus, an Baro alicui concedere valeat?*
266 *Immunitatis cognitio soli Principi competit in decernendo quis gaudere debeat?*
267 *Immunitas à Principe alicui cõcessa circà pertinentia ad eum, nõ quoad munera suæ Vniuersitati debita intelligitur.*
268 *Immunitatis priuilegium nõ extẽditur, vt quis in suo domicilio sit immunis pro his, in quibus de vtilitate participat, & de debitis contractis.*
269 *Immunitatis priuilegium strictè interpretari debet.*
270 *Vniuersitates immunitatem alicui cõcedere an valeant?*
271 *Syndicus, & Electi, an à muneribus durãte eorum officio sint immunes?*
272 *Vniuersitas an ex pacto, vel ex gratia, seù meritis alicui immunitatem à collectis sine assensu concedere possit?*
273 *Immunitas exteris ad habitandum venientibus, an promitti possit?*
274 *Dilationem dare debitoribus solius Principis est, non Baronum.*
275 *Dilatio à Principe concessa, ad quæ debita extendatur.*
276 *Tribunalia maiora, an dilationem debitoribus per dies dare valeant?*
277 *Dilatio, vel Guidatica in ciuilibus quinquẽnium excedere non possunt.*
278 *Dilatio ob creditorum concurrentiam per Curias Baronales, an cognosci possit?*
279 *L. maiorem, ff. de pactis declaratur.*
280 *Creditores dotis an cõcurrere in danda dilatione teneantur?*
281 *Dilatio ex concurrentia, an ad hæredes transeat, & fideiussoribus prosit?*
282 *Concurrentiæ dilatio pro domus pentione locum nõ habet, neque pro sorte, sed pro tertys, nisi sit liquidatum.*
283 *Moratoria ex gratia, vt valeat, quæ exprimi requirat.*
284 *Accedentes ad habitandum Brundisij quãdo à creditoribus sint securi?*
285 *Legitimare Barones nõ possunt, & quid in Prorege, & Patre?*
286 *Legitimati, an familiæ honores cõsequãtur?*
287 *Iurisdictio ad Mare territorio adhærens, an territorij Baroni concessa censeatur?*
288 *Portulani officium designatur, & in quibus eius iurisdictio consistat?*
289 *Baro in Mari suo territorio adiacenti portum facere non potest.*
290 *Delicta propè mare patrata, an per Barones cognoscantur?*
291 *Magni Admirantis officium à Portulani in quo differat, & in quibus suum officium consistat?*
292 *Admirantis subditi, an illi sint remittẽdi, etiam si M. C. ministros offenderint?*
293 *Insula Baroni concessa, quoad intra mare iurisdictio extenditur?*
294 *Portulania maris, & terræ datur, & sunt Baronibus exceptæ.*


295 Por-

PRAGM. VIII.

CAROLVS V.

In anno 1536.

Prohibemus etiam Barones, & alios vtiles Dominos, vt non exerceant merum, aut mixtum imperium, aliamuè iurisdictionem, aut exerceri mandent, nisi quatenus eis virtute suorum priuilegiorum, & legitima præscriptione liceat, scientes, qui secus fecerint, vsurpatæ iurisdictionis crimen eos incurrere.



Comm.

Comm. Pragm. 8. Par. 1.

1 N duas hæc Pragmatica diuiditur partes. In prima videbimus, in quibus Barones iurisdictionalia exercere poterũt. In secunda verò, quæ pertinentia feudum habeat, & in quibus vltra inuestita, feudatarij se ingerere valeant. Ad primam. Conclusio huius Prag. fit, merum, & mixtum imperium, aliamuè iurisdictionem per Barones exercendam non esse, nisi quatenus priuilegiorum virtute, vel præscriptionis tutamine eis liceat, cum apud Regem, in quem eam populi transtulerunt, iurisdictio permaneat, *l. 1. ff. de Const. Princ. DD. in l. 1. ff. de iurisd. omn. Iud.* vndè
2 circa iurisdictionalia tenor inuestituræ semper est inspiciendus, quia rei suæ legem, quam quis voluit, imponere potest, *l. in re mandata, C. mandat.* & ad illum, tanquam ad scopum in decidendis controuersijs est recurrendum, iuxtà *text. in cap. 1, in fin. de duob. fratrib. cap. porro, extr. de priuileg. Rosental. de feud. cap. 1. conclus. 12.*
3 Inuestitura enim, pacta etiam feudali naturæ extranea, admittere potest, *cap. 1. de feud. non hab. propri. feud. nat. Curt. de feud. par. 1. 6. q. princ. Natt. cons. 467. tom. 2.* nam est loco pacti, & nisi seruetur pactum, rescinditur omne peractum, *Bald. in cap. 1. §. prætrea quid sit inuestitura, Afflic. dec. 335 nu. 15.* item vim contractus obtinet, *Frecc. de subfeud. libr. 3. de form. inuestit.* Natura namq. feudi alia est generalis, secundum leges feudi; alia specialis, quæ ab inuestitura, vel regionis consuetudine dependet, *Capyc. in inuest. ver. feudi leges.* Dico circa
4 feudi naturalia, non tamèn circa substantialia: sicut enim in contractibus quædam sunt naturalia, vt euictio, & alia, quæ ex conuentione remitti possunt, *l. pacta conuenta, ff. de contrah. empt. l. pacisci, ff. de pac.* & quædam essentialia, quæ pactionibus alterari nõ possunt, *§. pretiũ, Inst. de empt. et vend. l. vbi ità donatur, ff. de don. mort. cau.* & latè per *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 5.*
5 *tit. 13. cum seq.* ita contractus feudalis quędam habet naturalia, vt fidelitatis iuramentum, seruitium, quod feudum sua culpa non amittatur, vt fœminæ non succedant, & similia, & ista per Principem remitti, & alterari possunt, & non ideo in reliquis desinit esse feudum, iuxtà notata in *d. cap. 1. de feud. non hab. propri. nat. And. in tit. pèr quos fiat inuestit. in fin. Capyc. ver. feudi contractus.* Habet etiam substantialia, vti est fidelitas, quæ à vasallo præstari debet, *cap. 1. § fin. per quos fiat inuest.* quod dominium directum pęnès concedentem remaneat, *cap. 1. § huius autem generis, in quib. cas. feud. amit.* & licèt *Liparul. ad And. in cap. 1. qual. Dom. propr. feud. prin. verb. defendo,* dicat, valere pactum, quod directum dominium in feudatarium transeat, optimè confutatur à *de Curt. in suo diuers. feud. fol. 3. ex num. 24.* quia hoc est de essentialibus, non de naturalibus, vndè alterari non potest, *l. cum precario, ff. de precar.* Item & quod feudum in re stabili consistat: nam in mobilibus nequaquam feudũ constitui potest, *cap. 1. § sciendum, de feud. cogn.* & ratio est, quia vsu consumuntur, & dominium directum dantis euanesceret.
6 Sed quarè super gabellis, dohanis, annuis redditibus, & functionibus fiscalibus videmus feuda constituta, dum dantur in feudum, & omnino hanc stabilitatem non habent, sed mutari, & extingui possunt. Nè immorer, pondera verba *Andr. in c. 1. num. 2. vers. nam & alij, Quis dic. Dux, in § sciendum, Quid sit inuest. & in cap. 1. nu. 2. circa fin. de feud. March. & de feud. cognit. ex num. 2.* & ista substantialia remitti, & mutari non possunt, quia esset species, scilicèt feudum destruere, *de Curt. in suo diuer. feud. fol. 30. ex num. 33.* & licèt in *d. § fin.*
7 habeatur, fidelitatis iuramentum remitti posse, aduerte, aliud esse remittere iuramentum fidelitatis, aliud remittere ipsam fidelitatis præstationem; iuramentum enim est quid naturale contractus, non tamen substantiale, vt est ipsa fidelitas, sine qua feudum constitui non potest, & sic remisso iuramento, non sequitur fidelitatis remissio, *Camer. in cap. Imperialem, f. 35. lit. V.* Aliqui etiam dixerunt, seruitium esse de substantialibus, non de naturalibus,
8 ita vt sine seruitio feudum non dicatur, & proindè remitti non possit. Sed distinguẽdum est, aut seruitium consideratur in illis sex, quæ fidelitati insunt, contentis in *cap. 1. de form. fidel.* ob quorum omissionẽ feuda deuoluuntur, & est de substantialibus, & dicitur seruitium personale, quia vasalli ossibus inhæret, dum feudum habet, vt ipse, & sui hæredes fidelitèr domino seruiant, iuxtà verba *text. in cap. 1. § huius autem generis, in fin. in quib. cas. feud. amit.* aut seruitium consideratur, vt rei cohærens, adoham, vel aliquid aliud soluendo, & est de naturalibus, *Camer. in d. cap. Imperialem, fol. 75. lit. O.* & proindè hoc remitti potest, & dicitur feudum francum à seruitio hoc extrinseco, seu reali. Indè quando seruitium est reale, debitum ex re dicit *Paris de reinteg. feud. q. 9.* etsi res feudalis concedatur pro annua quantitate,
9 vel specie, pro scilicèt spalla porci, par caponum, vel simile, non dici proprium

feudum, sed magis emphyteusim, nec con-
cessionem sub natura feudi stare, non eius
10 eius culpis priuari, nec eo iure succedi,
nisi expresse detur in feudum, & in feudi
natura fuerit facta concessio, *Camer. in cap.
loc. cit. f. 40. lit. P.* & proinde dixi in prin-
cipio inuestituræ tenorē esse inspiciendū,
cum ea omnia alteret, prout de alijs in-
11 uestituris, naturam iuris feudalis am-
pliantibus, minuentibus, ac remittenti-
bus videmus, vt in assensus remissione, per
clausulam adiectam, *Pro se, & cui dederit,*
12 & sic per clausulam, *Pro se, & hæredibus
quibuscumq.* in quo extranei succedere
possunt, *Capyc. in inuest. vers. feudi clausulæ;*
vnde standum est priuilegijs, & Princi-
pum placitis, & his cessantibus, est ad ius
feudale recurrendum. Dico de priuilegijs
in ipsa prima inuestitura concessis, quæ
firma, & perpetua sunt, ita vt si per se-
13 quentia circa aliqua quid fuerit altera-
tum, contenta in prima sunt attendenda,
nisi omnino reuocata, vel finita fuissent,
*Camer. fol. 76. ex lit. B. R. in. cons. 30. volu. 1.
Dec. cons. 208.* maximè quia solent Princi-
pes in inuestitura secunda se primis re-
mittere, cum clausula, *prout sui antecesso-
res tenuerunt, Ann. cons. 51. Ludouic. par. 1,
cap. 5. de feud.* alia verò postmodum con-
cessa valent, si tertio non præiudicent,
Andr. in cap. 1. de vasall. decrep. ætat. vbi
priuilegium non substinere ait, vt feudum
14 antiquum ex pacto, & prouidentia in
nouum subrogetur, cum præiudicare fi-
lijs, vel agnatis, quibus per primam in-
uestituram prouisum erat, Princeps non
valeat, sicq. peti non poterit, vt res feu-
dalis sit burgensatica, si similiter agnato-
rum præiudicium adesset, *Andr. in cap. 1.
§. & hoc quoq. num. 8. de success. feud. Capyc.
in inuest. fol. 97. vers. quod fœminæ, & f. 247.
vers. si prima, Tiraquell. de retrac. consangu.
§. 23. glos. 3. ex num. 32.* Et casu, quo prima
15 inuestitura alterata fuisset, peti potest, vt
ad primam formam reformetur, vt sem-
per obseruatum dixit *Reg. de Ponte de po-
test. Proreg. tit. de reformat. inuest.* non enim
in tertij præiudicium sustinetur, cum
prima inuestitura totius fundamenti sit
angularis lapis; ex ea enim feuda oriun-
tur, quorum natura assumpta viuere dicū-
tur, & cum ea deuolutionis tempore mo-
ri, *Afflict. decis. 195. Thes. decis. 227. Me-
noch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 92. Surd.
cons. 410. vol. 3.*
16 Quæ inuestitura multas de iure feudo-
rum requirebat solemnitates, videlicèt
vt omnimodò Princeps diceret, *Te inuesti-
mus,* & fieret per ensem, & baculum, quā-
do erat abusiua, vt latè per *Curte in
suo diuers. feud. fol. 31.* in Regno autem
concessionum priuilegia sufficiunt, *Andr.
in cap. sciendum, num. 3. vers. & hoc videtur
verius, quand. feud. ad fil. pertr.* imo literæ
17 Regiæ vasallis directæ, vt assicurationis
iuramentum successori præstent, loco in-
uestituræ habentur, iuxta tradita per
*Andr. in cap. 1, num. 6. de feud. cogn. in cap. 1.
num. 2. in fin. quo temp. miles, & in cap. 1.
num. 2. de cap. Corrad. Capyc. in inuest. vers.
feudorum assicurationes:* Illud enim assicu-
rationis, seu fidelitatis iuramentum, licèt
in desuetudinem abijsset, causa iusta non
erat reuocationis feudi, tamen per *prag-
mat. 19. de feud.* iussum fuit, omnino a va-
sallis præstari, & quia in ea Prag. pœna
18 ducatorum mille tantum apposita fuit,
non autem annullationis contractus, pro-
indè in omnibus assensibus hodiè additur
clausula, *Dummodo intra annum emptor as-
sicurationem petat, aliàs assensus pro nō præ-
stito habeatur,* & tunc eo termino elapso,
reuocatio datur, *de Ponte cons. 5. num. 32.
cons. 67. nu. 13. & in tract. de potest. Proreg.
tit. de regal. imposit. in rubr. num. 16. Rouit.
in pragm. 1. num. 4. de fide memor.* deficiente
autem dicta clausula, reuocatio non dare-
tur, sed tantum emptor ad pœnam impo-
sitam per *d. pragm.* ducatorum mille tene-
retur; si verò non fuisset adiecta dicta pœ-
na pecuniaria, contractus reuocatio dari
posset; nam quotiescumq. lex, seu statutū
aliquid mandat, pœnam nullitatis actus
ex contrauentione inducit, etiam si non
valere non dixerit, vt notat *Andr. in cap.
bona committentium, num. 76. circa fin. vers.
sufficit legislatori, quæ sint regal.*
19 Quod anni tempus ad petendam assicu-
rationem, post biennium ad registrandum
assensum per verbum, *fiat*, concessum cur-
rit, vt in *pragm. 23. de feud.* Quando autem
sit præstandum, & quæ continere habeat,
20 notatur in *cap. 1. de forma fidel. & in sequ.
tit. de noua forma fidel. Capyc. in inuest. vers.
feudorum iuramenta, Afflict. decis. 265. n. 40.*
21 & fidelitatis iuramento per Baronem
personæ a Prorege destinatæ præstito, vel
per eius Baronis Procuratorē, quod per-
mittitur, vt per *Andr. in cap. 1. qual. vasal.
iur. deb. fidel. Afflict. in d. Const. Domini à va-
sallis, Claper. caus. 9.* illi de Vniuersitate,
seu de regimine totius populi nomine
assicurationis, seu fidelitatis iuramentum
Baroni præstare tenetur, iuxtà *d. Constit.
Domini à vasallis,* & hoc iuramentum à ci-
uibus personalitèr, non autèm per Procu-
ratorem esse præstandum, notat *Capyc. in
inuest. ver. feudorum iuramenta, in fin.* & hūc
ordinem docet *And. per text. in cap. 1. quid
preced. deb. Iacob. de Franch. tit. 1. Paris. de
reintegr. feud. q. 245. cum seq. de Curte fol. 30*
quod fidelitatis iuramentum per ciues
Baroni ratione iurisdictionis præstandū,
differt à iuramento fidelitatis, & homa-

gij,

gij,quod vasallus ratione feudi Regi præ-
stat; illud enim continet relata per *dict.*
Const.Domini,non autem omnia fidelitatis
præstandæ pro feudo, quod a Rege tene-
tur comprehendit,de quibus in *d.cap.1.de*
forma fidel.& tit.sequ.Montan.in cap.Impe-
rialē,§.præterea si quis infeudatus,sub n.39.
Cancer.var.resol.lib.2.cap.2. de iurisd.omn.
Iud. ex num.163. & an sit præstandum ha-
bēti iurisdictionem criminalem, & à sub-
feudatario?vide *Frec.de subfeud.auth.4.*
22 An autem facta per Regem inuestitu-
ra,seu cōcesso priuilegio, immediatè vti-
le feudi dominium, ante possessionem ca-
ptam,in inuestitum trāsferatur? *Reg.Tap.*
in cap.1.ex num.12.de Const.Princ. & ante
eum *Afflict. decis. 299.* multa adducunt,
solo Principis verbo dominium trans-
ferri,tamen *Andr.in cap.1.ex num.1. Quid*
*sit inuestit.*clarè loquitur, hoc sibi locum
23 vindicare posse, quando Princeps statim
ei dominium transferri expresè mandat,
quia tunc contraria Iura communia tol-
leret, sed si hoc non exprimatur, nequa-
quam dominium sine traditione, vel reali
possessione translatum dicitur,cum infeu-
dando agere videtur, vt iura seruet, non
vt ea tollat, & idem etiam dixit in *præ-*
lud.sub num.45.ver.contra tertium. Limita,
si concessio de iuribus incorporalibus es-
set, in quibus ex solo priuilegio possessio,
seu quasi transfertur, *Innoc.in cap.cum no-*
stis,de conceß.præb. Gram.decis.59. num.44.
Reg.Galeot. resp.Fisc.7. Quod ad quæstio-
nem deseruit, quando duobus esset facta
concessio, quis esset præferendus, an qui
priorem habet titulum, vel qui prius pos-
sessionem acceperit, *Andr.in cap.si facta,*
*num.2.si de feud.defunct.milit.*dicit,præfer-
24 ri eum, qui primò feudi possessionem est
adeptus,iuxta *l.quoties,C.de rei vindic.*quā
communiter Feudistæ admittunt in feu-
dis,si tamen feudi possessio tradita nō fue-
rit, tenetur dominus præcisè ad tradendū
primo,cui concessit, idem *Andr.in cap.1.*
qui succeß.tenean.à n.2. & licèt aliqui fue-
rint opinionis, *d.l.quoties*, locum non sibi
25 vindicare,nisi in emptionis contractibus,
non autem ad locationem,cæterosq. con-
tractus extendi, contrarium tamen con-
cludunt *Borgn.dec.25.par.2.num.19.Caroc.*
de locat.tit.de locat.duob.fact.Gabr.concl.2.
secus verò affirmandum est in gratijs,quæ
26 statim perfectæ dicuntur,licèt literæ non
sint signatę,prout seruatur etiam in Apo-
stolica Curia, vt latè per *Frecc.vers.Quis*
dic.Dux,num.66.Surg.de Neap.illustr.f.308.
num.40.Afflict.decis.253. Præs.de Franch.
dec.62.Couar.var.resol.cap.16.& 19.lib.3.
Reg.Sanfelic. decis.403. Hæc tamen priui-
27 legia inuestituræ,siuè gratiæ à Rege ob-
tentæ infra annum coram Prorege exhi-
beri debent, *prag.1. de priu.infra an.exhib.*
& assensus per verbum, *fiat*, expediti per
Collaterale Consilium super feudorum
alienationibus (quicquid prius obserua-
batur, vt per *Afflict.decis.253.*) hodiè per
pragm.3. de fide memor. nullius essent ro-
28 boris,si infra biennium in forma Cancel-
lariæ redacti non fuerint, quo tempore
elapso,ipso iure resoluti censentur, vt la-
tè per *de Ponte tit.de assens.§.9.* Aducrte
tamen, multa priuilegia, & inuestituras
29 ab alijs huius Regni Regibus obtentas,
antequàm Domus Austriaca in hoc Re-
gno feliciter supra centum annos regnare
cępisset,non esse omnino tutas, vndè sta-
tutæ fuere *pragm.* quæ nominatur *pragm.*
Thori 4. de possess.non turb. & pragm.1.de
reuoc.grat. quibus mandatum fuit, haben-
30 tes causam à Serenisś. Regibus Alphon-
so I.& Ferdinando I.nequaquam molesta-
ri posse, non sic de obtentis a Regibus
Alphonso, & D.Ferdinando II. ac D.Fe-
derico,quas *prag.*glosauit *Io.Ang.Pisancl.*
& multa adduxit *Præs.de Curt. in diuer.suo*
feud.fol.20. ex nu.46. ad quos te remitto.
Videamos modo, vt perfectè sciamus,
in quibus Barones vltra fines mandatæ
iurisdictionis in præiudicium Fisci, vel
vasallorum excedere possint; concessa
enim Terra,Villa, Castro, vel Ciuitate,
iurisdictio super illo Castro, vel Terra
concessa intelligitur, *l.1.§.cum vrbem, &*
ibi glos.ff.de offic.Præf.vrb. l.pupillus,§.ter-
ritorium,ff.de verb.signific. Maur.alleg.26.
ex num.3. D.Carol.Petra in Rit.M.C.Vic.6.
num.6.lib.1. quæ iurisdictio cum dominio
æquiparatur,*glos.in marg.l.qui furore,ff.de*
*stat.homin.*Sed est ponderandum, quæ iu-
31 risdictio dicatur tributa? quæ vti quoti-
diana, vtiliaq. dilucidè duxi explicanda,
vt docuit *I.C. in l.legaui, ff. de liber.legat.*
32 Scias primò, iurisdictionem tripliciter
conferri posse,aut in allodium, & natu-
ram liberam, vel in feudum, aut in offi-
cium, *Andr.in cap.1. num.2.Quis dic.Dux?*
Afflict.in cap.1. §.è contrario, num.1. de in-
uestit.de re feud.fact. DD.in cap. dilecti,de
*arbitr.Ann.alleg.44.num.6.*In dubio, quia
Principis concessio plenissimam habet in-
terpretationem,*l.beneficium, ff. de constit.*
Princ. & sic ad largam liberalitatem est
33 extendenda concessio in allodium præsu-
mitur,*Cassan.in catalog. Glor. Mundi,p.11.*
Franc.Marc.decis.86. 1.par. Clar.in §.feu-
dum, qu.17. Allodialis dicitur concessio,
quando directum, & vtile dominium in
plenam proprietatem datum est, *Capyc.in*
inuest. vers. feuda allodialia, Mascard.de
probat.conclus.79.& 206.& in dubio con-
cessio potius interpretanda est donatio,
quam feudum, *Petr.de potest.Prin.cap.22.*
*ex num.31.*multa enim feuda in liberam

V 2 na-

naturam tenentur, quæ enunciat *Reg. de Ponte conſ. 30. in fin.* & magis ſi in conceſſione nil de ſeruitio, vel fidelitate fuerit expreſſum, *Andr. in cap. 1. §. huius generis,*
34 *num. 13. ex quib. cauſ. feud. amit.* quod eo fortius procedit, quando conceſſio à Principe Eccleſiæ, vel pio loco facta eſſet, niſi *in feudum dicatur,* pura, & libera donatio interpretatur, *Andr. in Conſt. Iuſtitiarij tamen, Franc. Marc. decif. 318. par. 2. Petr. vbi ſupra, num. 90. Maur. d. allegat. 26. à num. 9.* & diximus in *prag. 1. num. 42.* niſi ipſa Eccleſia poſtea ſeruitium præſtitiſſet, *Franc. de Amic. in repetit. de his, qui feud. dar. poſſ. fol. 64. col. 2.* quam conclufionem intellige circa res, & bona feudalia, in quibus directum, & vtile dominium fuiſſe conceſſum præſumi poteſt, non verò circa iuriſdictionalia, quæ ſi darentur in allo-
35 dium, vti libera à nemine recognoſcerentur, quod ferendum non eſt, quia poteſtas eſt de iure publico introducta, & iure publico teneri debet, & nunquam à Principis offibus excluſa præſumitur; & licèt in aliquibus Regni partibus aliquas videamus iuriſdictiones fuiſſe conceſſas, & in allodium exerceri, *Brun. in conſ. 156. de Curte in diuers. feud. fol. 26. num. 11.* tamen etſi in allodium, non ideo abdicata eſt Regi poteſtas, ſed penès ipſum ius ſuperioritatis, ſeu iuriſdictio maior grauamina conceſſionariorum recognoſcendi remãſit, vt innuit *Camerar. in cap. Imperialem, fol. 37. lit. M. & ſeq.* ius enim ſuperioritatis nec conſcedi, nec præſcribi poteſt, *cap. intellecto, de iureiur. Ann. alleg. 52. num. 50.* & ſic appellatio ad Principem pertinet, licèt conceſſio plenaria Eccleſiæ facta fuerit, *Iacob. verſ. feudales appellationes, de diff. feu. nob. & de tab. differ. 26.* hoc namq. eſt ius regale, quod per quamcumq. generalem conceſſionem abdicatum non dici-
36 tur. In Regno autem omne Caſtrum in feudum datum præſumitur, ſi Eccleſia nõ poſſideat, iuxtà quæ diximus ſupra in *prag. 1. ex num. 42.* & quando donatio pura, & non in feudum Eccleſiæ eſſet facta, cum exemptione etiam iuriſdictionis, & ſupremi dominij, tunc iuriſdictio erit totalis Eccleſiæ, & appellatio ad Pontificẽ fiet: nam vnus ex illis Potentatibus alteri donare poteſt, nec expropriatio facta dicetur, cum ſint duo gladij, quos ſimul Do-
37 minus ſuper terram conſtituit, *Andr. in cap. valuaſores, num. 10. de his, qui feud. dar. poſſ.* de quo tamen vide adducta per *Vaſq. contr. cap. 5. lib. 1. & per Io. Bapt. Spata conſ. 5. cum ſeq.* Secundo caſu conceſſio dicitur feudalis, ſi feudi habeat ſubſtantialia, quæ enumeraui ſupra *num. 5.* alias ſi feudi requiſita deeſſent, licèt in feudum daretur, non eſt feudalis, *Andr. in cap. 1. §. qui verò, num. 2. Quis dic. Dux.*

Tertiò conceſſio fit in officium, & in Regno quamplurimæ ſunt conceſſiones, quæ in feudum, vel in allodium non dicũtur, vt de ſeptem officijs Regni, & alijs, quæ enumerant *Capyc. in inueſtit. vers. feu-*
38 *dorum officia.* Verùm conceſſiones in officium, in dominium datæ non dicuntur, vndè minus eſt tributum; dicuntur namq. adminiſtrationes, & regulariter morte finiuntur, *Andr. in cap. 1. de feud. Guard. Barboſ. in l. quia tale, num. 78. ff. ſolut. matrim. Frecc. auth. 1. q. 50.* & ſi pro hæredibus eſ-
39 ſent factæ, pro alijs, non autem extraneis intelliguntur, *Bar. in l. ſi patroni, ff. ad Treb. Afflict. in Conſt. Ea, quæ, num. 12. Franch. decif. 165. Peregr. de iure Fiſci, tit. 2. num. 102.* & hæredis appellatio de primo hærede intelligitur, *Tapp. in l. fin. de conſt. Princip. par. 2. cap. 3. ex num. 40.* & ſi ſucceſſorem
40 in officio nominãdi data fuerit poteſtas, vt ſolet fieri, quando de filiorum ſuperexiſtentia dubitatur, ſi ille morte præuẽtus non nominauerit, facultas non dicitur extincta, ſed ad hæredes tranſit, *l. ſecundum reſpectum, C. de contrah. & comm. ſtip. Ann. ſing. 391. & in cap. 1. de vaſall. decrep. & in num. 320. Franch. decif. 45. nu. 2. Theſ. 97.* & an liceat vſq. ad mortem va-
41 riare, & pœnitere? vide *Valaſc. conſult. cap. 102.* & ſi pater delinquat, alijs nominatis non nocet, quia officium, vti feuda ex pacto à patre non capiunt, *Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 8. Farin. tit. de delict. q. 24. & Maſtril. de Magiſt. lib. 1. cap. 28.* vbi etiam
42 vtrum nominatio ſi per deportatum, vel foriudicatum facta fuerit, ſuſtineatur? fæminæ verò in officijs nequaquam nominari poſſunt, quia virilibus officijs non funguntur, *l. fœmine, ff. de regul. iur. Andr. in cap. 1. §. Lotharius, num. 5. Tap. in Conſtit.*
43 *Officia.* & officij ampliatio, potiùs ex Principis munificentia filijs, quàm alijs, etiã pro aliquo minori pretio eſſet concedenda, ſi pater in eo benè ſe geſſerit, vt dicã infra *ſing. 60.* & in iſtis officiorum conceſſionibus magis ſtrictè proceditur, quã in feudis, *Franch. decif. 165.* adeo vt iſtas
44 conceſſiones ad nutum reuocari poſſe, multi dixerunt, ex eo quod erroneum eſt; quia licèt ex officij conceſſione ius in re, aut poſſeſſio in iuriſdictionem non transferatur, ſed nudum exercitium, & adminiſtratio loco concedentis, ſecundum *Bal. in l. reſcripta, C. de precib. Imper. offer. gloſ. Paris. & §. 1 gloſ. Suar. alleg. 12. Afflict. in tit. quæ ſint regal. verſ. poteſtas, Bellug. rubr. 26. §. Princeps, Franc. Marc. decif. 193. cum ſeq.* contrarium tamen ſuſtinent *Petra de poteſt. Princip. cap. 29. Maſtrill. de Magiſtr. cap. 27. lib. 1. aliq. DD. citati ſupra pragm. 5. num. 124.* vt per *Benedict. in cap. Raynutius,*

de

de test. num.44. nam semel approbatus, re-
45 probari non potest, & Princeps Officialem absq. causa legitima remouendo, iniuriam ei facere videtur, cum ab officio remotus, ob delictum, vel malam administrationem amotus præsumatur, & honorem alicui auferre Principi non licet, iuxtà *text. in l. neminem, C. vnde vi, ibi, Ne iniuriarum nascatur occasio, vnde iura nascuntur, Andr. in cap. 1. num. 29. de cap. Corrad. & in cap. 1. §. vectigalia, ex num. 15. de regal.* & in terminis *Pinell. C. de resc. vend. in rubr. 1. p. c. 2. n. 20. Capyc. dec. 121. & text. in l. iudicium soluitur, ff. de iudic.* vendicat sibi locum in delegationibus, & causis commissis, vbi precario nomine possident, & damnum tertij non vertitur, iuxtà *glos. ibi, & Barbos. in l. 1. par. 4. ex num. 110. ff. de iudic.* no-
46 ta tamen, concessiones licèt non feudales, si iurisdictionem contineant, semper assensum requirere, ex *Constit. Scire volumus, & ibi Afflict. in 4. notab. de Ponte cons. 30. num. 11.* prout regalia omnia licèt in burgensaticum concessa, absq. assensu non alienantur, *Capyc. in inuest fol. 114. col. 2. vers. & nota, Ann. in Const. Constitutionem Diuæ memoriæ, n. 183.*

47 Quærendum nunc, cōcessa Terra, quid circa iurisdictionalia tributum, & concessum intelligatur? *Bart. in l. 1. qu. 43. ff. de rer. diuis. & l. 1. ff. de offic. Præfect. vrb.* dixit, facta inuestitura, intelligi, cum territorio ciuilem iurisdictionem inter subditos esse concessam, etiam si non sit expressum. Alij quod non, nisi expressè sit concessa cum clausula, *cum iurisdictione in vassallos*. Sed nè circa hoc inutiliter præter nostrum institutum, quo necessarium tantum attingere promisimus, tempus conteramus. Dicimus, in hac concessionis materia simpliciter facta, varia à DD. adduci. Alij enim strictè concessiones has declararunt, alij largam dederunt intepretationem. In Regno autem regulam cum sequentibus limitationibus pone: Conces-
48 so Castro, seu Terra à Principe, iurisdictio, & territorium, quæ Castro sunt annexa, & quæ concessionis tempore sub disponentis dominio in eo loco sunt, data censentur, *Andr. in cap. Imperialem, §. præterea, num. 89. in fin. & 90. de prohib. feud. alien. per Feder. DD. in l. 1. ff. de offic. Præf. vrb. Camer. d. fol. 38. lit. G. cum seq. Vrsil. decis. 282. Castren. cons. 405. Couar. pract. qq.*
49 *cap. 1. conclus. 9.* cum enim iurisdictio loco cohæreat, *Bart. in l. inter eos, ff. de acqu. rer. dom.* facta loci concessione, omnia loco annexa communicata censentur. Quod amplia, procedere non solùm in Principis concessione, quæ largam habet interpretationem, verùm etiam in venditione, aliauè quauis concessione, etiam inter priuatos facta, *glos. Paris. tit. 1. §. 1. glo. Afflict. in Const. Ea, quæ*: si autem feudum erigatur de nouo, iurisdictio ciuilis concessa censetur, non autem criminalis, nisi expressè, cum sit de regalibus, *Bammaear. in cap. 1. §. in generali, q. 7. si de feud. def. milit.* Quam principalem conclusionem tunc procedere declaratur, quando iurisdictio, vel terra de per se feudo cohæreret, secus
50 si concessionis tempore illius Terræ, vel Castri, iurisdictio personæ à feudo distinctæ acquisita reperiretur, tunc concesso
51 tali Castro, Casali, vel Terra, nulla iurisdictio videtur concessa, etiam si à Principe in inuestitura, *cum iurisdictione*, sit
52 dictum; impropriantur enim verba, nè tertio damnum inferant, vulg. *l. 3. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publ.* sic *Camer. fol. 39. lit. I. Aluarot. cap. vnic. §. fin. quib. mod. feud. amit. glos. Paris. loco cit. num. 45. Soc. in l. 1. num. 27. de aequ. poss.* & proindè concesso Castro inhabitato, cui nulla de
53 per se cohæret iuridictio, vel dato feudo rustico, aut nemore, quorum iurisdictio alteri subiaceat, ea non intelligitur sibi tributa, si Princeps alterum dictorum locorum concederet, quia ad eum forsitan dicta territoria ex confiscatione, vel aliquo titulo peruenissent: nam cum non sit solitum ibi iurisdictionem vnitam cohærere, non intelligitur iurisdictio concessa, & maximè in ius habentis præiudicium. Procedit etiam si territorium illius loci Baroni concessum esset; nam si iurisdictio quoad illud territorium sit solita ab alio cognosci, licèt territorij concessio Baroni sit facta, ibidem iurisdictio data non
54 præsumitur: nam intus territorium alicuius Baronis pars esse potest, quæ alterius iurisdictioni subiaceat; destinatione enim voluntatis domini fit, vt docet *And. in cap. 1. sub num. 2. qual. vasal. iur. deb. fidel. Camer. in cap. Imperialem, fol. 70. lit. M. Afflict. Const. Si dubitatio, 2. not. & in dec. 267. & 334. Bald. in l. 1. §. quod si nemo, ff. quod cuiusq. vniu. nom. Tiraq. de retrac. §. 36. glo. 3 num. 5. Reg. de Ponte cons. 57. num. 6. & consil. 51. par. 2.* Adde, quod etsi regulariter iurisdictio cum territorio concessa videatur, & tunc ea sicut nebula super paludem
55 consideretur, *Bart. in l. 1. ff. de iurisd. Bald. in l. 1. de offic. Præfect. vrb. col. 3. Natt. cons. 149. num. 19. Free. auth. 13.* iurisdictio inquam territorio cohæret, vt qualitas passiua, sicut anima in corpore; nam actiua personæ infeudatæ vti subiecto animato adhæret, vt per ipsum experiatur, *Bart. in l. 1. num. 15. ff. de iurid. omn. Iud.* aliquando tamen iurisdictio stat sine territorio, &
56 territorium sine iurisdictione, secundùm destinationem ex inuestitura, vel præscriptione factam, *Afflict. in cap. 1. de inuest. de*

re

re alien.fact.de Curte fol.28.num.10. Boer. decis.227.Petr.de potest.Princ.cap.18. verùm quando Baro territorium non habet, vt Castrum Belmontis in Prouincia Calabriæ situm, de quo ad hoc propositū mentionem fecit Præs. de Franch. decis.22. tunc iurisdictio stat in vasallos, & plenior videtur; nam dum ea est in personas, vbicumq. vasalli deliquerint, Baro remissionem petere valet, Minad.ad decis.18. Franch. decis.458.num.3. Borrell.ad Bellug.rubr.18. Tap.in pragm.1.vbi de delict.num.20. quod etiam Episcopis deseruire potest, dum DD. asserunt, eos territorium non habere, vt inferius.

57 Qualiter, & quomodo Casalia à Ciuitatibus, & sic à Baronia diuidi possunt, & ad quem Iudicem recurrendum, vide notata per Tiraq.de retract.§.30.glos.3.Cutel. decis.Orat.21.& eo casu sequuta diuisione, Ciuitatis priuilegijs etiam gaudent, Bart. in l.2.ff.de verb.signif. ex l.2.C.de Nund.& l.qui ex vico, ff.ad municip. Maur.alleg.36. quamuis iurisdictione postea separentur, Franch.decis.316.Gizzarell.dec.74. & sic si Rex vendat, vel plura Castra vni subijciat, tunc Castra vnita alterius priuilegijs ad inuicem potiuntur, Iacob.Ant.de Maur. alleg.54.num.5. Iurisdictio enim sine territorio dari potest, instar Episcopi, qui iurisdictionem habet in Diœcesi, non tamen eius iurisdictio territorio cohæret, cum
58 Principis, vel eius Baronum esse soleat, Frecc.de subfeud.auth.13. num.19. Bellug. in rubr.14.vers.nunc videamus, à num.37.& in rubr.22.§.& quia quotidiana, à num.47. & latè per Barbos.in l.1.art.5. in fin. ff.de iudic.& per Corn.de absol.à iuram. cap.13.
59 & quotiescumq. concessio fit in parte quotatiua, in dubio iurisdictio concessa non censetur, Villalob.comm. opin. 262. vers.iurisdictio, Curt. & alij in l.1. ff.de iurisd.omn. Iud. sicq. etiam si in Terra solitū erit, ciuilem iurisdictionem à criminali separatim infeudari, concessa Terra, præsumitur concessa ea iurisdictio, quæ vacat; imò si vacet, vtputà iurisdictio ciuilis, & Baroni criminalis concedatur, licèt adhuc diuerso iure censebitur, & diuisibilis, & separabilis erit, Aluarot.& Bald.in cap.1.§.è contrario, de inuestit.de re alien. Curt. cons.56. & tandèm talitèr regula procedit, vt concessa Terra, iurisdictio, ac
60 omnia adiacentia videantur collata, ita vt capta castri possessione, etiam omnium pertinentiarum ea capta videtur, Andr.in cap.1.num.4. vers. sed si tradit, quid sit inuestit.Tiraq.de retract. §.36.glos.3. nisi alteri accedant, vel subiaceant, vt diximus.
61 Consequentèr, facta generali concessione de Terra, non solùm iurisdictionem ciuilem, sed merum, & mixtum imperium comprehendi asseruerunt Luc.de Pen. in l.si quando, C.de bon.vacant.lib.11. Bartol. Alex.& alij in l.1.ff.de iurisdict.omn.Iudic. Medic.cons.57. Cabed.dec.11.& seq. par. 2. contrariam tamen sequuti sunt alij, & ratio, quia merum imperium est de regalibus, & proindè sub quauis generali infeudatione concessum non intelligitur, argum. l. obligatio generalis, ff. de pignor.
62 mens enim disponentis secundùm ius præsumitur, Bald.in l.ex facto, num.20.ff.de vulg.& pupill, & de iure expressa, & specifica concessio requiritur: vndè æqui-
63 pollens, vel indefinita loquutio non sufficit, cap.1. §. in generali, si de feud.fuer. contr.& Bellug.rubr.23.§.dicemus, idem firmat merum imperium non venire, nisi specificè sit expressum, cum gladij potestate, in cuius signum Barones furcas tenent erectas, cum non omnibus hoc præstari debeat, & in Regno videtur confirmatum ex d.Const.Ea, quæ ad decus, & Constit.Dignum, vbi expressè cauetur, neminem merum imperium exercere posse, nisi expressè sit concessum, Afflict.in prælud.const. & decis.122. verùm hoc procedit strictò iure. In Regno autem, quia communiter omnibus est communicatum, & fa-
64 ctum est, de solito, & consueto concedi, amplectenda est prima opinio, cum solita in generali dispositione subaudiantur, ex magistrali text. in l.fin. C.de fideiuss.l.quod si nolit, §.quod assiduè, ff.de ædilit.edict. vndè concessa Terra cum plenaria iurisdictione, vel generali, seù alta, & bassa, merum venit imperium, vt vltrà præcitatos, Liparul.ad Andr. in §.hæreditatem, num.12. vers.quia Barones, de pace ten. Franch. decis.116.num.13. & decis.370.à num.8. & decis.510.num.4. & sine dubio hodiè procedit, cum antiquitùs hæc quæstio subsistere posset, quando nunquam, aut rarò merum imperium concedebatur, vt legimus apud Frec. de subfeud. auth.2.num.21. qui refert, Carolum I. multas concessisse Ciuitates eius filio, vti Nuceriam, Surrentum, Sarnum, & Salernum, solùm tamen intra Salerni districtum merum imperium ei indulsisse: tunc enim erat de-
65 exceptis, & reseruatis vsq. ad Reginæ Ioannæ Secundæ tempus. Sed à Rege Alphonso valdè fuit feudatariorum potestas ampliata; ille enim cœpit Baronibus merum imperium committere, & exindè in anteà contra antiquas Constitutiones vendi, coquè tempore fundata fuit Magna Curia, quæ solùm de causis meri imperij cognoscebat, Afflict. in Const.Contingit, 3.notab. Carauit. Rit.49. D.Carolus Petra in Rit.36.num.12.libr.1. & per Regem Robertum postea concessæ fuerunt quatuor literæ arbitrariæ, quæ tàm largam

gam

gam Baronibus transigendi, permutandi, crimina componendi dederunt ansam, quod ad solùm Regem priùs spectabat, *Andr. tit. Quæ sint regal. verf. bona*, fuerunt etiam multis deindè concessa priuilegia
67 indulgendi etiam post sententiam, & alia regalia, per quæ Barones in suis Ter-
68 ris verè Reguli dici possunt, *Marant. disput. 6. num. 14.* Verùm meri imperij exercitium Barones suis Officialibus com-
69 mittere debent, dum ipsis administratio, seu exercitium non permittitur, & diximus supra *Pragm. 3. ex num. 119.* constituere enim tenentur Capitaneos, & Assessores, *DD. in dict. tit. Quæ sint regal. vers. ad iustitiam ministrandam, Capyc. in inuestit. vers. Magistratuum creatio*, & sic obligati non sunt Barones, Prælatorum instar, in
70 in suis residere Terris, *Luc. de Pen. in l. fin. C. de loc. præd. ciu. lib. 11.*

Non puto declarandum quid sit merum, vel mixtum imperium, quidue iurisdictio; nam etiam Scolasticis satis cognita est lectura, *l. imperium, ff. de iurisdict. omn. Iudic.* & latè per *Cassan. in Consuetud. Burgund. rubr. 1. ex num. 33. & 97.* aduertas tamen, merum imperium plures habere gradus, & licèt facta generali, vel
71 specifica concessione, merum veniat imperium, non tamen subaudiuntur omnes gradus, sed soliti, non verò Principi in signum supremæ maiestatis, vel dominij reseruati, vel alijs Magistratibus concessi, vt inferius adnotabimus, & per hoc *Bald. & Curt. in d. l. imperium*, distinxerunt, merum imperium aliud esse absolutum, aliud verò iurisdictioni cohærens; primum in se multos continet gradus, & est potestas legis condendæ, restitutio famæ, *l. 1. §. de qua, ff. de postul. ven. ætat. l. fin. C. de his, qui ven. ætat. imp.* decretum super emãcipatione, vel arrogatione interponere, super illegitimatione dispensare, tabelliones creare, post sententiam indulgere, Insulam deportatis assignare, & punito-
72 rum corpora concedere. Hinc delinquẽtium cadauera Barones de iure concedere non possunt, vt à consanguineis sepeliantur, & dum rationem multi à me desiderarent, quare Principi tantùm hoc liceat, dixi, pœnam etiam post mortem remanere ad infamiam; corpus verò ad aliorum terrorem, *l. 1. & 2. ff. de cadau. punit.* cumq. soli Principi, post sententiam gratiam facere liceret, *l. relegati, ff. de pœn.* ideo Baronibus hoc non permittitur, & à Pilato Hyerosolimis, qui vice Principis fungebatur, corpus sanctissimum Iesus à Ioseph fuit impetratum: nec est præter ius, vt talia corpora affligantur, cum tales dicantur serui pœnæ, *l. Imperatoris, ff. de iure Fisci*, qui Ciuitatis iura amittunt, inter ea sepulturæ ius enumeratur, &
73 qui viuus ibi morari non debet, nec mortuus degere, *l. 2. vbi DD. C. qui testam fac. poss.* Sed quicquid sit, de facto etiam Barones ius canonicum seruantes, hos reos cum eorum licentia sepeliri permittunt, *cap. quæsitum 53. q. 2.* & nota, non solùm damnatorum corpora, verùm etiam quo-
74 rumuis mortuorum, & etiam Sanctorum alio transferri absq. Principis licentia non posse, *cap. corpora, vbi glos. dist. 1. de consecr. l. ossa, ff. de relig. & sumpt. funer.* Sed an de Principe sęculari, vel Ecclesiastico intelligatur? vide *glos. & DD. in dict. cap.* corporum enim viuorum, mortuorum, & rerum religiosarum Princeps protector dicitur, *l. sacra, ff. de rer. diuis.* & alia, quæ de alto imperio Principi sunt reseruata, refert *Iacobin. de S. Georg. tract. feud. vers. sed an Princeps*, & proindè sub larga meri imperij concessione gradus excepti non veniunt, licèt Rex ipse prædictorum administrationem maioribus Magistratibus, in administratione, & sic in officium concedere soleat, vt de Notariorum creatione, & dispensationibus super arrogatione videmus, qui casus etiam per Proreges Principis Vicarios exercentur, quibus istud altum merum imperium concedi solet. Item in potestate legis condendæ, in procedendo leuato velo, in torturis, quæ in delictis grauibus ex processu informatiuo de licentia inferuntur, ita vt nec Magnæ Curiæ, nisi vt Regis Vicario, ex informatiuo processu reos torquere permitteretur, vt in *cap. Reg. Si cum sceleratis, Gramm. decis. 34.* & licèt *Io. Grand. infra cit. Carauit. Rit. 269. num. 10. &*
75 *Tapp. in dict. cap. si cum sceleratis*, dicant, eam prærogatiuam esse Regijs Audientijs communicatam, id intelligitur contra publicos latrones, & viarum disrobatores, in quos Prouinciarum Gubernatoribus ad modum belli procedendi potestas dari solet, & ita *Constant. Papa in trac. præeminentię Mag. Cur. num. 50. cap. 2.* & pugnaui contra quemdam Auditorem hac potestate torquendi ex processu informatiuo in capitalibus delictis indiffe-
76 rentèr vti volentem; nam neq. M. Curia, nisi in arduis delictis, & vrgentibus inditijs vtitur, *Gram. vot. 30. num. 23. Afflict. decis. 391. & Constant. Pap. art. 3. in fin. Io. Grand. de bell. exul. fol. 25. Franch. dec. 143. num. 20.* & licèt *Reg. Tap. dec. Sac. Consil. 22* aliam addat circumstantiam, vt ad torturam ex processu informatiuo deueniri possit, nempè prauæ qualitatis personæ; loquitur tamen ex relatione *d. dec. Franch.* qui hoc non dicit, imò contrarium, & cõtra mentem *d. cap. cum sceleratis*, vt ex eius proœmio colligitur, ibi: *Si cum sceleratis, sceleratis.*

& reprobis, *quos notabiliter fama grauat, vel crebra commissio criminum dat insignis;* loquitur enim per dictionem, *vel*, quæ est disiunctiua, & sic sufficit vt delicti enormitas, vel criminum frequentia concurrat, prout fuit in M. Curia in aliquibus casibus practicatum, & præcipuè me Fisci Patrono, contra Felicem Basile de homicidio cum assassinij qualitate inquisitum. Et ad rem redeundo, hodiè attenta *Pragm.* 10. §. 48. *de offic. Iudic.* determinati
77 sunt casus, in quibus Regiæ Audientiæ tali prærogatiua torquendi ex processu informatiuo, vigore potestatis ad modum belli eis concessæ vti poterunt. In alijs verò casibus, vt talitèr procedere valeant, à Prorege est obtinendum, & quomodo hæc præeminentia exerceri debeat, & an appellatio detur, & quæ inditia requirantur? notat *Constant. Pap. vbi supra*, & videndus *Iudex M. C. D. Carolus Petra in Rit. Mag. Cur. Vic.* 54. *ex num.* 9. *libr.* 1. Aliqui Barones supposuere, hanc torquendi ex processu informatiuo potestatem suis
78 Officialibus etiam in grauibus, & enormibus delictis competere, tàm ex adductis per *Alex. cons.* 65. 1. *volum. & cons.* 41. *volum.* 2. *Gram. cons.* 40. *num.* 3. *Mastrill. decis.* 191. quam etiam virtute literæ arbitrariæ in *Cap. Reg. Iuris censura* contentæ, vbi Iudicibus arbitrium contra tales delinquentes procedendi absq. iuris solemnitate, ac iuris ordine non seruato datur, prout in indiuiduo tenet *Constant. Papa in praxi ad arbit. Mag. Cur. cap.* 4. *sub num.* 20. innixus authoritati *Antonij de Nigris in dict. cap. num.* 5. *&* 6. qui formalitèr hoc non dicit. Contrarium tamèn respondi; vltrà enim dicta superiùs, apparet ex alio *Cap. Reg. Si cum sceleratis*, vbi expressè hęc authoritas solùm M. Curiæ Vicariæ datur, ibi Regenti M. Curiæ Vicariæ sermonem dirigendo Rex Robertus dicit; *Tibi, de cuius fide confidimus*. & sequitur, *Tu solus contra quoslibet notatos & ibid. Io. Anton. de Nigr. num.* 5. expresè firmat, alios Iudices inferiores ab hoc se abstinere; nam procedere ad actum irretractabilem absq. defensionibus est contra ius naturale, quod satis est permitti Tribunali sic superiori, vti M. Curiæ Vicariæ, & idem sectantur *Reg. Tap. in dict. cap. si cum sceleratis, ex num.* 7. *& in Sac. Consil. dec.* 22. *Fab. de Monteleon. in tract. de qualit. arbit.* 3. *par.* 7. *par. princ. num.* 1. *&* 7. & passim sic obseruatur; talis enim potestas in arduis casibus ad supplicationem Officialibus Baronum in eorum Terris saltim quoad testes à Prorege quandoquè concedi solet, *Gramm. vot.* 3. *Ioan. Franc. de Leon. in sua praxi, tit. de lit. commiss. num.* 20. *D. Carolus Petra citato loco*. Benè verùm in delictis notorijs, & fragrantibus,
79 sine litis contestatione, & termino, appellatione remota, reos condemnari posse ait *Foller. in sua praxi, cum versic. item quod est notorius delinquens, cum cap. sequ.* latè *Farin. quæst.* 18. & dum in Regia Audientia practicari fuisset intentatum, in delicto notorio intus Ciuitatem commissò, opposuit causæ Patronus, potuisse sic procedi, nisi postea partis accusatio superuenisset; data enim partis querela, quæ est remedium ordinarium, extraordinarium cessat, & ratione actoris, causa suo ordine secundùm Iuris solemnitatem, est terminanda, *Andr. in Constit. Humanitate*, *versic. delinquens*, vbi hoc pro singulari tradit, & ex alijs DD. supra relatis nullus huius meminit, quia tamen authoritas *Andr.* magna est, & contrarium alij nihil dixere, fuit ordinariè processum.

81 Similitèr in multis casibus meri imperij priuatiuè ad Barones sola M. Curia cognoscit, quando tamèn ex particulari priuilegio alicui Baroni non sunt communicati, veluti cognitio de Officialium excessibus, durante officio commissis, vt dixi supra *Pragm.* 5. *ex num.* 57. *de guerra mota, de priuato carcere, vt in Rit.* 56. quem sequitur *D. Carolus Petra in suis Commentar. ad dictum Ritum*, de omnibus appellationibus, de apocis, tam publicis, quàm priuatis recognoscen-
82 dis, *Carau. rit.* 54. vnde citatus a M. C. ad apocam recognoscendam, nec ipse, nec Baro causæ remissionem petere poterit, nisi Baro in specie hoc habeat priuilegiũ, *Rebuff. in commen. lib.* 1 *tit. de chirograf. art. Franch. dec.* 274. *nu.* 8. cum adductis infra *n.* 200. sed intellige, vt sola recognitionis causa ad M. C. spectet, nam facta recognitione, si apocę exequutio dari non possit,
83 quia reus exceptiones, quæ altiorem requirant indaginem opposuit, ita vt terminus ordinarius requiratur (nempè si infra bienniun debitor exceptionem non numeratæ pecuniæ opposuerit, quo casu cessat, & rigor *prag.* vt per *Reg. Sanfelic dec.* 152. *& Capyc. latr. dec.* 111.) tunc causa vti non executiua, sed ordinaria Baronibus esset remittenda *Carau. loco cit. Reg. Rouit. in prag.* 64. *tit. de offic. proc. Cæsar. nu.* 38. In apocis Banci, quæ vigore pragma-
84 ticæ executionem habent paratam, non videtur esse concedenda remissio instar instrumenti præsentati via ritus, pro quibus M. Cur. remissionẽ denegat, *Carau. rit.* 166. *d. n.* 13. *prag.* 1. *de liquid. instrum.* & dicã infrà ex *n.* 199. cęterũ si debitor depositum faceret, vel se in vinculis constitueret, & sua iura producere vellet, tunc ex eadem met ratione remissioni Baronibus esse locum, refert iudicatum iunctis Cō-

si-

filiarijs quatuor aularum idem *Rouit. loco cit.nu.*51.& nouissimè *Reg.Sanfel.dec.*154. alias prærogatiuas enumerant *Frecc. tit. de offic.Mag.Iust. in fine, & Capic.in Inuest. verbo cognitione fol.* 127. Et hæ prærogatiuæ etiam Regijs Audientijs communicatæ censentur;quod comprobat *tex. in l. de omnibus eum l.seq.ff.de offic.præsid.*vt di-
85
86 xi supra prag. 5. n. 70. verùm aduerte, Tribunal M.Curiæ duo officia repræsentare, vnum Magistri Iustitiarij,qui ab antiquo ordinariam iurisdictionem in hac Ciuitate Neapolis, & suo districtu exercebat, alterum Vicarij Generalis Regis, quod priùs erat diuisum, & vti Vicaria omnium appellationis causarum Regni Iudex est,& non solum his narratis prærogatiuis potitur,sed de reseruatis in vim supremi dominij cognoscit, prout in delictis læsæ Maiestatis, & in atrocioribus ad horas, & ex processu informatiuo torturas inferendo, certo modo contrà ius naturale,defensiones arctando,& similia, *Gram.dec.*34. *nu.* 9. *Carau.rit.* 1. *in fine.* Et exinde si concessio facta sit alicui de om-
87 nibus casibus,etiam de quibus sola M.C. cognoscit,qui soliti non sunt concedi, nō intelliguntur, sed reseruati in signum supremæ Maiestatis, proindè dum Vasallus Terræ Montis Fusculi falsæ monetæ crimine inquisitus se remittendum esse supponebat, vigore priuilegiorum Magno Capitaneo Consaluo de Cordua concessorum, inter quæ ius cognoscēdi erat etiam de his delictis, quæ solæ M. Curiæ sunt tributæ, fuit per S. C. denegata remissio, quia interpretandum, est omnia esse con-
88 cessa prętèr reseruata in vim supremi dominij,vt regalia specialia *Frāch.dec.*275. concessa enim terra cum regalibus in dubio concessa intelliguntur regalia inferiora cōcedi solita *Camer.c.Imperialē.f.*21. *ex lit.A & fol.*80.*ex lit.C.R.Tapia dec.* 11.
89 *Gabed.dec.*40.*par.* 2. secùs si Inuestitura cū alijs verbis amplissimis esset facta, veluti, nil sibi reseruādo,cū omnimoda potestate, vel si persona talis sit authoritatis,vt ita Regē cōcessisse persuaderi possit *Felin.in cap.in Ecclesiarum n.* 33. *de constit. Pergr.de Iure Fisci lib.* 1.*tit.* 2. *nu.* 76. *Menoch.conf.*962.*Ozasch.dec.*101.*nu.* 12. *Mastrill.de Mag.lib.*1.*c.*14. sed si prædicta nō concurrant,concessi non censentur, maximè casus alti dominij,ea .n. crimina falsæ monetæ,læsæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ,& plagij,soli Regi punienda reseruantur, & semper in inuestituris excipiū-
90 tur,adeo vt si in specie essent concessa,ità strictè proceditur,vt concessio personalis, non autèm pro successoribus facta præsumatur, *Affl.dec.*361.*in fine,Frāch. loco cit. nu.* 7.quando enim prærogatiua in priuilegio ratione personæ benemeritæ conceditur,personalis concessio, nōn autèm realis, seù ad hæredes transitoria præsumitur *Franch. dec.* 458. *nu.* 5. *de Ponte de pot.Proreg.tit.de elect.offic.§.*1.*n.*34.*Tapia dec.*10.*nu.*9.*Menoch.de pręsumpt.lib.*3.*cap.*
91 103. ex qualitate enim personę concedētis mens arguitur, *Loffred. conf.* 24. *Puteus dec.*514. *lib.* 2. *Rota Rom. in nouis dec.* 34. *cū seq. par.*1.*Barbos.in l. quia tale n.*3.*ff.sol. matrim.*& diximus suprà *prag.*5. *nu.* 65. & de litis causis interpretationis priuilegiorum supremi Principis Senatores tantum cognoscunt *cap. cum venissent de Iudic.l.ex facto ff.de vulg.& pup.subst.* inferiores autèm incidētèr, *Garz. de nobil.gl. prima §.* 1.

Itèm, & si dicta regalia in vim supremi dominij reseruata alicui benemerito expressè concedantur, nempè cognoscendi de delictis falsæ monetę, & lęsæ Maiestatis cū clausulis abdicatiuis, & priuatiuis, non idèo tamèn cēsendum est, Regem suo alto dominio se expoliasse, sed per quæcumq; verba dicendum est iurisdictionem illam cumulatiuè concessisse, *Mastrill. de Mag.lib.*1.*cap.*12.*à nu.*42.*Gramat.voto* 28. imò si hæ prærogatiuæ ex tempore, vel occasione concedentem lędcrent, vel publica offenderetur vtilitas obseruari nō debent,ad *tex.in l.*2.*C.de priuil.scbolar. lib.*12.ibi, *eōgruam iurisdictionem volumus obseruari, ne sub prætextu concessi priuilegij, vel flagitiorum erescat authoritas, vel publica vacillet vtilitas,&* idem in *cap. suggestum de decim.*& ex his in S. C. in anno 1649.me Fisci patrono fuit decisum, non esse remittendum Io: Paulum Damiano Terræ Montis Realis inquisitum de crimine lęsę Maiestatis ad Ill.Ducem Parmę, sed procedendum in Magna Curia, non obstante concessione dictæ Terræ illi factæ a felice memoria Imperatoris Caroli V.(ob matrimonium cum Seren.D. Margarita de Austria inhitum) cum authoritate cognoscendi de criminibus, etiam lesæ Maiestatis in primo capite,quia sic tēpus exposcebat Act.M. Curiæ Grimaldo, vt latius Deo dante alibi de hoc verba faciemus, & consultò fuit in dicto priuile-
94 gio additum de crimine læsæ Maiestatis, etiam in primo capite, nam alias concessio de alijs lesæ Maiestatis capitibus,quæ sunt plura, intelligeretur, vt per *And. in tit. quę sint regal.§. lęsę Maiestatis, Capie. dec.* 139. *Boss.& Farinac. tit. de crim.læsæ Maiest.* no autem compræhenderetur primum caput,quod personæ, vel Principis status offensionem respiciat, *Pereg.de iure Fisci* 2. *art. nu.*94.

Sic etiam dicendum est in crimine hæresis; verùm aduerte blasphemiam, licèt

ea inter hæreſes computetur, veram tamē
85 hæreſim non dici, itaut caſus à Barone
ſit exceptus, *Couar.in fine tit.de hæret.& de
hæreſi*; & ſi aliqui aſſeruerint, ſæculares
cognoſcere, ſi notoria eſſet, & cauſa facti,
vel iuris dubio careret, & pęnas pro hæ-
reſi, & apoſtaſia exequi poſſe, ex *cap. ſuper
quibuſdam in princ. de verb. ſignif.* Verior
tamen fuit reputata opinio quomodocū-
que ſit cauſa, quæ manifeſtè hæreſim ſa-
piat, in ea ſæculares Iudices non eſſe cō-
petentes, *Affl.in conſtit.rubr.1.lib.1.nu.35.
Ancaran.in cap.ea,quæ q.9.Barboſ.in l.Ti-
tia ff.ſolut.Matrim.Carrer.d.tit.de hæret. nu.*
64. indè ſi quis in hæreticales irrueret
blaſphemias, Eccleſiaſtico Iudici eſt re-
mittendus, de quo latè per *R. Sanfel. dec.
232.cum ſeq.Caball.caſ.*209.& quę ſint hę-
97 reticales blaſphemiæ *Auend. de exeq.
mand.par.2.cap,5.Farin.q.20.nu.*8. Ità etiā
de ſortilegijs hæreticalibus diſtinguit,
quando hęreſim ſapiant, ex dæmonum in-
uocatione, vel ipſorum adoratione, abne-
gatis Sacramentis, Deo relicto, & abiura-
to, vel ſi ſortilegijs ſacra immiſceantur,
cum Olei Sancti, vel Sacræ Hoſtiæ appo-
ſitione. Quid pro homine ſanando, an li-
98 citè ſortilegia fiant, ac pro maleficiatis
conualidandis Dęmonibus inuocatis? la-
tè *Farin. loco cit.* Et conſequentèr *Afflict.
99 in conſtit. Adulterium* dicit, facientem al-
chimiam adulteratè puniri, non tamen
verę falſæ monetæ pœna, impreſſio enim
facit falſæ monetę delictum, adeò vt ſi al-
terius Regis, vel Potentatus impriman-
tur inſignia, & ſi pecunia illa nō eſſet in
Regno recepta, pœna non puniretur or-
dinaria, ſequitur *Gram.dec.74.Franch.dec.*
440.*Caball.caſ. 27. Marſill. in l. qui falſam
ff.de falſis*, de quo latè per *Montan.de rega-
libus §.monetę ex nu.* 7. & Barones poſ-
ſunt de alchimiſtis cognoſcere, cuius al-
chimiæ puræ, non autem mixtæ vſus,
& ſi de iure non improbatus, vt per
Andr.in §.monetæ nu. 20. *quę ſint regal.* ta-
mèn per *prag.* 1. §. 17. *de monetis* eſt abſq;
Principis licentia prohibitus. Quę autem
dicatur falſa moneta, vt *Conſtit. & prag.*
pęna quis puniri poſſit? dic perfunctoriè
100 eam quatuor modis, non autem duobus
committi, vt per *Foller.in prax.crim.verb.
capiat informationem nu.* 12. primo itaq;
committitur, ſi ſine Principis licētia mo-
neta fabricetur, & cunei, aliaq; inſtrumē-
ta, ad hoc neceſſaria teneantur, *Gram.conſ.
crim.6.*& tunc Regis authoritas vſurpata
dicitur, licèt pecunia ſit iuſta, & cum re-
gijs inſignijs. Secundo ſi fiat falſa moneta
æri, vel alchimię immixta, vnde falſi pon-
deris, & æſtimationis eſſet, & ſic duplici-
tèr committitur. Tertio falſificatur mo-
neta, eius circumciſione, itaut ad falſum
pondus reducatur. Quarto contrahitur
etiam huiuſmodi delictum, ſi ea expenda-
tur *Decian tract.crim.lib.7. cap. 23. Boſſius
tit. de falſa moneta, Muſcatell. eodem tit. in
ſua prax. crim.* quæ conſideratio non ſolū
quoad iuriſdictionis cognitionem condu-
cit, verùm etiam ratione immunitatis cri-
minis, ſuper quo iura alterantur, leuato
velo proceditur, inſufficientia inditia, &
probationes admittuntur, appellationes
denegantur, & multa præcipuè odioſa
habent; quæ ceſſant, quando in veris ipſo-
rum terminis non ſumus, ſed forſan, in
101 expēdēte, *Franch.dec.331.Plot.in lit.iur.
§.43.n.12.* in potiori enim ſignificato in-
terpretatio in odioſis, & pœnalibus fieri
debet *l.quod verò, ff.de legib.*

Sed, an in caſibus M. Curię Deputatis,
102 vel pro alto dominio reſeruatis, ſi ordi-
narij locorum Iudices proceſſerint, &
partes prorogando eorum iuriſdictiones
conſenſerint, acta facta, & ſententiæ ſint
nullæ, vel iuſtæ? cumq; multotiès hęc pro-
rogationis hæſitanda materia, ad noſtrū
pertinent inſtitutum aliqua vtilia in me-
dium afferre exiſtimaui. Dico, Iudices li-
cèt non ſint competentes, ratione tamen
prorogationis, & partium conſenſus, dū-
103 modo meri imperij cauſas cognoſcendi
in habitu iuriſdictionē habeant, legitimi
efficiuntur, ac ſi à princio in caſibus ex-
ceptis, & in eas perſonas etiam non ſibi
ſubiectas cōpetentes eſſent, *l.1. & 3. C. de
iuriſd.omn.Iud.l. q ex conſen. C.de Epiſ.aud.
DD.in l.1.ff.de iud.Bal.in l.1.C.ad l.Cornel.
de Sicar.Gramm.dec.*222. indè prorogatus
Iudex adeò in ordinarium habetur, vt co-
104 ram eodem actore conueniri poſſit *gl. in
l.fin.ff.de iuriſd.omn.Iud.*& eſt *tex.in l.cæp-
tum ff. de Iudic.* quem extollit *Rom. ſing.*
142.*Doct.in auth.& cōſequēter, C.de ſent.&
inter iud.Affl.dec.*27.& Iudex prorogatus
ſuā ſentētiā ſine alteriùs requiſitione vti or-
dinarius exequi poterit, ſi reus in eius ſit
fortijs, & ſic, ſi cōdēnatus bona ſita in ter-
ritorio Iudicis prorogati habeat *glo. &
Bart. in l. ex quacumq; ff. ſi quis in iuſ. voc.
Guid.Pap.dec.77.nu.4.Alex.in l. à diuo Pio
§.1.nu.6.ff.de re iud. Marant. verſ. iudicium
prorogatum nu.*3. vnde ex prædictis locorū
Iudices ex inquiſitorum, & quęrelantium
105 voluntate in ſuo foro cognoſcentes, re-
ctam iuſtitiam miniſtrare vidētur, & acta
valere, & licèt *Marāt.loc.præcit.nu.*58. di-
cat in cauſis criminalibus de iure proro-
gationem dari non poſſe, ſe tamen fefel-
lit, & communitèr eſt reprobatus, & iura,
quæ allegat, loquūtur quando Iudex ille,
nec actu, nec habitu competens eſſe pote-
rit, & ſic interpretatur *d.l. qui ex cōſenſu,
& l.in crimin.C.de Iuriſd.omn.Iud.* prout de
Clerico in laicum, & ſimiliter *Decian.lib.*

4.cap.

4.cap. 23. Clar. q. 57. Et sic si prorogatus
Iudex distinctæ iurisdictionis esset, nēpè,
si quis ciuilem Iudicem pro causa crimi-
nali, vel è contrà adire vellet, prorogatio
non valeret, *ex l. solemus §. latruneulator*
de pecuniaria iudieare non potest ff. de Iudie.
Andr. in cap. 1. nu. 3. circà finem de contr.
feud. apud Paris. term. Pomer. de iurisd. cap.
23. à nu. 14.) & Iudex merum habens im-
perium ex prorogatione, quaslibet capi-
tales causas contrà non subiectos cogno-
scere potuit, *Bart. in l. inter ff. ad Munieip.*
Gayll. de pace publ. lib. 1. cap. 12. Et propte-
rea ex prędictis dicendum est, prorogatio-
nes, partibus non opponentibus, sed con-
sentientibus, etiam in reseruatis casibus
106 valere, & pro regula statuendū, in om-
nibus licitam esse prorogationem; limita-
tur tamen in casibus in signum supremæ
potestatis, & subiectionis Principi reser-
uatis, vt probat *tex. in cap. per venerabilē*
§. insupèr qui fil. sint leg. & ibi *Doct. Deci. cōs.*
150. & 157. nu. 12. Capie. dee. 9. nu. 4. Rolād.
cons. 88. quia esset, Principis potestatem
in inferiores transferre, si legitimare na-
turales, & similia facere possent, quæ soli
Principi licent, secus verò in alijs, pro iu-
risdictione, non autem in signum supremę
potestatis reseruatis, nàm in his regula si-
bi locum vendicaret, si alia in sequentibus
posita non concurrant; limitatur secūdò,
si Princeps priuatiuè, & irritatiuè ad
alios, vel inhibitiuè expresè sibi reserua-
uerit, nam tunc prorogatio, & acta indè
habita nulla essent *Roland. cons. 80. nu. 8.*
107 *Gram. vot. 28. nu. 8. Ann. eons. 107.* Vnde
inferunt, exemptum à Principe cum re-
seruatione, vt per ipsum tantùm recogno-
scatur, alterius iurisdictionem absq; Prin-
cipis licentia prorogare non posse *Abb.*
& Felin. in eap. signifieasti, de for. eompet. &
ibi *Marian. nu. 4.* & idem *Abb. in eap. fin. nu.*
35. eodem tit. ait, in Regijs Officialibus
perpetuis à iurisdictione, & cognitione
aliorum exemptis, practicari posse, qui
etiam si Proregis iurisdictionem proro-
gare voluerint, nō poterunt, proùt si spe-
cialitèr Princeps inhibuisset *l. 2. §. sed & si*
Iudex ff. de iudic. Capie. dec. 9. nu. 15. Dec.
cons. 18. Natt. eons. 82. Cabed. dee. 22. Affl.
dee. 354. n. 15. & dixi in prag. prima à n. 34.

Ex hac limitatione collige aliam con-
clusionem ad multos casus explicandos
109 necessariam, quod vbi de iure, vel ex cō-
cessionis verbis carpi potest, iurisdictionē
priuatiuè fuisse datam, alij cognoscere, &
iurisdictionem prorogare non poterunt
Felin. in cap. ceterum de Iud. Ruin. cons. 7. lib.
4. Cabed. loe. eit. Menoe. de præsump. lib. 2.
cap. 18. nu. 36. sed in contrarium adducitur
tex. in l. in sacris l. 2. iuncta gl. in vers. eos C.
de prox. saer. serin. lib. 12. vbi magistro mi-
litū de causis militantiū, & eorū familiarū
cognoscere fuit concesū, & tū ibi probat
tex. & Bar. illius iurisdictionem in alterū
prorogari posse, item ex *l. penul. C. de pact.*
habetur, milites, & scholares fori priuile-
gio renūciare posse, & idē in *l. si conuenerit*
110 *ff. de iurisd. omn. Iud.* & vbi renunciatio
valet, etiā valet prorogatio, *glos. in l. 1. C.*
ad l. Iul. de siear. nec istis casib⁹ dici potest,
Iudices priuatiuè datos non esse, nàm
quotiescumq; priuilegiū ratione personæ
datur, priuatiuè concessum de iure inter-
pretatur, & dicam infrà *nu. 127.* nec alle-
111 gata in contrarium refragari videntur,
cum vera propositio non dicatur, quod
priuatiua concessio prorogationem non
admittit, nàm, & viduis, & pupillis priua-
tiuè iurisdictio tributa videtur *in l. 1. C.*
quan. Imp. int. pup. & vid. tamen si tali
priuilegio vti noluerint, poterūt, licèt il-
lud sit miserationis causa datum, cui re-
nunciare non valebunt, *Franch. dec. 108.*
nu. 21. & dec. 192. nu. 7. & dicam infrà *nu.*
301. & tamen de iure prorogatio conce-
ditur, *Aret. in l. Titiæ textores ff. de legat. 1.*
& in *cons. 102.* Et sic qui de suo priuilegio
non opponit, & Iudicis incompetentiam
non allegat, sibi præiudicat, & iudicium
valet, vndè diuersum ius non est in renū-
ciatione, quod in prorogatione; Quid di-
cendum? Iste articulus ab alterius cogni-
tione dependet, quādo v3. iurisdictio pri-
uatiuè, vel cumulatiuè concessa dicatur,
nàm si non cumulatiuè procedit conclu-
sio, vt alius manus apponere in his causis
nō posit *Ang. in l. testamēta C. de testam.* qui
ait, q̃stionē, an iurisdictio dicatur priuati-
uè, vel cumulatiuè cōcessa, esse p̃difficilē,
de qua latè per *Menoch. de præsump. lib. 2.*
q. 18. Barbos. in l. 1. art. ex nu. 121. ff. solut.
matr. Belich. tit. 1. q. 2.

Sed aliqua dicamus in præsenti, nempè,
112 Iurisdictionem cumulatiuè, non autem
priuatiuè, in dubio concessam intelligi
c. dudum de pręhendi in 6. l. fin. C. de iurisd.
omn. Iud. l. 1. C. de offic. præf. vrb. Bar. in
l. si aliquam in fin. ff. de offie. proeonsul. li-
mita si iurisdictio sit in feudum, vel in al-
lodium concessa, nam tunc priuatiuè quo
ad concedentem intelligitur concessa,
itaut in primis causis inuestitus tantùm
subditos cognoscat, & Regi præferatur,
dùm ab eo causam habet, & apud duos iu-
risdictio insolidum esse non potest, *Andr.*
in §. si quis per triginta, si de feu. def. mol.
Capie. in inuestit. fol. 127. in vers. ita quod
Gramat. dec. 30. nu. 9. de Curt. de feud. fol.
28. nu. 8. & inferius *nu. 119.* Verùm quo-
ad alios Iudices iurisdictio priuatiuè cō-
cessa non dicitur, nisi expresè in priuile-
113 gio dicatur, quod conceditur iurisdictio
abdicatiuè, & priuatiuè ad alios Iudices,
seù quod ipse solus, & nemo alius de suis

ſubditis cognoſcere poſſit, & maximè ſi addatur clauſula irritatiua, ſeu annullatiua in contrarium, nempè, *Si ſecus attentatum fuerit, ſit irritum, & nullum*; per talia enim verba impedita cenſetur ordinarij cognoſcendi facultas, *Felin. in cap. Paſtoralis, limit. 3. de offic. ord. Caſtr. in l. 1. ff. de iuriſdict. omn. Iudic. Capyc. deciſ. 9. & in inueſt. loco ſupracit. Franch. deciſ. 417. Giurb. conſil. 59. & 62. Menoch. libr. 2. præſumpt. 18. num. 13.* Nec verba taxatiua, *tantum*, vel ſimilia à lege, vel in priuilegio poſita ſufficerent; nam non ideo iuriſdictionis
114 abdicationem ab ordinarijs operantur, cum de iure interpretentur prædicta, vt ipſe, ſcilicèt, vltra ordinarium cognoſcat, vt innuit *text. in d. l. 1. C. de offic. Præf. Pręt. Bart. in l. viros, C. de diuers. offic. lib. 12. Menoch. d. q. 40. num. 8. Eſcobar. de ratioc. caſ. 7. ex num. 44. Gars. de nobil. gloſ. 1. num. 5. ver. facit propterea.* Vndè ſide auocandi iuriſdictionem ab ordinario facultate perſpicuè non appareat, nunquam per quemcumq. verba generalia, & priuilegiata ab eis abdicata videntur.

Limitatur tamèn hæc regula, quod in dubio iuriſdictio cumulatiuè cum ordinaria data cenſetur, & ſic locus pręuentioni, & prorogationi datur, vt procedat, quando prorogatio, & præuentio formitèr ſint factę; nam iuriſdictio per informationem, & citationem, & rei compariti-
115 nem tantùm, vel ex contumacia prorogata non dicitur; nam inquiſiti conſenſus ad actum conſenſus tributiuum poſſeſſionis Iudicis in cauſa deuenire debet, veluti litis conteſtationi, & termino aſſentiēdo, *Decian. cap. 23. num. 16. Corn. conſ. 209. lib. 2. Alex. in d. l. ſi conuenerit, num. 6. ff. de iuriſd. omn. Iud.* indè dixerunt aliqui, tacitum non ſufficere conſenſum, ſed expreſſum requiri, ſed non fuit conceſſum ſimplicitèr, quando interueniunt actus prędicti ſubiectiui, qui expreſſum conſenſum
116 arguunt, ex *text. in cap. olim il 1. de offic. deleg. & ibi DD.* niſi partes proteſtentur, ſe Pręturę viribus conſenſiſſe, quia nunquam prorogatio daretur, nec ſolus in-
117 quiſiti conſenſus ſat erit, niſi accuſantis etiam aſſenſus acceſſerit, & eſt mirabilis ſublimitatio, quod ſine partis querelantis conſenſu, vera prorogatio, vel pręuentio non detur, *Bald. in d. l. 1. C. de ſicar.* & melius in *l. 1. in fin. C. vbi de crim. agi opor. Clarus q. 42. num. 3. Foller. in Conſt. Capitaneorum, Dec. trac. crim. lib. 4. cap. 23.* indè nota, ſi domicilij, vel originis Iudex per viam accuſationis proceſſerit, & delicti Iudex
118 per viam inquiſitionis, accuſantis Iudicem pręferri, & eſt limitatio ad deciſiones, quod Iudex delicti ſit fortior, vt per *Barboſ. in l. ſi quis poſtea, num. 83. ff. de iud.* de quo lātius infra hac *Pragmat. par. 2. ex num. 206.*

Limitatur regula, quod in omnibus prorogatio detur, niſi priuatiuè, & abdicatiuè iuriſdictio alteri ſit conceſſa, vel Principi reſeruata, vt non procedat in præiudicium Baronum iuriſdictionem in dominium, non autem in officium habentium; illi enim prorogationem prohibere valent, & vaſallos prorogantes re-
119 uocare, & eis prorogationem interdicere, *Capyc. deciſ. 9. Vrſill. dec. 155. num. 4. Ann. ſing. 62. Gayll. de pac. publ. libr. 1. c. 12. num. 15.* tractantes enim de titulo oneroſo, dum feuda emunt, & pręcipuè ſi pro-
120 rogationes ex colluſione eſſent, quia Iudex delicti, vel originis prorogati delictum non ſic pingue probatum haberet, *Cabed. deciſ. 13. Alciat. pręſump. 18. libr. 2. Crauet. conſ. 411. libr. 3. Carauit. Rit. 269. num. 22. Maſcard. concluſ. 1227. in fin.* & li-
121 cèt aliqui tenuiſſent, non licere, nec Barones prohibere poſſe, nè vaſalli eorum prorogent iuriſdictionem, dum prorogādi potentiam iura generalitèr permiſerunt, & hoc ſoli Principi competere aiūt *Bald. in cap. Imperialem, §. prętereà, num. 19. & ibi Prępoſ. de prohib. feud. alien. per Fed. Oſaſeb. deciſ. 31. num. 7.* & latè *Barboſ. in l. 1. art. 3. num. 139. ff. de indic.* vel quando de Principis licentia Barones illam prohibitionem obtinerent, vt per *Oſaſeb. dec. 78. num. 19.* diſpenſare enim ſuper iuris regulis Baronibus non eſt permiſſum, *Alex. in l. 1. §. poſt operis, num. 23. ff. de nou. oper. nunc. Abb. in d. cap. ſignificaſti, de for. comp.*
122 *Barboſ.* tamèn opinio defendi poſſet, quando Baro merum, & mixtum non habet imperium, vt per *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 4. cap. 16. ex num. 61.* & alias non eſſet diſputandum dicit *Præſ. de Franc. dec. 417. num. 2. idem Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 10. num. 30. Pomeran. de iuriſd. cap. 25. num. 62.* fruſtratoria enim eſſet iuriſdictio Baronibus conceſſa, ſi vaſallis iuriſdictionem prorogare permitteretur; conceſſo, inquā, vno, intelligitur conceſſum omne id, per quod deuenitur ad illud, vt latiùs fundauimus ſupra *Prag. 3. ex num. 159.* & maxi-
123 mè ſi Barones priuatiuam iuriſdictionē ad alios cum clauſula irritatiua haberent; nam eò magis prorogationem impedire, & prohibere poſſunt, argum. *l. teſtamenta omnia, C. de teſtam.* & non negat *Barboſ. nu. 153.* verùm facta prorogatione, interim ſi
124 prorogatus Iudex in mala fide à Barone pro remiſſione, & priuilegij denunciatione inſtante non conſtituatur, acta omnino nulla dici non poſſunt, & nunquam vidi per Superiores, colluſione ceſſante, tales proceſſus nullos declaratos fuiſſe.
125 Limitatur vlterius regula in princi-

pio

pio posita, nisi Princeps specialitèr pro negotijs separatis à iurisdictione ordinaria, & non solita concedi, cum iurisdictione inuestita, Iudices constituisset, tunc priuatiuè iurisdictio cum clausula irritante concessa videtur, & exempla dari possunt in casibus infra positis, vbi dicimus, in generali concessione concessam non intelligi Portulaniam, Ius ponderum, mensurarum, confiscationum in certis casibus, & ius insufflandi spiritum instantijs, maris cognitionem, & alia; quibus casibus si iurisdictio alicui concederetur, quæ regularitèr ordinarij est, prorogatio non daretur, ita vt cumulatiuè cum ordinario istæ speciales concessæ reputentur, sed priuatiuè, & sic in alijs contrabanna committentibus, quod de iure communi
126 delictum non erat; nam si in ijs specialis Iudex datus fuerit, priuatiuè præsumetur, *Felin. in cap. Pastoralis, de iud. Alex. in d. l. Titia textores, ff. de legat. 1. nu. 7.* secus si specialitèr de pertinentibus ad generalem facta esset delegatio, *Vrsill. decis. 41.* & ita *Menoch. 3. par. præsump. 18. num. 12. Carauit. Rit. 47. & Rit. 295. num. 18. Franch. decis. 723.*

127 Limita, si priuilegia, & certi Iudices dati essent personæ collegij, & ordinis ratione, vt medicis de collegio, refert decisum *Afflict. decis. 41.* nam specialis concessio generali derogat, quando totius ordinis, vel collegij contemplatione esset iurisdictio tributa, *Gramm. conf. ciuil. 108.* & propterea priuilegiati pro aliqua arte serici, lanæ, & similium, pro illis negotijs priuatiuè cõcessio facta dicetur, *l. magisteriæ, & ibi DD. C. de iurisdict. omn. Iudic. Gram. conf. ciu. 66 Vrsill. dec. 41. Montan. de regal. §. potestas, num. 35.* sic in ciue Nea-
128 politano, qui etiam consentiens alibi conueniri non potest, vt decisum testatur *Vrsil. vbi supra.* Idem procedit quando in certum personarum genus sit specialis
129 iurisdictio concessa, vt in Magni Admirati seruientes, de quibus *Praes. de Franch. decis. 417.* vel in Ragusæorum nationem, *Aret. conf. 102. Bald. conf. 470. lib. 2. Angel. conf. 155. idem Franch. decis. 723. & Reuert. decis. 526.* si verò priuilegium ratione personæ tantum concessum esset, tunc illius esset electio, ordinarij forum declinare, vel in eum consentire, *Auth. habita, C. ne fil. pro patr. & Aret. vbi supra, Felin. in d. cap. Pastoralis, & Barbos. art. 4. l. 1. ff. de iudic. num. 155.* considerauerunt *d. Auth.* fauore scholarium tantùm, & priuatarum personarum emanatam fuisse. Idemq; procedit, si ratione rerum, vel causæ exem-
130 ptionis priuilegium concederetur, vt ibi *Barbos. & Afflict. d. decis. 41. in fin.* vt in habentibus exemptionis priuilegium ratione animalium, quæ in territorijs fidatis depasci permittitur; nam cum ratione causæ exempti sint, priuatiuè priuilegiati non dicuntur. Verùm Officiales Regiæ Dohanæ menepecudum Apuleæ, & Reg. Cameræ alitèr decernant, vigore bannorum emanatorum per Dohanerium Fabritium de Sangro *cap. 14.* in anno 1574. ex prouisionibus Regiæ Cameræ *reform. cap. Card. Granuelæ tunc Proregis sub c. 28.* quæ nouissimè refert *D. Reg. de Marin. in obser. decis. Reuert. 526.* & prædicta omnia locum habent, partibus, vel Iudicibus remissionem, & fori exceptionem petentibus, *Franch. decis. 529.* sed Baronibus tacentibus, adhuc admissa prorogatio valet, quia multa facta tenent, oppositione, & priuilegij exceptione non datis, *Afflict. decis. 155.* Hæcq; ad tot casuum diuersorum, qui quotidiè super tali materia occurrunt, explicationem sufficiant. Aduerte etiam, prorogationem valere, si Iudex ille aliquam iurisdictionem, licèt elidibilem habeat, sed si esset pęnitùs incompe-
131 tens, quia ratione originis, domicilij, habitationis, causæ, vel personæ Officialis non esset, vel aliquo iure fundamentum iuris in partes non haberet, prorogatio non procederet, *Flam. Cartar. dec. Gen. 6.* & dicam infra *par. seq. huius prag.*

132 Et ad primam conclusionem regrediendo, merum imperium Baronibus cõmunicatum sub generali concessione videtur, altum tamen dominium collatum non intelligitur, vt casus priuatiuè alijs Magistratibus concessi, vel in supremæ maiestatis signum reseruati, vt dixi *n. 197* sunt & etiam alij casus non supremi dominij, qui pro exceptis censentur, & sub generali inuestitura non veniunt, nisi specificè sint expressi, quorum aliquos magis practicabiles, & dubitabiles referam. Et primò notes, in qualibet largissima, etiam cum regalibus, & exceptis in feudatione, semper directi dominij authoritatem, ac eius recognitionem reseruatam manere; licèt enim naturalia remitti pos-
133 sint, vt in huius *Pragm. princ.* diximus, Princeps tamen hanc directam iurisdictionem suis ossibus affixam a se expropriare non valet, *Bald. in l. qui se patris, C. vnde lib.* & si Princeps dominium concesserit, secundùm ius de vtili concessione intelligitur: nam Barones etsi feudum in dominium habere dicantur, ita vt domini, & procuratores in rem suam existi-
134 mentur, intelligitur tamen de vtilibus actionibus, non directè apud concedentẽ, à quo euelli non possunt, remanent, *l. per diuersas, C. mandat.* differunt verò ab Offi-
135 cialibus: nam isti etsi plenam habeant iurisdictionis administrationem, super

qua

qua Barones, nisi in demandando, se intromittere non possunt, vt diximus; eamtamen in exercitium, non in dominium habent, *glos. Paris. tit. 1. glos. 5. num. 55.* de qua meminit *Franch. decis. 470.* indè Prin-
136 ceps fundatam habet intentionem in omni Terra, & Castro ipsum esse dominum, & eo ipso quod est Castrum, dicitur feudum quaternatum, & consequenter
137 possessores ad eorum titulos demonstrandos cogere potest, *Andr. in cap. Imperialem, §. illud, num. 67. de quib. feu. per Fed. Afflict. in prælud. Constit. qu. 6. Couar. cap. 1. pract. qq.* & dicam in *Prag. 11. nu. 49.* & sic tandèm remanet exceptum directum dominium, & suprema potestas, seu iurisdictio, quæ in reuidendo, visitando, rescribendo, mandando, appellationes recipiendo, causas auocando, & priuando consistit, *Capyc. in inuestit. fol. 225. Curt. de feud. 7. par. Frec. auth. 14. Gram. decis. 30.* & quæ dominus directus facta inuestitura, exercere valeat? notat *Petr. de potest. Princip. cap. 8. num. 65.* imò etsi Princeps in Coronæ præiudicium hac excepta authoritate se abdicare velit, non posset, *DD. in cap. intellecto, de iureiur. Bellug. rubr. 22. & Capyc. vers. feudum dant 24. dist.* nam esset Principatum deformare, & suæ dignitatis diceretur homicida, *Bald. in cap. licet causam, num. 7. de prob. Cabed. decis. 40. par. 2. Aul. in cap. 1. Prætor.* Camill. *de Curt.* infra citandus ex *num. 24.* Princeps inquam sibi
138 parem, vel superiorem facere non debet, nec quemquam a sua iurisdictione omnino eximere, *Luc. de Penn. in l. fin. C. de locat. præd. ciuil. Iacobin. de feud. vers. in feudum, & vers. qui quidem inuestiti,* aliàs concessio nulla esset, etsi concedens non
139 reuocet, successor hoc facere poterit, *Bart. in l. prohib. §. planè, ff. quod vi, aut clam, Andr. in d. Constit. Dignum, Gram. decis. 30. & vot. 28.* nam iura Regni potius
140 illius sunt, quam Regis, & ideo regalia Princeps alienare non valet, *Andr. in c. 1. sub num. 10. de is, qui feud. dar. poss. & Menoch.* qui alios cumulat *cons. 963. lib. 10. & cons. 137.* dixit, promissionem per Regem Cypri Ianuensibus factam nullam fuisse, quia in Coronæ diminutionem cedebat, quam Princeps per contractum, iuramentum, vel absoluta potestate minuere non valet, *Osasch. decis. 139. Peregr. de iure Fisci, lib. 1. tit. 1. Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 12. cum seq.* Regna enim ea lege Regibus data fuerunt, vt indiuidua seruarentur, *Luc. de Pen. in l. 2. C. de fund. patr. lib. 11. Camer. in cap. Imperialem, fol. 3. in princ.* nouissimè *Gasp. kloeb. de Ærar. lib. 2. cap. 49.* limita-
141 tur tamen, si ex aliquarum Terrarum alienatione Principis status non læderetur, nec deterioraretur Corona: vsu enim videmus alienari demanialia, non solùm in feudum, retento directo dominio, prout tantùm esse permissum fundat *Camer. vbi supra lit. D.* sed quandoq; etiam in allodium, *DD. in cap. 1. de allod. de Ponte cons. 30. in fin. Villalob. com. opin. 262. vers. iurisdictio, Tapp. de Const. Princ. cap. 4. rubr. num. 17. Capyc. vers. feudorum dominia, Mascard. conclus. incip. merum imperium,* & latè *de Curt. in suo diuers. fol. 6. ex num. 10.* & hac
142 potissimùm ratione fundant Veneti, & Ianuenses ab Imperatoris, vel Regis dominio se esse exemptos, prisca libertate ab immemorabili tempore fruentes, & dicunt in partem Regem se expropriando concedere potuisse, & data cum priuilegio immemorabili præscriptione, esse intuto se a directo dominio defendendi, & suum mare conseruandi, & nostrates ibi prædari non posse, sibiq. tanquam dominis licere alios ab ingrediendo, & prædãdo arcere, *l. diuus, ff. de seruit. rust. præd.* Sed alij asserunt, illis tale priuilegium manifestam Principatus deteriorationem continens concedi non potuisse, dum in totũ à se separatum ius omne supponitur, ac
143 omnis superioritas in eos translata cẽsetur, nec immemorabile sufficere; nam quando titulus improbatur, nulla datur præscriptio, etiam mille annorum, *Felin. in cap. accedentes, de præscript. Cepoll. de seruit. tit. de mare, de Ponte de potest. Proreg. tit. de trirem. cap. 1. Vasq. controu. cap. 5. lib. 1.* & latè *Reg. Valenz. in tract. contra Venet.* & dixi in *Pragm. 1. num. 226.* & sic quando magna esset Coronæ diminutio, prima seruanda esset opinio, vt successor concessioni stare non teneatur, nisi donatio fieret Ecclesiæ, & è contra: nam tunc se expropriare non diceretur, supra *n. 37.*
144 vt de donatione facta à Constantino refert *Andr. in cap. 1. num. 20. de his, qui feud. dar. poss.* & nihil pęnès concedentem, secũdùm magis communem opinionem remãsit, *Peregr. de fideicom. art. 23. num. 16. Bern. cons. 91. cum seq. Dec. cons. 150.* & de huiusmodi donationis validitate *Franc. Marc. decis. 362. 2. par. Afflict. in prælud. Const. Reg. q. 2.* & latè per *Mart. de iurisdict. cap. 30. & Vasqu. loco supra cit. circa fin. & per tot.* & quod Regnum Neapolitanum sit Ecclesię patrimonium, & in feudum per Reges detentum habeatur in *cap. ad Apostolicæ, de sent. & re iud. in 6. Andr. in cap. Imperialem, num. 83. in fin. de prohib. feud. alien. per Fed. Gram. cons. ciuil. 67.* & per concessionem omnia in eos translata fuere, præter excepta, *Afflict. in prælud. Const. q. 21.* de quo latè per *Frec. de subfeud. tit. de antiquo statu Regni, num. 15. Reg. Tapp. de iure Reg. tit. 1. rit. 1. ex num. 9. & 12. Capyc. in inuest. vers. feudorum dominio, de Curt. in suo diuer. feud.* num.

num.6.fol.17. Vitignan.f.17.
Et consequutiuè secundò afferimus,
sub mero imperio, & generali quauis cō-
cessione, causarum appellationes excep-
tas esse, cum ius, lamentationes, & prouo-
cationes audiendi, ad concedentem spe-
ctet: vndè nisi expresè sit primarum ap-
pellationum authoritas concessa, nunquā
subaudiuntur, *Iacobin.de S.Georg.in tract.
feud.vers. & cum mero imperio, Couar.prac.
qq.cap.4.Canc.1.par.cap.17.num.53.* & li-
cet Princeps vberrimis vsus fuerit ver-
148 bis, nequaquam appellationum causas
se transtulisse præsumetur, adeò vt licèt
feudum in plenum dominium, & proprie-
tatem datum sit, adhuc tamen appellatio-
num causæ concessæ non intelliguntur,
cum appellationis ius sit Principi re-
seruatis, *Bald.in Auth.quas actiones, nu.14.
C.de sacrof.Eccles.Boss.tit.de Princ.num.28.
Auend.de exeq.mand.lib.1.c.5.* & ideo spe-
cialis mentio in concessione est facienda,
*Cabed. decis.40.par.2. Iacobin. de S.Georg.
ver.cum mero imperio, Couar.vbi supra, n.6.
Surd.cons.275.* neq.consuetudine, vel præ-
scriptione quæri potest, *Bald.loco cit.Co-
uar.in cap.possessor, 2.par.§.2. de regul.iur.*
149 *in 6.Marta de iurisd.par.4.cas.198. Tapp.
in d.Constit.Ea, quæ ad decus, num.39.* limi-
ta, si feudum sit ad Regem reuersum, &
150 postea, prout plenius sui antecessores
tenebant, fuerit concessum; nam etiam ap-
pellationes per prædecessorem possessæ
esse concessę videtur, cum de regalibus re-
seruatis non existant, sed solitæ concedi,
*Capyc.in inuest.ver.& vt plenius, Ann.alle-
gat. 52.* & Baro, se appellationibus non si-
bi concessis inuestiens, pœna capitali pu-
151 niri poterit, *de Ponte de potest. Proreg.
tit.de elect.Offic.§.1. num.46.* solùm enim
prima instantia, non autem secunda con-
cessa videtur, nè maius concedenti, & va-
sallis præiudicium inferatur, & licèt ali-
qui contrarium senserint, data generali
meri, & misti imperij concessione, ex *Bar.
in l.1.§ solent, ff.quando appell.sit. Ann.vbi
supra, num.40.& seq.* attamen non fuit re-
ceptum, & consuetudine roboratum, cum
appellationum causæ omnino non ve-
niant, vt vltra *supra cit. Capyc.in inuestit.
vers.feudorum accessoria, Franch.decis.192.
& Marant.cons.114.* qui ait, Barones licèt
longissima pręscriptione munitos, ius ap-
pellationum primarum causarum præ-
scribere non posse, cum sit de regalibus,
quæ sunt impręscriptibilia, secundùm
Bellug.rubr.23.§.sed pone, & id in Regno
difficultatem non habet, ex *Const.Ea, quæ
ad decus,* neq. consensus, & vasallorum
prorogatio Fisco nocere, & iurisdictio-
nem tribuere poterit, *l.priuatorum consen-
sus, C.de iurisdict. omn.iudic. Capyc.decis.9.*

Imò neq.Princeps concedere, vel vender[e]
hæc iura valeret, nisi ex necessitate, secun-
dùm *Couar.vbi supra, & Gram.vot.28.* velu-
152 ti, quando bellorum, vel aliorum one-
rum necessitas Regem compelleret; e[x]
causa tamen Princeps demanialia, & re-
galia, ex antiqua consuetudine vendere
valet, *de Curt.in suo diuers.fol.6.* quicqui[d]
de iure in contrarium prorumpat *Camer
fol.108.lit.I.* hodiè verò merum imperiū,
& alia regalia venduntur, cum sint pro-
fanata ista iura, quæ vti sacra, alienar[i]
prohibebantur, *Boss.tit.de Princip.* Imò
quæ nunquam inter regalia in Regn[o]
fuerunt possessa, venduntur, vti ius niui[s]
prohibendę, & similiū, etsi aduersentur di-
cta per *And.de prob.feu.alien.per Fed.n.48*
ibi, *Regalia retenta per antiquos Reges in
potestate, & dominio suo.* Et sic nisi e[x]
contractu, vel priuilegio sint primæ ap-
153 pellationes concessæ, non intelligun-
tur: & quando venduntur, an Vniuersitas
comparere valeat, vt præferatur, & ab
hoc onere à Baronis manibus redimatur,
pretium soluendo, *Pras.de Franch.dec.17.*
refert decisum, ius prælationis, & retra-
hendi Vniuersitatibus infra annum com-
154 petere, prout petitur demanium, cum
idem ius sit de toto ad totum, quod de
parte quoad partem, *l.quæ de tota, ff.de
reivindic.* & propterea licere etiam dici-
mus, pro se, ab appellationum onere, ab
exituræ, ponderum, mensurarum, & simi-
lium iuribus, liberanda, & ita seruatum
refert *de Curt.in suo diuers.fol.10.n.65.*
Sed quid in feudali locatione per Ba-
ronem facta, an Vniuersitas, eiusq.ciues
prælationem petere valeant? permitti-
tur enim Baronibus eorum Terras ad mo-
dicum tempus quinquennium non exce-
dens locare, vt per *glos.in Const.Diuæ Me-
moriæ, verb.locare, Camer.in cap.1.num.95.
An agnat. & in cap.Imperialem, f.18, lit.B.
& fol.86. lit.G.* & si alij voluere, esse per-
missam locationem infra decennium, in-
fra quod tempus non constituitur ius in
re, *Consil.Georg.in ead.repet.cap.9.num.15.*
ex locatione inquam potius fructus iuris-
dictionis, quàm ipsa iurisdictio locari di-
155 cuntur, cum iurisdictione tamen Terrā
locare feudatario absq. assensu licere non
videtur, dum iurisdictio sit de regalibus,
cap.1.de regal. exercere enim regalia ma-
gistratus creando, delicta componendo,
vel transigendo, aut delinquentibus in-
dulgendo, non permittitur, nisi quibus à
Rege est expresè concessum, *l.officia, C.de
offic.Quest. & in Const.Scire volumus, & ibi
DD.* & sic in indiuiduo *Medic.cons.147.
Montan.de regal.§.potestas, n.3.& controuer.
73.Consil.Marcian. cons.44.* indè videmus
Sacrum Consilium ad feudatarij credito-

rum

rum instantiam ad iurisdictionis sequestrũ non procedere, nisi præuio Collateralis Consilij decreto, vt diximus *Prag.5.n.107* cum iurisdictio non sit in commercio nisi eorum, quibus Princeps concessit, & licèt iurisdictionis exercitium sit in fructu, *Rouit.conf.38.sub num.2.* responderi potest cum *Bellug.spec.Princip. rubr.23. vers.sed pone*, iurisdictionis exercitium esse in fructu respectu commoditatis emolumentorum, quæ ex ipso exercitio proueniunt, vti mulctæ, prouentus, compositiones, & pœnæ, vt per *Andr.in cap si verò videatur num.12.de pae.tenen.& supra Prag.6.n.18.* illud enim, quod est in artificio, putà in commoditate fructuum, & seruitij, quæ in pecunia, vel in alijs rebus debentur, dominus cedere, & cui vult dare potest, vt dicit idem *Andr, in cap.1.num.10.circa fin. de leg.Corrad.* si tamen alijs futurum damnum, vel incommodum non inferatur, vti si rixoso, seù crudeli locetur, vt declarat *Luc.de Pen. In l.vn.in fin. C.de cap.ciu.cens. lib.11.* non autèm respectu ipsius iurisdictionis, quæ Officiales destiuando, componendo, indulgendo, & similibus, exercetur; nam ea ad solum feudatarium pertinent, & dicitur iurisdictio feudalis. Videmus tamèn contrarium quandoq. obseruatum etiam per Sacrum Consilium, locari feuda, cum iurisdictione absq. clausula assensum impetrandi, ad modicum tamèn tempus, decennium non excedens, quia aliàs esset constituere ius in feudo, quod absq. assensu non permittitur, *Camer.in cap.Imperialem, fol.18.lit.C. de Ponte consil.139. Georg. in repet.feud.cap.54.* Ex eo quia *d. Const.Sancire volumus, & Const.Diuæ memoriæ* in alienatione feudorum, de dominij translatione, vel de iure in feudis constituendo, non autèm de locatione ad modicum tempus loquuntur, & *d.l.officia* in Officialibus, quibus concessa est iurisdictio, nõ in dominium, sed in officij exercitium locum sibi vendicat; per locationẽ verò in conductorem neq. possessio naturalis, neq. ciuilis transfertur, iuxtà *text.in l.officium, ff.de reivind.* aliud enim est possidere, aliud in possessione esse, *l.si quis ante ff.de acq.poss.* qua sæpè vtitur *And.* & præcipuè in *cap.Imperialem, num.69.* vndè in casu alienationis prohibitæ non sumus: fructus autèm conductor percipit, & iurisdictionem exercet, non nomine proprio, quod prohibetur, *Camer.in cap.Imperialem, fol.18.lit.M.* sed voluntate, nomine, & feudatarij precario, vt in *dict.l.si quis ante, & in l.si seruus, §.locati, ff.de furt.* Locumtenentem, seù Vicarium in suis terris Baronibus constituere non denegatur, & repręsentando eius personam, omnia illius nomine, prout ipse constituens, agere valet, *l.2. & ibi DD. C.de offic. eius, qui vic.alie. Iud.* & in proprijs terminis *Campan.in cap.Reg.Quia de Vicarijs 19.num.11.* & diximus supra in *rubr.num.49.* qui enim per alium facit, per seipsum facere videtur, *l.1 §.omnia, C.de vet.iur.enuel. Andr.in rubr.de regal.num.3.* prout in constituendo magistratum, & in exercitio iurisdictionis, quæ in Barone residet, diximus supra *Pragm.3.ex num.121.* & ex alijs nouissimè comprobant *Dom.Reg. de Marin. resol.c.31.tom.2. & Amicang.de feud.q.18. ex num.28.& Consil.Georg.in repet.ad cap. Imperialem, cap.9.num.19.* refert in causa, in qua *Medic.loco supra cit.* consuluit, per Sacrum Consilium fuisse consultò decisũ, posse locari Terram cum fructibus iurisdictionis, non autèm dixisse cum iurisdictione absq. assensu. Pacta tamèn locatio-
156 ne, vel constituto Vicario, seu Locumtenenti, solita præstari pro obsequio non veniunt; quia illa alijs cedi, vel delegari non possunt, *l.si non sortem, §.libertus, ff.de condit.indeb. Andr.in cap.1.num.10.de cap. Corrad.Bald.in l.defunct.ff.de vsufruc.Rouit. tit.de salar.num.12. Olea de ceß.iur. libr.3. q.6.* nec subuẽtiones vti vero domino pręstare tenẽtur, vt dixi in *1.Prag. nu.157.&*
157 *infra in prag.16.n.71.et 72.* neq. cõductor vsum, vti Baro, in demanialibus Vniuersitatis habebit, quia vsus Baroni, vt ciui debetur, vt infra *prag.12.ex n.33.vsq.ad n.38*
158 Vniuersitas inquam, locata Terra, prælationem petere potest, & est ei danda; nam ius prælationis in venditione cõcessum, ad locationem extenditur, *Afflict. de iur.prothom.§.1.num.25.* eo magis, quia feudi fructus à vasallis colliguntur, & domino eos vendere, vel locare volentes, potius fructuum collectores, quam extranei præferuntur, *Tiraquel.de retract.in præfat. num.15.arg.l.1.ff.de priu.cred.* & diximus supra *Prag.1.num.144.* & inter vasallos, & dominum est quædam societas, dum ad inuicem iure pascendi in demanialibus alterius vtuntur, & proindè vti socij præferuntur, *glos.in l.Sabinus, ver.sed quid, ff. comm.diuid. Felic.de societ.cap.28. ex n.52. Capyc.Latr.decis.397.* & licèt *Vin.dec.106.* defendat, prælationem non dari, nisi loca-
159 tio sit ad longum tempus, tamèn contrarium fuit receptum, nè vasalli vexentur a conductore, & à Barone (cui non obstante locatione seruitia, obsequia, & subuentiones præstare tenentur) vt decisum refert *Reg.Rouit.in Pragm.62.num.31. de offic.Procur.Cæsar. Consil.Marcian.cons.44. Thor.in comp. verb.præferri an debeat, Sanfelic.decis.107.* & sic continuò videmus per Sacrum Consilium in locationibus etiam ad modicum tempus, Vniuersitatibus petentibus prælationem dari. Verùm

con-

conceditur præcedente informatione, nam Vniuersitati expediat; nam multoties, & ferè semper in ipsius damnum resultat; cum Primates Terræ beneficio fruantur, & Vniuersitas vltimò debitrix remaneat: vnde non prompti, sed cauti in hoc Iudices esse debent. Et quando id Vniuersitati profuturum non appareat, quia Terræ introitus pro soluenda locatione non sufficerent, sed expediens, nè ab affictatore satis rigido vexetur, solet eatenus prælatio concedi, quatenus ditiores Vniuersitatis proprio nomine se obligent indemnem, & illæsam Vniuersitatem à solutione affictus eximere, prout in nostra Aula fuit decisũ die 9. Octob. 1657. referēte D. Consil. Gamboa meo Collega nunquam satis laudato, pro Vniuersitate Itri, cum D. Tarquinio de Adesso. Act. Figliola.

160 Sola igitur est prima instantia illæsa, & non perturbatiua, infeudato seruanda, super qua in nihilo Princeps se intromittere debet, nisi per prouocationis, & querelæ viam, aliàs grauarentur feudatarij, *Petr. de potest. Princ. cap. 8. ex num. 55.* & est *text. in auth. Const. Quæ de dignit. §. illud*, ibi: *Decet esse mansurum, & omnis malitiæ, ac diminutionis extraneum.* Hi enim feudatarij in suo vtili dominio seruando à domino tueri debent, sicut ipsi in eius directo dominio tuendo succurrunt, vt ait *Camerar. in d. l. Imperialẽ, fol. 3. lit. O.* alias, vt prorumpunt *Afflict. in cap. 1. de cap. qui cur. vend. & de Curt. Fisci Patronus Regij patrimonij in suo diuers. feud. §. potest, fol. 28. num. 14. Princeps, si posset subuertere pacta, & conuentiones, quæ sustinent mundum, esset peior homo mundi, & diceretur infidelis, & non inueniret hominem, qui secum contraheret*: commercium inquam turbare Reipublicæ valdè perniciosum est, *l. quod si minor, ff. de minor.* & fidem non seruare contra bonos mores est, *l. 1. ff. de constit. & l. non minorem, C. de transact.* ibi, *Nil ita fidei congruit humanæ, quàm ea, quæ placuerant custodiri.* Concessiones quando transeunt in contractum ex causa onerosa, à Principe reuocari non possunt, ad *text. in l. fin. §. iure igitur*, ibi: *Perpetuò publici contractus firmitate perpetuarius securus sit, et intelliget neq. à se, neq; à posteris suis esse retrahendum.* & ibi superius, *Etiam si ingentium pretium offeratur, C. de loc. præd. ciu. & fisc. libr. 11.* contractus sunt de iure gentium, *l. 1. & l. iuris gentium, ff. de pact. l. 1. ff. de contrah. empt.* In quibus, & in his, quæ contra bonos mores sunt, dispensandi ius Principi facultas non tribuitur, idem *Petr. de potest. Princ. de Curt. in suo diuer. feu. §. potest, n. 13. ex n. 3. c. 75.* diceretur enim vim atrocẽ inferre, *l. 2. §. 1. ff. de eo, quod met. caus.* posset tamen ex causa, sed illa debet esse ratio publicæ vtilitatis, vel necessitatis, non a proprium Principis commodum, & quo aliter reparari non possit, *Capyc. dec. 166 Petr. in §. superest 7. qu. princip. ex num. 27 fol. 191.* & latiùs ad materiam *cap. 32.* & conferunt notata in casu fortiori, videlicèt concessionum gratuitarum, & iurisdictionalium supra in hac *Prag. num. 44. & in Prag. 5. nu. 124.* Ex his dum in hoc anno 1665. in supremo Italiæ Consilio facta fuisset oblatio ducatorum quadraginta mille pro officio Thesaurarij eiusdem Consilij (quod possidebatur à D. Ioanne Imbonati) cum aliquibus prærogatiuis non existentibus in prima concessione, & pretium oblatum esset exorbitans, stante quod primo loco pro ducatis quatuor mille fuit emptum, habito rescripto à nostro Domino Rege si vendi posset, restituto pretio recepto possessori. Facta matura consideratione, diuturnaq. discussione cũ octo Associatis Regalis Consilij viris doctissimis, fuit conclusum de rigore iuris, nequaquam Regem in præiudicium possessoris illud officium vendere posse, & licèt valdè tuebatur Fiscus, esse licitum Principi, dum in eo officio ius superioritatis, & directum dominium retinebat, & Fisci priuilegium erat, rem communem vendere, *l. 2. C. com. rer. alien. & l. vnic. C. de vẽd. rer. fisc. lib. 10.* & diffusè p *Reg. Galeot. in resp. fisc. 28.* tñ de prędictis nõ habita fuit ratio, nã vltra quod illud priuilegiũ exorbitans à iure communi non vendicat sibi locum, nisi in casu, quo loquitur, quando Fiscus æquale dominium in eadem re cõmunitèr possessã habet, & non quando ius tantum in re, vt per *Bald. in d. l. 2.* adduxi *text.* ad hoc insignem in *d. l. fin. C. de locat. præd. fisc. lib. 11.* vbi requisitus Imperator Theodosius si rẽ alteri cocessam in perpetuum, ad vitam, vel in emphyteosim, vt per *glos.* ibi, alteri vendere posset, dum ingentiuè pretium offerebatur, negatiuè respondit, & statuit; alitèr enim dixisset, si habendo ius in re, communitatem habere diceretur, & subiungit *glos.* ibi, *vendere posse tantum ius, quod habet in re, vt quilibet priuatus.* Et dum dictus D. Ioannes possessor allectus ex prærogatiuis nouitèr contentis in ea oblatione facta à tertio idem pretium ante decisionem articuli soluere obtulerit, fuit dictum, eum esse ad illas admittẽdum pro eodem pretio absq; subhastatione, ex *eod. text. in d. l. fin. § fin.* ibi, *Si ipse quod alter adiecit obtulerit, maneat penès eum temporalis illa conductio*, & Rex noster iustissimus sententiam approbauit, & venditioni fuit impositũ silentiũ.

161 Adeò vt vasalli apud Regios Superiores iurisdictionem prorogare non

Y pos-

possent, vt supra dixi. Neq; facta appellatione ab interlocutoria ad Superiores, causa ibi tota esset terminanda, licèt ambæ partes consentiant; incidens enim solùm debet decerni, & si benè fuerit prouisum per Curiam feudatarij, causa ad eum est remittenda, *Tres. de Franch. decis.* 129. Verùm si Baro consentiret, prorogatio procederet, *Afflict. decis.* 155. *in fin. Tap. super Const. Iustitiarios*, quod idem statutum
162 fuit in causis criminalibus, in quibus confirmata sententia, reus appellans pro supplicio ad Baronis locum est remittendus, idem *Franch. dec.* 150.
163 Hucq. pertinet, quod Nuntij etiam Regij aliquem citare, vel quemlibet iurisdictionis actum in Baronum Terris, licentia non petita, exercere non possunt; Officiales tamèn licentiam absq. legitima causa denegare nequeunt, *Io. de Plat. & Rebuff. in l.* 1. *C. de exeqn. & exact. lib.* 12. *& Reg. Ronit. in Rubr. ne quid in loc. publ. nu.* 3. ait, *Quemlibet Commissarium suam non posse commissionem exequi, nisi prius illam loci, vbi eam exercere velit, Officiali ostendat*, ex §. *eos autem, Auth. de collat.* nō tamèn ad hoc sunt obligati, maiores magistratus Terram Baronis aduenientes, *glos. fin. in cap. nouiliſſimus* 97. *dist. Bouadill. Polit. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 25. sed si Nuntij si-
164 ne Officialis licentia, vel ipso renuente citarent, nulla erit citatio, secundùm *Afflict. in Const. Edictorum, num.* 14. quem sequitur ibi *Tapp. num.* 9. dum enim Officialis licentiam non impartitur, reus excusationem habere videtur ad eredendū, se non teneri, vndè ille citationis actus nullitèr expeditus dici posset. Sed contra *Afflict.* faciunt adducta per *Andr. in cap.* 1. *de contron. inter vasal. & alium de benef.* vbi si quis citetur extra Regnum, non obtento a Iudice loci citationis brachio, citatus comparere tenetur, aliàs contumax fiet, & contumaciæ pœnas patietur, quia de citationis essentia est, vt ea ad notitiā citandi perueniat, *l.* 2. *C. vbi in rem act.* & sic citatio est valida, licèt Nuncius puniri possit, quia loci Iudicem non requisiuit, de quo supra *Pragm.* 3. *à num.* 239. Verùm si citationes supremorum essent Tribunalium, vbi aliquorum vasallorum causæ per Baronem agitantur, licentia non est de essentia, cum inferior Superioris iurisdictionem limitare non possit, *Guid. Pap. decis.* 346. *Boer. decis.* 8. *Io. Bapt. Spata consil.* 2. reseruata enim semper intelligitur superioritas ad iustitiam ministrandam in Terris infeudatis, in casibus permissis infra *num.* 169. at in criminalibus causis in Regno sancitum est, Nuntios Regios quemlibet citare, & carcerare de ordine M. Curiæ, vbicumq; valere absq. vlla Officialium locorum licentia, & suæ commissionis ostensione, nisi post actum gestum fuerint requisiti, vt in *Prag.* 34. §. 12. *de off. Mag. Iust.*

165 Hinc non posse Principem in Terris infeudatis contra iurisdictionem referibere, & vasallum ab eius potestate eximere, sed solùm in casu grauaminis asseruerunt *Alex. cons.* 5. *Viu. com. opin.* 214. *qn.* 2. vel ratione publicæ vtilitatis, quæ priuatæ præfertur, quo casu authoritas Baronibus auferri, & tertio præiudicari potest, & maximè per viam legis generalis, vt statutum fuit in disrobatoribus stratarum, & publicis latronibus, ex *Prag.* 5. *vbi de delict.* & in casibus similibus, ex doctrina *Bart. in l. Antiochentium, ff. de priuil. cred. & Andr. in cap.* 1. §. *flumina, num.* 7. *quæ sint regal. & infra num.* 175. alia enim causa non esset sufficiens, *Reg. Rouit. in rubr. vbi de delict. num.* 20. & nota, à iurisdictione Baronis immunem, si in eius territorio delinquat, per ipsum Baronem, non obstante exemptione, puniri posse, *Luc. de Pen. in l. nullus, num.* 10. *C. de vet. libr.* 12. *ex cap.* 1. *de priuileg. in* 6. *Ann. alleg.* 44. & conferunt notata per *Guid. Pap. dec.* 56.
166 Sed an Prorex causam retinere, vel à Baronibus auocare possit? & licèt de facto aliquando obseruetur, & dicatur, *Pro hac vice tantum, citra priuilegiorum Baronum præiudicium*; in causis tamèn exemplaribus, & vbi publica concurrit vtilitas, ratione supremæ potestatis, quæ nunquam intelligitur excepta, sustineri tantum posset: nam alias de potestate ordinaria neq; Principi est permissum, concessa Baronibus auferre, *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de elect.* §. 1. *à num.* 19. *& Castill. de tert. cap.* 41. *ex nu.* 121. & diximus supra *prag.* 3. *ex num.* 178. & multoties etiam in causis ciuilibus grauioribus obseruatur, suaden-
167 te aliqua iusta ratione. Similitèr indultus Baronum vasallis ob publicam lætitiam concedi poterit, vt diximus supra *pragm.* 6. *sub num.* 156. sed particulares gratiæ in præiudicium Baronis per Principem fieri non possunt, *Couar. pract. quæst. cap.* 5. & probat *prag.* 7. *hoc tit.* vtilis enim
168 dominus in inuestitis directo præfertur, dum ab eo causam habet, *Andr. in cap.* 1. §. *si quis per triginta, num.* 3. *vers. secus, si de feud. def. milit. Bald. in l.* 1. *ff. de rer. diuis.* nisi causa ad eum sit deuoluta, *Thes. decis.* 206. *num.* 10. *& q.* 11. *libr.* 4. *de Ponte de laudem. q.* 24. *num.* 12. poterit tamèn ordinare, & rescribere super ijs, quæ ad iustitiam ministrandam tendunt, non in alijs, *l. fin. C. ex quib. muner.* nam priuilegia attendi debēt, etsi priuatus conuentionis lege ligetur, eò magis & Rex, argum. *l. pen. C. de donat. inter vir. & vxor.* vbi nec Principis dictum re-

retractetur, valet donatio inter virum, &
170 vxorem: sic de donatione facta filio in potestate, *Bald. in cap. 1. §. item sacramenta, Alex. in Auth. ex testamento, C. de collat.*
171 & sic Deus omnipotens pacto ligatur, secundum tamen nostrum modum intelligendi, *Bald. in l. 1. ff. de pact.* & maligni spiritus, qui sunt mendaces, pactiones tamen aliquando seruant, *Bald. cons. 466. volu. 3. ver. ligari debet.* & etiam de plenitudine potestatis directiua Princeps promissis contrauenire non debet, *l. Cesar, & ibi DD. ff. de public. l. prædia, §. iure igitur, C. de loc. præd. ciuil. lib. 12. supra prag. 3. nu. 178. Dec. cons. 512. dub.* maximè quando pecunia sunt priuilegia concessa, *Bald. in l. qui se patris, C. vnde lib. Rom sing. 457.* tunc enim de titulo oneroso, ac de dominio vtili translato tractatur, non autèm de iurisdictione in officium, & administrationem concessa, quæ debilior est, & alterationē, & diminutionem pati posset, *Franch. decis. 370. & 723.* sed non quando datur in feudum, nam tunc priuatiuè est ad concedentem, *Laudens. de Princip. qu. 138. Rolan. cons. 88. lib. 1. Menoch. de præsump. lib. 2. præsumpt. 18. & Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 13. num. 155.* Hinc est vt directus Dominus
173 in locis infeudatis per se proclamata emananda regulariter non curet, sed feudatario scribit, vt is ea fieri mandet, *Curt. iun. cons. 7. Natt. cons. 408. & cons. 80. volum. 3.* nec Baronis banna subuertere, aut eis derogare debet, nisi essent iniusta, *Ofasch. decis. 34. num. 8. Cancer. var. resolut. d. lib. 3. cap. 13. Cabed. dec. 85. par. 2. Bouad. c. 16. n. 89. Foll. in prag. cens. ver. et submissiones, num. 19. Pereg. de fideicom. ar. 23. n. 115.*
174 Diximus, ratione supremæ potestatis multa Principi permitti, quia in Terris etiam concessis cum absoluta, & plenaria potestate, vt in Ducibus Vrbini, Mediolani, Mutinæ, & alijs adhuc Imperator, seu alius Princeps, altum suum imperium legitimando, & alia faciendo, exercere
175 valebit, *Felin. in cap. solitæ, de maior. & obed. Castrens. cons. 125. volum. 2.* & in infeudatis per viam legis generalis, pro bono tamèn publico Principem modificare, alterare, & aliquas prerogatiuas, vel prouentus Baronibus concessos tollere posse, diximus supra *num. 165.* & latè per *Laudens. de Princ. q. 72. Surd. cons. 53. Boss. de foro comp. num. 49. Cancer. var. resol. libr. 3. cap. 3. à num. 316.* Indè multos casus excipi videmus, nè in blasphemiæ, sodomiæ, & lenocinij causa componant, vt diximus *pragm. 6.* per quas Pragmaticas, & alias ordinationes Baronum iuri, quibus non erat interdictum, derogatum est, absq. tamèn prædicta causa Princeps iuri tertij post factam inuestituram, etiàm per viam

legis generalis, præiudicare non po
Boss. tit. de pœn. num. 27. Cephal. cons. 3
volum. 3. Boer. cons. 45. Foller. in praxi e
verb. audiantur executores, num. 89. Sal
in addit. ad Consuet. Neap. in proem. & d
imus supra *prag. 3. n. 178.*
176 Indè in facto valdè fuit dubitatur
an Regia Tribunalia, Auditores, & al
delegatos pro capiendis informatio
bus, de delictis a vasallis Baronum in
rum Terris commissis, destinare possi
data negligentia, vel non existente ip
Baronis Officialium suspicione? & vi
tur manifesta iurisdictionis turbatio, si
primis vasallorum causis se intromit
ret, dum priuatiuè ad dominum directu
& suos Officiales infeudatam iurisdicti
nem Barones habent, & in anno 1508.
supplicationem Baronum Regni per S
renissimum Regem Ferdinandum fuit o
dinatum in *cap. Gratiarum 30. & 31.* qu
situauit *Reg. Tap. in suo Iure Reg. tit. vbi*
crim. agi oport. quod Regij Superiores B
177 ronum vasallos, quos notoriè const
ab eis esse recognoscendos, citare, inh
bere, & in causis criminalibus in præi
dicium iurisdictionis ipsorum Baronu
præuenire debeant, nisi in casibus perm
sis; nam remissiones petere, esset illos gr
uare, & expensis afficere, & circuitus in
tilis est euitandus, *l. dominus testament*
178 *ff. de cond. indeb.* sic *Magon. decis. Flor.*
Franch. decis. 215. Benè verùm etsi contra
rium quandoq; obseruari videmus, ex c
dicunt, quia circuitus non est inutilis, f
vtilitas est etiam Baronis, partium, ac pu
blici, cuius interest, puniri delicta, *l. ita*
vulneratus, ff. ad leg. Aquil. dum experien
tia docet, maioris Magistratus potenti
faciliùs clandestina delicta detegi, & m
liùs informationes fabricari, & ideò pr
bono publico permitti ad partis instanti
pro capiendis informationibus, Commi
sarios per Regia Tribunalia expediri,
infra hac *Pragm. par. 2. ex num. 64.* tamèn
hoc eâ practicandum in causis priuilegia
torum, vel in causis exemplaribus, non
probatis per Curias Baronales, non in
alijs, quia esset contra tenorem dictaru
gratiarum, & in maximum præiudiciu
iurisdictionis, Baronibus vt plurimum
pro causa onerosa concessæ; nam per Co
missarium destinatum ad capiendam in
formationem, tacitè illi Baroni auocatu
causa, ita quod eius Iudices in ea ad ali
actum iudiciarium procedere non pos
sunt, *DD. in cap. cæterum, de rescrip. Auena*
de exeq. mand. cap. 19. num. 2. vers. ex qu
infertur, & causas Baronibus de iure no
esse auocandas, explicauimus etiam su
pra *Prag. 3. n. 178.*
Et ad primam redeundo conclusionem

Baro appellationum causis se intromittere non poterit, nisi priuilegium habeat, alias nostræ Pragmaticæ pœna puniretur. Sed dubitatum sæpiùs audiui, si
179 Baro appellationis priuilegio specialitèr non concesso potiri nequeat, cui cōmunitèr à Baiulorum sententia ad Capitaneum appellatur, quamuis in inuestitura id non fuerit tributum, vt in *Constit. infra eit. Medic. conf. 151. in addit. ver. & demum*, quicquid fuerit dubitatum supra *Pragm. 5. num. 69. Frec. de subfeud. auth. 16.* dicit, hoc ob minimam causarum modicitatem fuisse introductum; nam si ad Superiores essent adducendæ, maius esset dispendium, quam causæ valor, quod non est permittendum, *Auth. nisi breuiores, C. de sent. ex per. recitand.* Hæc responsio non satisfacit, cum in Baiulorum Curia (criminalibus exceptis) omnes ciuiles causæ maximæ quantitatis agitari possint, vt in *Constit. Baiulus si furem*, & dicam in seq. Tu dic, rationem esse ex dispositione *Constit. Officiorum periculosa*, vbi id Baronibus conceditur, & ex eius legis conditione, ad Capitaneum ius appellationis datur, & deindè ad secundarum causarum, si Baro eas habeat, qui tertius dicetur Iudex, ex adductis per *Franch. dec. 511.*
180 Vlterius quæritur. Si Baro secundas non habeat causas, & causam alicui deleget, quia ordinarius est suspectus, vel alia ex causa, anà delegato ad delegantem appellari debeat? de iure videtur posse, ex *cap. super, §. porro, & cap. si delegatus, de off. deleg. l. 3. ff. quis, & à quo*; nam quoties in ordinario Iudice, à quo appellatur, non sumus, ad delegantem est appellandum, *Roman. sing. 16.* & ad Episcopum causam delegantem, non autem ad Metropolitanum appellatur, *Felin. in rubr. de offic. delegat. Marant. in art. appell. num. 38. Cancer. par. 3. var. cap. 13. ex num. 249. Frece*, verò *de subfeud. auth. 13.* contrarium firmat,
181 nam hoc esset per indirectum, Regem priui, fraudare causis, & ad fraudes tollendas in Regno ad talem delegantem appellare non permittitur, *Capyc. in decis. 225. Couar. pract. quæst. cap. 4. vers. quinta conclusio.* Appellare ad delegantem, in Principe procedit, & in hoc casu Iura in contrarium adducta sunt intelligenda, secus si ab inferiore, limitatam pro prima instantia iurisdictionem habente, delegatio fiat, *de Ponte de potest. Proreg. tit. de elect. Official. §. 1. num. 48. Petr. de potestat. Princip. pragm. 22. num. 66. Tap. super Iure Reg. fol. 137. num. 87.* vbi traditur, Barones
182 Officialium decreta reuidendi authoritatem non habere, sed omnino appellandum erit, sequitur *Barbos. in l. cum Prætor, §. 1. ff. de iurisdict. num. 217.* Circa verò su-
183 spitionis Iudicis causas, ad delegantem recurritur, vt de alio Iudice non suspecto prouideat, cum suspitio iurisdictionem non tollat, sed Iudicis personam sigillet, *Free. in tit. de diff. feud. diff. 26. nu. 33.* sicuti de Vicarij suspitione Episcopus cognoscit, *cap. si contra, de offic. Iudic. delegat.* licèt contrarium dixerit *Carauit. Rit. 265.* Iudicem videlicèt in suspectum allegatū, parti terminum statuere debere, vt Regium adeat Superiorem. Quæ opinio nec iure probatur, neq. seruatur in praxi, sequitur *Rouit. in pragm. 2. tit. de suspit.* nec
184 ad secundarum causarum Iudicem, vt insipidè aliqui opinantur, est recurrendum, cum ille non sit, nisi de appellationibus, non autèm de Officialium suspicionibus competens, & propterea si Baro
185 sit suspectus, forsan quia vasalli inimicus, eius Officialis quoq. redditur suspectus, *Crauet. conf. 6.* non ideò M. Curia, vel Audientia iurisdictionem tollere poterit, sed Baroni rescribere, vt præuia suspectorum lista, de Iudice prouideat non suspecto, vt dixi in *pragm. 3. num. 165.* Barones enim in dominium iurisdictionem habent, quam facilitèr amittere non possunt, secus in habentibus iurisdictionem in administrationem; vndè allegato suspecto Officiali, Reg. M. Curia decernere poterit, quod causa remaneat, *Carauit. in d. rit. in fin.*
186 An verò vasalli semper primam, ac etiam secundum Iudicem in appellatione, si de hoc Baro erit priuilegiatus, adire teneantur? Videtur, quod si quis primum patiatur, ad secundum Iudicem appellare debet, *Surd. decis. 143. Franch. decis. 511. num. 4.* cum omissis ijs medijs, per saltum transire non liceat, *l. Imperatores, ff. de appellat. Andr. in cap. Imperialem, n. 8. de probib. feud. alien. per Feder.* & singularis est *text. in §. sit tibi quoq. Auth. de mand. Princ.* facta enim primarum, & secundarū causarum concessione, Princeps in ijs se intromittere non debet, *Capyc. in inuestit. vers. cognitione primarum, & secundarum causarum, Lanar. conf. 52. num. 5.* & maximè in præiudicium iurisdictionis, cui nullo modo vasalli præiudicare poterunt, *Capyc. d. decis. 9.* quod est verum. Sed non procedit, si iurisdictio à Barone non de-
187 penderet, prout dicimus de causis in Curia Nundinarum actitatis; nam cum Nundinæ nisi à Rege non concedantur, *Marant. in art. vt iudicium mercatorum, n. 50* causæ dependentes, seu appellatæ à dicta Curia, licèt sit Baronis Terra constituta, ac ab eo Iudex eligatur, ad Superiores tamèn Regios, non autèm ad Iudicem secūdū appellatur, vt diximus *Prag. 5. n. 180.*
188 Quid si Baro Nundinarum, vel Mercati pri-

priuilegium cum iuriſdictionis poteſtate
vniuerſitati concederet, & ſuper hoc Re-
gius aſſenſus, vti neceſſarius expediatur,
tunc iuriſdictio videatur tributa a Baro-
ne cumulatiuè cum Rege, itaut in cauſis
delegandis, vel officiali conſtituendo ad
Baronem ſit recurrendum, vel ad Regem?
ſatis fuit altercatum, dixi, quod cum nun-
dinas concedere non ſit Baronum, ſed Re-
gis, licèt Baro ſuum conſenſum etiam ac-
cõmodet, actus tamen tribuitur danti, &
principalitèr confirmanti, *Abb. in cap. no-
bis de iur. pat. Montan. in prag. 2. nu. 186.
de admin. vniuerſ. Couar. pract. quæſt. cap.*
189 4. *verſ. ſecunda concluſio*; ideò ab eorum
ſententijs ad Regios, non autem ad Baro-
nales ſecundos Iudices appellari dixi in
prag. 5. nu. 180. Quodq; procedit in om-
nibus caſibus à Rege dependentibus; iuriſ-
dictio enim à quo fluit, ad eundem reflue-
re debet *l. 1. §. cum vrbem ff. de offic. pref.
Vrb. Bart. in l. 1. §. ſi quis in appellatione
ver. quero ff. de appellat.* idemq; erit ob-
ſeruandum, ſi iuriſdictio ab vniuerſitate
dependeret, nam ad Superiores, omiſſis
medijs appellari poterit, vt de vniuerſita-
190 te, quę Rationales eligit, nàm ab eorum
ſignificatorijs ad Baronis Curiam nõ ap-
pellabitur, cum ab eo iuriſdictio non de-
pendeat, *Carau. rit. 52. Montan. ſuper prag.
1. de admin. vniuerſ.* ſic in appellatione à
ſyndicatoribus, vt dixi ſupra *prag. 5. nu.*
129. Idem in appellatione à Catapanis ab
vniuerſitate creatis, *Franch. in dec. 511.
Tapia in Conſtit. Magiſtros Camerarios*, &
hoc ſi immediatè alicuius iuriſdictionis
electio à Barone non dependeat, ſi tamen
192 ipſe eligat, tunc ab eo dependere dice-
tur, vt latiùs infra *prag. 10. nu. 84.* Et ſic
ad ſuam iuriſdictionem tunc eſt recurren-
dum, quod eſt notãdum cum in multis ca-
ſibus Graſſerij, baiulorum Iudices, & alij
ab Vniuerſitate nominentur; Baro ta-
men eos eligit, vel confirmat, & inſupèr
non eſt obligatus, Baronis forum tam in
prima, quàm in ſecũda inſtantia, quis adi-
re, ſi ab ordinario ratione alicuius digni-
tatis, militiæ, vel artificij, lanificij, & ſi-
milium ſit exemptus, quia ſuos habet Iu-
dices particulares priuatiuè ad ordina-
rios, vt in *l. magiſteriæ, C. de iuriſd. omn. iud.
Strace. de Mercat. tit. quomodo ſit proeedẽ-
dum art. 1. Franch. dec. 88. Vinius. dec.*
254. & de his inferiùs verba faciemus.
Exteri tñ, q forũ ſortiũtur ex aliquib⁹
cauſis, de qb⁹ in *l. hæres absẽs, cũ ſuis §§. ff.
de iudic.* vti ratione contractus, ſolutionis,
193 rei ſitæ, & cęterorum, ſi habuerint pri-
mum Iudicem, etiam & ſecundum ſuffer-
re debent, cum vnica dicatur Iudicis pri-
marum, & ſecundarum cauſarum inſtan-
tia *Abb. & Dec. in rub. de appell. Franch.*

deciſ. 511. num. 4. Multi etiam Ba
194 nes non ſolùm ſecundas, verùm etia
tertias appellationes ex priuilegio
bent, & ſimilitèr idem ſeruãdum eſt, p
ut in ſecundis, licèt ſtrictè cum ſit du
ris oneris; indè eſt, vt multi habeant,
195 pauci ſint in poſſeſſione, *Carau. rit.*
de quo infrà par. 2. nu. 28. cum magis
premi dominij detrimentum verſetur,
conſiderat *Gram. vot. 28. nu. 26.* & R
prouocationes audiendi iuriſdictione
rè denudetur, dum vltra tertiam vice
196 prouocare non liceat, quando ſenten
ſunt conformes, iuxtà notata in *l. 1. C.
liceat ter. prouoc.* verùm hæc lex in Bar
num Curijs, quarum tres ſententiæ p
vna reputantur, non procedit iuxtà trac
ta per *Fabr. in §. 1. nu. 4. inſtit. de vn
ſubſt.* & diffusè per *Ann. conſ. 70.*
197 Excepta ſunt regalia, quę ſoli Princ
pi competũt, & ſub quauis generaliſſin
conceſſione non comprehenduntur, cu
ſint in ſupremæ poteſtatis, & coronæ
gnum reſeruata, & hæc enumerat *tex.
cap. 1. quæ ſit regal.* vbi *And. Affl.* & a
Camer. in cap. Imperialem 80. *lit. C. Cap
in inueſt. ver. regalia, Boſſ. tit. de regalij
Pereg. de iur. Fiſc. tit. 1.* veluti mare, po
tus, flumina nauigabilia, vectigalia, gabe
lę, collectæ, monetæ, angariæ, Magiſtr
tuum creatio, & alia, quæ nullo mo
præſumuntur conceſſa, cum conce
non debeant, & maximè in magnam c
ronæ diminutionem, niſi inueſtitura
terra, in qua Rex non haberet regalia, fi
ret, quoniam tunc de jis, quæ inſunt,
198 in quibus ipſe poteſtatem habet, co
ceſſio facta præſumitur, *Afflict. in d. Conſ
Regni Ea, quę ad decus n. 27.* ſimiliter ſi i
conſuetum ſit, inueſtituras in his Ciuita
tibus, & Terris fieri, vt puta quando fiu
cõceſſiones magnis Ducibus, ſolitis, in
Terra habere regalia, monetæ cudenda
legitimandi ſpurios, creandi Notarios,
alia, tunc iuxta ſolitum conceſſio facta
præſumitur, *Iacobin. de feu. in princ. ver
dubitatur etiam*; quæ autem ſint regali
& quando conceſſa intelligantur latè *P
reg. de iur. Fiſc. art. 2. nu. 97. Maſtrill.
Magiſtr. lib. 1. cap. 14. cum ſeq.*
199 Excepti ſunt caſus Mag. Cur. conceſ
quos retuli ex *nu.* 81. qui priuatiuè ſun
ad Barones, & niſi de ijs ſint particu
laritèr priuilegiati, vel cũ generali cla
ſula conceſſionis caſuum, de quibus ſol
M. C. cognoſcit, non ſubintelliguntu
Aduertas tamèn, licèt multi ſint dicti ca
ſus, nihilominùs plures ipſorum commu
nicatos eſſe Baronibus, & ſine noua cõce
ſione venire, vt ſunt cauſę præſentation
inſtrumentorum, de quibus ſola olim M
gna Curia cognoſcere poterat, ſed hod
oni-

200 omnes etiam Barones, *Carau. rit. 54.* Verum si quis via ritus in M. C. citatus fuisset, forum declinare non valeret, nec Baro remissionem petere posset, cum cumulatiuè sit iurisdictio concessa, *Carau. rit. 166. nu. 15.* nisi in specie in Baronis fauorem priuilegium adesset, vt habet Princeps Bisiniani, & alij, quibus in specie facultas de instrumentorum liquidatione cognoscendi cõcessum fuit, *Rouit. in prag. 1. de liquid. instrum. & prag. 64. nu. 50. de offic. proc. Cæsar. & Tapia de offic. Mag. Iust. in rit. 54.* dicit, ad instantiam Magni Admirati ipsius subditum, per Mag. Curiam citatum, fuisse per Sac. Consilium remissum, quia Curia Admirati priuatiuè concessam iurisdictionem habet, cum clausula addicatiua; sed, an per Superiores re-
201 missio denegari similiter possit, si citatus fuerit quis, super instrumento censuali ad formam Regiæ *prag. 1. de cens.* non ad formam ritus, inter quos est magna differentia, & *Foller. in d. prag. vers. & submissiones quocumq; foro nu. 30.* dicit, per ea verba Baronibus remissionem denegari, *Intrigl. de censib. q.* & sic confirmare videtur, *Franc. Milan. dec. 5. nu. 30. cum seq. par. 2.* licèt ibi loquatur in debitore, qui exceptionem fori, tam virtute pacti, quàm vigore Reg. Pragmaticę opponere non valet, sed pro Barone, diuersam esse rationem dici posset, cum quis citatur vigore Ritus: nam antiquitus hæc cognitio erat solæ M. Curię permissa, vndè nimirum quod strictè contra Barones proceditur, sed causa cẽsualis est causa ordinaria, non autèm Baronibus excepta: verior autèm prima opinio videtur, denegandam esse remissionem, etiam si ea a Barone petatur, quando quis vigore *d. pragm. 1. de censib.* citatur, ex verbis *d. pragm. §. 5.* per quam omnes exceptiones, quæ quomodolibet impedire, vel illius exequutionem (præterquàm realis solutionis) differre possunt, excluduntur, & ita vidi decisum in quadam causa in Sacro Consilio. Quid si quis vigore pacti exequutiui in instrumento liquido contenti citatus fuerit, an forum declinare valeat? Dicas, quod non, si in instrumento fuerit pactum, eum posse in quocumq. foro conueniri, secus si Baro remissionem petat, vt pluries in Sacro Consilio ad M. Curię relationem decisum fuit, cum non reperiatur hæc causa talitèr priuilegiata, sicq. de priuati carceris crimine, vel plagij deli-
202 cto, apocis recognoscendis, & si hęc omnia prius Baronibus excepta essent, *Bellug. rubric. 38. §. conqueruntur, & super num. 81.*

Exceptum est indulgere, componere, transigere, gratias facere, & pœnas corporales committere; nam sub meri imperij concessione hæc potestas tributa non intelligitur, *And. & Afflict. in tit. Quæ sint regal. vers. pœnarum,* & quamquam facta concessione plenaria, veniunt pœnæ, pro-
203 uentus, & mulctæ, cum sint iurisdictionis fructus, *Bart. in l. fin. ff. solut. matr.* tamèn intelligendum est de compositionibus, & pœnis, quæ a iure indicuntur, non de ijs, quæ ex potestate, & particulari priuilegio in iuris corpore non inserto fiunt, *Bos. tit. de remed. ex sola clemẽtia Prin. n. 49. cum seq. Osasch. decis. 101. & 29.* Hinc videmus & Regios Iudices sine Principis licentia componere non posse, vt diximus supra *pragm. 6. num. 31.* hæc tamèn de iure communi feudorum; in Regno autèm, cum quatuor literæ arbitrariæ commu-
204 nitèr in omnibus inuestituris conferantur, vti solitæ, & consuetæ sub plenaria concessione subaudiuntur, *l. fi. C. de fideius.* prout in terminis *Fab. de Monteleon. super quatuor liter. arbitr. par. 7. q. 5. Afflict. in d. Const. Ea, quæ ad decus,* secus verò quoad priuilegium indulgendi, & componendi post sententiam; istud enim non est de so-
205 litis, & nisi plusquàm expressè concedatur, vti q. non intelligetur, cum paucis in Regno reperiatur concessum: *solius enim Principis est commeatum, & remeatum facere,* iuxta *text. in l. relegati, ff. de pœn.* sicq. in electione Insularum, ad quas rei sunt deportandi, vel relegandi. Idemq. in licentia punitorum corpora suspendendi, *Iacobin. ver. & cum mero imperio,* prout
206 etiam guidare, & indultare latrones, foriudicatos ipsos ad bona, & famam, quæ de iure perdiderant, restituere, vt dixi supra *prag. 6. & seq.*
207 Excepta etiam videtur bonorum publicatio, ex *l. vnic. C. ne sine iussu Principi liceat confisc. cap. 1. quæ sint regal.* & antequam vlterius progrediar, aduerte bonorum publicationem, etsi in multis casibus ea detur, tandèm in crimine læsæ Maiestatis diuinæ, & humanę fuisse restrictã, *Auth. bona damnatorum, C. de bon. præscript.* & licèt *Alex. & Andr. in d. cap. 1. num. 40.* fuerint opinionis, *d. Auth.* vindicare sibi locum, quando publicatio in consequentiam corporalis pœnæ à lege statutæ venit, non autèm quando principalitèr tantùm est imposita pro delicto, vti pro incestis nuptijs, & similibus; tamèn non fuit receptum, & in contrarium generalitèr est intellecta, *Montan. de regal. §. bona contrahentium, num. 7.* & præcipuè in Regno nostro bonorum publicatio non datur, nisi in dictis criminibus læsæ Maiestatis, & falsæ monetæ, vt in *Constit. Adulterinam monetam, & in cap. iam sæpè 240.* & in delicto vsurariæ prauitatis, vt in *Const. Vsu-*

ra-

rarum nequitiam , ac contra foriudicatos,
filios,& coniunctos infra tertium gradum
non habentes,iuxtà *Constit.Foriudicatorum*
bona , & Neapolitanis ex gratia sublata
est publicatio, præter crimen hæresis, &
læsæ Maiestatis in primo capite , & in
eius locum extraordinaria pœna irroga-
tur,*Franch.decis.213.num.37.* & quod pu-
blicatio bonorum sit excepta , & Baroni
non competat , nisi ea fuerit specificè in-
uestitus , cum clausula, & cum confisca-
tione bonorum, habetur ex *d. cap.1.* ibi,
Multarum,pœnarumq. compendia, Afflict.in
d.cap.num.39.& in cap.1.de pac.ten.nu.10.
Bald. in l.Imperatores,ff.de offic.Præf.vigil.
Afflict. decis.282.in fin. Gram.cons.crim.6.
Guid.Pap. decis.341. Paul.Christin. in de-
cis.175.tom.1.& decis.159. à nu.19.tom.5.
& est verum de iure communi feudorum,
208 sed hodiè in Regno stantibus generali-
bus concessionibus meri , & mixti impe-
rij Baronibus collatis,sub quibus mulctæ,
& condemnationum pœnæ veniunt, sub-
intrant etiam bona confiscata,vti fructus,
& talis iurisdictionis emolumenta, *Bart.*
in l.1.ff.solut.matr.Bald.in l.1.ff.de fruct.&
lit.expens. Capye.decis.17. num.15. bonorũ
enim confiscationes sunt de primo gradu
meri imperij,*DD.in l.imperium* , & præci-
puè *Ias.num.24. ff. de iurisdict. omn.Iudic.*
vndè fatendum est , bonorum confiscatio-
nem non esse Baronibus exceptam , sed
permissam, & probo ex *text. in l.vnic.C.ne*
sine iussu Princip.certi Iudic. lic.confisc. ibi,
Exceptis ijs , qui in summa administrationis
sunt positi potestate, quod declarant *Ac-*
curs.Io.Azo.& Salic.in sum.d. text. qui sci-
licèt habent merum imperium , sic & *Andr.*
in cap.si verò violator pacis,num.12.de pac.
tenen.Luc.de Pen.in l.1.C.de priuil.scholar.
num.19. & Rebuff.in l.corniculari, C.de ap-
par.præf.præt.libr.12. Iacob.de S.Georg.de
feud.vers.& cum mero imperio, nu.8.Brun.
cons.feud.31.num.15. Gasp.Kloc.de Ærar.
lib.2.cap.136.ex num.2.& Boss.in sua praxi
tit.de pœn.num.25. qui ampliat in confisca-
tione etiam post inuestituram imposita,
Petr.de potest. Princip.cap.6. ex num.100.
Guid.Pap.decis.76. Farin.q.25.num.103.&
Peregr.de iure Fisci,lib.1.tit.2. ex num.87.
merum enim imperium est ista proroga-
tiua maius,& proindè cum plenaria meri
imperij iurisdictione transit ; nam ea bo-
norum publicatio pœna est pecuniaria,
209 qualibet modica corporali minor , iux-
tà *l.in seruorum,ff.de pœn.* vndè nil mirum,
si *Viu.decis.237.in fin.* referat,per Sacrum
Consilium iunctis Aulis remissam fuisse
210 Baroni Montellæ criminis vsurarum
cognitionem, & idem nouissimè enunciat
Reg.Sanfelic.decis.348. Et quando Baroni
sui vasalli bonorum publicatio permitti-
tur,veniunt etiam bona , quæ alterius i
risdictioni subsunt, *Andr.in cap.1. nu.4*
vers. sed etsi Iudex, Quæ sunt regal. de qu
latè per *Peregr.de priuil.fori lib.5.& n.1*
Farin.q.25.ex num.94.& cons.21. Exci
tamèn bonorum confiscationem ex crin
ne læsæ Maiestatis , & aliorum in inuest
tura exceptorum dependentem , quoru
criminum cognitio, dum penès Princip
remanet,nulla est Baroni prætentio.

Et consequentèr fuit dubitatum,an p
næ, quæ a legibus,vel statutis Fisco defe
runtur, ei solum debeantur , vel Baro me
211 ro imperio inuestitus,& cum pœnarum
& prouentuum cõcessionibus, in Fisci lo
cum succedat , sibi dictas pœnas contra
Vasallos delinquentes applicando: Vide
tur quod non,nam legis, vel statuti verb
non sunt transfiguranda,*l. non alitèr ff. d*
212 *leg. 3.* solus enim Princeps Fiscum ha
bet , *Doct. in l. 1. C. de bon. vacat. & in l*
1. C. de iur. Fisc. vbi latè *Cuiac. de signifi*
catione Fisci: & solùm Principi pœnas,qua
statuto inducuntur,applicãdas esse,aiunt
Affl. in prælud. Constit. Regni; Constit. 3
Foller. super prag. 5. de admin. vniuers. Sc
contrarium est verius,nam facta de mero
& mixto imperio inuestitura , omnes pœ
næ veniunt , & Barones in locum Fisc
subintrant , cum subrogatum ad qualita
tes , & subrogantis priuilegia in iuribus
in quibus extendi poterunt , subrogetur
vt ex *And.* diximus supra *Capic.dec.27.n*
17. & dec. 183. nu. 4. Boss. tit. de pœnis n
23. & in tit. de regal. nu. 15. Carau. rit
47. nu. 8. licèt alij distinguendo , fuerint
opinionis , hoc esse verùm in delictis de
213 iure prohibitis,& cognitis , sed si noui-
tèr pœna addatur ex statuto,faciens deli-
ctum,quod de iure non erat , vt in multis
Proregum bannis videmus,tunc causæ co-
gnitio , & pœna ad Fiscum, non ad Baro-
nes spectant, *Surd.cons. 152. vol.2. Foller.*
in prag. de admin. vniu. nu. 7. Franch. dec.
434. in fine, vbi de causa contrauentionis
Regiorum bannorum in reuelando fru-
mento,vel cariùs vendendo, Regiam Cu-
riam cognoscere,refert ; Verùntamèn
214 magis approbata est opinio,quod etiam
si à statuto noua pœna inducatur , & fiat
delictum , quod de iure non erat, & si in
banno , seù prag. Fisco Regio pœnas ap-
plicandas esse dicatur , nihilominus feu-
datarij in locum Fisci in eorum Vasallos
subingrediuntur , cum priuatiuè illis pœ-
næ debeantur,*Teßaur. dec. 250. in princ.*&
statim atque inducitur quid in delictum ,
succedit priuilegiorum virtus , quę sem-
per loquitur *l. Arriani C. de hæret.* licèt
inquam sit de suprema authoritate face-
re delictum , quod non erat , data tamen
pœnali lege, intrat authoritas in feudati

ge-

generalitèr ei concessa, nam sicuti Princeps potest facere de non delicto delictū, & è contrà de delicto non delictum, sic Baro, vti contentus esse debet in vno, ita aliud eidem suffragari debet, prout in indiuiduo *Boss. tit. de pen. nu. 25. Natta cons. 34. 346. nu. 9. & cons. 659. nu. 5. Petr. de pot. Princ. cap. 10. n. 10. cū seq.* addendo, Principem aliquid statuentem in feudatariorum Terris plantare, & in Baronum rebus, non autem in proprijs serere dici, & ob id pœnæ, & fructus ex noua lege prouenientes ad ipsos spectant, ac si in prędijs infeudatis Princeps ipse arbores plantasset; facta enim inuestitura de feudo, Princeps alium iurisdictionis actum in illo feudo exercere non debet, neq; pupillo dare tutorem, nisi in iustitiæ inferioris
215 defectum, *Gramm. dec. 30. nu. 11.* Imò neq; per viam legis generalis illi absq; legitima causa præiudicare potest, vt comprobat idem *Petr. vbi supra cap. 8. n. 81.* & ex *nu. 114.* inuehit contrà *Surd.* malè eū consuluisse in *d. cons. 152.* Nec releuat, si istæ pœnę in rerum natura non fuisse dicantur, nec cogitatione, inuestituræ tempore, & sic feudatarius conqueri non posset, aliquid sibi deduci, nam quicquid accidit, vel feudo, ex causa feudi, vel Vasallagij, additur, illud augumentum est feudatarij, non Domini, instar vsufructuarij, cui fundi incrementum ex alluuione accidens, competit, iuxtà *tex. in l. item si fundo §. & placuit ff. de vsufr. & Camill. de Curte in diuers. feu. fol. 85. nu. 25.* subiungit, si feudi territorium per alluuionem augeatur, in territorio etiam aucto Baronem iurisdictionem habere; Non vim faciunt adducta per *Præs. de Franch. dec. 434. in fin.* nàm in principio nostrā fundat conclusionem, & refert decisum per S. C. Baronem contrà Vasallos inquisitos de delictis, quę Inuestituræ tempore delicta non
216 erant, Iudicem esse competentem, & licèt superaddat contrauentionis regiorū bannorum causas super frumentorum reuelationibus, & contrauentione in prętijs per pragmaticam statutis, semper Regiā Curiam cognoscere, hoc tamē ab eo quod supra diximus *nu. 208.* dependet, in casibus v3. exceptis, confiscationem ad Barones non spectare, sic & hę pœnę in casibus, in quibus Barones in suos subditos iurisdictionem non habent, *Petr. vbi suprà nu. 116.* Regno de annona consulere, ad supremā Principis potestatem pertinet, vt ex vbertate pacificus Regni status cōstituatur, vnde mandando, sterilitatis tēpore frumenta reuelari, & certo pretio reddi, vel alia banna, vt à Regno bona sub pœna non extrahantur, cum ad ipsum tātùm cognitio spectet, quid mirum si ad eum pœnę debeantur? dùm sunt de exceptis à Baronibus, & Principi in vim supremæ dignitatis reseruatis, prout cognitio, & pœnę ad eundem Principem spectant, quando supremæ dignitatis vigore, quod, antea delictum non erat, prohibet, sibi soli cognitionem reseruans: tunc enim feudatarij aliquid prætendere non valent, cū nil eis auferatur, & in re sua quilibet sit moderator, & arbiter, vt aduertit *Boss. nu. 25. ibi, non vetante aliquo Principis ordine, Tess. dec. 250. nu. 5. vers. 2.* & post hos *Reg. de Ponte de pot. Proreg. tit. de prouis. §. 3. ex nu. 30. & Reg. Constantin. in l. 1. à nu. 22. C. de pæn. lib. 10.*
217 Sic & dicim⁹ de pęnis mandati spreti, & inobedientiæ à Vasallo in Superiores Magistratus commissæ, quæ ad Fiscum, non ad feudatarios pertinent, *l. mulctarum, C. de modo mult.* & ibi *Doct. in l. 1. ff. si quis ius dicen. non ob temp. arg. l. nullum C. de testib.* vbi subiectus punitur à Iudice non suo, ratione cōtemptus, offensionis, vel delicti, coram eo patrati, quia eius aures sunt offensæ, hinc Baronum
218 Vasalli cum forbanditis M. C. conuersātes, ab ipsa cognoscendi sunt, & Baronibus non remittendi, *Franch. dec. 470.* de quo articulo infrà *par. 2. ex nu. 130.* Ex qua distinctione notes, nec pœnam, neq; causæ remissionem ad Baronem fieri si eius Vasallus maioris Magistratus aures in non obediendo, & contemdendo offenderit, ex *tex. in l. cum emancipati, §. emancipatus,* vbi *glos. ff. collat. bon. Capic. in inuestit. ver. cum multarum, & vers. &*
219 *sciendum,* vnde Vasallus à Superiore citatus si contumax fuerit, illa contemptus, & cōtumaciæ pœna Baronis non erit, sed Fisci, licèt causa Baroni fuerit remissa, *Natt. cons. 580.* nec aliam Baroni contumaciam exoluet, *Carau. rit. 205. nu. 10. Tess. dec. 250. in fine, Iacob. de S. Georg. vers. de Castro nu. 12.* Sed aduerte, dum loquuti fuimus de *l. nullum C. de testib. Ricc. in suis collect.* super hac *l.* dicere, huius legis vigore decisum fuisse, ciuilem Iudicē falsitatis delictum, in causa illius ciuilis tribunalis commissum punisse, quod intelligerem ad causæ amissionem, quæ est pœna ciuilis falsitatis, nàm esset vanum persuadere, vt criminalitèr punire posset, dùm in habitu talem iurisdictionem non habet, *Franch. dec. 722. nu. 4.* prout de Iudice delegato *Conar. pract. quæst. 88. Menoch. de arb. Iud. quæst. 91.* Et Baro istis casibus remissionem petere potest, cū
220 dispositio *tex. l. nullum* non sit priuatiuè ad Barones, sed cumulatiuè, vndè præuentio datur, *Franch. dec. 147. & 582. Tes. dec. 266. Cabal. cas. 116.* & vide infra *n. 292.* Erit etiā inuestigandū, an idē erit si pœna

221 si pœna in appellationis instantia per Regium Iudicem sit imposita, an illa pœna Fisco applicetur? Dic, aut ad pœnam condemnatus est appellans per Iudicem ad quem, ob sui temeritatem in malè appellando, vel aliud contra ipsum committendo, & ad eum pœna spectat, aut verò in pęnam condemnatus est a Iudice à quo, & sententia confirmaretur, & pęna ad Baronem, non autem ad Fiscum pertinebit, cum ex confirmato, non autem ex confirmante agatur, *Gram. vot. 28. Tessaur. dec. 250. & 166. nu. 7. Clapper. in cent. caus. Fisc. 11. q. 1. Nauar. de vsur. vot. 13. Paris. de sind. ver. prouentus arg. l. cum filius ff. de verb. obligat.* Verùm si in secunda instantia Princeps pœnam in pecuniariam commutauerit, sua erit pœna, si Baro ex potestatis defectu illam in pecuniariam commutare non potuisset, acquiritur enim ei ex sua opera, iuxta notata per *Tesaur. d. dec. 250. n. 5. vers. secundo*, secùs autèm si Baro hac potestate frueretur: nam in eius preiudicium Princeps componere non posset: idem *Tesaur. dec. 266. n. 10. Petr. de pot. Princ. cap. 10. n. 15.* & conferunt adducta per *Capyc. dec. 27. n. 14. & 17.*

222 Tandem eaq; dispositio procedit, si Princeps aliquem guidauerit, aliquoduè priuilegium alicui concesserit, & eius literę, priuilegia, saluaguardię, vel prouisiones contemptę fuerint, nam de earum inobseruantia contemptores per Principem, & eius magistratum puniuntur, nō autem Baroni remittentur, *Capyc. in inuest. d. verb. multarum, vers. & sciēdum, Paris de reintegr. feud. c. 83. Tesaur. dec. 132. ex text. in d. l. cū emācipati, §. emācipatus, ff. de collat. bon.* vbi pœna ob vindictam acquisita, in bonorū collatione inter fratres sub quacumq; generali communione non venit, & *in cap. 1. §. penult. quæ fuit pri. cau. benef. amitt.* Et consequentèr id etiā in causa falsę apocę corām superiore presentatę, vel in falsorum testium productione,
223 & similibus procedit, *l. nullum, C. de test.* nam tunc superioris persona offensa dicetur, proindè ibi reus erit puniendus, nec erit Baroni concedenda causæ remissio, *Tes. dec. 226.* & idem dicitur de testibus falsum coram Syndicatoribus deponentibus, qui ab ipsis puniri poterunt, & non
224 essent ad ordinarium remittendi, cum hi syndicatores ex *prag. 1. de synd. offic.* merum habeant imperium, vt ponderauit *Reg. Ronit. in d. prag. n. 9.* aliàs secùs; Arbitri enim iuris, qui simplicē iurisdictionem ciuilem habent, de criminali cognoscere non possunt, *Marsil. in l. 1. §. preterea, n. 35. ff. ad l. Cornel. de syear.* & *Frāch. d. dec. 722.* ampliat, dictam legem nō solū respectu falsitatis procedere, verùm etiā cuiuscumq; offensionis, vel superioris iurisdictionis contemptus, in quibus casibus superior cognoscere debet; Et ex prędictis dùm multi Regię Audientię Calabrię carceres frangere coniurassent, inter quos erat quidem Marchionis Vallis vasallus de homicidio inquisitus, de quo remissionis pendebat articulus, in cuius expeditione fisci patronus dicebat eum re-
225 mittendum non esse, cum R. Audientiā ille in dicta coniuratione offendisset, iurisdictio enim ob carcerum violationem lęditur, *Franch. dec. 679. Farinac. de carcer. q. 30. n. 12. cū seq.* sed quia maior pęna erat illa, de qua reperiebatur inquisitus, & conuictus in Baronali Curia, & coniuratio ad conuincendum delictum coadiuuit, fuit remissus, iuxtā practicam *Carau. rit. 269. n. 14. Foller. in praxi crim. verb. carcerentur, in fine*, vbi quando maior expectatur pęna, carceratus remittitur, cum
226 clausula, *sed si superiori pęnę locus remaneat, carceribus restituatur.*

Sicq; si vasallus in exercitio deliquerit, eius criminis cognitio ad Regem, non ad Baronem spectat: Verùm si Nuntij, & alij
227 Commissarij graue delictum commiserint, Baro ad informationem, & capturam superioris nomine procedere poterit, & statim illum de delicto certiorare, nam licèt quis ordinarij foro sit exemptus, non adeò tamèn, vt delinquendo capi non debeat, vt remittatur, *Felin. in cap. fin. n. 7. de foro comp. Boer. dec. 9. Frecc. de subfeud. tit. de dif. feud. quatern. in fine.* Si verò delictum vltra relegationem nō fuerit, sed in excedendo eorum commissionē
228 deliquerint, tunc Baronibus tantùmmodò contra illos informationem capere, & Superiori remittere, non autèm eos carcerare permittitur, vt in *prag. 34. §. 12. ff. de offic. mag. Iust.* & ita in delictis ad officiū pertinentibus, nàm si extrà officium deliquerint, & exemptionis priuilegium non haberent, Baro ipsos cognoscere, & castigare poterit, ad *tex. in l. fin. C. de argent. in rub. lib. 12. & in cap. cum inferior de maior. & obed.* vbi Episcopus Archiepiscopum in sua diœcesi delinquentem punit, *Clar. q. 35. n. 14. Foller. in vers. audiantur excusatores, n. 145. Tap. in const. Magister Iustitiarius, n. 21. Carau. rit. 49. Cabal. cas. 53. Boer. dec. 9.* & dicam infrà *par. 2. ex n. 189.* Id procedit etiam in Baronum Officialibus iurisdictionem administrantib⁹, nàm & si immediatè à Rege non dependeant, de eorum tamèn delictis sola Mag. Curia cognoscit, etiā si Officialis sit illius
229 Baronis vasallus, ac etiā si pro delicto tempore administrationis commisso finito officio conueniretur, *Andr. in d. const.*

Z *Magister*

Magister Iustitiarius, Caraû.rit.49. Franch. dec. 274. 407. & 505.

Sed eò redeundo, vndè digressi sumus. Baro fiscû non habet, pęnas tamèn fiscales consequitur, vt diximus, hoc verò intellige, locû sibi vendicare quò ad pęnas, quę totales fisco ex delicto deferuntur, secus si partibus applicentur, hinc notes,
230 quod vbi lex, statutum, vel bannû parti dat actionem, vel pœnam imponit in recompensam damni ab aliquo passi, vel pœna sit conuentioualis, semper quod nô sit expressum, cui sit applicanda, debetur illi, de cuius lęsione, seù interesse agitur, *Bart. in l. agraria, ff. de term. moto, & in l. prima, C. de modo mult. arg. ex l. post legatû §. ammittere, ff. de his, quæ vt indig. Viuius dec. 59.* & sic, si dupli, vel tripli pœnam imponit, nàm si simplum parti debetur, illud plus similitèr eidem competit, cum ad priuatorum introducta videatur proùt etiam in pœnis fraudatę gabellę non gabellario, seù conductori, non fisco deferuntur, *l. fin. §. diui, ff. de publican.* de quibus latè per *Pereg. de iure fisci tit. de pęn. & mult. Auend. de exequ. mand. lib. 1. cap. 2. n. 13. Reg. Constant. in l. 1. ex n. 6. C. de pœnis fiscal. lib. 10.* & ibidem pro prędictis pœnis post sententiam hypotecam dari, & quando pœna diuidenda est intèr fiscû,
231 & partē, fiscum pro sua portione esse preferendum, condemnato non existente
232 soluendo, ex *Couar. var. resol. cap. 16. n. 8. lib. 1.* etsi ab ea recedat, *Pereg. loc. cit. n. 12.* & faciunt adducta infrà *n. 384.*
233 Et ad principalem quęstionē dubitari contingit, an Baro, fiscalem procuratorē tenere valeat, qui in eius Curia pro criminibus puniendis, & eorû pœnis assistat, & audiatur, prout Regij Superiores habent, dic Reipublicę delictorum coërtionem interesse, & quam satis necessaria
234 esse, docuimus supra *prag. 6. in princ.* & proindè Baronibus aliquem Curię super criminalibus causis assistentem detinere licet. Verùm nomen fiscale ei conuenire non potest, nàm vt dixi *n. 212.* Baro fiscû non habet, sed Curię Coadiutoris nomen est tributum istis talibus, qui accusatoris munere funguntur, *Campag. in cap. Regni incip. Plerumq; n. 9.* & ita iudicatum fuit in S. C. intèr Vniuersitatem Pisticij, & Baronem, Act. de Felice. Hinc Barones Coadiutorem, non autèm fiscalem procuratorem creant, qui solùm Principis rebus, & eius Curijs pręponitur, nisi Baro specialē pęrogatiuam in Inuestitura de hoc habeat, vt Bisiniani Princeps: Qui Curię Coadiutor legitimâ repręsētat pērsonam cōparendi, impinguandi scripturas,
235 & testes impugnandi, *Crauet. conf. 168. Ann. sing. 97.* & ex antiquis *Marant. in sua prax. vers. inquisitionis n. 78.* & in omnibus est citandus, aliàs de nullitate dicere potest, *Viuius dec. 378. Mastrill. de indult. q. 36. n. 16. Auend. de exeq. mand. cap. 7. n. 3.* nam iste tertius, liti publicę vtilita-
236 tis interesse dicitur assistens, vt delicta coerceantur, ac pro ipsius Baronis interesse, nam etsi quilibet, licèt non sit principalis conuentus, sed pro secundario interesse, de quo dubitat, liti assistere petere valeat, & est audiendus, *l. si suspectum, ff. de inoff. testam. Doct. in l. sępè, ff. de re iud. Crauet. cons. 14. Gaill. pract. obs. 69.* cum
237 *seq. lib. 1.* eò magis Curię Coadiutor, *Clar. q. 10. n. 3.* & pro publica vindicta, *l. ita vulneratus, ff. ad l. aquil.* ac pro priuato Baronis interesse, cum ex criminum
238 pœnis ipse fructus consequatur, *l. fin.* vbi *Bart. ff. solut. matr.* Et sic, procuratoris fiscalis instar, de nullitate tantùm dicere poterit, nam licèt de iure communi appellare ei permitteretur, *l. illud, l. 2. ff. de appell. l. 1. C. de sent. contra fisc. lat. retract. Gabr. Rom. tit. de malefic. conclus. 14.* in Regno tamèn à liberatorijs sententijs fisco denegatur appellatio ex dispositione *Rit. 258.* solùm quando notorium adest grauamen, recursus datur, qui appellationis loco habetur, *Gram. dec. 14. Franch. dec. 148. & in dec. 398.* quod sententiam ex errore latam etiam impugnare valet.
240 Item appellatio fisco datur, si de aliquo incidenti tractetur, non de diffinitiuo, idē *Franch. dec. 470. n. 10.* Ac nota, Barones licèt ius defensionis ad eos, & eorû Coadiutores, vti in fisci locû subrogatos pertineat, causa tamèn apud Regios Superiores introducta, legitimam personam amplius insistendi, ibiq; comparendi non habere, *Rouit. de sent. foriudicat. n. 24.* adest enim fiscus, qui suum explet officiû, ideò inferioris partes cessant. Aduerte etiam fiscû rei appellationi de iure inhę-
241 rere non dici, sed per *prag. 7. de appell.* quotiescumq; inquisitus appellat, fiscalis adhęrere dicitur, nisi pars quęrelans in iudicio adesset, & non appellasset, quia tunc dictæ pragmaticæ dispositio nô procedit, *Praf. de Franch. dec. 467.* Demùm Baro fiscalem Coadiutorem tenere potest, quā-
242 do solitum est, sed nisi sit solitû, adhuc eum constituere poterit, quia sibi de iure licet, nisi contraria consuetudo legitimè præscripta adesset, *Bal. in l. ea quidem, col. 9. C. de accus. Pręposi. in cap. de accusation. 2. q. 8. Foller. in pract. crim. can. vers. denunciatione, n. 12.* & ita iudicatum fuit pro Vniuersitate Petrę Paganæ cum Barone, tunc enim quando adsit consuetudo in cōtrarium repellendi Coadiutorē, ipsemet Officialis fiscales partes gerere dicitur, cumque omnia acta coram eo fiant, pars

in

in intimando Coadiutorē non est vexāda.

243 Sed pro huius principalis articuli cōplemento, aduertas, Baronem fiscales licèt pœnas habentem, fiscalia tamèn iura in sua Baronia non sequi circa bona, sine morientis hærede, vacantia, hæc enim vti de regalibus sunt excepta, *cap. 1. §. bona vacantia, quæ sint regalia, l. 1. & seq. C. de*

244 *bon. vacant. lib. 10.* Vndè si in inuestitura clausula non adsit, *& cum bonis vacantibus*, vti de regalibus, Principi, non Baronibus, debentur; *Bar. & Ang. in l. 1, C. eodem. Capic. in inuestitura, verb. cum bona vacantia, Frecc. de subfeud. auth. 14. Pereg. de iure fisc. lib. 4. tit. 3. Franch. dec. 25. Bonad. in sua pol. lib. 2. cap. 16. n. 216. Amaya in d. l. 1. n. 36.* Et quamuis contrarium, bona vacantia Baronibus competere substinuerunt, *Bal. in l. 1. C. de hæred. Decur. lib. 10. Ioan. de Plat. & Rebuff. in l. cornicularij, C. de appar. præfect. prætor. lib. 11. Belluc. de spec. princ. rub. 24. vers. & primo n. 12. Borrell. de magistr. lib. 4. cap. 12. Marcill. de magistr. lib. 3. cap. 10. à n. 368. Coler. dec. 72. Gasp. Kloc. de Erar. lib. 2. cap. 136.* se fundando in ampla concessione, qua sunt Barones, præcipuè in Regno inuestiti, itaut dici posset cum *glos. in rub. C. de stud. Vrb. Roman. lib. 12. (scissum est Imperium)* Et quia Barones dùm merum hodie habeant imperium, confiscationem consequuntur, & proindè bona vacantia etiam assequi debent, vti tacita bonorum confiscatio, Adstipulari etiam videtur cōstitutio Regni incip. *Dohanę*, per quam Regijs Officialibus mandatum fuit confiscationem fieri bonorum morientiū absq; hæredibus, & subiungitur (*laicorum morientium sine hæredibus de Terra demanij nostri*) alitèr forsan de Baronum terris indicando, inclusio enim vnius, est alterius exclusio. Prima autèm opinio irrefragabilis videtur, ex *cap. 1. de regal.* vbi bona vacantia inter regalia connumerantur, & ea nemini cōpetere subiungitur, nisi specialitèr concedantur; Verùm est Reges ex tot amplis concessionibus, se regalibus quasi expoliauisse, sed vendicant sibi locū, quando ea concesserunt, & sic semper ad inuestituram est deueniendū, si hæc clausula cum bonis vacantibus adsit. Nec obstat, quod bona vacantia habentur loco tacitæ confiscationis, non enim est idem, & si esset, differunt; nam si Baronibus permittatur confiscatio, & quia ex delicto dependet, & sic condemnationis pęna, quę pœna, facta meri imperij ad Barones concessione, priuatiuè ad dominum inuestitū spectat, vt dictū fuit supra sub *n. 213.* Nec vim facit dicta *Const. Dohanæ*, nam ibi pręsumi debet noluisse Regem Baronibus de facto suorum vasallorum absq; hęredibus morientium inauditis confiscando præiudicare, cū multi ex eis has prærogatiuas ex inuestituris habere possent, vel intellexisse nostri Demanij, scilicèt nostri dominij. Vndè à prima opinione non est discedendum, Bona scilicèt vacantia ad Barones non pertinere, nisi in inuestitura sit dicta clausula, *& cum bonis vacantibus*, vel generalitèr cum omnibus regalibus, aut saltem similibus vbi est eadem ratio, iuxta notata per *And. in rubr. de regalib. sub n. 3.* Benè verum multas concessiones in Regno perlegi, & sunt omnes cum istis prærogatiuis bonorum vacantium Baronibus collatæ.

245 Limita tamèn in casibus à iure declaratis, vel ex priuilegio concessis, vt alij in his vacantibus bonis, excluso fisco, succedant, nempè si quis de Collegio non relictis hæredibus moriatur, tunc Collegiū succedit, ex *l. 1. C. de hæred. Decur.* & fiscū, & Baronem excludit, *glos. in l. si quando, C. de bonis vacant.* Et sic, si clericus ita moriatur, Ecclesia succedit, *l. si quis præsbyter, C. de Episc. & Cler.* Viroq; in hæredē defectum succedit Vxor, vt in *Auth. præterea, C. vnde vir. & vxor.* Bona verò indignorum scilicèt eius, qui testatori grauem intulit iniuriam, vel eum interfecit, vel defuncti necem non vltus fuit, si eum in testari prohibuerit, & similium delictorū, ob quæ ab eis vti indignis bona auferuntur, & fisco applicantur, iuxtà *tit. ff. & C. de ijs, quibus vt indignis*, tamèn Fiscus in his bonis non ipso iure succedit, sed postquam ille indignus hęreditatem adiuit, vt in *l. fin. circa finem, ff. de bon. damn.* ibi *Et eius hæreditatem adijt, vel bonorum possessionem accepit*) & postquam sit probatū delictum, ob quod redditur ille indignus, tunc ab eo bona auferuntur, & non antea *l. lucius in fine*, ibi: *Quæ scelere quæsita probari possunt, fisco competere posse, ff. de iur. fisc.* Et hęc exceptio indignitatis, tantùm à fisco, non a Cohæredibus apponi potest, *glos. in l. his consequens, §. 1. ff. famil. ercisc.* ibi: *Ante sententiam à cohæredibus non re-*

247 *pellitur, licèt repellatur à fisco.* Cohæredes enim opponerent de iure tertij, scilicèt fisci, & sic ea exceptio non esset exclusiua intentionis agentis, *l. loci corpus, §. competit, ff. de rei vendicat.* In bonorū verò incapacis successione, nil fiscus prætēdere valet, sed ad successores ab intestato eius hæreditas spectat, *Peregr. de iur. fisc. tit. 3. Farin. q. 120. Barbos. in l. quod hostes §. 1. n. 8. ff. solut. matr. Consil. Marcian. cons. 3. Reg. Sanfel. dec. 70. Montan. de regalib. §. bona damnatorum.* Item bona meretricis turpitèr quęsita ad successores ab intestato, & non ad fiscum, si intestata decesserit, spectant, *Bal. in l. 1. C. de condit.*

248 *ob turp. cauf. Doct. in cap. cum decorem de vit. & honest. cler.* licèt in meretrice occulta alitèr sentiat *Viu. dec.* 482. fisco esse eius bona applicanda.

249 Inter bona vacantia, etiam naufragorum bona computantur, quando Domini, vel eorum legitimi successores nō supersunt, nam tunc vti bona vacantia, quę sūt de regalibus, per fiscum sequestrantur, donec dominus, vel hæres reperiatur, vt ex *d. Constit. Dohanę*: Si enim legitimi successores adessent, ad eos spectant, iuxtà *tex. in l. 1. C. de naufra. lib. 10. Auth. nauigia, C. de furtis*, & latè per *Gasp. Klock. de erario cap. 114. lib. 2.* Et an expositorū bona Nutritori, Hospitali, Fisco, vel Baroni sint applicāda vide *Præs. Franch. dec. 298. Thesaur. dec. 218.*

250 Animalia deperdita, seù excadentialia, facta per conuicinia proclamatione, fisco applicantur, vti bona vacantia, & iuxta *Const. Peruenit ad aures*, non autèm ad Barones, nisi in eorū inuestituris adsit dicta clausula, *& cum bonis vacantibus*,

251 *Borell. de magistr. lib. 4. cap. 12. ex n. 12. Klock. cap. 116. à n. 34.* Sic debent esse Regis omnia; alia inuenta, quorum dominus ignoratur, nempè pecunia, aurum,

252 argentum, lapides pretiosi, & quęlibet res, quarum dominus nō appareuerit, nam si per annum dominus non venerit, fiscalibus vtilitatibus ascribuntur, iuxta *const. Regni Pecunia.* In foro tamèn poli bona incerta, inuenta, vel naufragorum pauperibus, non autèm fisco esse applicanda,

253 firmant *Doct. in d. auth. nauigia, Couarr. reg. peccatorum 3. par. prime relect. §. pater n. 5.* prout Episcopus mortui peregrini coniunctos non habentis bona inter pauperes distribuit, vt in *Auth. Omnes peregrini, C. com. de success.* At *Peregrin. de iur. fisc. tit. de bon. vacant. n. 30.* distinguit secundum ius commune, aut quæ inueniuntur sunt mobilia, quæ in alterius bonis non fuerunt, vt lapilli, & gemmæ in maris littore inuentæ, & ea inuentori, non fisco debentur, iuxta *§. Item lapilli inst. de rer. diuis.* aut ea de bonis alicuius fuerint, vti anuli, ornamenta, & alia, & hæc nec fisco, nec inuentori applicantur, adeò, vt ea occupans, & non denuncians, furtum committere dicatur, *cap. si quid inuenisti, 14. q. 5. l. falsus, §. qui alienum, ff. de furt.* & facta diligenti inquisitione, domino nō reperto, Episcopo assignanda sunt, vt ea in pauperes distribuat, licèt de facto, vt plurimum non obseruetur, quinimò scribunt, facta diligenti perquisitione, & domino non inuento, inuentores ea sibi retinere posse, cum intentione ea restituendi, si dominus reperiatur, *iux. l. Moysis in in Deutor. cap. 22.* ibi, *non videbis bouem, aut ouem errantem, & præteribis, sed reduces in domum tuam, & erunt apud te quandiù quæret ea frater tuus, & recipiat*, & sic etiam de iure communi, vt in *l. 3. §. neruа Filip.* ibi: *Pecus oberrauerit, ff. de acquir. poss.* talis enim restitutio non est præceptum de iure diuino, naturali, vel ciuili, sed de Patrum consilio, & contraria locū obtinent in his, quæ illicitè sunt acquisita, *cap. cum tui de vsur.* non autèm in casu nostro, in quo rei alienæ inuentor diligentia facta, quis sit eius dominus? quid illicitum non tenet, si animo restituendi donec dominus reperiatur, retineat, & proindè in conscientia et posse retineri concludendum est, vt abundè per *Sotum de Iust. & Iur. lib. 5. q. 3. art. 3. Arag. eod. tit. q. 66. art. 5. Ioi Medin. de restit. q. 3. caus. 11. Couarr. reg. possessor. 3. dist. par. §. 1. n. 6. Merc. de contract. lib. fin. cap. 15.*

254 Et si inuentor sit pauper, pro sua necessitate eò magis, tanquam vnus de pauperibus illis vti poterit, *Guttier. pot. can. lib. 2. cap. 9. n. 11. Io: Kappen. dec. 9.*

255 Bona verò à latronibus capta similitèr dominis sunt restituenda, *l. post liminium, §. cū piratis, ff. de cap. & postl. reuers. Coler. dec. 146. n. 4. Gasp. Kloc. de erario cap. 115. lib. 2.* sed incerta capientium erunt, arg. *tex. in l. 2. C. de commerc. & mercat. Petr. de pot. Princ. art. 16. n. 3.* & sic seruatur, ob periculum, & præmiū capientium, nisi eorum bona sint alicuius considerationis, nam tunc capientibus tantùm decima daretur, vt in *const. Peruenit ad aures*: Sic constitutum est de personis, & bonis in bello, vel à pyratis, vel hostibus captis, nam iure gentium capiē-

256 tium fiunt, *l. generalem, §. fin. ff. de acq. rer. dominio. l. hostes, ff. de verb. signif. l. si quid in bello, ff. de capt. & postlim. reuers.* siuè in aciem belli, siuè vbicumq; ab hostibus capiantur, *Reg. de Ponte de pot. Proreg. tit. de trirem. ex n. 3.* & latiùs per *Reg. Moles in suis decis. tit. an bona hostium capta in Regno spectent ad Proregem vt Ducem generalem?* Dummodo ea bona sint hostium effectiua, non tamèn nostratibus depredata, nam dominis essent restituenda, *l. post liminij, & l. latrones. ff. de cap. & postlim. reuers. Gramat. decis. 71. Franch. dec. 268. Valasc. consult. 30. Gamm. dec. 384.*

257 Exceptum, ac prohibitum est Baronibus alterare, dispensare, & minuere nō solùm ea, quæ sunt Iuris diuini positiui, iuxtà distinctionem factam supra *prag. 6.* verùm etiam, quæ sunt iuris naturalis, vel gentium, super quibus nec Princeps, nisi ex vrgenti, & publica vtilitate disponere valebit, vt dixi in 1. *prag.* sed neq; super iure positiuo, cum soli Principi hoc liceat, *Boss. tit. de Princ. n. 287. Andr. &*

Afft.

258 *Affl. in prælud. conſt. quæſt.* 12. Hinc eſt,
vt Baro reſcribere non poſſit, ſine ſcrip-
tis; & iudicij figura cauſas tractari, quæ
iure ordinario ſunt cognoſcẽdæ, *Lanfrãc.
in clem. ſæpè de verb. ſignif. Marant. in ſua
prax.* ibi: *Iudicium mercatorum, in princ.
Carau. rit.* 288. *n.* 9. nam dubitatur, an
Principi ſine cauſa hoc liceat? *Teſſ. dec.*
15. Reſoluuntur enim hæc memorialia
in excitatoriam tantùm iuſtitiæ *Pariſ. de
ſind. verſ. ſententiæ, verſ. hæc tamen,* & in-
nuit *Prag.* 10. §. 14. *de offic. Iud. & prag.*
1. *n. in marg. de delegat.* & quia iuſtitiam
Barones adminiſtrare non poſſunt, ideò
259 nec memorialia expedire debent, vt of-
ficiales ſic, vel alitèr faciant, *Petr. de pot.
Princ. cap.* 6. *n.* 86. *Auend. de exeq. mand.
cap.* 5. *n.* 7. *verſ. item refert, Maſtrill.* poſt
hæc *de magiſtr. lib.* 4. *cap.* 16. *à n.* 181. Et
proindè nec pœnalia banna vltrà iuris di-
ſpoſitionem valent, ſi pœna corporalis,
vel tormentorum, vel ictuum cordæ im-
ponatur, vt quidam inſipiens Iudex ema-
nabat, nam inferiores Iudices pœnas alte-
rare non valent, *And. in c.* 1. *n.* 2. *de pace
tenend. Paris de synd. ver. tortura, verſ. an
in cauſa pecuniaria, Marant. in art. quæſt.
inferendæ, Maſtrill. de magiſtr. lib.* 4. *cap.* 18.
ex n. 16. ſicq; ſine iuris ordine reos ex pro-
ceſſu informatiuo torqueri non licebit,
261 quia hoc ſoli Regi conuenit, & Mag.
Cur. ex *cap. Regni Si cum ſceleratis in caſi-
bus atrocioribus*, iuxtà annotata ſupra *n.*
76. licèt ſecùs eſſet in cauſis publicorum,
& inſignium latronum, cum in his ordo
ſit, ordinem non ſeruare, *Viu. dec.* 168. &
conſequentèr vanam dicimus opinionem
tenentium, Barones peremptas inſtantias
reſtaurare, & vitæ ſpiritum inſufflare
262 poſſe, cum Barones reguli in ſuis terris
dicantur, *Marant. diſp.* 6. *n.* 14. *Carau. rit.*
49. *n.* 6. *Frecc. tit. de orig. Bar. n.* 8. nam hoc
intelligitur, eſſe verum circa inueſtita, de
quibus Rex dicitur expoliatus, vt dixi ſu-
pra, ſecùs in non conceſſis, & exceptis, &
ita præſens noſtra pragmatica dictat, Ba-
rones vltrà conceſſa non exercere, & ſic
ſoli Regi, & cum regali dignitate inueſti-
tis, vt magni Ducibus vitæ ſpiritum in-
ſufflare competit, ex *rit. M. C.* 248. *Gram.
dec.* 69. quicquid dixerit *Crauett. conſ.* 266.
nam diſpenſatio ſupra ius non eſt inferio-
rum à Principe, & ſic clauſula *non obſtan-
263 te*, ſolius Principis eſt, *l. formam de offic.
præt. Alex. conſ.* 123. *vol.* 2. *Gram. conſ. ciu.
cõſ.* 32. *n.* 10. Regijs verò Audiẽtijs Hydrũ-
264 ti, & Barij, ex particulari priuilegio,
hæc vitæ ſpiritum inſufflandi facultas eſt
conceſſa, *Rouit. in rub. de inſt. cauſ. à n.* 18.
Et ſimilitèr Barones proceſſum nullum,
tàm circà naturalia, quàm circà ſubſtan-
tialia reſtaurare non poſſunt, *Affl. in præ-
lud. Conſtit. d. q.* 12. *Maſtrill. vbi ſupr.*
3. cap. 10. *n.* 127.
265 Nec omittam quod conſultus reſ
di, an Baro alicui vaſallo ab onere pe
nali, reali, vel mixto, immunitatem
cedere valeat, cum quidam vaſallos
ſeruientes, & ſic aliquos venatores im
nes facere poſſe prætenderet. Dixi,
Principi immunitatem dare eſſe per
266 ſum, *l.* 1. *C. de immun. nem. conced. libr.
l. venatoribus, C. de excuſ. man. libr.* 11.
*cum inſtantia, de cenſib. gloſ. & DD. in l.
nes, C. de annon. Bald. in Auth. habita,
fil. pro patr. Surd. conſ.* 278. *Antib. de mu
fol. fin. num.* 97. & ita deciſum fuit in Sa
Conſilio contra Baronem, qui venato
& ſuos ſeruos fecerat immunes in cau
Vniuerſitatis Biccari cum Marcello
racciolo. Act. Figliola. Sed intellige
ſeruis, & venatoribus vaſallis colle
obnoxijs, ſecus de exteris, qui ad oner
li loco non ſunt obnoxij, *Seſe deciſ.* 9.
inquam Principi, non autèm alijs quer
immunem declarare competit, & ipſe
lus immunitatem concedere valet, &
his adeò ſtrictè proceditur, vt ſi Prince
immunitatem concedat, licèt eius gra
latiſſimè ſint interpretandæ; quia tan
267 Vniuerſitati præiudicatur, perſon
illa cenſetur, vt per *Oſaſch. deciſ.* 95. *nu.*
& in ſui præiudicium, non autem con
uium conceſſa videtur, *Luc. in l.* 1. *C. de
cuſ. mun. lib.* 10. *l. actores, C. de exact. trib
Mut. Surg. in addit. de Neap. illuſtr. fol.* 38
quod obſeruari in Regia Camera di
Reg. Tap. de Conſt. Princ. in rubr. 4. *num.* 3
niſi eſſet immunitas ex iuſtitia conce
vt in patre duodecim liberorum nume
onuſto, *l. ſemper, ff. de iur. immun.* & in h
268 caſu immunitas ad gabellas præcede
tes impoſitas propter debita ab eo eum
alijs contracta pro vniuerſalibus neceſ
tatibus impoſitas, non extenditur, nec
ea, quibus ipſi participes fiunt, vt p
ſcuorum, medicorum, viarum, concion
torum, & huiuſmodi commoditates, *M
rant. conſ.* 80. *Theſ. deciſ.* 257. *et* 149. *Reg. R
uerter. deciſ.* 438. nam regularitèr in h
269 ſtricta fieri debet interpretatio, *Præſ.
Franch. deciſ.* 259. *Surd. deciſ.* 35. *Theſ. d
ciſ.* 267. ſecus ſi in remunerationem, &
concedentis præiudicium gratia fiat, *C
pel. Tholoſ. deciſ.* 348. *Rip. in l. ſi ſe abſtuli
ff. de re iud. n.* 37?
270 Nec Vniuerſitas alicui immunitate
tacitè, vel expreſsè concedere poteſt, cu
ſit contra publicam ciuium vtilitatem
l. vacnatis, C. de decur. lib. 10. *l. immunitate
C. de agric. & cenſ. lib.* 11. *Capyc. in inueſti
fol.* 124. *verſ. priuilegium ab Vniuerſitate*
ita vt neq. Sindicus, & Electi pro eo ann
quo adminiſtrant, collectarum immun
tate

tate sunt exempti, secundùm *Ann. sing.* 482 contrarium tamen pro illo anno, tam pro personalibus, quàm pro extraordinarijs oneribus immunitatem eis concedi probat *text. in l. curiales, l.* 1. *C. de decur. lib.* 10. *Guid. Pap. decis.* 398. *Capyc. in inuest. ver. gabella, vers. Camerarius*, qui ad Baiulos id etiam extendit, & *Auil. pol. pret. cap.* 45. *vers. poner. num.* 2. etiam ad Vniuersitatis casserios ampliat, & latè per *Reg. Rouit. de-*
271 *cis.* 70. vbi collecta pro militum hospitijs imposita, cum sit munus ordinarium, Sindici, & Electi ab ea non sunt exempti, sed tantùm ab actuali hospitatione, vti ab extraordinario munere. Et an Vniuersi-
272 tas meritorum causa immunitatem à collectis, alijsq. oneribus cuiquam concedere possit, iuxta *text. in l. cum qui, C. de decur. lib.* 10. *Bart. in l.* 2. *in fin. ff. de iur. immun.* dicit, Ciuitatem ex causa immunitatem concedere posse, & maximè si Fisco damnum non inferatur, sequitur *Io. de Plat. in l. vacuatis, num.* 3. *C. de decur. lib.* 10. & licèt *Paris. cons.* 69. *volum.* 1. hoc ius de regalibus esse referre videatur, tamèn est intelligendus quoad priuilegij concessionem, non quoad remittendum ius, quod ad ciues spectare potest, dum ipsi statuere valent, *l. non tantum, § fin. ff. de decur.* Contraria opinio est magis recepta, Vniuersitatem sine Principis assensu ex quauis causa non posse, ex *d. l. vacuatis*, ibi, *Neq. consensu ciuium, l. immunitates, C. de agric. & cens. lib.* 11. *l.* 1. *C. de his, qui à princip. vacat. accep. libr.* 10. & *Luc. in l.* 1. *C. de ijs, qui à princ. vacat.* dicit, tria requiri, causam, cõsensum, & authoritatem, *Mut. Surg. f.* 386. & *Osasch. decis.* 95. *Peregr. de iure Fisci, tit. de conduct. num.* 22. & in Regno est cautum per *prag.* 5. § 9. & *prag.* 8. *de adm. vniu.* prohibendo Vniuersitati donare, Principis licentia non præcedente, imò nec exteris,
273 vt si ad habitãdum veniant, immunitas concedi posset, *Osasch. decis.* 95. *num.* 19. *Azeued. lib.* 7. *tit.* 9. *l.* 25. & faciunt notata per *de Ponte de potest. Proreg. tit. de feud. inhab. Franc. Marc. decis.* 102. *par.* 1. limita tamèn in casibus à iure permissis, nempè ad beneficium literarum, & liberalium artium professorum, & medicorum, quibus per *text. in l.* 1. *C. de decr. decur. lib.* 10. permissum est, per Vniuersitates immunitatem concedi posse, *Les. de iur. vniu.* 3. *par. cap.* 10. *Amaya in l.* 1. *ex num.* 36. *C. de imm. nem. conc. libr.* 10. & non solùm Barones, quia sunt immunes, immunes etiam sibi seruientes reddere nequeunt, vt diximus, verùm etiam Ecclesiasticis non permittitur, à muneribus quem eximere, *Luc. in l. Senatorum, C. de dignit. lib.* 72. *Capyc. d. ver. collecta, vers. vasalli, & familiares, Gram. cons. ciuil.* 102. *Thes. dec.* 116. nec fori priuilegio ipsius domini potiri possunt, iuxtà distinctionem *Capyc. dec.* 12.
274 Ac tandem nec dilationem debitoribus Barones dare poterunt, *l. vniuersa, C. precib. Imp. offer.* cum Principis sit suspendere, & super creditorum iuribus dispensare, & ad quæ hæc dilatio extendatur?
275 vide *Thes. decis.* 91. & 180. *Ann. sing.* 463. *Boer. decis.* 295. & *Carauit. rit.* 287. nec cõtra Neapolitanos locum habet *Franch. decis.* 179. *in fin.* in Regno enim ex gratia moratoriç in eorũ damnum non expediũtur, vt in *pragm.* 1. *de cess. bon.* & in Regia Audiẽtia Calabriæ citra consuetudo aderat antiqua, vt Præsidi mensis dilationem debitoribus dare liceret. Sed dum aliqui mercatores se opposuissent, ex Collaterali Consilio fuit rescriptum, vt se abstineret, & licèt Sua Excell. de antiquo stylo certioraretur, non fuit habita responsio.
276 Et non est nouum maioribus Tribunalibus, non autèm alijs Iudicibus, & feudatarijs dierum dilationem dare permitti, *Thes. dec.* 186. vnum tamèn aduerte, Principem, vel Proregem, si ex aliqua vrgenti
277 causa dilationem dare voluerit, quinquennium excedere non posse, aliàs esset debitum remittere, *Ias. in l. quoties, num.* 5. *C. de precib. Imp. offer. Guid. Pap. decis.* 97. & 109. Ex qua ratione inferas, nec guidatica pro causis criminalibus longo tempore fieri posse, *Barbos. in l. si quis postea, num.* 147. *ff. de Iudic.* dilationem autèm ad
278 creditorum instantiam cuilibet ordinario Iudici, absq. alia Superiorum authoritate, debitori dare licet, cum iure permittatur, creditorum accedente maioris partis consensu, non concurrentes ad dandam debitori dilationem, cogi posse, *l. maiorem C. de pact. l. fin. C. qui bon. ced. poss. Afflict. decis.* 228. nec vim facit *Viu. decis.* 38. *n.* 2. qui fuit opinionis, istam dilationem nisi a Principe concedi posse; nam ea sustineri non potest, nisi in dilationibus gratiosis, non autèm in mera iustitia fundatis, vt aduertit *Carauit. rit.* 287. *num.* 3. quod enim ex iustitia petitur, non aliam requirit authoritatem, quàm legis, *Vasq. cont. cap.* 35. *num.* 24. & quando creditores, iurisdictio-
279 ni Iudicis, a quo petitur dilatio, subditi non essent, aditur Regiæ Audientiæ, vel M. Curiç Tribunali, quę *l. maiorẽ* procedit, concurrentibus creditoribus anterioribus, & posterioribus: nam si concurrant solùm anteriores, alijs nolentibus concurrere, non præiudicarent, *DD. in dict. l. fin. Franch. decis.* 179. adeò vt etiam dotis
280 creditores liget, idem *Franch. decis.* 82. & 219. & an hæc dilatio ad impetrantis
281 hęredes transeat? *dec.* 179. & an fideiussoribus prosit? singulariter contra *Vrsil. idem Franch. dec.* 88. *Barz. dec. Bonon.* 78. &

an

an contra deponentes locum habeat? ne-
gat *Franch.decis.*151.neq.pro domus pen-
282 sione refragatur *Ann.singul.*101.& con-
currētia non pro sorte, sed pro tertijs da-
tur,*Rouit.pragm.3.de cess.bon.nu.*11. quod
intellige, si sortis, & capitalis instrumen-
tum non sit liquidatum, & rescissum. Sed
an a decreto super concurrentia detur ap-
pellatio? idem *Rouit.pragm.1.cit.tit.*& an
debitor cautionem dare teneatur, iuxtà
d.l.quoties, C.de precib.Imper.offer. Barz.
283 *loco cit.* Quæ autèm Principi narrari
oporteat, vt moratoria ex gratia valeat,
& substineri possit, enumerat *Menoch. de
arbit.iud.cas.303.num.*14.Hucq; refert di-
284 cere de Brundusino priuilegio, de quo
Maxil.tit.de cess.bon.super consuet.Bar. vbi
quinquennalis dilatio datur, accedentibus
ibi ad habitandum, quod priuilegium,
quando procedat, refert *Petr.de pot.Princ.
cap.24.num.*255. limita tamèn secundùm
adducta per *Boer.decis.*297. & dicta dila-
tio, & priuilegium procedunt data cau-
tione, iuxtà *l.vniuersa,C.de priu.Imper.off.*
non autèm in debitis fiscalibus, *Bart.in d.
l.vniuersa,*nec facta carceratione, vt plu-
ries fuit obseruatum in Regia Camera, &
latè per *Apicel.in tutam.paup.*

285 Nec super natalibus dispensare Ba-
ronum est,*l.3.ff.de natal.rest.* naturę enim
imperfectionibus succurrere maculas ab-
stergendo a celsitudine dependet, §.*illud,
Auth.quib.mod.natur.effic.sui,* & qualitèr
Proregi ad patris, vel filij instantiam na-
turalem, vel spurium legitimare liceat,&
quando sit necessaria venientium ab in-
testato citatio? sunt videnda adducta per
Reg.de Ponte de potest.Proreg.tit.de legit.&
286 *per Consil.Pascal.de patr.potest.par.2.
cap.*4.& sic an legitimati,Familiæ, & Se-
dilium honores consequantur,& an sine
Principis rescripto pater naturalem fi-
lium legitimare valeat, prout per subse-
quens matrimonium? vide *Surd.cons.143.
num.30. Molfes.ad consuet.Neap. par.2.tit.
de person.quæst.10. Mastrill.de Magist.lib.3.
cap.10.num.*56. & latè per *Mical. de duob.
frat.c.23.cum seq.lib.3.*

287 Item excepta dicitur cognitio ad ma-
re,& eius littora; vndè si Baronis territo-
rium mari adhæreat, iurisdictionem in
delictis in mari, vel in eius littore, per ictū
balestræ patratis Baro non habebit; quia
mare,& eius littora sunt de regalibus sub
verbo, *Armandiæ* comprehensa, vt per *Af-
flict.in cap.1.vers.Armādiæ, de regal.*vel &
melius, quia etsi de regalibus quoad pro-
tectionem, non tamèn sunt, quoad domi-
nium,cum de iure gentium sint,& nullius
est eorum proprietas, §.*littora,Inst.de rer.
diuis.cum similib.*hæc tamèn per consuetu-
dinē, vel potius abusum Principes, & Re-

ges sibi vsurpant, & habent sicut do
nia,iuxtà verba *Andr.in d.§.ripatica,n*
eum notatis latius per eundem in *d.*
*§.regaliæ,*indè refert *Frec.de subfeu.tit.*
*dic.March.num.*4. Reges Carolum I.&
in aliquibus cōcessionibus de feudis
pè mare factis, sibi reseruasse possessi
dominium,ius, & proprietatem totiu
ctoris, & maritimæ pertinentiarum i
rum, in quantum a mari infra terram
balistæ ictum dictæ pertinentiæ pro
duntur, ita vt de ipsis maritimis Te
rum domini nullatenus se intromitta
sed Curiæ nomine custodiantur;vndè
leuit in generali concessione iurisdic
nem ad mare, & eius littora non ven
nisi in inuestitura adsit clausula, *Et cu
mari adiacente, vel immemorabili præs
ptione eam sibi Baro acquisierit, Bellug.
spec.Princ.rubr.30.Cancer.var.resol.libr
cap.13.num.236.Mastrill.de Magistr.libr
cap.16.à num.*162. Indè Regia Curia
288 locis maritimis Portulanos, & Vice
miratos tenet, vt Portulani curēt, nè
turæ fiant, ne uè naues vetitis merci
onerentur,iuxtà verba *text.in l.1.C.de
& itin.lib.*10.& Viceadmirati tàm con
viuentes ex arte maris,quam contra al
in mari delicta committentes, iustitiam
administrent. Itèm Barones in suo ter
289 torio propè mare,portum vti inter
galia numeratum facere prohibentur i
*d.cap.1.de regal.Loffred.cons.24.Lanar.co
sil.67.num.30.de Ponte de potest.Proreg.
de portul.* Verum multi fatentur,Baro
iurisdictionem in territorio habentes,
bere etiam in mari adiacente, vti de
sius territorij pertinentijs, *glos.in cap.
periculum, §.porrò, ver. territorio de ele
in* 6.& proindè de delicto in littore,vel
290 mari adiacente commisso iurisdictio
ad Baronem loci propinquiorem spec
re, tanquam si delictum in eius territo
commissum fuisset,*DD.in l.Insulæ,ff.de i
Luc.de Penn.Io.Plat.& Rebuff.in l.vn.C.
class.lib.10.Frec.vbi supra,num.3.Mascar
cōclus.155. Reg.Tap.in Cōst.Dohanæ,nu.
tit.de offic.Procur.Cæsar.Præs.de Franch.
cis.142.num.6.Cabed.dec.46.par.2.Muta
prag.Sicil.tit.*76. Esset respondendum
ctrinæ *Cancerij* contrarium de iure co
muni supponentis, prout & *Frec.de I
Reg.loc.supra cit.* Non vim facit opin
Cancer. se enim fundat in *glos.in l.sane
maris,ff.de iniur.* vbi habetur,quem ius
mare habere non posse, nisi per priui
gium,vel longam consuetudinem; nam
non negatur, absq. priuilegio iurisdicti
nem non acquiri, sed dicitur sub gener
iurisdictionis feudi concessione, de iur
communi etiam adiacentis maris iuris
ctionem comprehendi,vt supra.Quod
ria

ria sint Principis respectu iurisdictionis, vt per *glos. in l. lictora, verb. arbitror, ff. ne quid in loco publ.* est huius opinionis fundamentum, quia nisi sub Regia iurisdictione esset, neq. Baro ex infeudatione sibi communicatum illud supponere posset. Neq; aduersantur dicta per *Frecc.* nam illa exceptio hanc fundat opinionem; ipse non negat, sed firmat ibi *num. 3.* iurisdictionem feudo concessam, maria comprehendere adiacentia, sed subiungit, *Esse dubitabile in Regno*. Ex quo retrò Reges in aliquibus inuestituris hanc in mari cognitionem sibi ipsis reseruarunt, sequitur, quod nisi illa clausula talis cognitionis reseruatiua apposita fuerit, ius commune subintrat, quod Baronibus competat: exceptio enim in non exceptis regulam in contrarium firmat; Reges enim si hoc in totum a Baronibus abdicare voluissent, generalem legem promulgassent; illa enim regula, *Quod Principi placuit, legis habet vigorem*, locum sibi vendicat, quando Princeps communem legem causa faciendi statuit, aliàs si in particulari hoc quoad aliquos disponat, lex non dicitur; non inquam omnis Principis vox lex est, vt notat *glos. in §. sed & quod, verb. placuit, Instit. de iur. natur. gent. & ciuil.* & proindè *Frec. vbi supra* dubitatiuè in *princ. num. 4.* loquutus fuit, ibi, *Dubitabile videtur in Regno*, & sic *num. 5.* ibi, *Vndè ex prædictis iurisdictio in mari non venire videtur*, sic & *Capyc. in inuest. verb. lictoribus*, dicit, *cogita, & Reg. Tap. sub tit. de offic. Mag. Admir. nu. 2. in fin.* de M. Admirati iurisdictione loquēdo subiungit: *Cognoscit pariter de delinquētibus in mari, licèt regulariter ad Iudicem territorij, cui mare adiacet, cognitio spectat.* Vndè & tu etiam cogita, maximè quia multas inuestituras post Carolum I. & II. factas vidi, cum dicta clausula, *Et cum mare adiacenti*, & sic quasi de stylo, & in practica obseruamus, Barones de delictis in mari, & eius lictore commissis cognoscere, maximè contra non viuentes ex arte maris: & in casibus, vbi M. Admiratus Officiales non præuenerint, & adducta per *Reg. Const.* in contrarium in *d. l. vn. nu. 37.* sunt fundata in allegata doctrina *Andr. in d. §. Armandiæ*, & num pro ea opinione faciat, idem *Andr.* reuideatur, & supraq; narrata perpendantur.

Si tamèn concessio cum regalibus Magnis Ducibus esset facta, tunc intra mare per centum milliaria habetur iurisdictio, si ex altera parte dominus proximior non sit, *Bart. in tract. de Insul. Ofasch. decis. 155. Hieron. de Monte in tract. fin. reg. cap. 7. & Frec. de subfeud. tit. de offic. Mag. Admir.* vbi
291 videre poteris differentiam Viceadmirantium, Portulanorum, ac Secretorum, qui omnes priuatiuam cognitionem habent in eos, qui ex arte maris viuunt, secus si in ipso exercitio plerumq. non versarentur, *l. legatis seruis 63. ff. de legat. 3. l. nauicularijs, ff. de muner. & honor.* nam tunc non gauderent, cum sit fraudis præsumptio, *Franch. decis. 175. & in decis. 142.* discutit, an Pragm. quæ iurisdictionem capienti latronem tribuit, in Admirati præiudicium locum habeat, qui Viceadmiratus quinquaginta milites, seu recomendatos habet, quos facit immunes, & ab omni alia Curia exemptos: & ad euitandas fraudes, & vt de eis habeatur notitia, in Mag. Curia Vicariæ anno quolibet datur eius Regenti ipsorum nominum lista; & dum de eis M. Curia cognitionem habet, illos citare non potest, aliàs citatio, vti incompetentèr emanata, esset nulla, & cōsequentèr contumacia non esset purganda, *Gram. cons. ciuil. 108. & Capyc. dec. 9.* & quas prærogatiuas contra omnes ex maris arte viuentes, vt nautas, vasellorum constructores, & eorum familias, contraq; suos Viceadmiratos Officiales, & Seruiētes habeat, vide *Frec. de subfeud. tit. de offic. Admir. Tap super Iur. Reg. tit. de offic. Mag. Admir. Franch. decis. 417.* & nouissimè per *Reg. Sanfelic. decis. 419. & Reg. Const. in l. vnic. C. de cloac.*

292 Sed valdè fuit per Sacrum Consilium altercatum, an remissio Mag. Admirato deberetur de suo subdito, qui Ministrum M. Curiæ Vicariæ offenderat, & causam non esse remittendam dicebatur, quia erat offensa M. Curia, ex *d. l. nullum, C. de test.* quæ fuit extensa qualitercumq. Superioris iurisdictio offendatur, maximè, quia M. Curia ibi præuenerat, iuxtà dicta supra *num. 220.* & licèt *Præs. de Frāch. decis. 722.* referat, maiorem Consiliariorum partem in Magni Admirati fauorem iudicasse, ob iurisdictionem abdicatiuè eī concessam. Contrarium tamèn postea vidi pluries per Sacrum Consilium decisum, & in vna me patrocinante, cum eram Fisci Patronus M. Cur. Vic. tàm ex rationibus ibi adductis per *Franch.* quæ validiores videntur, quàm ex verbis *text. in d. l. nullum*, qui generalitèr loquitur, per verba, *Nullum penitus armatam forte militiam, vel quamlibet aliam fori præscriptionem posse prætendere præcipimus*, & proindè nisi expresè dispositioni *d. l. nullum*, priuilegio in corpore iuris inserto fuerit in qualibet inuestitura derogatum, nunquàm abdicata dicitur iurisdictio, *Franch. decis. 192. & 517. Bellug. in specul. Princip. rubr. 16. §. sed occurrit, num. 10.* vndè fortè his consideratis *Ann. cons. 107.* qui eam causam patrocinatus fuit, illam magnam decisionem visam fuisse prorupit, & contra

tra eam refert etiam iudicatum *Mastrill. decis.147.ex num.16.* Quid verò, si Rex In-
293 sulam Baroni concedat, quæ existat in
mari, infra quod spatium eius iurisdictio
extendatur? & an ius piscandi habeat? vide *Frec.d.tit.Quis, Mascard.num.6.Capyc.d.
vers.cum littoribus.*
294 Excepta est etiam Portulaniæ cognitio, non solùm maris, sed terræ, nisi ex-
presse illius Portulaniæ ius sit conces-
sum, vel per verba æquipollentia, & idē
sonantia, *Ann.sing.587.* nempè cum vijs,
mare, portu, & maris lictore, quæ simili-
tèr concedi solent, vt per *Capye.in inuest.
ver.vijs publicis, mare, & littora maris.* &
sic videmus in Regno, Barones non habe-
re hanc prærogatiuam, nisi ex particula-
ri priuilegio, vel si separatè à Regia Cu-
ria emerint, non quod feudo insit, cum di-
stincta sit iurisdictio, & priuatiuè ad Ba-
rones, quæ per Portulanos, & per alios
Officiales per Regiam Cameram deputa-
tos exercetur; Portulaniæ etiam iurisdi-
ctio ad mare concernit, vt portus, & licto-
ra custodiantur, nè indè aliquid extrahatur, vel eo Portulano inscio immittatur,
vt diximus supra *num.288. ex cap.Reg. Vt
illorum fraudibus, & cap.seq.sub tit.de Portulanis,* vbi latè *Campan.* Portulania terræ
295 concernit, nè loca publica, publicæq;
viæ tàm in vrbanis, quàm in rusticis im-
pediantur, nec aliquid noui in eis fiat *l.3.
vers.curent, ff.de via publ. tot.tit. ff.ne quid
in loco publ.fiat, & C.de oper.publ.* & ex of-
ficio Portulanus procedere, & de facto
tollere, & summariè pœnas exigere po-
test, iuxtà Regiæ Cameræ instructiones,
& notat contrauentiones *Rouit.in rubr.&
prag.6.ne quid in loco publ.*
296 Idemq. in ponderum, & mensurarum
cognitione obseruatur, quæ sunt excepta,
si expressè cum ponderibus, & mensuris
non sit iurisdictio concessa, *Afflic.in const.
Ad legitima pondera, & Const. Mercatores,*
licèt contrarium tenuerit *Guid. Pap. decis. 490.* hanc scilicèt cognitionem sub
mixti imperij concessione venire, & se-
quuntur *Cassan. in consuet.Burgund.rubr.1.
nu.96. vers.item ius mensurandi, Gasp.Kloc.
de Erar.lib.2.cap.36.* de quo inferius; iu-
risdictio autem hæc ad quæ extendatur
circa fraudes in ponderibus, & mensuris,
in qualitatibus, & quantitatibus, vide
*Campan. in cap.Reg.65. Borrell.de Magistr.
lib.3.cap.15.Marant.ver.iudicium sæculare,
vel Ecclesiasticum, num.28.* & quidam Ba-
ro hoc priuilegium habens, Catapanos
ab Vniuersitate creatos prohibebat, nè
pœnas exigere possent, & per Sacrum
Consilium fuit decretum in causa inter
Baronem Casularum, & Vniuersitatem
Act. Felice, Ponderum causas solius esse
297 Baronis, quoad verò assisiæ contrauc
tionem Catapani ab Vniuersitate crea
procedant, & ponderum, & mensurarū
Commissarius non se intromittat. Sed a
298 hæc ponderum, & mensurarum iurisd
ctio, quam exceptam diximus, sit priuat
nè, vel cumulatiuè ad Baronem? *Campag
loco supra cit. & Ann.sing.388.* dicunt, Ba
ronem præueniendo cognoscere posse
quia cumulatiuè iurisdictio excepta v
detur. Sed contrarium seruatur, & iur
iuxtà quæ supra diximus in prorogatio
nis iurisdictionis materia, vt quando iu
risdictio in generalem iurisdictionis con
cessionem non transit, quia à Principe fu
excepta, vel sibi retenta, tunc semper ex
ceptiuè, & priuatiuè concessa intelliga
tur. Et exindè concludimus, quod aut de
falsorum ponderum, & mensurarum cri
mine tractatur, pro quibus de iure pœn
est falsi, & tunc Baro de hoc crimine, v
in mero, & mixto imperio sibi concess
comprehenso cognoscere potest: si autè
de iustis mensuris, & ponderibus, sed pe
Regiam Siclam, iuxtà suas instructione
non adæquatis tractetur, & in his Baro
intromittere non debet, nisi priuilegiu
ponderum, & mensurarum expressum ha
beat, *Tap.in fin.cap.2.n.50. Rouit.in prag.*
num.5.de ponder. & aduertendum est, Ba
ronem & ponderum, & mensurarum i
sua iurisdictione concessionem habentem
cum ciuibus, ponderibus, & mensuris
Regia Curia approbatis vsurum esse, a
text.in l.modios, C.de suscep.lib.10.
Exceptū est etiam priuilegium recursu
ad Principem in Viduis, & miserabilibu
personis, ac Ecclesiasticis, quos est à iur
pronisum, Principē adire posse, siuè agan
siuè conueniantur, vel ipsi accusentur
299 poterāt enim superiores omissis medi
adire, ac etiā variare, *l. 1. C. quando Im
perat. inter pupill. & vid.* Istud priuilegiu
in iuris corpore insertum non tollitur
nisi expressè ei sit derogatū, poterit enim
à Principe derogari, cum sit iuris politi
ui, super quo ipse disponere potest, vt di
xi *prag.1.n.170.* debet tamèn id specifice
fieri, vt derogetur, *d.l.1.* nec quęuis eti
300 regaliū generalissima cōcessio sufficiet
nisi facta sit cum clausula, *in dispositiuis
prout melius, pleniusq; sui prædecessores te
nuerunt,* tunc si illos hoc habuisse priuile
gium appareat, subintelligetur, cum re
latum sit in referente, *l. asse toto, ff. de hę
red. instit.* vt ex pluribus cōprobant *Ses
dec. 93. n. 15.* & in facti specie *Reg.Rouit
dec.6.* nec aduersantur adducta per *Tre
de Franch. dec. 192.* quia ibi dicta clausul
in iurisdictionis concessione nō fuit adie
cta, sed in introituum concessione, & se
cundum priuilegium à primo valdè diffe

rebat, vndè nimirùm si derogationis requirebatur expressio *d. l. vnica;* Insupèr nec alia in secundo priuilegio minoris considerationis erant concessa, & sic cùr Principem maiora concedere voluisse arguendum erat, semper enim quod aliundè de Concedentis mente constat, specifica derogatio non est necessaria, *d. l. vnic.* idem *Franch. dec.* 187. *Gratian. cap.* 182. *n.* 13. Et hęc eò magis, quia illæ prærogatiuę concedi solent, non autèm de illis singularibus, de quibus supra diximus *prag.* 5. *n.* 65. Quid si in concessione fuerit
301 derogatū dicto priuilegio, adiecta clausula, *prout, & quemadmodum prædecessores tui tenuerunt, & possiderunt,* & relatū alio modo reperiatur. An corruat, vel vti noua dispositio sustineatur, vide notata per *Reg. Reuert. dec.* 11. & per *D. Ioan. de Castil. de tertijs cap.* 5. Et istis priuilegijs miserationis causa inductis exprèsse, vel tacitè renunciari non potest, *glos. in d. l. vnica, ver. excedere, Franch. d. dec.* 192. *n.* 7. & *dec.* 100. *n.* 21. *Costa de remed. insp.* 98. *n.* 9. & cum tertio præiudicent, strictissimè interpretari debent, *Vrsill. dec.* 297. quicquid alij teneant sub generali inuestitura hoc priuilegium transire, *Tesau. dec.* 177. *n.* 10. sed quomodo Rex Viduarum miserabilium personarum, & fortiùs Ecclesiarum priuilegio derogare possit,
302 multi surdo aure pertranseunt; Ex vna parte hæc concessio contra directā Ecclesiæ libertatem esse videtur, quod iura iura ciuilia, & naturalia prohibent, *Auth. Cassa. C. de sacros. Eccl. cap. cum Ecclesia, de constit.* Ex altera verò parte, Princeps
303 hic super alienis disponere nō videtur, sed super suo priuilegio, & iurisdictione concessa, quę ab eo fluit, & refluere potest, *l.* 1. §. *cum vrbem, ff. de offic. præf. vrb.* vnde si ei priuilegiare placuerit, vt Ecclesiasticę personę eum adire valeant omissis medijs, potuit super hoc positiuo iure contrarium decernere, nec fit Ecclesiasticis iniuria, cum Princeps causam prius in Baronali Curia, quam in alia terminari, præcipiat, nam audientia nō denegatur in totum, sed solùm præcipit, hunc, vel illum Iudicem esse, *Capic. in inuest. vers. etiam ad instantiam, fol.* 128. & *dec.* 160. *glos. in l. Gallus,* §. & *quid si tantum, ff. de liber. & posth.* & in terminis *Præs. de Franch. dec.* 517. & *Tiraq. de retract.* §. 1. *glos.* 8. *n.* 42. ait, Principem secundum communem opinionem, statuti beneficium Clericis denegare posse.
304 Quæ personæ Ecclesiasticę sunt priuilegiatę, si agant, vel conueniantur pro Ecclesiasticis bonis, secùs autèm pro eorū patrimonialibus, vt in *rit.* 229. *Affl.* & *Vrsill. dec.* 257. *cap. cum sit generale de for. compet. Niger. in cap. Regni* 24. In criminalibus verò fori electione pro iniuria, vel offensa eis facta gaudent, *Ann. alleg.* 146. *Viu. dec.* 27. & *Franch. dec.* 597. vbi fuit dubitatum, an clerico pro actione cri-
305 minali, variationis fori beneficium cōpetat, & difficultas oriebatur, nam si pro patrimonialibus bonis tali priuilegio nō gaudet, ergò nec pro priuata iniuria, si ea ex causa Ecclesiæ, suiq; officij intuitu non dependeat, fuit attamē decisum, eum in criminali gaudere, cum miserabilibus comparetur, & licèt pro patrimonialibus eos etiam gauisuros esse inclinet *Reg. Tap. super iure Regni, in constit. Statuimus, n.* 23. tamèn in fine contrarium obseruari fatetur. Sed nouum dubium insurrexit in R. Audientia de clerico in minoribus con-
306 stituto, qui Tribunalis forum pro fratris homicidio variauerat, Baro remissionem petebat, & variationem non obstare dicebat, quia clericus ad sanguinis
307 pęnam accusare non potest, vndè eius quærela vanis erat, & vti nulla ius variationis causæ dare non poterat, *cap. in Archiepiscopatu de raptor.* & ibi *Abb. Foller. in pract. crim. ean. ver. accusare, Doct. in cap. significasti, de homic. & in cap. Prælatis, de homic. in* 6. & secundum hanc opinionem votantes inclinabant, sed quia etiam pro vero habitū fuit, ius variationis clericis, & Ecclesiasticis competere, quando ipsorum personæ sūnt offensæ, non autèm quando pro morte suorum accusant, ideò causa fuit remissa, & post hęc sic concludere videtur *Reg. Rouit. in prag.* 8.
308 *n.* 18. *de cōposit.* Ecclesię verò semper gaudent sine vlla limitatione, *Ann. alleg.* 146. *Franch. decis.* 233. Et etiam Vniuersitates, & licèt *Carau. rit.* 233. *n.* 3. cōtrarium asserere videatur, tamèn cum Vniuersitas Ecclesiæ, pupillisq; comparetur, *l. rem publicam, C. de iur. Reip. Enerard. loc. topic. cit.* non dubito, & ipsas dicto priuilegio potituras esse, & in terminis *Add. ad Capic. dec.* 160. *Cald de mod. prob. fol.* 11. *n.* 59. *Muscat. in sua praxi par.* 2. *glos. competentes, n.* 7.
309 Qui verè, & propriè viduarum, pupillorum, & miserabilium personarum appellatione comprehēdantur, & an omnes viduæ, vel tātū miserabiles, & pauperes. Et solùm hæ miserabiles comprehēdi dici posset, illa enim dictio, &, secūdū sui naturam copulationum concursum desiderat, & cum eisdem qualitatibus re-
310 petit, vt latè dixi in rubrica, & ita *Tessaur. dec.* 177. in fine, nihilominus Viduæ etiam diuites continentur, nam satis sunt miserabiles, dum suis viris sunt orbatæ, itaut Regina Vidua miserabilis dicatur, & sub statuto includatur, *Imbrian. in tract. de*

de prim. & secund. benefic. cap. 1. Franch.
dec. 100. *nu.* 19. & licèt hoc priuilegio
viduas inhonestas non potiri aliqui vo-
311 luere, cōtrarium tamē decisum, si enim
non gaudent vti viduæ, gaudent vti me-
retrices, *Franch. dec.* 233. nam satis sunt
miseratione dignæ, sed intellige de viduis
publicis meretricibus; illę autem, quæ
aliquando sui copiam faciunt, non gau-
dent, *Couar. pract. quæst. cap. 7. And. &*
Afflict. in Constit. statuimus, & si contrariū
probare conetur *Cons. Carneual. de Iud. lib.*
1. *tit.* 1. *ex num.* 550. tamèn *nu.* 554. non
negat communem esse in cōtrarium. Nec
gaudet vidua, quæ virum occidit; *Couar.*
pract. quæst. cap. 6. nu. 3. in fine. Accidit in
facto, quandam viduam in ciuili causa
312 conuentam forum variasse, actor com-
promissum petijt, quia in gradu consan-
guinitatis ei coniunctus erat, iuxtà *prag.*
odia litium, & ex eo supponebat actor ille
variationem non habere locum; dixi cō-
promissi statutum, licèt fauorabile, priui-
legia tamèn in iuris corpore inserta non
tollere, nisi expresse eis derogatū fuerit,
vt diximus supra, ideò non obstante com-
promissi exceptione aduersus variationē
ad vlteriora processum fuit.

Idemq; seruatur in pupillis, qui prędi-
cto fori priuilegio etiam si diuites sint,
gaudent: nam dum patre carent, inter
313 miserabiles nominantur, *Andr. in const.*
Sancimus. Azor. in summa, C. quando Imp.
Idem dicendum est, si pupilli patrem ha-
beant, & emancipati fuerint, cum & ipsi
inter pupillos connumerentur, *l. pupillus*
ff. de verb. signif. Franch. dec. 100. *n.* 17.
Et hos pupillos gaudere hoc priuilegio
vsq; ad decimum octauum annum, quan-
do maioris ętatis in Regno dicuntur, as-
serunt *Cons. Pascal. de patr. potest. par. 2.*
cap. 2. n. 42. & nouissimè decisum refert
Reg. Ronit. dec. 27. & Reg. Sanfel. dec. 274.
& quamuis in contrarium vrgere videan-
tur verba *tex. in d. l. pupillus*, vbi declara-
tur, pupillos eos esse, qui orbati patre,
impuberes existunt, & sic minores anno-
rum quatuordecim. Et cum *d. l. vnica, C.*
quando Imp. iurisdictionē ordinariam Iu-
dici deroget, strictè sit interpretáda, iuxtà
verborum legis proprietatem, nec etiam
ex rationis identitate extendenda, vndè
in priuilegijs de similibus ad similia non
proceditur, *Dec. ex Butr. & Bald. in l. in*
omibus causis, n. 6. ff. de reg. iur. & docuit
Andr. in constit. Statuimus, vt magnæ, col.
pen. vers. verius videtur, ibi: *Non ergò tra-*
hetur ad alios etiam similes, l. quod vero, ff. de
legib. Et eodem argumento resoluitur alia
obiectio; omnia priuilegia pupillis con-
cessa, etiam omnibus alijs personis, quæ
per administratores reguntur, concessa

censentur; nam *glos. in l, 2. C. de Curat. fu*
ver. ad agnatos, in hac *Hugonis* opinio
pedes non figit, sed per verbum, *fortè*, l
quitur, & obstat regula prædicta, priu
legium extentionis, & alia ratio, Adul
314 pupillo ęquiparari, nec uim facit, v
demus enim eos in multis differre, iux
glos. in l. si curatorem, C. in integr. restit. mi
& præcipuè quia Iurisconsulti adeò adu
torum iudicio, & habilitati considerun
vt curatores non habētes ciuilitèr, & n
turalitèr obligari posse permiserint,
l. puberes, ff. de verb. oblig. & sic non des
tuti videntur, & hanc sequuntur opini
nem *Viscont. ad Franch. decis. 100. num. 1*
Nauar. de elect. for. spet. q. 4. Pomeran. lib.
cap. 31. num. 13. In nostris tamèn Tribun
libus inueteratus stylus est in contrari
& prima opinio obseruatur, ea ratione
quia inter miserabiles reputantur, du
per administratores reguntur, & sic m
tanda non sunt, quæ antiquam habueru
interpretationem, & obseruantiam, iux
verba *Scęuolæ in l. constitutoribus, ff. ad m*
nicip. prout in practica sic in Hispania
etiam obseruari asserunt *Lopez in l. 5. tit*
par. 3. recompil. verb. huerfano, Castill. co
trou. iur. tom. 3. cap. 25. num. 17. & nouissin
Consil. Carleual. de iud. lib. 1. tit. 1. n. 532.
315 Verùm si pupilli ex paterno contr
ctu, vel officio tutelæ, aut alterius adm
nistrationis defuncti, vel ex alia lite cu
defuncto cępta conuenirentur, ex pers
na sua forum mutare non possent, vt
Rit. 334. quem declarant *Viu. decis.* 25
Franch. dec. 234. Quod intellige, lite cu
defuncto contestata, secus si cępta tantu
fuerit, *l. hæres absens, ff. de Iud. Tap. in dic*
Const. Statuimus, num. 29. nam per litis co
testationem Iudicis instantia cępta dic
tur, & hæres obligatus ex quasi contrac
censetur, *l. amplius non peti, ff. rem rat. ha*
& ita *Franch. decis. 364. & 647. Gratian.*
cap. 182. Verùm quando pupillus ex co
tractu paterno conuentus forum varia
non valet, vt diximus, si à persona pri
legiata in alio foro conueniretur, ill
per priuilegiatum trahi non potest, qu
inter eos priuilegia conquassantur, & f
ri priuilegium per *dict. Rit. 234.* tollitu
quando ipse pupillus forum paternū d
clinare vellet, non autèm quando ad ill
se remitti petat, vt decisum refert *Fran*
decis. 553. Sed quid si per pupillum, v
alium priuilegiatum variatio facta fu
316 rit, si interim ille moriatur, an per B
ronem remissio peti possit, vti cessant
persona priuilegiata, quæ iurisdiction
Superiori tribuebat, dum talis occur
set casus, fuit decisum, quod procedere
petita remissione non obstante, quia
variationem Tribunali ius erat acquis

Bart. in l. 1. ff. de pœn. Guid. Pap. singul. 461. Add. ad Afflict. decis. 146. Franch. dec. 257. in fin.

317 Sed quid si pendente causa occisi sorore, quæ nupta prius erat, vidua fiat, an vigore *d. l. vnic.* ex superuenienti fori priuilegio variare possit? vide *Reg. Merlin in suis controuers. cap.* 81. & hac occasione discutiendum erit, an fori priuilegium superueniens ciuilem, vel criminalem cœptam instantiam ad nouum Iudicem mutare valeat, ex *text. in l. si quis postea, ff. de iudic. & l. pen. ff. de iurisd. omn. iudic.* habebetur, vbi cœptum est iudicium, ibi terminari, quocumq. priuilegio postea superueniente, quia præuenta est super causa iurisdictio, in cuius præiudicium forus mutari non potest, *Franch. decis.* 544. prout si causa cum priuilegiato cœpta fuerit;

318 nam si priuilegiatus moriatur, causa ibidem cœpta suum finem habere debet, *Valasc. consult.* 57. *Franch. decis.* 257. *in fin.* limita si priuilegium ex Principis, quem ad militiam, vel ad magistratum eligentis

319 motu proprio obuenisset, ex quo forum mutatur, tunc cœpta causa, vt ad nouum Iudicem remittatur, peti poterit, ita *glos. pen. in d. l. si quis postea, tex. in l. qui autem,* vbi etiam *glos. ff. si quis caut.* quam extollit *Roman. cons.* 237. & communem ait *Alex. in l. si quis quemquam, ff. si quis caut. num. 3. Gabr. conclus. 4. num. 20. tit. de iudic. Cabed. decis. 24. cum seq. Loffred. cons. 70. Barbos. in d. l. si quis postea, ex num. 114. ff. de iudic.* secus si voluntariè, & ad pensionem priuilegium fit impetratum; nam tunc hæc limitatio non proderit, sed seruanda erit regula *Franch. d. decis. 542. Giurb. decis. 23.* Sublimita præpositionem, priuilegium, videlicèt motu proprio concessum ad nouum Iudicem causas etiam cœptas trahere, dummodo priuilegium sit perpetuum;

320 nam si quis ad breue tempus miles fuerit creatus, tunc potius in causa supersederi debet, quàm ad nouum forum instantia cœpta mutari, ex *text. in l. non distinguemus, §. item si quis Romæ, ff. de recept. arbitr. & in l. si reus, ff. iudic. solu.* & ita conciliat *Aret. in cap. causam il 2. num. 9. extr. de test.* hanc etiam distinctionem sequitur *Barbos. in d. l. si quis postea, num.* 140. vide tamèn nouissimè adducta per *Consil. Carleual. lib. 1. tit. 1. ex nu. 635. cum seq.* qui ex pluribus forum ex superuenienti priuilegio, etiam Principis motu proprio concesso non mutari sustinet, cum illud futuras causas, non autèm pendentes comprehendere intelligatur, quando alitèr non est expressum.

321 Sed an idem sit seruandum in criminalibus? videtur argumentum de ciuili ad criminalem causam valere, *l. absentem, ff. de pœn.* sic probat *l. hos accusare, §. hoc beneficio, ff. de accus. Bart. in l. 1. ff. de pœn.* quæ est omnium originaria, ait, delicti præuentionis initium attendi. In contrarium fortitèr vrget *text. in l. qui vim verò, §. reos, ff. de re milit.* cuius verba sunt, *Reus capitalis criminis voluntariè miles secundùm Diui Traiani rescriptum capite puniendus est, nec remittendus est eo, vbi reus postulatus est, sed vbi accedente causa militiæ audiendus est.* sequitur *glos. pen. d. l. si quis postea, vbi Ang. num. 4.* sic concordare conatur, Iudicem primum condemnare posse, sed illius sententiam per Magistrum militum executioni demandandam esse, & sic *Bart. in d. l. 1. num. 3.* Verùm communitèr reprehenduntur; nam qui est ad condemnandum competens, est etiam ad puniendum, *l. cum quædam, ff. de iurisd. omn. Iud. Alber. Fulgos. Iacobin. & alij in d. l. si quis,* sed secundum Iudicem cognoscere, & exequi probat etiā *text. in l. hos accusare, ff. de accus. & in l. si adulterium, § fin. ff. de adult.* Ad hæc euadēda *DD. in d. l. hos accusare, & in alijs supra cit. legib.* dicunt, aut quis de delicto accusatur ante Magistratum, vel Forum mutatum, commisso, de quo prius accusatus nō fuerat, nec rei nomen est receptum, & tūc

322 secundus Iudex erit adeundus, aut præuentio per primum Iudicem in inquirendo, citando, ac in reum recipiendo facta fuit, & tunc procedit Regula, *Vbi receptum est iudicium, ibi terminari debet,* & sic *Barbos. in d. l. ex num. 163.* & si reus efficeretur contumax, tunc coram secundo audiri non posset, nisi ipso præsentato, *Carauit. Rit. 205. num. 2.* nec alleganda primi Iudicis præuentionis pendentia opitularetur, cùm contumax fori priuilegium amittat, nisi se præsentasset, quod latiùs explicat *Barbos. vbi supra ex num.* 182. Si verò quis forum, & statum mutauerit vti Clericus, tunc à quo sit recognoscendus, si delictum sit antè Clericatum commissum? dicam in *seq. par.*

323 Quod si conueniatur quis vti author laudatus, an ex persona sua forum declinare, & variare valeat? Dic, authorem laudatum defensionis emptoris iudicium in terminis, in quibus causa reperitur, suscipere posse, & tunc opponere omnes exceptiones sibi competētes, ac si ipse principalitèr conuentus esset, & ex propria

324 persona restitutionem in integrum, vti priuilegiatus, petere potest, *Afflic. dec. 15 Franch. decis. 261. num. 7. Fab. diff. 37. C. de iudic.* Exceptionem verò fori declinatoriam opponere, Iudicem mutare, & causam ad ipsius authoris forum priuilegia-

325 tum trahere, nequaquam permittitur, sed causam coram emptoris Iudice inceptam prosequi tenetur, iuxtà *tex. in l. vendi-*

*ditor,ff.de iudic.vbi glo.*dat rationem,quia
lis est cum emptore incępta, & venditor
vti merus, & necessarius emptoris defen-
sor,illius iura adiuuando assistit. Nec vim
facit *decis. Capyc.*197. ibi enim Fiscus au-
thor laudatus interesse habebat; vndè non
mirum,si ad Regiam Cameram causa erat
remittenda,ex *l.vbi causa,ff.de iure Fisci,*
*& ex pragm.*12. *&* 61.*§*.7. *de offic.Procur.*
Cæsar. Nec vim facit titubatio *Gram. de-*
*cis.*21.*Ann.singul.*43. & aliorum ex diuer-
sis decisionibus ibi relatis,nam satis aper-
ta sunt verba *d.text.*& communis est opi-
nio, ac in Tribunalibus recepta, non va-
lere authorem laudatum, quouis priuile-
gio munitum,ad suum forum causam cum
emptore incęptam transferre, vt pro in-
dubitato tradunt *Andr. in cap.fin.§.prate-*
*rea si inter duos,num.*76.*de probib.feu.alien.*
*per Feder.Gayll.obser.*37.*ex num.*6. *Couar.*
*pract.qq.cap.*8.*Cabal.de euict.§.*3.*ex n.*118
& 124.etiam si venditor sit Clericus,*glo.*
in cap.Clericum nullus 11. *q.*1. *Gomes.var.*
*resol.tom.*2.*sub nu.*39. *& infra par:*3.*n.*101.
prout sic fuit decisum, & in reclamatio-
ne confirmatum in Sacro Consilio in no-
stra Aula in causa Ecclesiæ S.Iosephi Cle-
ricorum Regularium, cum D. Francisco
Braida.Act.Criuello, & continuò practi-
catur. Limitat tamèn *Barbos. in d.l.vendi-*
*tor,ex num.*99. si author laudatus in se iu-
dicium susceperit, & actor se illum in reũ
contradictorem habere,dimisso emptore
contentetur, quod raró accidit, tunc ex
sua persona, quamuis fori exceptionem
allegare valebit.
326 Quid si pupillus habeat auum, in cu-
ius est potestate,an gaudeat? & decisum
est, eum priuilegio non frui; nam sicuti
viuo patre non gaudebat, sic eo mortuo,
viuo tamèn auo,*Franch.decis.*671.sed non
327 ideò quia pupillis patrem,vel auum ha-
bentibus variatio non datur, ergo eis re-
stitutionis beneficium cessabit, quando
tàm in iudicio, quàm extrà lædentur, ad
*text. in l.patri,ff.de minor. Sfort.Odd.q.*49.
*art.*1.*Franch.dec.*647.
328 Virgines etiam fori priuilegio gau-
dere,pro indubitato tradunt *Andr.& Af-*
*flict.in Const.Statuimus,*nulla distinctione
facta maioris,vel minoris ætatis,prout in
viduis, sub quarum appellatione, & vir-
gines compręhenduntur, vt habetur in
*l.malum,§.viduam,ff.de verb.signif.*ibi, *Vi-*
duam non solùm eam, quæ aliquando nupta
fuisset, sed eam quoq.mulierem, quæ virum
non habuisset,appellari ait Labeo,& gl.verb.
*diuitate,*declarat, *sine societate viri,*. sine
quo satis miserabilis dicitur,*Viu.decis.*63.
*num.*3.*in fin.Cabed.decis.*180.Amplia etiã,
si virgines patrem habeant; nam si eius
variationis priuilegium sub viduarum

nomine competat, & viduas nunquar
hoc priuilegio frui dubitetur, etian
sint in patris potestate, ergo idem dic
dum est de virginibus, vti sub viduar
nomine compręhensis, & maximè si pa
negligens in accusando fuerit; quo ca
de iure prouisum est, etiam filiofamil
minori sine patris consensu accusare,
in *l.filiumfamilias ad leg.Iul.de adult.* sic
indiuiduo *Præs. de Franch. decis.*160.
*Reg.Tap.in d.Constit.Statuimus,num.*20.*N*
*lan.dec.Sicil.*5.*par.*2. Non refragantur
contrarium adducta per *Viscont.in dict.d*
*cis.*100. *& Nouar.de elect.& var.for.q.*1
*num.*3. nam falluntur, dum hoc priui
gium ab æquiparatione pupillorum,n
vidnarum inducunt,& comprobant *Ro*
*decis.*49.*n.*12.*& Carlenal.lib.*1.*n.*537.
329 Quid si virgo stuprata fuerit, an v
riare,& forum eligere possit, cum quęr
læ tempore non sit virgo? Dic, quod s
si violentèr fuerit stuprata, *Franch. d*
*cis.*590. si tamèn stuprum fuisset volun
rium,tunc non est admittenda; nam d
ex suo delicto virginitatis priuilegiu
amisit, ei opitulari non potest *cap. ex*
*de regul.iur. Viu. decis.*511. Sed contin
vidi dubitari, quando stuprum coactu
fuisse præsumitur, & an mulieri se vì s
pratam fuisse dicenti credatur, est vtil
& quotidiana inuestigatio, quia pro vi
lento stupro mortis pœna datur, *Fran*
*decis.*534. sed pro voluntario pœna pec
niaria,*§.item lex Iulia, Inst.de public.iud.*
*Gram.vot.*3.*Menoch.cas.*228.*de arbit.Iud.*
*Viu. decis.*299. vndè est longa distantia
Mulieri ergo se violentèr stupratam c
330 centi non creditur, *Mascard.concl.*18
*num.*34.*Boer.decis.*319. *Farin.q.*43.*nu.*9
violentia præsumeretur,si mulier ligata
fuisset,si vociferari audita esset; sin secu
suaderi non potest, mulierem sic facilit
stuprari potuisse, vt hanc communem
cit *Farin.*ideò magis si quęrelare distuler
*Viu. decis.*53. *Baiard.ad Clar. §.stuprum*
331 *num.*40.& licèt multi DD. teneant,
tis violentiam dici illatam, si mulier su
332 sionibus, vel blandis verbis inducta fu
set, ita vt violentiæ pœna teneatur, *V*
*decis.*299. *num.*8. *Afflict.in Constit.Si q*
*non dicam rapere,*attamen in Tribunalib
receptior est opinio, ac magis de iure v
lida, mulierem vim passam non dici, cu
raró, aut nunquam sine suasionibus,
precibus talia, etiam cum publica mer
trice committantur, *Baiard. vbi supra,*
*adulterium, num.*72. *Boss. tit.de damn.co*
*num.*66.*Polid.Rip.tract.de tract.cap.*23.n
promissio ex desponsationis,vel similiu
causa,dolosa fuisset, *Thes.decis.*218. *nu.*
& 9.*Cabal.cas.crim.*20.& adeò est vera
cta propositio, vt licèt illius domus os
fuis-

fuiſſe factum conſtaret, non per hoc cognitio violenta eſſet præſumenda, *Baiard. d.§.ſtuprum,nu.36. Decian.tract.crim.lib.8. cap.15.tom.2.*& latius *Polidor.loco cit.* Ex his habes, quando virgo variare poſſit, & Baro aduerſus fori electionem ſe defendere valeat.

333 Miſerabiles autem perſonæ quæ dicantur, vt hoc priuilegio gaudeant, DD. in hoc variè ſunt loquuti, *Afflict. in dict. Conſtit. Statuimus,& in decif.*257. numerat pauperes, leproſos, & perpetuo morbo fatigatos, & latiùs *Theſ.decif.*176. *Menoch. de arbitr.caſ.*66.*Couar.pract.quæſt.cap.*6.*& Viu.decif.*65. includit ſtudentes, vt miſerabiles, quia extra patriam habitant, vt literis vacent, & in *decif.*521. dicit, mulieres etiam, quæ maritum habent inutilem, vel ad triremes condemnatum, hoc priuilegio gaudere, & *Franch.decis.*283. non excludit meretrices, & in *decis.*608. ſenes, decrepitos, & non perſpicaces, ſic & fatuos, *Afflict.decis.*237. *Capyc.decis.*160. furioſos, & prodigos, *Franch.decis.*598. & an milites Sancti Lazari, vel Sancti Ioannis vti Clerici gaudeant, vide *Add.ad Capyc.decis.* 109. *num.*10. *Oſaſch. decis.*27. *num.*28. & an peregrini, mercatores, decocti, infantes, expoſiti, cæci, leproſi, conuerſi ad fidem, & diuturno morbo fatigati, vide *Reg.Tap.in pracit.Conſt.Item Curiales,ex Rit.*228.*&* 232. ſtatutum eſt gaude-

334 foro M. Cur. pro omnibus eorum cauſis, non pro iuribus ſibi ceſſis, & infra *p.*2. *num.*132. Sed de Regiarum Prouinciarum Curialibus Ritus non loquitur, vndè eos

335 non ſubaudiri dixit idem *Tap. ſuper d. rit.lib.*3. & litis conſortes non priuilegiati gaudeant, ſi lis ſit indiuidua, *l.*1.*C.ſi in com.eau.reſtit.Theſ.dec.*177.*nu.*2. & quando diuidua, vel indiuidua ſit, dicam infra *prag.ſeq.*

Qualitates miſeriæ, viduitatis, & ſimilium ante omnia probari debent, qua probatione facta Iudex arbitratur, an miſerabiles gaudere debeant; *Menoch. caſ.* 66. *de arbitr. Maſcard. de probat. concl. incip. miſerabiles;* Verùmtamèn, ſi Barones huius priuilegij derogationem, vel clauſulas abdicatiuas non habeant, iux. adductas per *Vrſill. dec.* 257. *Franch. dec.* 517. eorum iuriſdictionem defendere poſſunt, ſi Vaſalli ſine iuris requiſitis forum elegerint, vel variauerint; Iſtæ enim perſonæ priuilegiatæ fori ſuperiorum electionem habent, veluti propriæ Regiæ Audientiæ; M. C. & Sac. Conſ. alios verò Iudices incompetentes eligere non poterunt,

336 vti ſi Regiam Audientiam, non de ſua Prouincia, vel alterius Terræ, vel alicuius officij, vti Admirati, vel huiuſmodi Iudicem adire velint, hoc enim non conceditur, *Carau. d. ritu* 233. *Franch. dec.* 601. *nu.* 17. Sicq; competentè debent adire Iudicè, ſiuè agant, ſiuè conueniatur, vel accuſentur, *Viu. dec.*65. *Affl.dec.*257. Competètes autè intellige Regia Tribunalia, vicem Regiā immediatè repræſentantia, nàm priuilegium iſtud pro Imperatore, eiuſq; Tribunalibus adeundis eſt conceſſum, vt in *d. tit. C. quando Imp.* Indè dum quidam priuilegiatus ſecundarum cauſa-

337 rum Iudicem primi perhorreſcentiam iurando adiuerit, talem variationem non dari dixi, imò nec Prouinciarum Iuſtitiarij legitimi eſſent, niſi ex *cap. Regni* 205. eſſet eis conceſſum, ſic *Affl. dec.* 257. *& Reg.Tapia ſuper d. Cap. Regni in tit. de offic. Iuſt. ver. quia nulla;* Et in R. Aud. Calabriæ, vbi multi Barones etiam ſecundas, & tertias habent cauſas; dum Vaſalli de primo ad ſecundum, vel tertium variare voluiſſent, fuit denegatum; In cauſa tamèn criminali de perſona quis priuilegium petere, & allegare debere, ait *Carau. rit.* 230. quamuis *Affl. d. Conſtit ſtatuimus* cōtrarium ſenſerit, de quo inferius *num.*343.

338 Competit his narratis perſonis non ſolùm fori electio, vt diximus, ſed variatio; & proindè ſicut ab eorum Iudice domicilij ad Tribunalia Regia venire poterunt, ita ab is ad primum ordinarium Iudicem variare permittitur, *Affl. in d.cōſtit. Sancimus, Caran. rit.* 233. *ex nu.*8. *Vrſil. dec.* 257. *Foller. pract. crim. tit. audiātur excuſatores, nu.* 90. Et quia variatio idem eſt, quod electio, *l. eum qui certum §.* 1. *ff. de verb. oblig.* ſimiliter pro ea variatione obtinenda aduerſæ partis perhorreſcentiæ iuramentum eſt præſtandum, prout pro electione, *And.& Affl. in Conſt. ſancimus, Franch. dec.* 364. *nu.* 6. *Staiban. conſ.*74. *à num.* 11. Verùm tales variationes à Superioribus Tribunalib⁹ raró vidi conceſſas, dùm maximam fraudis, & concordiæ inter partes habent ſuſpicionem, vt per *Preſ. de Franch. dec.* 100. *circà fin. Francif. de Petris conſ.* 13. *à nu.* 7. Et præcipuè à Mag. Cur. Vicariæ, vel à S. C. ad inferiores non ſunt concedendæ, quia ob Principis in Ciuitate præſentiam perhorreſcentia ceſſat, *l.*1.*C.de his,q per met. Iud. R. Ronit. conſ.* 88. *nu.* 4. *R. Tapia dec. S.C.* 43. *nu.* 5. *R. Merlin. Contr. cap.* 100. prout a M. Curia ad S.C. & è contrà variationē dari non videmus, *Staiban.& Tap. locis citatis.*

Quæ variatio etiam lite conteſtata pe-

339 ti poterit, imò ad huc cauſa appuntata, licèt ſit fori exceptio, quæ ſecundum re-

340 gulas ante litis conteſtationem opponi deberet, & Iudicis manus ligat ſtatim atq; ipſa electio, vel variatio eſt petita, & ſi inhibitum non fuerit, prout deciſum refert

fert *Franch. dec.* 294. nisi Baro derogato-
rium priuilegium haberet, idem *dec.* 187.
& 192. Variatio tamen non competit, si
341 in fraudem fieret, putà si concordia in-
ter partes inita, ea ad suum domicilium
peteretur, nam data concordia, quæ re-
missionis loco habetur, illa cõtra Fiscum,
cui ius quęsitum est, non operatur, *l. in*
personam, vbi *Doct. ff. de pact.* facta enim
remissionẽ, priuilegium cessat, *Franch.*
*dec.*100. *nu.* 21. *& Carau. d. rit.* 233. di-
scutit, si Vidua, quæ forum lite pendente
variauerit, maritetur, nùm iterum varia-
re valeat? *vide Franch. dec.* 257. *Giurb.*
dec. 82. *Viuius dec.* 511. Et an hæredi-
bus variare permittatur negatiuè respõ-
derunt *Add. ad Affl. dec.* 146. *Franc. de*
Petris cons. 13. Et si minor efficiarur ma-
ior *Tess. dec.* 177. iurare autem debent
priuilegiati, potentiam aduersariorum
perhorrescere, & est de substantia, & essẽ-
tiali forma per *Constit. Sancimus, & Ritum*
228. quo iuramento non præstito, priui-
342 legium non operatur, & causæ remissio
peti poterit, prout in facto remissa fuit
causa Ducis Grauinæ, quia Vidua iura-
mẽtum perhorrescentiæ non præstitit, vt
per *Franch. dec.* 257. Et tale iuramentum
corã loci ordinario, si persona à Tribuna-
libus sit absens, & etiam per procuratorẽ
præstari sufficit, *Muscat. in sua praxi par.* 2.
glos. competentes nu. 78. & pro pupillis
tutor iurare poterit, *Franch. dec.* 257. &
licèt *per rit.* 230. sit dispositum, tale iura-
mentum de persona præstandum esse, ta-
mèn non seruatur, sed mandatum specia-
le ad præstandũ principalis nomine suffi-
cit, vt per *Reg. Tapiam in d. Constit.* Sed si
quis Superiorem forum declinãdi, ex alia
causa priuilegium haberet, vti concedi-
344 tur Neapolitanis, qui trahunt, & non
trahuntur ex *rit.* 301. & Curialibus, alijs-
que similibus tali priuilegio munitis, ij
perhorrescentiam non iurant, quia forũ
non consequuntur vigore *d. l. vnicæ*. Ad-
345 dit *de Bott. super d. rit.* 228. Et aduertè
post variationẽ, aliã variationẽ fieri non
posse, *arg. l.* 1. *C. si sęp. integ. rest. pos.* & iu-
ramẽtũ in reuariationẽ aliqua causa vesti-
346 ri a reuariante oportet, alias de facili
nõ est admittẽdũ, *Tes. dec.* 177. *n.* 13. *R. Sã-*
felic. dec. 278. Et facta reuariatione, Ba-
ro, an sine alia licentia, in causa proce-
dere valeat, vti cessante partis impedimẽ-
to, ex cuius facto erant ligatæ manus Cu-
rię Baronalis. Dic, quicquid aliqui volue-
rint, remissionem formitèr à parte, vel
Barone esse petendam, siuè Reus sit in Su-
perioris fortijs, siuè ipsius met Curiæ in-
ferioris: nàm deuoluta causa per fori ele-
ctionem ad Superiorem, ius ei quæsitum
absq; ipsius permissione non aufertur, &
Superior recognoscit, an variatio sit ad-
mittenda, Curiæ inferiori mandando, vt
in ea causa procedat, non obstantibus fori
electione, & inhibitione ei facta, *Bald. in*
l. si vt pponis, n. 1. *in fin. C. quę, & quand. iud.*
& infra hac prag. par. 2. *nu.* 80. *Couar. pract.*
qq. cap. 9. *num.* 5. *Gram. vot.* 28. *Ant. de Ballis*
quæst. crim. lib. 4. *quæst.* 2. *ex num.* 19. & in
Regia Audientia dum reuariationes ab
347 eo Tribunali ad delicti, vel originis fo-
rum petebatur, & collusionis erant argu-
menta, nouam assumpsi quæstionem, re-
uariationem esse instar remissionis peti-
tionis, quæ in Regno, nisi reo præsenta-
to, & carcerato peti non potest, ex *Rit.*
205. *& pragm.* 6. *tit. de offic. Instit. §. item*
quod Gubernatores, quod ad omnes fraudes
tollendas dispositum fuit, cumq. non sit
impar remissionis, vel reuariationis ra-
tio, nullo modo acta esse remittenda dice-
bam, nisi reo prius carcerato; in hac enim
causa omnis fraudis præsumptio cessat,
sed quando reus est in libertate, facilitèr
inter eum, & partem fit collusio, vt priùs
reuariatio, posteà partis remissio, & con-
cordia cum Barone petatur, quod sic fa-
cilitèr non posset, si reus carceratus exi-
steret, & dubius esset, an causa per Supe-
riorem remitteretur, & cum hac cautela
plures à variatione recesserunt. Vlteriùs
idem *Anton. de Ballis loco cit. num.* 18. va-
348 riationem vsq. ad sententiam peti posse
supponit, sed prima instantia finita, huius
priuilegij vsus cessat, & Baro secundas ha-
bens causas se tueri potest, vt variatio nõ
procedat, sed contrarium verius existimo,
cum priuilegiũ Regios Superiores adeũ-
di, non sit expressè ad primam instantiam
restrictum, & est fauorabile, non odiosum
sicq. stricta interpretatio fieri non debet;
potuit enim priuilegiatus, aduersarij po-
tentiam in prima instantia non perhor-
rescere, sed iustum secundi, vel tertij Iudi-
cis habere timorem, & sic si variatione
in prima instantia vsus non fuisset, ex no-
ua causa in secunda vti posse videtur: nam
priuilegium ex primo actu non extingui-
tur, iuxtà *l. bones, §. hoc sermone, ff. de verb.*
349 *signif.* ille enim *text.* in hominis, non le-
gis dispositione locum habet, vt per *Cara-*
uit. super pragm. de filiofam. §. 2. *num.* 22. *Ce-*
poll. in l. bones, num. 13. & in terminis *Thes.*
dec. 177. *n.* 8.

Posset etiam Baro causæ remissionem
obtinere, si ambo actor, & reus sint priui-
legiati, & reus remissionem, non obstante
fori electione, per actorem facta peteret,
quia hoc casu priuilegia conquassantur,
& causa ad ius commune reducitur, *l. sed*
& milites, ff. de excus. tut. l. 2. *C. de priuil. fisc.*
§. sed hoc, Auth. de sanctis. Episc. & licèt in
priuilegiatorum concursu potẽtioris pri-
ui-

uilegij ratio de iure haberi possit, iuxtà *text. in l. verum, § fin. de minor.* & notata per *Reg. Tap. in l. fin. ff. de const. Princ. par. 2.*
350 *cap. 8. & per Reg. Sanfelic. dec. 358. Couar. pract. qq. cap. 1. num. 4.* in Regno tamen attento *Rit. 228.* indistinctè priuilegia coæquantur, siuè alter maius, siuè minus, siuè naturale, siuè accidētale priuilegium habeat; Ritus generalitèr hoc statuit, & si secùs voluisset, dixisset; omnes enim à miserationis causa, quæ vnica est, priuilegium accipiunt, sic declarant ibi *Carauit, num. 3. Afflict. in Constit. Statuimus, num. 19. Vrsill. decis. 56. & 257. Præs. de Franch. decis. 188. & 533.* & ita in nostris Tribunalibus obseruari videmus.
351 Similitèr cessat hoc priuilegium, si cessio, ex personæ priuilegiatæ fraude, sit facta, *Carauit. d. rit. 228. Franch. decis. 195. Vrsill. decis. 24.* Itèm quando cessio fit ex causa lucratiua, tunc priuilegiatus non trahit, vt dicemus infra *par. 2. num. 132.* nisi vt limitat *Franch. loco cit.* cessio facta esset miserabili personæ, & quæ dicatur causa lucratiua, *Tap. libr. 3. fol. 2.* Cætera quotidiana, & vulgata habes ex *Afflict. & alijs in d. const. Statuimus, & Carauit. loc. cit.* sufficiant nouissimè, me decisa notasse, quæ ab alijs hucvsq. adducta non fuerunt.
352 Exceptam etiam dicunt Baiulationis cognitionem instar Portulaniæ, ponderum, & mensurarum, ita vt si specialitèr non sit concessa, non subaudiatur, *Afflict. in constit. Ad officium Baiulorum, & in const. Siue reali, 5. not.* quod in Regno non puto verum, cum concessa iurisdictione, ciuilis damnorum cognitio præcipuè veniat, *Capyc. vers. cum baiulatione,* nisi Princeps cōcedere solitus non esset, sed eam separatim sibi retinere, & specialitèr infeudare, iuxtà distinctionem in principio factam, & sic rectiùs regulam constituere puto, eam venire, nisi sit illa excepta, vel non ibi solita concedi, vt in multis locis vidimus. Sed quę ista baiulatio contineat, aliqua ad eius distinctam naturam sciendam perlegi, *Franch.* inquam *decis. 397.* ait, certam doctrinam tradi non posse, sed esse attendendam loci consuetudinem, ad sciēdum quæ contineat. Quæq; sub baiulationis cognitione includi sint solita, diuersimodè practicatur, *Andr. in cap. 1. sub n. 12. circa fin. de pac. tenen.* Verè tamèn baiula-
353 tionis iurisdictio circà damnorum cognitionem, & pœnarum exactionem pro damnis, in territorio infeudati, & vasallorum, peractis competit; ex consuetudine tamèn potiùs, quàm de natura scannagij, platearum, Gabellæ, Dohanæ, ponderum, & mensurarum ius includit, & baiulationis corpus vocatur, vndè Regionis solitū obserues, *Surg. de Neap. illustr. cap. 1. nu. 16.* & post eum *Tapp. in rubr. de offic. Baiulor.* vbi de origine, ethymologia, & eius iurisdictionis facultate tractatur. Et an ibi
354 instrumenta liquidari, & obligationes incusari possint? Dic, instrumenti incusationem non licere, & sic iudicatum in Regia Camera refert *Reg. Rouit. in prag. 1. ex num. 32. de offic. Baiul.* sed quo ad obligationes penès acta, ibi incusari posse non dubito: incusationis tamèn pœna augustalem excedere non poterit, licèt summa obligationis esset magna, vt in *prag. 1. §. 2. de offic. baiul. & Capyc. Latr. consult. 65.* & pro
355 literis exequutorialibus, pro obligatione in ea Curia recepta vtrùm realitèr, & personalitèr exequi possit, dubitabatur, cùm carcer sit de mero imperio, quod Baiuli non habent, Sed hoc assumptum negatum fuit; nam pro modica coërctione in ciuilibus causis Baiulus simplicem iu-
356 risdictionem habens, carceres habere non prohibetur, vt probatur ex *l. 2. ff. de in ius voc.* iurisdictio enim sine modica coërctione nulla est, ait *text. in l. fin. de offic. eius, cui mand. l. magistratibus, ff. de iurisdic. omn. Iudic.* data iurisdictione, vidētur omnia concessa, sine quibus ea explicari non potest, *l. 2. in glos. ff. eod.* & sic *And. in const. Locorum baiuli*; eò magis, quia Baiulus nō
357 solùm simplicem iurisdictionem habet, verùm etiam mixtum imperium, *glos. in d. constit. Locorum baiuli, & ibi Andr. Ann. singul. 47.* nec obligationis incusatio criminalitatem sapit, vti causa liquidationis instrumenti, pro cuius contrauentione erat priùs pœna manus, licèt hodiè in pœnam pecuniariam sit subrogata, *Caran. Ritu 166.* obligatio tamèn penès acta iudicij calore paratam habet exequutionem, *Afflict. decis. 387.* & ideò realitèr, & per-
358 sonalitèr vti instrumentum via Ritus exequitur, sed differunt in essentia, ideò
359 obligatio penès acta per procuratorem incusari potest, *Frec. de præsent. instr. f. 93. Franch. decis. 118.* Itèm per creditorem incusari potest, licèt de persona in obligatione non interuenisset, *Afflict. decis. 135. in fin.* quæ omnia in instrumenti liquidatione negantur, *Galles. in tract. oblig. form. Cam. fol. 14.* & proindè concludimus realitèr, & personalitèr exequutoriales literas per Baiulorum Curiam pro obligationibus liquidis in ea Curia stipulatis expediri posse, & si carceres non habeant, Iudicem loci requirere possunt, vt brachium eis impartiatur, & carcerati detineantur, ex *const. Dilationes,* & post hæc firmat *Reg. Rouit. loco cit. num. 19. & de iurisdict. non turb. prag. 2. num. 38.* vbi omnes casus ad Baiulum pertinentes recenset, & alia notat *Auil. Petr. in proem. vers. quales quier.* Sed an Baiuli arma portare
360 pos-

possint? vide *Ann. singul.* 47.

Non omittenda duxi grauamina, & excessus, quæ per Barones super hoc introituum corpore fiunt, quod ad nostram pertinet Pragm. nè Barones suam iurisdictionem, excedant; multum enim sibi vsurpant vt suos introitus augeant. Vndè breuitèr est videndum primò, ad quid se extendat iurisdictio, & secundò de grauaminum cognitione. Et dico, concessa baiulatione,
361 tributam dici iurisdictionem, & potestatem creandi Iudices Baiulorum, qui priuatiuè ad loci Capitaneum cognitionem ad damna passa habent, quod est peculiare suum, *Rouit.in prag. Statuimus, de offic. baiul. num.* 18. firmat, iurisdictionem esse cumulatiuam, quod non est sine difficultate: nam dum iurisdictio specificè ad certas causas, vel ad certum personarum genus est concessa, semper priuatiuè tributa videtur, *DD.in l.* 1. *C. de offic. Præf. vrb.* nec *Rouit.* opinio aduersatur: nam benè dicit, baiulum in causis cumulatiuam habe-
362 re iurisdictionem cum Officiali, cum ipse de omnibus causis, præter feudales, cognoscere valeat, vt ibid. ille concludit, sed in causis ad specialem baiulationis materiam damnorum, ponderum, vel mēsurarum, & aliorum eius officij introituum, iuxtà loci destinationem, & consuetudinem pertinentibus, credo priuatiuè esse ad istas causas ad loci Officiales, *Franch. decis.* 458. *num.* 3. *& dec.* 725. *num.* 5. *cum seq. & supra in princ. huius prag.* quando iurisdictio cumulatiuè, vel priuatiuè concessa præsumatur, explicauimus. Sed nè in terminis erremus, & in facto sæpiùs in hoc hæsitatum vidi: sciendum est, quod dicatur damnum? vt eius causæ ad suos
363 Iudices separari possint? & dic, illud esse patrimonij diminutionem cum rei corruptione, *l. si seruus seruum, §. si olium, ff. ad leg. Aquil. Plot. de in lit. iur.* §. 49. *num.* 42. ad differentiam si cum amotione, & recontrectatione fiat; nam tunc furtum, non autèm damnum dicetur, de quo Baiuli non cognoscent, licèt in hoc etiam loci consuetudo sit attendenda, & in facto vi-
364 di altercatum, an esset damnum spicas post metentium terga colligere, & dixi, omnibus spicas tantùm colligere licere, saluis gregnis, & germinibus, & ità dispositum fuit tàm de iure diuino, nè prohiberi possint, vt in *Exod. cap.* 9. quàm de iure Romano, ad *text. in l. silua*, ibi, *Spicæ in messe deiectæ, ff. de ver. signif.* & sic fuit pro-
365 uisum pro Vniuersitate Zullini cum Barone; si verò non liceret, furtum, non damnum esset. Idem si damnum cum violentia, vel cum iniuria esset; nam tunc quia actio criminalis oritur, *Bart. in l. fin. de priu. delic. Afflict. in const. Baiuli locorum, Campag. in cap. Reg.* 85. Officialis loci de criminali, & in consequentiam de ciuili cognoscet, secùs si damnum culpa, non au-
366 tèm dolo illatum esset; nam eo casu *legis Aquiliæ* daretur actio, *DD. in l. data, C. qui accus. non poss. & in l. si quis non dicam rapere, C. de Episcop. & Cler. Marant. in specul. verb. iudicium ciuilium, vel criminalium, num.* 89. *Vrsill. decis.* 57. *Crauet. cons.* 96. & cessante criminalitate Baiulus cognoscet. Sed quid si pro damno doloso, vel violento certa pœna in capitulis baiulationis inter Baronem, & Vniuersitatem fuerit imposita, an per hoc sublatum intelligatur criminale iudicium? Dic, Barones iuris pœnas minuere, nec alterare posse, cū supra ius positiuum disponere non valeat, vt supra dixi, sed benè mulctam cumulatiuè addere, *Bart. in l.* 1. *ff. de vi bon. rapt. Affl. in const. Intentionis, Gomez. var. resol. tit. de*
367 *delict. num.* 38. *Gram. cons.* 35. & tunc vtraq; posset imponi, nisi in minimis, vbi tunc solitam, & consuetam pœnam attēderem, *Marant. disp.* 3. *in fin. Franch. dec.* 340 *num.* 9. priuatiuè ad Capitaneos, nisi quādo damnum esset dolosum cum iniuria, vel territorium per Capitaneum bannitum esset, vt fuit decisum per Sacrum Cōsilium inter Vniuersitatem Prioli, & Marchionem. Act. Iubeno.

Habent etiam mixtum imperium tutelas decernendi, suspectosq; remouendi, & de omnibus ciuilibus causis personalibus, & realibus, licèt magnis cognoscunt, *Afflict. in const. Baiulis, & const. Baiuli locorum*, & falluntur, qui asserunt, Baiulorum Iudices de causis vltrà duos augustales cognitionem non habere, ex *l. fin. C. de pedan. Iudic.* nam illud officium nostro non adaptatur, *Afflict. vbi supra*, nisi sic esset solitum, *Rouit. de offic. baiul. pragm.* 1. *num.* 40.
368 Iudices verò vsq; ad numerum trium, & non vltrà creari possunt, vt in *const. Sæpè contingit*, sic etiam ordinarium assessorem habere possunt, *Afflict. in const. Magistr.* ac Actorum magistros ordinare valent, licèt quandoq; ipsi Iudices Iudicis, ac Actuarij munere fungantur, quod ob vtilitatem,
369 vel officij tenuitatem est permissum, vt diximus supra *pragm.* 3. *num.* 228. Et licèt
370 ab eo Consultorem habendum esse dixerim, tamen si tenue sit officium, Consultorem assistentem externum tenere non est obnoxius, sed sat erit vnum de Terra, vel extraneum, sed non assistentem haberi, & sic fuit decisum in Regia Camera, & Collaterali Consilio, & inter Matthæum Paganum Baiulum Ciuitatis Cosentiæ, & Casalium: non enim magno sumptu officiūm grauari debet, si non patiatur, vt di-
371 xi *pragm.* 3. *num.* 229. Et similitèr iudicatum fuit, ipsummet officium exercere pos-

se: licèt fuisset oppositum, Baiulum haberi pro Barone ciuili, vndè iurisdictionem demandare tenetur, ex eadem ratione, quia tenuis est iurisdictio, & eam habet in officium, prout dicitur de feudo,
372 cui onus imponi debet, vt non sit durum, aliàs feudum non esset beneficium, sed locationis, & conductionis species, si parùm plus in introitu esset, quàm in exitu, *DD. in § item tria onera, Instit. de excusat. tutor. Auth. perpetua*, quę est singularis cũ *glos. C. de sacros. Eccles. Thes. decis.* 120. Baiulorum Iudicem non solùm vnum, verũ etiam duos, *d. constit.* vigore, Baro pro administranda iustitia, & decernendis damnis creare potest, vt in Sacro Consilio inter Baronem Pisticij, & Vniuersitatem. Act. de Felice, iudicatum fuit, nè subditi à conductoribus grauentur, qui liberè pęnarum librum component: cognoscunt
373 etiam de furtis, dico minimis; sed non ideò inferri posset, eos merum habere imperium, cum sit interdictum, sed modicam habere pecuniariæ pœnæ coërtionem, prout similitèr si damnum fuerit dolo datum, vndè criminalitèr de iniuria agi posset, *Bart. in l. fin. ff. de priu. delict.* ipsi hoc
374 corrigere poterunt, *Afflict. in d. constit. Baiuli*. Item malefactores in fraganti depręhensos crimine capere possunt, & iurisdictionem exercere, ipsos habilitando de se coram suo Iudice ordinario præsentando, *Afflict. & Gram. in d. const. Baiulus si furem*, demonstrant, ipsos esse quasi non omnino incompetentes, alias præstita cautio, vti ab incompetenti Iudice capta, nulla esset, & fideiussoris pœnæ exigi non possunt.

In facto dum R. Audientia ad partis quærelam contra Baiuli seruientẽ, officij intuitu alium vulnerantem, informationẽ cæpisset, & remissionem Baiulo denegasset, deducta causa in Reg. Camera, & in Collat. Conf. fuit mandatum, vt Baiulus ille cognosceret; Videbatur contra iuris regulam, vt ciuilis Iudex tanquam criminalis iurisdictionis incapax, in meri imperij non sibi concessis casibus, contrà huius prag. formam se intromitteret, adeò vt neq; partium prorogatio opitularetur, *Doct. in l. 1. ff. de indic.* Et in terminis *Bar. in l. diuus in fin. ff. ad l. Cornel. de fals.* ait, Iudicem, coram quo falsitas committitur, reum punire non posse, si aliàs puniendi authoritatem non haberet, *Riec. coll.* 143.
375 Defendi posset, quia Baiuli familia, officij intuitu delinquens, à suo Præposito cognoscenda esset, ex *l. 1. C. de Curial. Vrb. Rom. lib. 11.* & ibi *glos. de Ponte dec.* 36. Verùm hoc sibi locum vendicat quando talis Præpositus puniendi authoritatem haberet, iuxtà distinctionem *Bart. loco citato, Franch. dec. 147. Cabal. 117. nu. 4.*
376 & quamuis idem *Bart. in l. hoc iure, §. aqua, ff. de aqu. quot. et æst.* dicat, ciuilem Iudicem de falsitate in causa coràm eo vertente cognoscere, & maximè, vt per *Menoch. de arbitr. q. 91. Farinac. quæst. 1. ex nu. 57.* Si ordinarius sit, non autem delegatus, tamen si dicta per *Bart.* ponderẽtur: non est sibi contrarius, nàm in *d. §. aqua* loquitur de Rectore, qui in se merũ, & mixtum habet imperium, sed in specie criminalem, & ciuilẽ iurisdictionem inter suos Iudices diuisit, vndè ni mirum, si illius Iudices punire possent, dùm in potentia merum, & mixtum habent imperium, prout in Regno Tribunal M. C. Vicariæ, quæ huiusmodi prærogatiuam habet, sed ob causarum faciliorem expeditionem, diuisam ciuilem, & criminalem iurisdictionẽ inter hos Iudices statuit, & tãdẽ Iudices ciuiles similib' causis criminalib' nõ se ingerunt; At *Menoch. & Farin.* asserunt, ciuiles Iudices aliàs authoritatẽ
377 nõ habẽtes, extraordinariè tãtũ, nõ ordinariè tales corã ipsis delinquẽtes punire posse; hoc substineretur in delictis priuatis, non in publicis, vbi pœna vltrà relegationem subintrat, nàm reus vti insufficientèr punitus, iterum à Criminali Iudice castigari posset; ex *cap. de hijs*, vbi *Doct. ff. de accusat.* Et aduertatur, eundem *Farinac. loc. cit.* se ad dicta per ipsum in *q. 67. art. 2. nu. 38.* remittere, ibi se declarat, istam extraordinariam pœnam non de pœna delicti, pro qua ad criminalem Iucem esset remittendus, sed de extraordinaria contemptus pœna, quæ carcerationis, vel similis esse potest, intelligendam esse; modica enim coërtio, seù castigatio ad officium etiam Baiuli pertinet, *Doct. in l. Magistratibus, ff. de iurisd. omn. Iud. Cancer. var. resol. lib. 2. cap. 2. ex nu. 60.* Potuit enim præpositum delictum ex suis circumstantijs id esse, vt aliam, quàm modicæ coërtionis pœnam non meruisset, sicq; ad Baiulum res fuit remissus.

Item in R. Audientia Calabriæ controuersum fuit cum Baiulo Cosentiæ, & Casalium, cuius officium sępè sæpiùs torquet illud Tribunal; Illi de regimine Casalis Zampani, cõtrà quemdam ligna in eorum reseruata defensa incidẽtem, & viridem arborem obtruncantem, quærelam exposuerant, de quo prætenso crimine capta fuit informatio per Audientiam,
378 quæ ex priuilegio prærogatiuam habet iurisdictionis cumulatiuè cum Gubernatore Ciuitatis, & omnium Casalium, ferè numero focularium decem millium, cuius authoritas est causa, vt illud Tribunal in multitudine causarum sit parum inferiùs M. C. V. Accusatores ergo instabant,

bant, criminalitèr procedi, cum incidentis, & furtim arbores exportantis, pœna sit suprà relegationem, *l. 2. ff. de arbitr.*
379 *fur. cæs. Clar. q. 98. Affl.* & alij *in Constit. super incisionibus:* Baiulus autem remissionem petebat, tùm quia in interceptione præuenerat, dum eius Ministri animal lignis illis intercepissent, tùm quia ille se in eius Curia præsentauerat, vbi pœnam, contrà scindentes, vel ligna ex alienis prædijs deportantes, impositam soluendam citatus fuerat, eò magis ipsius Aduocati dicebant, huiusmodi damni dati causam merè ciuilem esse, ex *Fabr. in §. liberum Instit. ad l. aquil.* asserente, siluestros arbores scindentem pœna *l. aquil.*
380 ad danni puniendum esse emendationē, allegat *tex. in l. si seruus seruum §. si oliuā vers. in silua cædua ff. eodem,* vbi habetur, scindentem, & ligna a silua cædua matura extrahentem, ad damnum teneri, secùs si silua immatura esset, tunc enim reus incisioni esset obnoxius, *Florian.* & alij exponunt ibi, siluam cæduam maturam dici, quæ, vt pro vitæ necessitate ad ignem faciendum, vel similia incidatur, est apta, & tunc arbores pro suis necessarijs scindens ad pœnam damni tenetur: Immatura verò dicitur silua, quę fuit de recenti plātata, & ea arbores non creuerint, ita vt sint ad scissionem maturæ, vnde sequitur, palmites incidentem, iuris esse præsumptionem, ad vindictam fecisse, vnde locū habet *tit. ff. arbor. furt. cæs.* & sic *Imper.* ibi ad dolum potiùs, quàm ad damnum respectum habuit, prout respexit si arbores essent fructiferæ, ab homine plantatę, non autem à natura productæ, tunc enim similitèr dicti tituli pœna locum haberet, *Molin. de iust. & iur. q. 58. Auend. de exeq. mand. cap. 4. nu. 28.* Cumq; in isto casu arbor incisa siluestris, esset, & de exportandis lignorum tractaretur salmis, causā merè ciuilem esse, supponebatur, prout sentire videbatur idē *Auend. lib. 1. cap. 4. Prætor nu. 28.* & neq; in conscientia pro tali damno, quem teneri dixit *Sot. lib. 4. de Iust. & iur. q. 6. art. 4.* nam tales arbores de iure gentium pro humanæ vitę necessitate communes erant, & licèt sint hodie in alicuius dominio, dum rerum dominia diuisa fuerunt, in tali attamen materia damnificanti, damni emendatio, & alicuius pecuniariæ pœnę solutio sufficere deberet *Molin. disput. 58. de Iust. & iur.* quam opinionem sequta fuit Audientia causam remittendo, & ita per S.C. pluriès obseruatū fuit, in lite vertente inter vniuersitatem Ciuitatis Muri, nemus habentem vicinum Castri grandinis Terræ, cuius Ciues dum pluries arbores in dicto nemore scidissent, & carcerati fuissent, cū prætenderetur, reos ad corporalem pœnā condemnari, Sac. Cons. decreuit; seruata forma damni, esse faciendum depositum pœnę capitularis Ciuium dictæ Ciuitatis, modo in ducatis sex, modo in duodecim, limitatæ secundum informationis captæ circumstantias; Verùm si damnum magnū esset, & arbores infructiferæ non essent, sed quercus, & aliæ, quæ sunt infructu, licèt sint siluestres, eas scindēs pœna extraordinaria puniri posset, *Guttier. lib. 2. qq. Can. cap. 27.* Et consequentèr ad Baiulū remissio non daretur.
381 Et ad digressa redeundo vltrà augustalem, ac damni sortem, ipsi Baiuli mulctare, & pœnas imponere non possunt, vt in *Constit. Pœnam eorum,* Et in *pragm. statuimus de off. Baiuli,* licèt de consuetudine in multis locis vidi, maiores exigi pœnas, nescio tamen, an talis stylus, seù consuetudo in plenario iudicio subsistere possit, cū iuxtà dictam prag. semper contrà Barones decisum viderim, & præcipuè in causa inter Marchionem Lauri, & Vniuersitatem, Act. Cioffo, & pœna damnum non excedat, & si damnum erit vltrà, non exigatur plusquam augustale, & si pœna minor exigi soleat, ita obseruandum esset, *Ann. sing. 138.* Et quandoq; attenta damni qualitate moderari poterit, de quo latè per *Capic. latr. consul. 141.* Verùm hęc intellige respectu Inuestiti in simplici iurisdictione, nā si merum habeat imperiū, tunc contemptus ratione, pœnam vltra
382 augustalem, in casibus pœnę augumētū requirentibus, ad tollendam frequentiam augere potest, *Lipar. ad And. in cap. 1. nu. 12. ver. pœnam eorum de pac. tenend. Capic. in l. 1. ff. si quis Ius dic. non obtemp. Affl. in Constit. Iustitiarÿ nomen not. 22. Campan. in cap. Regni 189. de Ponte de pot. Proreg. tit. 3. §. 1. nu. 43. & cons. 53. tom. 2.*

Hęcq; circa iurisdictionem; circa verò officium, & exercitium, in multis Barones excedunt, & est sciendum hanc distinctam iurisdictionem in releuamen ciuium, ab hominibus, vel animalibus in eorum segetibus, territorijs, & prędijs damna patientium introductam fuisse; Et Baiuli, vt perscrutandi damna curam haberent, & ea ex officio Baiulorum Curiæ denunciarent, creati fuerunt, vt damnificantes damni emendam Dominis soluerent, Curieq; pęnam tribuerent, non vltrà augustalem, sed minus, iuxtà loci consuetudinem, & ita dispositum est in *d. prag. statuimus de offic.*
383 *Baiuli:* damnum exigendum esse, & nisi parti priùs satisfiat, pœna non exigatur, hæc sunt formalia verba, per quæ, forma, & ordo patent circà istas exactiones introductas; ponderentur verba: dictio (*nisi*) exigendi pœnam, non emendato damno,

Curiæ potentiam denegat, *Bart. in l. actio-*
384 *nes C. de transact.* sequitur verbum (*prius*)
quod etiam ordinem, & formam designat,
DD. in l. 2. §. prius ff. de vulg. & pup. & in si-
mili *Marant.* videndus *cons. 31.* Et eo for-
tior redditur dicta prouisio, cum vltrà an-
nullationem, pœna Baiulis transgressori-
bus imponatur, & ita iudicatum vidi in
S. C. inter vniuersitatem, & Baronem Pi-
stiej, vt priùs appretium damni, & con-
demnatio fiat, posteà verò damnificans
in pœnam damnetur, & inter vniuersitatē
Vallis Vitulani, & Baronem, Act. Fi-
gliola, prout & de iure, priuatum in suis
emendis fisco esse preferendū, fundat *Pe-
regr. de iure Fisci lib. 4. tit. 8. num. 13.* Hoc
sancitum parum in facto obseruatur: Ba-
rones enim ad eorum pęnas exigendas, vt
quotannis affictum coaceruent, attendūt,
& de emandatione, damnum passis facien-
da, non curant, imò permittunt, vt Baiuli
385 personas de animalibus non intercipiē-
dis, quomodocumq; illa damnū dederint,
soluta conuenta pecuniarum summa fi-
dent; quod maiùs furtum, quàm ista delin-
quendi permissio, *l. conuenire ff. de pact. do-
tal.* ac pluries in S. C. fuit ordinatum, ne
istæ fidæ fiant, nec permictantur, & ita in-
ter vniuersitate Teani, & Principem Ho-
stiliani, Act. Pelice.
386 Constitutum etiam est per *d. pragmat.*
Baiulis de damnis ab animalibus datis cre-
di, si ea in fragranti inuenirentur, & in
manu habeantur, tunc præstito ab eis iu-
ramento creditur, sed non intercepienti-
bus fides non habetur, nisi aderit alius te-
stis, qui cum eis similitèr de damno dato
deponat, & conferunt notata per *Azued.
lib. 7. tit. 7. l. 15.* sed hodiè multi Barones
volūt, ijs Baiulis solùm plenè, contra om-
nia Iura, Constitutiones, & Mundi Statu-
ta credendum esse: sunt enim isti Baiuli
vilissimæ personæ, cum tales talia condu-
cant, qui etiam si vti testes deponerent,
plenam fidem non facerent, *Crauet. cons.
169. num. 7. Gabr. concl. 18. de testib.* isto ca-
su sunt ipsi conductores de proprio com-
modo tractantes, & sic principales: vndè
consideretur, si aliquam probationem, vel
præsumptionem faciant, cum nec Papa,
387 vel Princeps mandare valeat, principa-
li de facto proprio attestanti habēdam es-
se fidem, *Alber. de testib. 1. art. Petr. de pot.
Priuc. cap. 21.* & si testes quando plures pa-
tiuntur defectus, nullam probationem af-
ferunt, eò fortiùs in principalibus erit,
388 *Gram. cons. 6. num. 54.* & sępè sępiùs hi ad
pœnam ascribere videntur alicuius ani-
malia damnificantia, qui nunquam ani-
malia habuit, vndè ad sui libitum mulcta-
rum quinternum componunt. Quæ maior
iniquitas? & nihilominus sub Baronum
389 clypeo sustinentur. Nec obstat, quod
nuntijs de eorum officio deponētibus cre-
datur, *l. 1. C. de decur.* nam *Antib. de muner.
vlt. sol.* respondit, hoc procedere, & suade-
ri posse, si conductores, & principales non
essent, alias nullo modo aliquam proba-
tionem eorum dicta adducerent, & ita iu-
dicatum in Sacro Consilio inter Vniuer-
390 sitatem Pisticij, & Baronem. Act. de Fe-
lice. Adde, quod licèt statutum valeat, vt
damnum passo credatur, vt ex nostra *prag.
Statuimus de offic. Baiul.* est tamèn intelli-
gendum, dummodo animalia is in manu
habeat, *Muta decis. 27. num. 24. Aniend. de
exeq. mand. cap. 13. num. 12.* vel vnum te-
stem in probationem, & sic saltèm præ-
sumptiuè constet; tamèn cum statutum à
iure communi sit exorbitans, magis stri-
ctè est interpretandum, adeò vt contra-
rium probari potuerit; imò in graui dam-
no neq. probatio illa sufficeret, & sic si
testis adductus suspectus esset, vel alias
repulsas pateretur, *Plot. §. 47. & 49. n. 11.
in tit. iurad.* vbi alias refert limitationes.
Sed quid si damnum dans sit pauper, &
damnum, & pœnam soluere non poterit,
quid prius eligendum erit? Dic, interesse
emendationem præferendam esse, *Ann.
391 singul. 139.* Nec excusantur Barones, cū
hæc per se non fiant: nam eorum culpæ
annumeratur, cum prohibere possint, &
non prohibeant, sciunt, & non corripiunt,
l. culpa caret, ff. de regul. iur. Baro enim
peruigil esse debet, nè subditi oppriman-
tur, vt singularitèr *Andr. in cap. Imperia-
lem, §. præterea, num. 40. de prohib. feu. alien.*
& nota, Baronem quanquam suas Baiu-
lationes, Actuarios, & Gabellas (cum sint
feudi fructus) locare sibi licet, non cupidi-
tate tamèn cariùs vendendi grauamina
permissurum esse, tacendo, & subditorum
querelis in tot iniustis exactionibus non
subueniendo, prout sancitum fuit per *cap.
Reg. incip. Prædecessorum,* quod notandum
est ibi: *Eadem pœna dominus terrarum in ga-
bellis, & cæteris imminente, si Baiulis, & Ga-
bellotis aliquam opem tulerint in excessibus
committendis, ac si super his, cum ad eorum
scientiam peruenerint, suo posse non restite-
rint;* nam timentes, nè introitus minoris
locentur, si conductoribus adiuuamen ali-
quod non præstetur, & eos introitus sin-
gulis se annis aucturos sperantes, de que-
relis, & grauaminibus non curant; Baiuli
se excusant vltrà fructus conduxisse, & sic
ambo in foueam cadunt. Barones enim
392 aduertere debent, nè in introituum lo-
cationibus mediantibus subhastationibus
excessiuas oblationes admittant, propter
euidens periculum conductorum animas
illaqueandi, quia dum introitus non cor-
respondent, eos postea furari oportet; pre-
tium

tium enim iustum, personæ qualitas, & quod afflictus quasi ad fructuum perceptionem pertingat, sunt consideranda, vt ille viuat,& in damno non sit, hæc tria attendenda esse dixit *Damauder. tractat. de subhast.cap.5. num.22. & post eum Molf. par.1.cap.6.ex num.14.vsq.ad fin. & in cõsuet.Neap.* de hoc parùm curatur; sed si nõ in foro fori, in foro poli pœnam sustinebunt, vt ait *Free.in simili auth.*11.

Postremò quæritur circa illa damna,& banna, nè vllus tale prędium ingrediatur, vel damnum inferat, iuxtà notata per *Frec.auth.*42. *Afflict.in const.Cum per par-*
393 *tes*, qui harum actionum originem, & causam referunt;nam ex officio Baiuli ius banniendi territorium habent, *Mastrill.de Magistr.lib.4.cap.18.num.*67. Si dominus
394 animalia immissa fuisse voluerit, & cõsenserit, an Curia pœnam exigere valeat? Affirmatiuè aliqui, nam commissa pœna est, quam prædij dominus remittere poterit, cum alteri per alterum iniqua conditio inferri non debeat, *l.non debet,ff.de regul.iur.* & sufficit, Iudicem contempsisse, *l.1.ff.si quis ius dic.non obtemp.* In contrarium est veritas; nam cuilibet libera est facultas dandi,& quod suum est remittendi, & nulla lege arctari potest, *l.in re mandata,C.mandat.l.nemo, C.de Iudęis,l.si quis,C.de pact.* non obstant banna, cum pęna stante domini placito non committatur, *l.inter omnes, §.rectè, ff.de furt.* vbi furtum volente domino non committitur, sic *glos.in l.1.C.de pascul.lib.*10. *Antib. de muner.art.fin.num.*202. *Reg.Lanar.conf.* 98.*num.*15.*Viu.decis.*520.hoc verò procedit data licentia, vel domini permissione ex amicitia, vel consanguinitate præsumpta;sed si ratum habuerit post damnum, pœna exigi poterit, nè isto modo fraus Curiæ fieret, *DD.in d.§.rectè*, in hoc Iudicis versabitur arbitrium, inditia, & argumenta, & personarum qualitates considerantis, & in Sacro Consilio fuit iudicatum inter Vniuersitatem Lauri, & Marchionem. Act. Cioffo. Quod si animalia
395 alicuius terras non bannitas,apertas,& non satas introierint, Baiulus pœnam exigere non possit,nisi damnum dederint;
396 si verò terra bannita, vel clausa esset,si animalia in ea immittantur, ratione contemptus,pęna debetur, quamquam damnum non dederint, *Lanar.d.conf.98.num.8.* prout etiam fuit per Sacrum Consilium prouisum inter Vniuersitatem Literarũ, & Baronem. Act. de Ferrarijs, & inter Vniuersitatem Vallis Vitulani. Act. Fi-
397 gliola. Quid si ad Vniuersitatis petitionem fuerit factum aliquod pœnale capitulum,vel bannum pro damnis, vel immunditijs intra Ciuitatem immissis, & illud per Baronem fuerit confirmatum, & super ijs capitulis expeditus Regius assensus, an Vniuersitas tale bannum, vti damnosum reuocare valeat, dum leges tractu temporis ad iniustitiam mutari solent, vel Barone contradicente pro suo interesse, bannum remaneat firmum? & ex iusta causa bannum pro ea emulgatum reuocandi ius competere videtur, licèt Superioris authoritas ad confirmationem interuenerit, probat *text.in l.2. C.de priuil.schol. libr.*10. etiam absq. tali assensu, dum authoritas pro suo beneficio data fuerit, *Bald.in cap.1.de pac.const.Vasq.controuer.34.num.2.Tiraquell.* in terminis in *d.l.bones, limit.*17. Indè dum Vniuersitas
398 Theani emananda banna curauerat, nè ciues animalia suina intra Ciuitatem,sub pœna Baiulis applicanda tenerent;cumq. tractu temporis bannum ad iniquitatem redactum esset,quia Baiuli permittebant, & porcorum dominos fidabant, vndè immunditiæ in Ciuitate residebant, & vasalli angariabantur,fuit hæsitatum,an iusta esset Vniuersitatis prætensio, vt bannum reuocetur, & concedere,vt quilibet sues intus Ciuitatem tenere possit? Dicebatur ex Baronis parte, talia banna ex officio propter aeris salubritatem conseruationem fieri posse, *Rip.de peste art.*1. & dicam infrà *pragm.*14.Tamèn per Sacrum Consilium tàm inter dictam Vniuersitatem Theanicum Illust.Principe Hostiliani,quàm inter Vniuersitatem Pitticij, &
399 Baronem. Act.Felice. Fuit decisum,vt ciuibus hyemali porcos intra terram tenere liceat, æstiuo autèm tempore minimè, sub pœna banni, & sic dum banni iustitia est ad Vniuersitatis instantiam, reuocatio procedit:limitarem tamèn, si capitula correspectiuè inter Baronẽ,& Vniuersitatem inita fuissent,& sic in terminis
400 puri banni ad Vniuersitatis instantiam facti non essemus; nam tunc quia ius est Baroni quæsitum, reuocatio sine iusta causa fieri non posset, & conferunt adducta per *Rouit.supra cit.pragmat.Statuimus.* Multa alia essent dicenda, sed hæc obitèr circà iurisdictionis excessus,in ista baiulationis cognitione sufficiant.

Hæcq; principalia dogmata sat sunt ad cognoscendum, quæ iurisdictionalia, facta inuestitura de Terra, vel Ciuitate, concessa videantur, & quæq; excepta, & non communicata intelligantur? Et licèt multa addi potuissent, ea non posui, vel quia vulgaria, vel non ita practicabilia vidi;restat modò,iuxtà quæ in huius *prag. princ.* præmisi, vt secundariò videamus, quibus Baro circa bona, & feudi pertinentia intelligatur inuestitus, quæ vt commodiùs, & libentiùs lectores videre possint,

sint, in Secundam Partem diuidere volui, vt sic diuisa eos tedio non afficiat.



SVMMARIVM

II. PARTIS VIII. PRAG.

1 *Feudum à iure certas partes, & diseretas pertinentias non habet.*
2 *Destinatione primæua rerum natnra dignoscitnr.*
3 *Terra enm suis pertinentijs concessa, omnia aecedi solita, subnrbia, casalia, & alia veniunt.*
4 *Concessio licèt larga, alienis semper saluis, interpretatur.*
5 *Terra eoneessa, omnia fendo adijci eonsueta, non autem priuatorum bona veniunt.*
6 *Domns, & fortalitia sunt Baronnm.*
7 *Arma in Castro reposita, an ibi eoneessa intelligantur?*
8 *Fortalitia sine Principis licentiæ vtrum fieri possint?*
9 *Vniuersitas an pro fortalitio per Baronem ad vasallornm vtilitatem faciendo, contribuere teneatur?*
10 *Castra, & Turres num Vniuersitates absq. assensu ædificare possint?*
11 *Armandiæ omnium armornm vsus ad bella pertinentes dicuntur.*
12 *Vniuersitates an sine assensu Terras muris cingere, & ad expensas eiues cogere valeant?*
13 *Turrim, & Fortalitium an particularis in suo facere possit?*
14 *Territorium, facta inuestitura, cōcessum videtur. Et, quid sit territorium cum suis finibus, declaratur.*
15 *Districtus in quo à territorio differat?*
16 *Burgensatica licèt feudo vnita, an concessa, vel vendita subintelligantur?*
17 *Augmenta in fendo facta, an feudo deuoluto, cum eo transeant?*
18 *Palatium ædificatum in feudo, an feudo accedat?*
19 *Territorij fines, & eoncessi feudi terminatio per montes, flumina, valles, locorum custodes, & alia, quæ narrantur, arguuntur.*
20 *Index in finium terminatione in dubio ad indicandi potestatem habet.*
21 *Territorium licèt sit Baroni concessum, omnia tamen de feudo esse non fundantur.*
22 *Barones certa possident corpora, in quibus ea esse de feudi demanio fundatam habent intentionem.*
23 *Occupare de facto an liceat bona, quæ per alios, quàm qnæ per Barones posside ri, intra resistunt.*
24 *Natura nouas edere formas semper properat.*
25 *Flumina, & aquarum decursus an sint de exceptis, vel in generali concessione ineludantur?*
26 *Argumentum de emphytensi ad feudum valet.*
27 *Flnmina nauigabilia de regalibus snnt, & eoncessa non præsumuntnr.*
28 *Aqua, quæ in priuatis fundis nascuntur, illorum, non autem Baronnm sunt.*
29 *Dominus superioris partis ad libitum aquæ cursnm diuertere potest.*
30 *Vsus aquæ, pro necessario subditorum, vsu per Barones prohiberi non potest.*
31 *Baro in Vniuersitatum aquis vsum habet, & qualiter aqua inter Baronem, & Vniuersitatem diuidatnr?*
32 *Molendina, battinderia, & similia in fluminibus, an à vasallis fieri possint?*
33 *Aquæ iure gentium sunt communes, & antiquissima præscriptione Reges earum intra qnæsiuerunt.*
34 *Ius piseandi, & alicubi aucnpandi per prinatos præscriptione comparatur.*
35 *Gabella mari imposita dominium denotat.*
36 *Ius piscandi Baronibus ex aquarnm concessione non censetur concessum, quia est de inre gentium.*
37 *Princeps in quæsitis, non in quærendis præiudicare potest.*
38 *Defensæ piscationum quādo Baronibus permittantnr.*
39 *Ius exactionis passus est de regalibus, & ad Principem spectat.*
40 *Viæ licèt sint sub Regis protectione, iurisdictio tamen est Baronnm.*
41 *Exactio passuum, quę fit circa flnmina in Baronalibus Terris, an ad Baronē spectet?*
42 *Passum exigens, an transeuntibns rapinas reficere teneatur?*
43 *Viæ publico cursui destinatæ snnt sub Principis protectione.*
44 *Viæ intus ciuitatē snnt vniuersitatis quoad dominium, & protectionem.*
45 *Viæ intùs ciuitatem vninersitatis expensis sunt accommodandæ, mundandæ, & sternendæ, & cuius sit inrisdictio?*
46 *Vniuersitas, an vias claudere, vel absq; assensn alienare possit? & refertur decisio n. sequenti.*
47 *Viæ ad mala patranda aptę, sunt claudēdę.*
49 *Gabellæ, & vectigalia per Barones sine assensu imponi non possunt.*
50 *Princeps absq; necessitate vrgente noua vectigalia imponere nom potest.*
51 *Barones nullum personale, vel reale onus vasallis indicere possunt.*
52 *Nundinarum concessio ad solum Principem spectat.*

53 Mer-

nes iurisdictionem habeant?

111 Neapolitanus etsi latro, ad eius forum remittitur, & à capiente non cognoscitur.

112 Foriudicati licèt ab alijs capti suis Iudicibus remittuntur.

113 Forasciti, qui propriè dicatur, vt comprehendantur in bannis?

114 Requisita, quibus quis forascitus dici possit, enarrantur.

115 Foriudicare an Barones suos subditos possint, & quid in Sicilia seruetur?

116 Foriudicatus ab vno, an ab alio, vel superiore morti tradi possit? & infra nu. 123.

117 Nouus intellectus ad prag. 5. vbi de delicto &c.

118 Qualitas iurisdictionem tribuens pre omnibus est probanda, vt iurisdictio exerceri possit.

119 Latrones capiens, & informationem de eius delictis non habens an eius Iudices ad remittendam copiam cogere valeant?

120 Iudices delicti an ad capientis Iudicem causas remittere teneantur?

121 Inquisitionis remedium vtrum in Regno in delictis vltrà relegationem ordinarium existat?

122 Latro inquisitus, citatus, & contumax post decem dies, pro forindicato existimatur.

123 Bannitus in vno, in alio territorio bannitus non dicitur.

124 Acta vnius Curiæ in alia non probant.

125 Præuentio, an per citationem inducatur?

126 Remissio non datur, si Iudices ejdem non subsint imperio.

127 Latrones piratæ maris dicuntur, & ad eos prag. extenditur.

128 Recapta facientes sunt vti latrones existimandi, & ad eos porrigitur pragmatica.

129 Sententia declaratoria num requiratur, quando pena ipso iure imponitur, & an citatio præcedere debeat?

130 Receptatores latronum, vel eis opem præstantes, an Baronibus remitti possint?

131 Decisionem Franch. 470. impugnari refertur.

132 Remissio de delictis intus Neapolis Ciuitatem patratis non datur, & quid in suburbijs?

233 Lenocinij causa Baroni non remittitur.

134 Fur à capiente punitur, & remissio non datur.

135 Fur ad delicti locum vtrum sit remittēdus, si Baro clausulam habeat abdicatiuam?

136 Clausula abdicatiua contra fiscum, non cōtrà alios Barones operatur.

137 Fur, vt à capiente cognoscatur, paulò antea delictum commiserit, oportet.

138 Iudex furem capientis, an ex inditijs, quę habet, eum punire possit, vel delicti Iudicem, ad dandam sibi captæ informationis copiam, cogere valeat?

139 Par in parem non habet imperium.

140 Punitus insufficientèr, iterum puniri potest.

141 Remissio in dati damni causa non datur.

142 Damnificans in damni loco non adinuentus, ibi conueniri non potest.

143 Remissio in causis instrumentarijs via ritus non datur, nisi Baro hoc priuilegiū habeat.

144 Hæres in defuncti foro, licèt ibi domiciliū nō habeat, conueniri potest, cū n. seq. 145.

146 Hæres in foro defuncti cōuenitur, si ibi inueniatur, vel lis sit cum defuncto contestata, & pars hæreditatis maior sit, ibidem.

147 L. 1. C. vbi fideicom. pet. deb. declaratur.

148 Hæres, an sua ex persona forum declinare possit?

149 Clericus hæres, an ex sua persona forum declinare valeat.

159 Forum sortitur in loco contractus contrahens, & ibi repertus, forum quocumq; ex priuilegio declinare non potest.

151 Absens à loco contractus, an conueniri possit?

152 Renuncians foro, cōtrahendo, an ad eum locum reuocari possit?

153 Clericus in loco contractus coram illi loci Episcopo respondere tenetur.

154 Iudex loci contractus, an cōtrahentem extrà suum territorium citare valeat?

155 Remissio ad locum, vbi quis administrauit, vtrum concedatur?

156 L. 1. C. vbi de ratiocin. declaratur.

157 Remissio ratione rei sitę non datur.

158 Forum, an sortiatur quis, vbi cum bonis pro credito obligatis reperitur?

159 Mercator, an vbicumq; conueniri possit?

160 Pactum vbiq; cōueniendi non habet locū, vt quis in omni foro conueniri possit, cum n. seq. 161.

162 Priuilegiati alicuius artis, vel exercitio, ratione, gaudent, si id actu exerceant?

163 Matricula quid designet, & in quibus obseruetur?

164 Matriculas plures habēs, habito ad diuersa exercitia respectu, quale forum sortiatur?

165 Priuilegium fori, in fraudem accipiēti munerum effugiēdorum causa, nō opitulatur.

166 Exemptio ministerij exercitio actualis nō deseruiētes, vel inhabiles effectos nō iuuat.

167 Fidati de dohana, an, & quādo gaudeant.

168 Initium delicti ad rei iurisdictiones cognitionem, spectandum est.

169 Exempti ab ordinario foro, à reuerentiali non sunt exempti.

170 Vasalli obsequiales, & artificiales Baronibus debent operas.

161 Operę artificiales, non obsequiales, per alium præstari possunt.

172 Operæ obsequiales quę sint?

173 Exempti delinquentes, vt remittantur, capi possunt.

174 Milites tàm pro criminalibus, quàm ciuilibus causis, quando fori ptiuilegio fruantur? & quid in Regno. n. 179

175 Tri-

PRAGM. VIII.

PARS SECVNDA.



DEVENIENDO ad secundā huius pragmaticæ partem, iuxta distinctionem in principio factam, erit videndum, vt dixi, quibus Baro circa attinentia ad feudum inuestitus intelligatur, postquam de pertinentibus ad iurisdictionem in præcedēti verba fecimus.
1 Scias itaq; feuda limitatas pertinentias, & discretam naturam non habere, vt eis certa, & determinata regula dari possit, vnde quoties de pertinentijs controuersia incidit, vtrum talis fundus, Villa, Suburbia, Casalia, & cœtera sint ad Castrum, vel Ciuitatem pertinentia? ante omnia destinatio attēdi debet, num fundus consue-
2 tudine, vel priuilegio ad feudum destinatus fuerit, fundorum enim destinatione nomina, & res non natura constituuntur, vt ait *tex. in l. quod in rerum*, §. *si quis ff. de leg. 1. in l. ex facto* §. *rerum ff. de hered. instit.* Castro enim à iure nil corporale est deputatum, quod eius sit pertinens, ab hominibus tamen eorum statutis Castro, vel Ciuitati certum territorium assignari cōsueuit, quod ipsis in iurisdictione, & territorio respondeant, *Doctor. in cap. si Ciuitas de senten. excommunic. in 6. Bart. in l. 1. nu. 3. ff. de dam. infect. Bal. in cap. 1. de capit. qui Cur. vend.*
3 Concesso enim Castro cum pertinentijs, omnia, quę sunt in Terra, Castro, Oppido, Villa, & Pago comprehenduntur, nisi exēptio probetur. *Dec. cons. 517.* hinc est, vt res in territorio sitæ eius esse præsumātur, cuius est territoriū, saltèm quoad iurisdictionem, donec cōtrarium probetur, quia iurisdictio solo cohęret; *Bald. in l. à procuratore C. mandat. Paris. de reinteg. fol. 117. Papien. in for. libell. in actio: real. vers. cum omni iure, & pertinentijs, Io: Koppen. dec. 48.* licèt in concessione etiā am-
4 plissima sēper dicatur (*alienis semper saluis*) ne tertio præiudicetur, *Capie. in inuest. fol. 136.* & quamuis concessio sit ampla
5 cum angarijs, furnis, molendinis, & alijs semper interpretatur, si ea feudo insint, iuxtà verba *tex. infra in prag. 16.* non autem bona, iurà, & priuatorum territorio concessa dicuntur, vndè regula datur, cōcesso feudo cum iuribus, & pertinentijs suis omnia adiacentia, connexa, & solita veniunt, quæ a iure, vel consuetudine intelliguntur, *And. in cap. 1. nu. 5. quid sit inuestitura, Dec. & alij in cap. cum ad sedē de restit. spol. Ias. & Alex. in l. 3. ff. de acquir. possess. Crauet. cons. 105.* Possessa, dico, inhærere feudo, secùs si priuato iure possideantur, *And. in d. cap. 1. in prin. Reg. de Ponte cons. 63. ex nu. 25.* Veniunt igi-
6 tur hospitia Baronis habitationi destina-
7 ta, sicq; Castri fortalitia si ibi adsint, ac arma, vti bombardæ vulgaritèr, & Manganellę, balistæ, & similia in fortalitio destinata, prout & omnes munitiones, *Bald. in cap. 1. §. si quis de Manso, de contr. inuest. Luc.*

Luc. in l. quicumq; C. de fund. Limitroph. lib. 11. & Capie. in inuest. verf. feudorum accessoria, & licèt Armandiæ sint de regalibus, intelligitur de ornamento pro bello, & Nauibus repondendo, nàm istæ armorũ vsus sibi est exceptus *C. vt armon. vsus*, nõ autem quod Barones Castra pro tuendis iuis terris ab hostium incursu securis munita tenere non valeant, & maximè in locis maritimis, *And. quæ sint regalia verbo Armandiæ, Peregr. de iur. Fisc. lib. 1. tit. 1. nu. 14. Farinac. quæst.* 108. imò non solũ veniunt facta, sed per Barones fortalitia absq; licentia fieri possunt, *Bal. cõs. 43. nu. 1. lib. 4. Boer. dec. 320. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 13. nu. 22. Rolan. cons. 84. nu. 1. lib. 2.* & non obstat *tex. in l. 2. C. de fund. limitr. lib.* 11. nam locum sibi vendicat, si fortalitium in confinibus, vel suspectis locis fiat, in forma veri muniti, & formati Castri, ne aliqua seditionis, vel scandali materia oriri possit, iuxta *glos. in l. per prouincias C. de ædif. priu.* sic *And. in constit. Castri munitiones*, & ibi *Affl. nu. 4.* & in inuestituris inter clausulas est ea, *& cum Castris, & fortalitijs*, vt per *Capie. in inuest.* Et si aliqua contrarium ingeniosè ponderauerit *Montan. de regal. §. palatia ex nu. 5. in fine*, nihilominus non negat, opinionem *And.* in Regno esse receptam, sequuntur *Auend. de exeq. mand, cap. 3. sub nu. 4. par. 2. Azzened. lib. 6. tit. 5. l. 8.* Castra tamen a Principe diruta absq; licẽtia a Baronibus refici non possunt, vt in *const. Castra Bar. in l. sacra §. muro ff. de rerum diuis.*

An verò Vniuersitas pro fortalitio per Baronem faciendo, eius vtilitatem, & Ciuium defensionem respiciente, contribuere teneatur? Et licèt videretur, quod sic, cùm vtilitas est communis, & ex eorum parte Ciues commodum sentiunt, ex *cap. ex eo, de reg. iur.* contrarium tamèn est dicendum, quia Ciuitates, & Terras ab hostibus custodire, ad Principem spectat, ex tributis, & fiscalibus functionibus, quæ in Regno exigit, *And. in cap. 1. §. vectigalia nu. 14. in fine, quæ sunt regal.* proinde per Regem Ferdinandum edita fuit *prag. 1. §. 5. de Salar. eorum*, quod in Castrorum constructione, & reparatione Vniuersitates non molestentur, nisi pro veteris ædificij reparatione, si de solito, vel de iure illud teneri compertum, atq; ostẽsum fuerit; si enim Vniuersitates ad contributionem pro Castrorum, per Principem demtorum refectione non tenentur, quanto magis pro Baronum Castris ad eorum commoditatem regulariter destinatis, etiam si aliquod cõmodum Ciues sentiãt, *l. turres C. de oper. publ.* & ibi *Angel.* Vasalli tamèn operas, & seruitia ad Baronis

ædificium extruẽda, ipsius Domini sumptibus præstare debent, *Berlich concl. 65. to.* 2. Muri verò, & fossati, cum sint Vniuer-
10 sitatum, ad has eorum reparatio pertinet, vt infrà *prag. 19. nu. 59.* Verùm si Vniuersitas turrim, vel Castrum ędificare vel-
11 let, id nullo modo sine assensu Principis facere valebit, quia armorum vsus est de regalibus, *cap. 1. quæ sint regal. vers. armandiæ*, quæ armorum vsus interpretantur, *And.* ibi, & *Peregr. de iure Fisci tit. 1. nu. 14.* mænia verò cum fortibus, & turribus, circum circà suis expensis construe-
12 re poterit, *l. 3. C. de diuer. præd. rust. lib. 10.* & etiam Ciues ad contribuendum astringere, *l. ne splendidissimè C. de oper. publ.* sed adhuc Principis requiritur licentia, si de nouo fiant, secùs si reficiantur, *gl. in l. sacra, §. muros, verbo licèt, ff. de verb. diuis.* Et si necessitas vrgeat in locis suspectis, & Vniuersitati vires non suppetant, Fiscus in expensis subuenire debet, *Luc. in l. fin. C. ex quib. muneribus lib. 10. de Ponte tit. de*
13 *elect. offic. §. 1. nu. 36. Montan. vbi supra nu. 7.* Sicq; procedit in particularibus Ciuibus, quibus non solùm turrim, sed nec forte Palatium ædificare permittitur, si quæ suspitio in futurum oriri posset, *l. 3.* ibi *(vel materiam seditionis) ff. de oper. publ. Petra de pot. Princ. cap. 8. nu. 10. Boer. dec. 320.* & in Regno est etiam vetitum per *Const. In locis demanij.*
14 Veniunt etiam sub concessione territorium Casalia, & Suburbia, quæ accedere solent, cum feudum consistat ex pluribus corporibus, sicut in grege, & dicitur vniuersitas facti, *Andr. in cap. 1. quid sit inuestit. & in cap. 1. de Cap. qui cur. vend.* Territorium autem est agrorum Vniuersitas infra fines cuiusq; Ciuitatis, vel terrę, *l. pupillus, §. territorium, ff. de verb. sign.* infrà quod iurisdictionem feudatarius habet, subditos terrẽdi, vti est eius ethimologia, *gl. in d. §. territorium, And. in c. imperialem nu. 89. in fine de prohib. feu. alien. per Feder. Doctor. in l. fin. ff. de Iurisd. omn. Iud.* Imò etiam venit districtus, cuius verbi proprietas est largior, nam territorium
15 continet omnia, quæ intrà Terras continentur; Districtus verò villas, & etiam Castra separata, sed per subiectionem, vel protectionẽ addita continet, latè *Bertaz. de claus. fol. 102. verbo districtus, Felin. in cap. Redulphus vers. districtus de rescripc. Gabed. dec. 10. par. 2. Medic. cons. 21.*
16 Verùm tamen licèt concessio sit cum territorio, & districtu, & alijs amplis verbis, ea tamen sunt excepta, quæ proprio feudo non adiacent, vbi burgensatica, quæ
17 mixta cum feudo tenentur functiones Fiscales, meliorationes factæ, & emptiones, ita vt aperto feudo Regi per generationẽ

finitam, vel aliam causam, ea Domino di-
recto non aperiantur, And. in cap. si Va-
sallus hic fin. l. ex Molin. disp. 463. Capic.
in inuest. vers. feudorum augumento, de Pôt.
cons. 11. Franch. dec. 191. & quid de bur-
gensaticis feudo additi? vide Camer. in l.
18 imperialem fol. 39. lit. A. & quod etiam pa-
latium denuò in Terra ędificatum feudo
cedat, licèt non sit necessariũ, sed prætiũ
feudatarij hęredib9 debetur, c. 1. §. si Vasal-
lus, his fin. lex. cap. 1 §. è contrario, de inuest.
de re al. fact. Iacob. de Franch. in cap. 1. §.
siquis de Manso, nu. 10, si de inuest. fuer.
controu. Giorg. alleg. 1. Reg. Reuert. dec.
572. Coler. dec. 73. & latius Berlich. concl.
42. tom. 3. & quæ augmenta feudo accre-
scant? vide And. & DD. in d. c. 1. Ann. al-
leg. 29. Peregr. de fideicom. art. 50. Et de
incremẽto per alluuionem, vel aliam cau-
sam, De Curte in diuers. feu. fol. 83. ex nu.
23. Confinia autem feudi antiqua Con-
suetudo designat, cum vera regula consti-
tui non possit, licèt multę præsumptiones
19 adsint territorium terminates, quod ple-
rumq; argui solet, per flumina, per mon-
tes, valles, lapidũ inscriptiones, signa, lo-
corũ custodes iurisdictionis exercitium,
tributorum exactionem, vulgi opinionẽ,
circum colentium iudicij publica instru-
menta, & per columnas, lapides, & anti-
quos libros, de quibus per Bald. cons. 420.
Guid. Pap. dec. 193. Felin. in cap. cum cau-
sa de probat. Hyer. de Monte in tract. finiũ
regund. Mascard. de probat. concl. incip.
fines, & latè Paris. de reinteg. feu. q. 311.
cum seqq. Auend. de exeq. mand. cap. 4.
20 Gratian. discep. 595. & in dubio Iudex pen
finium inspectionem declarationẽ facien-
di supremam habet potestatem, Paris. vbi
supra q. 327. fol. 167. licèt totum territo-
rium per tales designationes videatur cõ-
cessum, intellige quoad iurisdictionem
territorio circũscriptam, & accedere soli-
tam, non autem quod totius territorij, &
21 cuiuslibet terræ cespitis Dominus dica-
tur, sed concessa videtur quæ feudo an-
nexa tantum esse solent, cum regula sit,
omnia, quæ à vasallis possidẽtur, libera, &
22 allodialia sũt, vt dicã infra prag. 11. Bona
verò, super quibus Barones fundatam ha-
bent intentionem, sunt nemora, & siluæ,
hæc enim possideri non possunt, nisi per
Barones ius fidę concedatur, Luc. in l. qui-
cumq; C. de fund. Limitroph. Franch. dec.
183. & infra prag. 11. à nu. 201. Vnde Vni-
uersitas, vel priuati possidentes iuris prę-
sumptionem contrà se habent, nisi titulũ
demonstrent; Et è contrà Barones habent
pręsumptionẽ pro se, q̃ satis, superq; vtilis
est cap. cum persona de priuil. in 6. l. non est
verisimile, ff. de his, quæ met. caus. vbi glos.
23 ver. præsumptio, itaut Baro propria au-
thoritate hæc sibi reintegrare possit And.
in Cõst. si quando, & continuò inter Baro-
nes, & Vniuersitates super istis nemorum,
& defensarum corporibus solent esse con-
trouersiæ, vt dicam in prag. 11. Qua gene-
rali regula posita, conclusiuè adnotemus,
Principi excepta sub generali cõcessione
circa res, & territoria intus feudum sita
non venire. Et supra positum ordinem se-
quendo in attinentijs ad iurisdictiones,
aliqua vtiliora prenotabo, cum multa de
hoc scripserit Capic. in inuest. ex fol. 43.
meq; intentionis non est, de carta in pa-
pyrum exemplare, sed nouitèr decisa ma-
gis controuersa, cum natura semper pro-
24 peret, nouas edere formas, l. 2. §. sed quod
diuinę declarare; & interpretari, C. de vet.
iur. enucl,
25 Facta igitur plenaria concessione, ex-
cepta videntur flumina, aquæ, ac fontes,
eorumq. decursus, Bart. in l. 1. C. de mancip.
& colon. Petr. de potest. Princ. cap. 7. nu. 20.
Peregr. de iure Fisci, tit. 1. ex nu. 17. Martin.
Laud. tract. Princ. tit. de Castell. qui licèt in
26 emphyteusi loquatur, idem in feudo pro-
cedit, cum argumentum de vno ad aliud
quandoq. valeat, Andr. in cap. 1 sub nu. 13.
& 18. de controu. inuest. Camer. in cap. Im-
perialem fol. 8. lit. 8 fol. 14. lit. Q. & fol 40.
liter. K. Paris. de reintegr. feud. q. 8. num. 2. &
sic Capyc. d. vers. flumina, quod nisi expres-
sè in inuestitura aquæ, & eius decursus
concedantur, his Baro inuestitus non sub-
intelligatur, Luc. verò de Pen. in l. vsu aquę,
C. de aquęduct. lib. 11. & in l. quicumq. C. de
fund. limitroph. aquas venire, imò Baronũ
esse demanialia dicit. Sed concordari pos-
sunt, generali Regni Consuetudine ea
subintelligi, cum solita sint concedi, & es-
se demanialia feudi; & prima opinio in
Regno, vbi non erat solitum, inuestituras
tàm longè fieri, de iure antiquo procedat,
Franch. decis. 183. in princ. Afflict. in cap. 1.
§. flumen, num. 10. de regal. flumina autẽm
27 nauigabilia nunquam concessa intelli-
guntur, nisi expressè, cum sint de regali-
bus, cap. 1. quæ sint regal. Rip. in l. quominùs,
ff. de flumin. Ex ijs namq. fluminibus ordi-
narijs aquam diuertere non licet, nisi ad
alueum rediret, ac solùm pro vsu, Bald. &
Angel. in l. fluminum, ff. de damn. infect. Cę-
pol. tit. de aquęduct. nec operatur concessio,
vt ea ad aquas priuatas, & earum decursus
extendatur: Aquæ enim, quæ non sunt
28 perpetuæ, vel quæ in priuatorum fundis
nascuntur, vtiq. sunt domini fundi, non
autèm Baronis, nec Fisci, Andr. in d. cap. 1.
num. 8. Ann. allegat. 28. Vrsill. decis. 338. hæc
enim diuerti, & ad dominorum locorum,
vbi nascuntur, vel qua transeunt, libitum
mutari possunt, l. 1. §. illud Labeo, ff. de aqu.
plu. & estiu. Thes. decis. 245. Mascard. concl.
123.

123. nec vicinus conqueri poterit, si do-
29 minantis fundi superioris dominus decursum mutauerit, nec præscriptio locũ habebit, cum sint meræ facultatis iura, quæ non præscribuntur, *DD. in d. §. illud, Boer. decis. 352. ex num. 4. Borgn. dec. 23. p. 2. nu. 113.* & dicitur flumen priuatum, quòd nõ est perenne, vel perpetuũ, & quod aliquo tempore non decurrit, *l. 1. in princ. ff. de flum. Afflict. dec. 388. à num. 13.* & sic concessio operatur ad aquas publicas, quarum vsum Baro prohibere poterit, non autèm
30 ad priuatas, non dico pro victu, & personarum vsu: pro his enim aquam haurire licet, nam si secus, subditi malè viuerent, *DD. in l. vsum aquæ, Capyc. in inuest. vers. fontes, Viu. decis. 344.* Sed in multis locis aquæ ex priuilegio, vel legitima præscriptione sunt Vniuersitatum demaniales, vt in Terra Solofræ, & eis vtuntur pro pel-
31 libus, & pannis accomodandis, ac pro irrigandis hortis, & in his Baro è contrà suum habet vsum; an pro hoc aquæ vsu partem in suo palatio, vel viridario recludere valeat? dicam infra *pragm. 12. num. 31.* refluxus autèm ad communem vsum deindè reddituros esse, paulò ante *num. 27.* diximus. Et qualitèr per vncias aquæ cursus diuidi possit? *Borgn. decis. 23.*
32 *ex num. 104.* Sed tapeta, ferreria, bactinderia, & molendina in fluminibus fieri nõ permittitur sine Baronis concessione, quãuis ciues in his aquæ vsum habeant, *Capyc. in inuest. vers. cum molendinis, Viu. decis. 126.* Sed quare flumina sint Regis, & sub Baronis iurisdictione, dum ea naturali iure publica, & communia sunt, vt in *l. 2. ff. de rer. diuis.* seù iure gentium, quod idem est, quod ius naturale, *§. singulorum, Instit. eod. tit.* super quo iure Princeps disponere non potest, vt dixi in *prag. 1.* dic, licèt negari non possit, mare, portus, & flumina de iure naturali, seu gentium es-
33 se, ex antiquissima tamèn memoria Reges eorum dominia, ea suis regalibus cumulando, quæsiuisse, diximus supra hac *prag. par. 1. num. 287.* nam præscriptione etiam hæc iura non solùm à Principe, verùm etiam a priuatis quæri possunt,
4 prout ius, piscationem, & venationem prohibendi, *gloss. pen. in l. iniuriarum, §. fin. ff. de iniur. Andr. in cap. 1. §. flumina, num. 8. quæ sint regal. Luc. in d. l. vsum aquæ, Iacob. de S. Georg. vers. & compiscationibus.* Et exindè gabellas, & vectigalia per aliqua loca maritima transeuntibus, in dominij signum imposita esse videmus, vt Veneti, Ianuenses, & alij faciunt, *Aret. §. 3. Inst. de rer. diuis.* & ea imponi permittitur, *Andr. in §. ripatica, quæ sint regal. Peregr. de iure Fisci, tit. 1. num. 22. Cabed. decis. 54. par. 2.* vndè cum Reges eorum dominia, & iurisdi-ctiones & assequuti fuissent, inuestiendo ea concedere poterunt. Verùm aduerte, licèt per Barones aquæ vsus vltrà victum prohiberi posset, piscationes tamèn non intelligi prohibitas, cum piscatio natu-
36 ralis aquæ fructus dicatur; vndè aqua præscripta, piscationis ius non dicitur præscriptum, *Ias. & Rip. in l. quominus, ff. de*
37 *flumin.* & Principis priuilegium in quærendis, non autèm in actu, vel habitu quæsitis præiudicare poterit, *DD. in l. item verberatur, §. 1. ff. de reivind.* Indè concessio cũ
38 piscationibus facta intelligitur, si inibi quæsita adsint iura piscationem prohibendi, vt dictat *text. in prag. 16. hoc tit.* non autèm quod etiam pro vsu prohibita sit piscatio, *Iacob. vers. & cum venationibus:* si autem inter introitus feudi sit ius in flumine piscandi, quod ex antiqua consuetudine, vel præscriptione quæri potest, *Andr. in cap. 1. §. redditus piscatorum, nu. 72. quæ sint regal. Menoch. consf. 298. volum. 3.* non licet tunc, inuito domino, in eo destinato loco piscari, *Afflict. in d. cap. §. flumina, num. 9.* prout vbi Barones defensas proprias habent, in quibus nemini piscari, vel venari licet, sicut nec in priuatis feudis permittitur, vt diximus supra *nu. 35.* Quomodo verò præscriptione ista iura quærantur, & quando præscriptio currere incipiat? diximus supra *prag. 1. ex n. 204 & infra prag. 14. & 16.*
39 Excepta sunt etiam Baronibus passus, seù pedagia in vijs, ius pontis, & exituræ, vel in mari, & nauigabilium fluminum ripis iura colligendi; viæ enim, mare, & flumina, licèt publica sint, sunt tamèn sub
40 Regis, cui personarum defensio à latronibus, & piratis competit, protectione, & ideò passuum vectigalia a transeuntibus propter curam, & expensas in illis custodiendis exigit, *Andr. in §. ripatica, quę sint regal. Peregr. de iure Fisci, tit. 1. num. 22.* iurisdictio autem ad feudatarios, vbi dictæ viæ sunt sitæ, spectat; in fluminibus autẽ ordinarijs etiam fuit consuetudine inductum, vt à transeuntibus per scafam, vel pontem aliquid soluatur, & hæc exactio de regalibus non dicitur, cum disposita in *d. §. ripatica,* in fluminibus nauigabilibus sibi locum vendicent, vt ibi DD. & cum generalitèr in Regno feudorum inuesti-
41 turæ cum fluminibus, aquis, & aquarum decursu fiant, hæ exactiones vti in fructu, ad Barones spectant. Fuit etiam ius passus inductum ob publicm vtilitatem, & in vijs suspectis, vbi frequentèr furta patrari solent, vt illæ habitatæ remanerent, & personis munitæ, quę eas à latronibus tutas seruare possent; & per Barones, vel alios dictorum locorum dominos tabernæ erectæ fuerunt, & ad redimendas ex-
pen-

pensas in ædificijs factas, & ad dictorum locorum explanationem, & ad expensas in custodia faciendas, fuit per Reges concessum, vel longissimo tempore præscriptum, vt in eis quid in pecunia à transeuntibus pro singulis salmis, vel animalibus exigatur, quam exactionem nuncupat *Andr. loco cit.* scruagium, quod idem *And.* declarat in *Rit. Reg. Cam. tit. de iur. paß. & Liparul. in d. §. ripaticæ*, ibi, *Seruagia*, idest quod soluitur in passibus; nam recipientes hoc ius seruant, & soluētes à locis syluosis existentibus propè passum assecu-
42 rant. Indè si quod ibi sequatur furtum, dominus passum exigens, rapinam passis resarcire tenetur, quia ad id exigitur passus, vt ex illo introitu armati milites ad itineris custodiam habeantur, *Bald. in cap. cōuenticulos, de pac. iur firm. Io. de Plat. C. de alea priu. lib. 11. Afflict. in cap. vnic. §. viæ publicæ, num. 25. quæ sint regal.* & decisum refert *Guid. Pap. decis. 413. cum Add.* quod intellige, si huius passus possessores sint successores illius, cui illud ius pro itineris custodia concessum fuit; nam si post illius passus destinationem hi à Rege illum reditum in feudum emerint, esset dubitādum, & maximè cum hodiè onus tuta itinera tenendi ad Regem spectet, dum Vniuersitates granos duodecim quolibet anno per f. cularium, pro cohortium campaniæ salario soluunt.
43 Diximus, vias publicas sub Principis esse protectione, de illis intellige, quę publico cursui de vna Ciuitate, vel Terra ad aliam sunt destinatę, *l. 2. §. viæ, ff. ne quid in loco publ.* & illę de regalibus dicuntur, non solum quoad protectionem, iuxtà *glos. in l. littora, ff. eod.* verum etiam ex consuetudine, quoad dominium, vt per *Andr. in d. §. ripatica*, & in eis ædificari, restringi, pōtem construi, nec quicquam sine Principis licentia fieri permittitur, *l. 3. §. sed etsi à Principe, ff. quod vi, aut clam, l. 1. cum glo.*
44 *ff. de locat. & itin. Afflict. in Constit. Puritatem, num. 12. Surd. cons. 137. 1. volum.* illæ autem viæ, quæ sunt intus Ciuitatem, etsi publicæ dicantur, sunt tamen Vniuersitatum quoad dominium, & proprietatem, *§. Vniuersitatis, & ibi glos. vers. similia, Inst. de rer. diuis. l. 2. ff. de vijs publ. Cancer. var. resol. lib. 2. num. 29. tit. de iurisd. omn. Iud. & lib. 3. cap. 5. num. 21. Ripol. de regal. cap. 40.*
45 & proindè earum refectio ad Vniuersitates spectat, *l. opus, ff. de oper. publ.* & hic Neapoli particulares sunt Magistratus, qui vt viæ accomodentur, sternantur, ac mundentur, curam habent, prout in alijs Ciuitatibus afferunt *Bouadill. libr. Polit. cap. 1. Auil. in cap. Prætor, cap. 17. vers. esten limpias.*
46 Verùm si aliquam viam Vniuersitas alienare, claudere, vel aliquid in eis innouare ex causa velit, consulendus est Princeps, *l. de operibus, ff. de oper. publ.* non vt illius requiratur concessio pro re sua, & pro suo interesse formato, sed pro assēsu ad actus solemnitatem, cum Vniuersitatum stabilia absq. assensu alienari non possint, & vt Princeps, an sit expediens, & vtile, aut Ciuitati damnosum, exquirat, iuxtà verba *text. in l. si legatum, in fin. ff. de oper. publ.* & proindè dixit *Capyc. in inuest. vers. vijs publicis, fol. 115.* ab Vniuersitate vias alienari posse, quia eius sunt; si tamē solemnitates requisitæ à *l. fin. C. de vend. rer. Ciuit.* interueniant, prout anno elapso
47 ad RR. Patrum Iesuitarum instantiam habito, ad Suam Excel. eiusq. Collaterale, recursu, & per ipsum ad Sacrum Consiliū causa remissa fuit, reluctantibus complatearijs decisum in nostra Aula, licere huius Ciuitatis Decurionibus quamdam claudere viam, pro illa dictorum Patrum Collegio incorporanda, eò magis, quia parùm ea Ciuitati proderat, vti inhabita-
48 ta, & apta ad mala ibi patranda, quod est legitima causa alienandi, prout quando ad vtilitatem, & Ciuitatis decorem fit, iuxta notata per *glos. in d. l. de operibus*, ibi, *Vel destrui propter periculum.*
49 Sic & exceptum est Baronibus ius gabellas imponendi, dohanas construendi, cum noua vectigalia indici, vti de regalibus, solius Principis sit, vt in *cap. 1. quę sint regal. l. vnic. C. de superind. lib. 10.* licèt sine iusta causa, & necessitate vrgente, id
50 neq. ab eo fieri debeat, *l. 1. cum seq. C. noua vectigal. Andr. in cap. 1. sub num. 13. quę sint regal.* & est recepta opinio, maximè Theologorum, tuta conscientia, sine magna causa, imponi non posse, *Cancer. var. resol. libr. 3. cap. 3. de Ponte tit. 4. de regal. impos. Osasch. decis. 155. Minsing. obseru. 29. lib. 5. Castill. de tertijs lib. 7. cap. 41. ex num. 78.* & nouissimè *Thom. de Bene de parlam. dub. 3. sess. 1. cum sequ.* & diximus supra in *rubr. num. 88. & infra prag. 10. à num. 45.* Quando autem à Principe, non ex publica, & præcisa necessitate gabella imponitur, vasallorum consensus requiritur, ad *text. in cap. Apostolus, §. prohibemus, ext. de cens.* & proindè in talibus casibus generale Baronum, & Vniuersitatum Parlamentum in Regno vocari videmus, vt infrà *prag. 10. num. 20.* Baronibus verò gabellæ, vel
51 collectæ onus imponere à fortiori est prohibitum, *Azeued. l. 2. tit. 14. lib. 4. Bouadil. lib. 2. Polit. c. 16.*
52 Item Principi ius nundinas indicendi competit, *l. 1. ff. de nund.* Nundinarum enim ratione multa conceduntur, & præcipuè separata iurisdictio, immunitas à gabellis, ac vectigalibus, & assidatio merca-

ca-

catorum, qui pro debitis antea contractis
tempore nundinarum ibi molestari non
possint, vt in *l.1.C.eod. & ibi DD.Borgn.decis.2.Berlich.conclus.77.to.1.& infra n.158*
53 Baronibus tamèn sine assensu in suis Terris mercatũ absq; immunitate, & priuilegijs, quæ nundinis concedi solent, introducere permittitur, *Alber.& Bald.in dict. l.1. Capyc.in inuest.vers.mercatis, Thesaur. decis.* 264. aliud inquam est mercatum, aliud nundinæ. Mercatum est illud, quo certo die in hebdomada negotiantes ad emendum, & vendendum conueniunt; est enim de iure gentium, vt homines simul in certum locum mercandi causa conueniant, *l.1.§.conuentionis, ff.de pact. l.ex hoc iure gẽtium, ff.de iust.& iur.*& proindè prohiberi non possunt, *Petr.de potest.Princip. cap.10.num.29.* Benè verum in Regno ad omnem congregationis gentium, & monopolij suspicionem euitandam, solent Vniuersitates, ante mercati introductionem licentiam petere a Principe, qui id præcedente Regiæ Cameræ, auditis Terris conuicinis pro eorum interesse, consultatione, concedit; cùm nundinæ, & adhuc mercata, si alia sint in conuicinio,
54 quæ ea perturbare possent, concedi non debent, nec similitèr concessa reuocari, *Luc.in l.1.ex num.36.ne rustic.ad vll.obseq. lib.11. de Ponte tit.de mercat. Azeued.tit. 14.l.4.num.33.lib.8.*

55 Itèm exceptæ sunt, nec in concessione subaudiuntur, salinæ, ferrariæ, auri, & argenti venæ nouitèr inuentæ, vti de regalibus contentis in *cap.1. quæ sint regal. & ibi Andr.num.70.* & licèt *Vrsil.dec.321 Crauet.cons.209. & Paris.de reintegr.feud. fol.96.& 261.* asserant, hęc quando in pu-
56 blicis locis reperiuntur, de regalibus ęstimari, & ad solum Principem pertinere, secùs autèm si in feudis priuatis existant, quia tunc fundi dominorum erunt, qui sua sorte fraudari non debent, iuxta *text. in l.4.§.saling, ff.de cens.* & si in recognitionem decima Fisco dari debeat, iuxta opinionem *Afflict. dec.321. Peregr.de iur. Fisci lib.4.tit.2.* de consuetudine tamèn fisco applicantur, etiam si in loco priuato reperiantur, vt in *cap.Reg.Quia non decet,*
57 idem iuris est de thesauris, super quibus Barones manus apponere non possunt, cum eorum medietas ad Fiscum spectet, quando in loco publico, vel fiscali inueniuntur, iuxtà *text.* distinctionem in *l.vn. C.de thesaur.libr.10.& in c.1.in fin. quę sint regal. & in cap. Reg.Quia non decet,* quicquid antea dispositum fuisset per *Const. Si quis pecuniam,* & aliam incip. *Dobanę Secreti,* prout & per Regiam Cameram in quadam causa Terræ Fagiani ordinatum vidi. Verùm inuentor in denunciando cautus esse debet, si fortunæ donum sibi infortunium esse nolit, iuxtà notata per *Nigr.in d.cap.* de quo latiùs per *Peregr.de iure Fisci tit.de thesaur. Barbos.in l.diuortio, §.si fundum, ex num.26.Borgn. decis.15.p.2. Gasp.kloc.de Ærar.cap.116. lib.2.* Et quid si in Ecclesiasticis locis inueniatur? vide *de Ponte tit. de thesaur.a num.5. Amaya in l.vnic.ex num.45.C.de thesaur.lib.10. Berlich.conclus.66.à num.14. tom.2.* & an pe-
58 cuniæ, vel gemmæ, & similia pretiosa thesauri dici possint, & huic dispositioni subiaceant, *Oldrad.cons.163.* dixit, thesaurum in pecunia, non autem in alijs speciebus consistere, ex *l.nunquam, ff.de acqu. rer.dom.* ibi, *Thesaurus est quędam vetus depositio pecunię, cuius non extat memoria,* tamen *Imper.in l.vnic.C. de theaur.* ad omnia mobilia se restringit, ibi, *Condita ab ignotis dominis tempore vetustiori mobilia.* Indè si
59 de illius, qui ibi reposuit, dominio constaret, licèt pecunia esset antiqua, adhuc hæredum deponentis erit, *l.à tutore, ff.de reivind.Barbos.cons.39.volum.4.* Si repositio inquam vltra hominum memoriam non esset, & pecunia non in magna quantitate reperiretur, pecunia abscondita, nõ autem thesaurus diceretur, *Vrsill.dec.321 à num.7.* & de prædictis inuentionibus so-
60 lùm Regia Camera cognoscit, ex *cap.Reg. 66.* & an in animæ iudicio thesauri secretè, non data parte Fisco, retineri possint? vide *Couar.reg.peccatum, vlt.prelect.Amaya vbi supra à num, 18.* & sic si in inuestitura clausulam cum thesauris, & inuentionibus non habeat, hęc Baronis esse non poterunt, *Andr.in d.cap.1. num.71. Capyc.in inuestit. ver.& cum inuentionibus.*
61 Idem procedit cum pretiosis lapidibus, marmoribus, & porphyreticis, & similibus inuentis; nam sunt Fisci, si specialitèr Baronibus non sint ea concessa, vt in *const. Pecuniaria, & ibi Afflict.* Verùm si in priuatis fundis reperirentur, naturales fundi dicerentur fructus, *l.diuortio, §.si vir in fundo, ff.solut. matr.l.item fundi, & l.nouissimè, ff.de vsufruc.legat. Farinac. qu.104. spe.2.* Sicq; si herbę naturales maximi pretij pro medicinis nascantur, *Borgn.dec.12. par.2.Couar.pract.quęst.cap.17.* & diximus supra *par.1, num.235.* Sufficiant hæ conclusiones ad materiam, & terminorum cognitionem, & ad sciendum, quæ intelligantur excepta. Multos alios casus Principi reseruatos, vt in praxi non sæpè controuersos videre poteris apud *Andr.in*
62 *d.cap.1.Iacob.de feud.in princ.Luc.in l.contra publicam, C.de re milit.Cassan.in catalog. glor.Mund.par.5.Petra de potest.Princ.in 1.par.& Mastrill.lib.3.cap,10.* alia Principi excepta declarat, vti ius studia statuen-
63 di, nobilitatem concedendi, & personas

Se-

Sedilibus aggregando, & *lib.3. cap.4.* recollegit 104. casus ad Principem solùm, non autem ad feudatarios pertinentes, quos recensere nostrum non est, solùm prædicta vti ambigua adnotare volui.

Restat sciendum, an priuilegia meri, vel mixti imperij in vasallis operentur, etiam si ipsi extra iurisdictionem, & territorium delinquerent, ita vt alius in captura, & causa præueniens vasallum sub naturali domino ad originis, vel habitationis locum remittere teneatur, vel Baro talitèr iurisdictionem exercendo, vltra priuilegia excedere dicatur, & sub nostræ Pragmaticæ pœna sit comprehensus. Conclusiuè dico, vt breuitèr me expediam, cum infrascriptæ conclusiones tractatum exigerent, si per omnia contraria discurrendum esset, & principalitèr distinguo, aut de vasallorum delicto Regij Superiores, aut alij Barones præuenerunt.

64 Superiores Regij in Regno sunt Magna Curia, & Regiæ Audientiæ de suis decretis Prouincijs. Magna Curia ordinarius dicitur Iudex in toto Regno vti Metropolis, argum. *l. Roma communis patria est, ff. ad municip.* Roma enim quando Mundi caput dicebatur, communis Patria erat, & quilibet ibi conueniri poterat, dù Princeps ibi habitabat, & hodiè ad locos, vbi Curia, vel suus Vicarius re-
65 sidet, Extenditur; *cap. fin. de foro compet.* vbi *Abb. Castr. in l. 2. nu. 5. C. de iurisd.*
66 *omn. Iud.* & *tex.* ille, hodie inter Ecclesiasticos, qui Romæ conueniuntur, locum habet; vt in propria patria, si ibi reperiãtur; Et Vrbs Constantinopolitana suo tẽpore communis patria dicebatur, *Bal. in rub. C. qui actus non poss. nu. 11. Dec. in cap. 1. nu. 1. de præb.* sic Veneta Ciuitas apud suos subditos, *Cuma. conf. 72.* & nos Regnicolæ Neapoli commune forũ dicere possumus, latè *Barbos. in l. 2. §. legatis ff. de iud. Couar. pract. quæst. cap. 5.* & ita dictat *Ritus 46.* Magnus enim Iustitiarius in Regno super omnes vniuersalem iurisdictionem habet, *Frecc. de subfeu. tit. de offic. Mag. Iust.* sunt & Prouinciarũ
67 Præsides sub ordinati, cum Regnum sit in duodecim prouincias diuisum, & quilibet Prouinciæ Præses ordinarius Iudex est in sua Prouincia cumulatiuè cum Magno Iustitiario, *Carau. rit. 53. Viuius dec. 401.* licèt omnes has prærogatiuas, quas habet Magna Curia vti Vicaria, non consequatur; Qui Superiores incompetentes non dicuntur, dum iurisdictionem exercendo in ciuilibus, vel criminalibus, Vasallorum Baronum causis manus imponunt, cum eorum sit officium omnibus querentibus ius reddere, & Terras malis hominibus purgare, *l. congruit, ff. de offic. Præsid.* & licèt iurisdictio in feudis inuestitis sit Baro-
68 num, cũ in dubio cumulatiuè iurisdictio concessa præsumatur, *Gram. dec. 30. Surd. cons. 152. Cancer. par. 3. cap. 3. ex nu. 280.* proinde multi asserunt, data præuentione in causa per Superiores, ipsos eam Baroni remittere non teneri, vbi enim est æquale
69 ius, præueniens præfertur, *l. vbi cæptum, ff. de iudic.* vt infra *nu. 206.* Contrarium tamen est cõcludendum, nempè, quod dum
70 Baronibus concessa dicatur iurisdictio priuatiuè quoad Superiores, vt dictum est supra hac *prag. par. 1. nu. 112.* Ostensis, ac præsentatis per ipsos Barones priuilegijs, Superiores causam siuè ciuilem, siuè criminalem, etsi in causis præuenerint, remittere tenentur, *l. si quis ex aliena, ff. de iudic.* & per Regem Ferdinandum pro-
71 uisum fuit in *prag. 2. vbi de delicto,* quod Regia Tribunalia in causis ad Barones pertinentibus, eos turbando, non præueniant, nisi in grauaminum, & negligentiæ casibus, vel ad supplicationem pro dilucidando delicto mediante suprema illorũ authoritate, vt diximus supra *par. 1, nu. 178.* & maximè cum feuda sint hodie quasi omnia emptitia, vel remuneratoria, ex quo Baro de damno, non autem de lucro
72 tractat, vnde plenior est facienda interpretatio, Et eò magis iurisdictio priuatiuè ad Superiores concessa præsumitur, & exinde remissio, *Tess. dec. 266.* Vnde *Præs. de Franch. dec. 541.* discutit, an priuilegia Baronibus de casibus exceptis concessa, vt Vasalli nisi à Barone etiam contra personas priuilegiatas, & huiusmodi reco-
73 gnosci non debeant, vasallis ipsis etiam suffragentur, vel Baro denegare possit, vt illis non vtantur, cum sui, non eorum gratia sint concessa, & refert decisum, priuilegium, licèt Princeps illud principalitèr Baroni cõcesserit, extendi, vt vasallorum causam prospiciat, & parilitas inter vasallum, & Baronem seruetur, Et sicut vasallus Baroni eius foro renunciando præiudicare non potest, *l. fin. C. de frut. & lit. exp.* ita Baro in vasalli præiudicium priuilegio renunciare non valet, nec vnum, vt filium, alium verò tanquam priuignũ tractet, sed vasalli sunt æqualitèr habendi, *Affl. dec. 265.* vnde cum de priuilegio, cuius virtute incompetentes sunt superiores, constiterit, eorum causæ remitti debent, nisi tamẽ, vasallus contumax fuisset, vel foro renunciasset, nam tunc, Barone renuente, vasallus Baronis priuilegio vti non posset, dùm ex sua persona petere non valet, vt ibi *Franch. in fine,* & *Montan. de regal. §. potestas n. 28.* Non obstat, hodie notum esse superioribus, Barones talia habere priuilegia, nam quia inuesti-

turæ sunt diuersę, & superior, qui ordinariam habet iurisdictionem, licitè citat, procedit, & castigat, donec eius iurisdictio, ex remissionis petitione,
74 & priuilegij pręsentatione, non sit impedita, *l. si quis ex aliena, ff. de iudic. Carau. rit. 270. in fin. Baiard. ad Clar. q. 38. n. 9. Boss. tit. de foro cõpet. Foller. in pract. crim. ver. audiantur excusatores n.* 81. & licèt notorium ab onere probandi releuet, non tamèn ab onere proponendi, *glos. in Clem. appellantur, extra de appell.* & an sola priuilegij pręsentatio sufficiat, vt Baroni causa remittatur? praxis seruat, dari ter-
75 minũ super remissione, audito fisco in criminalib⁹, & parte in ciuilib⁹, nã ex priuilegij inspectione de cõcessione cõstare põt, sed probandum erit, Baronem in feudi possessione, & reum, pro quo remissio petitur, subditum esse: ista enim sunt facti, quæ non præsumuntur, nisi probentur, *l. in bello, §. facta, ff. de capt. & postl. reuers.* sed si ex eodem processu, & informatione constaret, reum Baronis esse vasallum,
76 tunc ibi alia non requiritur probatio, & terminus non est dandus, *Franeh. dec. 221. num. 12. Rouit. pragm.* 11. *de milit. num.* 48. si verò non priuilegium, sed decreta, pro remissionibus aliàs Baroni concessis, pro vasallis eiusdem Terræ præsentantur, dico, huiusmodi lata decreta quasi possessio-
77 nem, quæ in iurisdictionalibus ex vnico actu acquiritur, tribuere, *Vrsill. ad Affl. decis. 396. Capye. dec. 57. Franeh. decis. 722.*
78 Quando enim notorium est Baronis priuilegium, etsi non exhibeatur, remissio concedi debet, *Foller. in constit. Statuimus, Petra ad Gram. decis. 26. num. 7.* maximè quando causa esset ex meris iuris terminis remittenda, secus ob casum exceptum, & Principi reseruatum, vbi Baro ex speciali priuilegio cõcesso remissionem pręte ndit, tunc quia Baro fundatam sic intẽtionem non habet, cum potiùs priuatiuè Superior cognoscat, tituli requiritur exhibitio; nec quasi possessio alitèr iudicata sufficeret, Fisco oppugnante, cum sententia in vna causa lata exceptionem in alia non pariat, dum diuersimodè causarum facta esse possunt, *DD. in l. sæpè, ff. de re iudic. Tiraquell. in regul. inter alios acta*, & semper in iurisdictionalibus tituli exhibitio, non obstante possessorio, peti potest, vt dicam infra *prag.* 11. *num.* 50. Et in his casibus exhibita inuestitura cum iurisdictionalibus, seù prærogatiuis eorum possessionis probatio non requiritur, nisi de contrario actu constiterit, quia lex semper loquitur, *l. Arriani, C. de sacros. Eccles.* nec tollitur per non vsum, dum casus nõ uenit, *Ann. singul.* 400. sed per contrariũ sum, dùm euenit, & vsus non est, quia ab eo die præscriptio currit, vt diximus supra *pragm. 8. par. 3. num.* 202. & maximè si vnius ex capitibus iurisdictionis in priuilegio contentis possessio probetur: nam potest dici, & aliorum capitum probatam esse possessionem, quia vniuersa illius iurisdictionis capita in eodem priuilegio ad oculum demonstrantur, meritò vnius capitis possessio sufficit, vt alia quoq; possideri dicantur, dum de contrario non constat, prout demonstrata capitis feudi possessione, possessio quoq; omnium ipsi feudo adiacentium demonstrata dicitur, sicuti capta possessione partis territorij, dicitur quoq; capta aliarum partium adiacentium possessio, vt in *l. 3. ff. de acq. posses.* & diximus supra hac *prag. par. 1. num. 60.* iurisdictio enim vti accessoria feudo inhæret, *Andr. in cap. 1. num. 5. Quid sit inuest. & ibi Liparul.*

Circà verò quod diximus, nè Regij Superiores in primis Baronum causis, nisi per appellationis viam, se intromittant, ex *d. pragm.* 10. timoratos Iudices obserua-
80 ui, nunquam prouisiones citatorias, & mandata iustificata firmasse, nisi ad priuilegiatorum, vti viduarum, & pupillorum instantiam, non autèm ad priuatorum petitionem citatos, ad petendum posteà remissionem, magno sumptu vexando, vt Actuarij crumenas impleant, iuxtà dispositã per *prag. 6. de citation.* Eò magis, quia apposita manu per superiorem in causa, hęc tacitè auocata, vel suspensa censetur, quousq; non remittatur, vndè Baro, licèt ipse informationem cęperit, ea tamèn vti non poterit, reum citãdo, & in causa procedendo, cum omnia acta essent nulla, *Fontanell. de pact. nupt. clau. 4. glos. 11. n. 63. Auend. de exeq. mand. cap. 19. n. 2. vers. ex quo*; Solùm, vt dixi supra *prag. 8. in 1. par. n.* 178. Regij Officiales tũc se intromittunt, quãdo supplicãtur, & brachium pro delictorum informationibus capiendis petitur, quod Baronum non est gra-
81 uamen, sed potiùs fauor, nam superioris brachium vti potentiùs magis facilitat, vt de delicto constare posit, teste experientia, & tunc posteà remissio, Barone comparente datur, & sic obseruatur in praxi.

Amplia dictam *prag.* 8. disponentem, ne vasalli apud superiores, nisi ad priuilegiatorum instantiam citentur, quod licèt superior Baronis vasallum contumacẽ fecerit, citando, & etiã carcerando, adhuc Baroni vasallus erit remittendus; quamuis contumax fori declinatoriam amittat *l. de die, §. planè, ff. qui satisd. cogat. Affli dec.* 133. *Franeh. dec.* 541. *in fin.* ac licèt per *prag. 6. de offic. Iust.* prohibitum sit, contumaces remitti, respondi dicta iura proce-

dere ad instantiam rei, ad suum dominum se remitti petentis, tunc eius contumacia est causa, fori declinatoriam amittendi, atq; causę remissionem impedit, secùs si ad Baronis instantiam causæ remissio petatur, nam Rei contumacia, Baronis iurisdictioni nocere non poterit, *Bar. in l. 1. §. operis, ff. de nou. oper. nunt. Andr. in c. 1. §. prætereà si inter duos n. 29. de prob. feu. alien. per Feder. Carau. rit.* 205. *Ann. sing.* 120. non enim tacitè, nec expressè prorogãdo vasalli sui domini iurisdictioni pręiudicare valent. *Capic. dec. 9. Vrsill. dec.* 265. & dixi supra *n.* 108. *p.* 1. itaut nec va-

83 salli fori renunciatio cum iuramẽto Baroni afficiat, *DD. in l. si conuenerit, ff. de iurisd. omn. Iud. Capic. in inuest. verf. & cũ cognitione causarum.* Verùm reo contumace causæ remissio non fit per superiores, ad collusiones, & fraudes inter Baronem, & vasallos fieri solitas euitandas, nisi reo

84 carcerato, vel præsentato, ex *ritu* 235. & purgata priùs contumacia, vt in *prag. 6. §. 25. de offic. Iustit.* & ampliat *Carau. rit.* 205. *n.* 4. *& rit.* 269. *n.* 15. etiam stante clausula, vt contumaces remitti debeant;

85 Et quamuis remissionem petens personaliter comparere teneatur: tamen carceratio à Barone facta sufficit, vt causa ei re-

86 mittatur, nisi carceratio esset affectata, tunc enim non opitularetur, arg. ex *l. 2. §. fin. ff. si quis caut. & l. si seruus plurium, §. si quis ante, ff. de leg.* 1. veluti quando Baro cum reo ante carcerationem se concordauerit, vel re vera, inquisitus in fortijs non esset, vnde obseruatur, vt pręsentata carcerationis fide authentica ab officiali facta, statim prouisiones expediantur, vt cautè Tribunalis, à quò petitur remissio, nomine, Reus detineatur, & multoties ad fisci instantiam inopinantèr Cõmissarius ad recognoscendum mittitur, an reus sit realitèr in fortijs, quo non reperto, non solùm remissioni non datur locus, sed officialis, qui talem fidem non

87 veram transmisit, punitur, Imò pendente remissionis articulo, neq; habilitatio, nisi ex causa vrgenti, & in casibus permissis, admittitur, *Reg. Tap. in prag. 6.* vbi *de delic.* Et quando causa per superiorem remittitur, priùs per Baronem remissionẽ petentem, reficiendę erunt expensę, forsan

88 per fiscum in informatione, & captura, in delinquentem factæ, vltra contumaciã contractam, *Carau. rit.* 235. *n.* 13. Iniustũ

89 est enim, vt fiscus sit in damno, & Baro in lucro. Verùm Baro eas expensas à parte repetere poterit, quamquam enim Barones suam iurisdictionem defendere tenentur, quia verò expensæ ipsorum vasallorum culpa fiunt, etiam illorum debet esse damnum, ad *text. in l. Circentium, C. de decur. lib. 10.* & ibi *Bart. Boer. dec. 303. Caball. cas.* 201. Non audiuntur Barones, nec rei, nisi se præsentent, aduersus tamẽ

90 acta ordinatoria audiuntur, si contumacię nullitatem opponere valeant, quod per procuratorem tractari poterit, *l. reos,* & ibi *glos. C. de accusationib. Tapia super Constit. Edictorum lib. 3. Franch. dec.* 232.

91 Remissiones tamen per Barones, etiam dato termino in causa peti valent, namlicèt reus à principio fori exceptionem non opposuerit, vnde ea esset, priuandus, *l. fin. C. de except.* tamen quia, vt dixi, durities, vel rei negligẽtia Baronem afficere non debet, vsq; ad sententiam remissionem petere, ipsi Baroni non denegatur, *Caran. in rit.* 231. *à n.* 2. Post sententiam

92 veram, vel fictam, vti foriudicationis, priuatus est Baro authoritate, remissionẽ petendi, *Bal. in l. excusatorem n. 28. C. de except. rei iud. Salic. in l. 1. C. vbi de crim. & in l. si cui, §. fin. ff. de accus. Gram. dec.* 26. *n.* 5. *Aul. Petr. cap. 27. verf. entreguen, n. 7. Farin. quæst. 7. n. 24. Ann. sing. 56. & Reg. Reuert.* sic decisum refert per S. Conf. & Coll. Conf. in causa Ducis Summæ *in dec. 267. & seq.* prout nec post sententiã Baroni componere permittitur, vt diximus supra *prag. 6. ex n.* 32. nisi Baro in specie etiam, post sententiem indulgendi, uel remissionẽ petendi priuilegium haberet, *Reg. Tap. in rub. vbi de delictis n. 49.*

93 *Baiard. ad Clar. q. 59. n. 22.* & in prouincia Calabrię citra vidi plura decreta Reg. Audientię, quibus foriudicati per eam capti Principi Bisiniani remissi fuerunt, cum in eius inuestitura adesset talis clausula, *remissionem petendi etiam post sententiam;* & etiã alia clausula, *vt nullus Iudex,* vti Reg. Aud. & M. C. de eius vasallis cognoscere possent, declarando omnia acta, & sententias nullas, & inanes tamquam latas per priuatas personas, omni prorsus iurisdictione, & potestate carentes, & penitùs incompetẽtes, etiam si de prædictis nulla esset opposita exceptio scientiæ, vel ignorantiæ, prout has, & alias clausulas maiores vidi, etiam in inuestitura terrarũ concessarum Ferdinando de Cordua Duci Suessę, per Regem Ferdinandum sub anno 1507. Si enim acta, & Regiorum Iudicum sententias Princeps eo casu nullas declarauit, vti nulla, acta, & sententię adesse non dicuntur, & nimirùm si tunc remissio detur, cum causa ad inquisitionis principium reducatur, & Baro ad petendam remissionem habilitetur, vt dictum est *tom. 2. cap. 49. ex n.* 13. & similitèr sic intelligendus est *Reg. Rouit.* qui dixit in *prag. 2. n. 6.* vbi *de delic.* dari remissionẽ Baronibus post sentẽtiam, subaudi v3. magnis Principibus, qui talẽ habere solẽt pęrogatiuã

post

post sententiam remissionem petendi cum dictis clausulis, & non alias, vt etiam decisum enunciat *Mastrill.dec.* 147. *ex n.*12. Non obstat doctrina *Andr.* in contrarium allegata *in cap.*1. *n.*79. *de proh.feu. alien.* nam loquitur, quando sententia est nulla, vti à Iudice prorsus incompetente prolata, quod in M.C. ordinariam in toto Regno Iurisdictionem habente cessat, prout & Reg. Audiëtia in suis Prouincijs, *Affl. in const. Statuimus*, & diximus supra *n.*6. Et sic vidi continuo obseruatum in M.C. & S. C. non dari remissionem Baronibus post sententiam, etiam si in appellationis gradu petatur, tum quia ordo peruerteretur appellationis, quę de minori Iudice ad maiorem fit, tum etiam quia magnum esset absurdum, vt post causam à superiore terminatam, inferiores Baronum Iudices illam reuidere, limitare, & reuocare haberent, Inferior enim superiori legem non dat, *cap. cũ inferior, de maior.& obed.* sed eius gesta venerari debet, arg *tex.in l. liber, ff. de obseq. lib. patr. præstan.* & ita decisum in Sac. Conf. refert *Reg. Sanfelic. dec.* 69. prout & similitèr decisum fuit in Sac.Conf. me tunc Fisci Patrono M.C.V. anno 1651. contra Ill. Ducem Parmæ petentem remissionem sui vasalli in gradu appellationis, referente D. Consiliario Antonio Miraballo: Concernentia verò exequutionis sententię remitti possunt, cum tunc cesset contemptus, *Thor. par.*2. *compen.verf. remissio causa alicuius vasalli.* Similitèr sic intelligendus est idem *Reg. Rouit. in prag.* 1. *de abol. n.* 49. dum dicit, Barones posse foriudicatis indulgere; sub audi, si indulgendi post sententiam facultatem habeant, & diximus supra *prag.* 6. *n.* 32. Sed hanc conclusionem foriudica-

94 torum remissionem denegari Baronibus intelligendam aduerte, si reus ille fuerit per Regios superiores foriudicatus, si autem à Baronali Curia fuerit bannitus, tũc Baroni remissio non denegatur, vt suam sententiam exequatur, non obstante, quod à Regijs Ministris fuerit captus; & *prag* 5. *vt de delic.* capienti iurisdictionem prę-bens contra publicos latrones, & viarum disrobatores loquitur, sed ad foriudicatos pro alijs delictis, vti à iure cõmuni exorbitans non extenditur, & sic strictè interpretanda *l. commodissimè, ff. de liber. & posth.* & maximè in damnum Baronum, *l. si extraneus, ff. de cond. ob caus. Io.Franc. de bello exul. fol.* 57. & probatur ex eadẽ *prag.* dum bãnitos ad officiales territorij, in quo deliquerunt, remitti mandat, si publici latrones, vel publicarum viarum disrobatores non essent, sed quid in causa ciuili, an lata sententia, remissio peti, & à superioribus concedi possit? Idem

95 dicendum est, dum argumentum à criminali ad ciuilem validum est, maximè cum vigeat eadem ratio, *l. omnem, ff. de re. iud. cap. fin. de for. comp. Euerard. loc. top.* 20. & dũm in Reg. Audientia Calabriæ prouisiones Coll. Conf. præsentatæ fuissent, mandantes ad instantiam Baronis Terrę Reginę, super causæ ciuilis remissione eã prouisuram, quia in memoriali asserebatur, causam fuisse per Reg. Audientiam terminatam, subsisti in prouidendo super remissione, vndè dictum fuit, certiorandũ esse Coll. Conf. persuadere enim mihi nõ potui, vt causa ciuilis per Reg. Tribunalia iudicata esset Baroni remittenda, ob absurda paulò ante enarrata; Nec vim facit, quod diximus, in causa criminali Baronis Curiæ foriudicatos, per Regios milites captos, Baronibus remitti, nam tunc cum acta non sint penès Regios, cõsignatio potiùs, quam remissio dicitur, & sic dum diuersa est ratio, à ciuili ad criminalę argumentum non datur, *Cyn. & Salic. in l. vnica, C. vbi de poss.* & his narratis Baro ille aliud non obtinuit. Inter eosdem

96 verò Iudices ęquales, delicti nempè, & originis, vel domicilij post sententiam ab vno ipsorũ latam, remissio datur, quia cessat ratio contemptus superioris, *Franc.*

97 *Marc. dec.* 331. *par.* 2. *Auend. resp.* 40. *n.* 6. *Greg. Lop. l.* 1. *tit.* 29. *par.* 7. *glos.* 2. *Barbos. in l. hæres, §. proinde, par.* 2. *ex n.* 114. *de Iudic.* & nupèr *Reg. Sanfelic. dec.* 419. *ex n.* 64. quidquid dixerit *Tess. dec.* 91. *n.* 4.

An Autem à decreto lato super remissione data, vel denegata Baroni, appellatio detur, ad finem, vt legatæ censeantur manus procedendi vltra in causa princi-

98 pali? dependet, an decretum dicatur diffinitiuum respectu Baronis, & tunc ex notoria regula statim facta appellatione ligatæ sunt manus Iudicis a quo, *tit. ff. nihil innoua. appell. pend.* si verò sit interloquutorium, quousq; non sit inhibitum, appellatione nõ obstante, causam inferior prosequi potest, *l. ante. C. quor. appell.* Dic, quod dùm decretum aliam reparationem post se respectu Baronis non expectat, vt definitiuum habendum est, res enim iudicata dicitur omne illud, quod finẽ controuersiæ imponit, *l.* 1. *ff. de re iudic.* & implicitè *Carauit. Rit.* 258. *sub num.* 2. & ita practicatur; facta enim appellatione per Baronem à decreto remissionis per Magnam Curiam denegatæ, causa in Sacro Consilio committitur; quod secus est, si à reo appellaretur, cum respectu sui aliud agendum remaneat, & sic dicitur interloquutorium, super quo expeditur supplicatio, quod Magna Curia verbum faciat in casu, quo reus grauatur, & si nõ fuerit inhibitum, Magna Curia procedit,

vt in simili Franch. decis.408. Valasc.consult.51.num.53.Muscatel.in praxi lib.1.p.1. glos.1.n.190.

99 Item sæpiùs vidi dubitatum, an Superior causam Baroni remittere debeat, si ex actis non constet, reum inquisitum deliquisse: & videtur, vbi non est materia, non esse dandam formam, & idem procederet, si esset leue delictum, Boss.tit.de foro compet.num.50.Farin.q.7. num.35. Decian. lib.4.cap.19.num.5. Barbos. in l. hæres absens,§.proindè,num.104 ff.de iudic. & idem
100 si ciuiliter ex delicto ageretur, Add. ad Cappel.Tholos.q.329.; Dueñ.reg.387.lim.3. Clar.q.38.num.23. Couar.pract.qq. cap.11. num.7. Foller.in const.Capitaneorum,nu.60. attamèn subsidio, si nunquam Baronalis Curia non grauauerit, cur causa non esset ei remittenda, licèt delictum non esset graue, vel de eo non constaret; poterit enim impinguare, & in defectum Baronis interest, vt per suam Curiam reus innocens declaretur, vel habilitetur, vt superuenientibus inditijs, se denuò præsentare habeat, & ita Reg.Tap.lib.3.Iur.Reg.fol.38.num.6. Vin.decis.237.Reg.Rouit.in prag.1.n.40.vbi de delict.& diximus supra prag.2.ex n.153.

101 Et si causa per appellationem esset deuoluta, tunc primi Iudicis sententia confirmata, vel in aliquo contra reum reformata, peti poterit, vt causa super illius exequutione remittatur, vt decisum refert Franch. decis.510. Idem in ciuili causa procedit, cum confirmata sententia, etiam si partes causam exequi, & per Superiores finiri consentiant, Baro pro suæ iurisdictionis interesse comparere poterit, vt causa, & exequutio sibi remittatur, Thes.dec.226.Sesse dec.314.tom.3.

In multis tamèn casibus remissiones Baronibus à Superioribus denegantur, etsi cum clausula abdicatiua, & priuatiua iu-
102 risdictionem habeant. Quod contingit, si in alijs causis Baro iustitiam facere denegauerit, vel iniquè componendo, & excoriando fuerit abusus; nam in pœnam remissionem petendi facultate priuatur; qui enim priuilegio abutitur, eo se reddit indignum, & statutum fuit per prag.14.de offic.Mag.Iustit. licèt parum sit in obseruantia, etsi de iure subsistat Auend.de exequ. mand.lib.1.cap.5.num.12. Couar.var.resol. lib.3.cap.13.num.56. Gabed.dec.85.par.2.

Verùm quando certitudo, vel maxima ha-
103 betur præsumptio, nè delictum, de quo remissio petitur, impunitum, vel collusum remaneat, considerata Baronis, & causæ qualitate, parte aduersa instante, per Proregem, eiusq. Collaterale Consilium decerni solet, quod pro illa vice causa Magnæ Curiæ Vicariæ delegetur, vel citrà Baronis priuilegiorum præiudicium remaneat, vt diximus supra hac prag.par.1. num.166. Idem seruari solet, si vasallum
104 inquisitum à Barone odio haberi, vel iniustè vexari constiterit, ex text.in l.si pariter, vers.quod si adhuc, ff.de liber.caus. Idē si à parte deducatur, inquisitum esse domesticum, seruientem, Baronis familiarem, vel similis allegetur causa, vndè Iudici persuaderi possit, initiatam difficilè accusantem esse consequuturum, maximè si mala Baronis qualitas concurrat, Mastrill.decis.147.num.33. & de Magist.lib.4. cap.16.num.258. Peguer.decis.66. Idem si
105 esset in dolo, vel delicti conscius, aut particeps, Soc.iun.cons.126.Natt.cons.580, & 414. vel ipse Baro reperiatur offensus, vt latè per Consil.Carleual.libr.1.tit.5. ex num.785. cum seq. Item si inquisiti remissio fit in longinquas partes facienda, & multæ requirerentur expensæ, vel adesset suspicio, vt per viam is aufugeret, Angel. in l.non dubium, ff.de cust.reor Auend.resp. 40.num.10. ad euitanda enim inconuenientia, multa permittuntur, l. mediterraneæ, C.de an.& trib.lib.10.& his casibus ad euitandum Baronum præiudicium, Superiores decernere solent, vt Baro Iudicem eligat in Ciuitate. Extenditur etiam, si ac-
106 cusator sit in partibus potens, vt faciliter machinationes contra reum fieri possent, tunc Principis auxilium imploratur, vt causa remaneat. Verù practicatur, vbi ingens suspicio apparet ex magna causa, aliàs in præiudicium Baronis, qui ex contractu iurisdictionem habet, fieri non potest, & si fiat, est contra ius, vt habetur supra prag.3.num.178. Sunt etiam alij casus, ex quibus remissio denegatur, in delictis videlicèt solùm Principi reseruatis, vti læsę Maiestatis, & falsę monetę, de quibus supra in principio diximus, Item in pertinentibus ad solam Magnam Curiam, quos refert Free.de subfeud. tit.de offic.Mag.Iustit. sic in casibus, vbi Superioris persona offenditur, vel eius præceptū, & mandatum contemnitur, vt supra p.1. num.292.

107 Item causa publicorum latronum, & viatoris disrobatorum, ex prag.5. vbi de delict. quæ in eorum odium remissionem denegat, & puniendi cognitionem capienti concedit, vt libentiùs extirpentur, Franch.decis.142. & 426. quicquid dixerit Foller. in sua praxi, vers. audiantur excusatores, nu.89. cum pro publica vtilitate Princeps per legē generalē in aliquibus tertio præiudicare valeat, vt diximus in d.prag.8.p.1.n.214. Vltra quod non est à iure communi alienum; si enim ab vnoquoq. illos occidi permittatur, l.fin. quād. lic. vnicuiq. eò magis Iudicibus locorum, vbi reperiuntur, Farin.q.7. num.10. Verū si

108 si alius Iudex omnino extraneus eos
cęperit, tunc ordinarijs Iudicibus est cau-
sa remittenda, *Franch. decis.* 342. Sed Ma-
gna Curia, & Regię Audientię, quę ordi-
nariam iurisdictionem habere dicuntur,
latrones per eorum Ministros captos nō
109 remittunt; secus si ab alijs Regijs Tri-
bunalibus traditi fuissent, *Franch. dec.* 246.
& si à Baronis Officialibus, vel ab eius va-
sallis fuerint carcerati, ipse Baro cępisse
dicitur, *Add. ad Gram. decis.* 104. nec Pro-
110 uinciarum Praesides vigore potestatis,
quam ad modum belli contra istos latro-
nes habent, illos à manibus Baronum, qui
in captura praeuenerunt, auocare pote-
runt, vt latè per *Io. Grand. de bell. exul.*
fol. 57. In praxi tamèn tales publicos la-
trones rarò vidi remissos, quocumq. mo-
do in posse Regiorum Tribunalium repe-
riantur, & maximè si in longinguas par-
tes remittendi essent, vel aliqua suspicio
111 non punitionis adesset. Limita tamèn
dictam Pragmaticam, si delinquentes es-
sent Neapolitani, qui ex priuilegio sibi
concesso aliò trahi non possunt, sed ad
Magnam Curiam eorum Iudicem ordi-
narium remittuntur, vt decisum refert *Vr-*
sill. decis. 41. *num.* 9. maximè cum per dictā
Pragm. non fuerit dicto priuilegio dero-
gatum. Verùm *Horat. Montan. de regal.* §.
vię publicae, sub num. 7. de viribus *d. decis.*
per Vrsill. relatae dubitat, dum ea Pragm.
super publica fundata est vtilitate, qua
per viam legis generalis ius priuato au-
fertur, & sic per Collaterale Consilium
fuisse ordinatum, habetur in *apostill. in d.*
prag. 5. quod stante captura, contra eos la-
trones procedatur, quouis priuilegio nō
112 obstante. Itè n declara hanc Pragm. in-
quisitos de alijs delictis, quam latrocinij,
vel recapti, non comprehendere, etiam si
essent pro eis foriudicati, vt diximus su-
pra *n.* 94.

Nec refert dicere, foriudicatos nuncu-
pari forascitos, & contra eos potestatem
militarem dari; nam forasciti nomen est
113 generale aequiuocum, vndè non omnes
foras exeuntes, & per nemora vagantes,
forasciti, & latrones sunt intelligendi, ni-
114 si tria concurrant requisita, quod illi
arment per campaneam cum comitiua
saltèm quatuor, cum armis prohibitis, &
sint diffamati pro hominibus malae vitae,
grassando, & furando, sic *Io. Grand. de bell.*
exul. 3. *q. nu.* 17. *Muscatell. in sua praxi crim.*
tit. de furt. & latron. ex num. 46. solus in-
quam per campaneam incessus sine deli-
ctis, capitalis poenae, vel foriudicationis
causa nōerit, & colligitur ex *prag.* 8. *n.* 11.
& alijs sub tit. de exul. disrobatores strata-
rum dicuntur, qui in vijs publicis in cam-
panea armata manu viatores furantur:
verùm vt contra eos de iure cōmuni mor-
tis poena locum habeat, hoc saepiùs eos
admisisse requiritur. Et publici latrones
nuncupantur, qui frequentèr itinera pu-
blica grassando obsederint, vel si semèl ho
micidia tamèn committendo, vt colligi-
tur ex *l. capitalium*, §. *grassatores*, & §. *fa-*
mosos latrones, *ff. de poen. Franch. decis.* 142.
Peguer. decis. 40. *Mastrill. decis.* 147. *num.* 8.
& de indult. q. 33. & cum istis vti publicis
hostibus indictum est bellum, de quo per
Io. Grand. de bell. exul. & Burg. de mod. proc.
ex abrupt. Exindè concludimus, Baronibus
eorum vasallos foriudicatos remittendos
115 esse, cum in Regno cis liceat vasallos
pro delictis mortis pęnam indicantibus
foriudicare, *Afflict. in const. Poenam, nu.* 15.
quamuis in vlterioris Siciliae Regno re-
ferat *Mastrill. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 104. ad fo-
riudicationis Barones illius Regni deue-
nire non posse, sed acta ad Magnam Curiā
transmittere, vt ea solemnitèr ad illum
actum procederet, & laudandus est ille
stylus, tùm quia Regia Tribunalia supe-
riora cum solemnibus ad tales foriudica-
tionis sententias procedunt, & in Curijs
Baronalibus vix ex mille vna reperitur,
quae non sit nulla, vt quotidiè eas per ma-
iores Iudices annullari videmus: & quia
foriudicatorum publicatio, quae fit in his
Tribunalibus, ad totius ferè Regni noti-
tiam deuenit, quod in Baronalibus Curijs
cessat, *Afflict. in const: Homines, Franch. de-*
cis. 360. tùm etiam, quia foriudicationis
sententia in Baronali Curia prolata exe-
116 quutioni demandari non potest, nisi
abeat; nā Superior nisi recognitis actis, eā
non exequeretur, *glos. in clem. Pastoralis*, §.
nos quoq. vers. de more, de re iudic. Cepol. cō-
sil. crim. 58. *num.* 14. *Boss. tit. de for. compet.*
num. 50. *Barbos. in l. haeres absens*, §. *proindè*,
num. 74. *ff. de iud.*

117 Vlteriùs quod Iudex capiens ad co-
gnoscendum de latronibus competens ef-
ficiatur, intelligendum est, si ipse de deli-
ctis illis inquirat, & de qualitate ei iuris-
dictionem tribuente constet, cum quali-
118 tas iurisdictionem tribuens antè omnia
sit verificanda, *l. non ignorat, C. qui accus.*
non poss. Osasch. decis. 71. *num.* 22. *& dec.* 88.
Vant. de nullit. tit. ex defect. iurisdic. num. 53.
Sesé de inhib. fol. 392. *& infra par.* 3. *nu.* 47.
119 & si informatio de talibus delictis apud
Iudicem delicti, originis, vel domicilij,
120 aut apud Superiores reperiatur, an re-
missio ipsorum actorum peti possit? In
Regia Audientia fuit altercatum, dice-
batur ex parte Baronis capientis, infor-
mationem penès delicti Iudicem existen-
tem sibi deberi; nam dum Prag. ipsum ca-
pientem competentem declarauit, omne
id cōcessisse videtur, per quod ad punitio-
nem

nem deueniri debet, *l. oratio, ff. de spons. l. id
quod, ff. de iurisd. omn. Iudic.* eò magis, quia
talis prærogatiua priuatiuè data cense-
tur, & etiam si esset cumulatiua, realis
præuentio est verbali fortior, vt inferius
explicabimus. Ex parte Baronis delicti
replicabatur, ipsum in inquisitione, vel
accusatione apud eum facta, de delictis
præuenisse, & ad citationes, contumacias,
& reliqua processisse; & licèt solam in-
formationem præuentionem non tribue-
re asserant *Afflict. decis. 219. Ruin. cons. 412.
Barbos. in l. si quis postea, num. 50. de Iudic.*
tamèn alij contrarium senserunt, cum re-
medium inquisitionis sit ordinarium in
casibus, vltra relegationē, ex *cap. Reg. Ab
illo inchoandum, Angel. de malef. vers. Iudex
commisit, num. 170. Clar. q. 3. num. 7. Lopez,
l. 1. tit. 29. par. 6.* Itèm virtute *pragm. 8. &*
122 *tit. de exul.* elapsis decem diebus ille fo-
riudicatus censetur, ita vt à quolibet iux-
ta dictas Sanctiones impunè occidi posset,
& sic causa terminata tàm verè, quam fi-
ctè per legem, non est ampliùs remissioni
locus, vt diximus supra *num. 92.* Eò magis,
123 quia de iure bannitus de vno territo-
rio ab alterius territorij Iudice recogno-
sci, & puniri non potest, etsi originis, vel
domicilij ipsius rei Iudex esset; sed qui sē-
tentiam tulit, solus eam exequutioni de-
mandare poterit, & alij omnes erunt in-
competentes. Cumq; acta penès alium re-
periantur, rectiùs erit, eum ad locum il-
lius Iudicis, qui iudicauit, remittendum,
quàm apud suum Iudicem aliàs competē-
124 tem circumquærere; eò magis, quia acta
in vna Curia facta, in alia non probant,
sic *Farin. q. 11. à num. 61.* Re vera, inquisi-
125 tio, & citatio totalem præuentionem
non inferunt, vt reali præuentioni præ-
feratur, *Guid. Pap. decis. 202. Franch. de-
cis. 505. Mascard. conclus. 1227. ex num. 16.*
& dicam infrà in præuentionis materia
ex *num. 212.* Et nè Pragmaticæ prædictæ
dispositio redderetur inutilis, est conce-
denda copia actorum ab alijs Curijs; in
praxi tamèn seruatur, quod aut inquisiti
capti, sunt famosi, & diffamati banniti,
quos campaneæ, & Regiæ Audientiæ
Tribunal in eorum Prouincijs continuò
persequitur, & hi, à quibuscumq. Iudici-
bus, & Baronibus capiantur, ad ea Tribu-
nalia, vbi sunt inquisitiones, transmittun-
tur, cum publicæ vtilitati expediat, ab eis
confessiones haberi ad alios reos, & rece-
ptatores persequendos, quod per inferio-
res fieri non potest: & idem si quis foriu-
dicatus, vel per vnam ex Regijs Audien-
tijs inquisitus fuerit, & per alterius Reg.
Audientiæ Ministros capiatur, ad eam,
vbi sunt informationes, ad euitandas in-
commoditates remittitur, & maximè dū
alterius iurisdictionis interesse non adest,
cum omnes sub vna Regia iurisdictione
permaneant, licèt pro faciliori iustitiæ
administratione diuisæ fuerint. Aut sunt
stratarum disrobatores, qui in dies insur-
gunt, & ij vigore dictæ Pragmaticæ à Iu-
dicibus capientibus puniri possunt, cum
de eorum disrobationibus constiterit, & si
aliàs informationes habere oporteat, alij
Iudices copiam remittere debent, & in
defectum per Superiores astringi possunt;
cum concessa iurisdictione, omne id in-
telligitur concessum, per quod ad illud
deuenitur, vt vltra paulò antè dicta, *Re-
buff. tit. de requis. glos. 2. ex num. 9. Add. ad
Capp. Tholos. decis. 329.* Aut verò sunt fo-
riudicati, vel de alijs criminibus inquisi-
ti, & indifferentèr, ad delicti Iudicem, vel
alias capientem sunt remittendi, vt in
pragm. 1. de recept. delinq. Si autèm Iudices
126 non vni Superiori, sed diuersis subiecti
essent, tunc de vno Regno ad aliud remis-
sio dari non solet, *Bald. in l. 2. C. de ser. fug.
& in l. 1. C. vbi de crim. ag. Couar. pract. qq.
c. 11. n. 10. Clar. q. 39. n. 21.*
127 Amplia etiam *d. pragm. 5.* contra pira-
tas, qui in mari prædantur, cum sub no-
mine itinerum publicorum comprehen-
duntur, quæ in mari fiunt, *l. 1. §. ait Prætor
ff. de flum. Franch. decis. 142.* Idem in reca-
pta facientibus, qui sunt latronibus peio-
res; nam à capiente ex rationis maiorita-
te recognosci possunt, *prag. 1. de cap. hom.
per vim, & in pragm. 8. & 10. de exul.* imò
si post citationem non comparuerint in-
fra quatuor dies, per sententiam pro fo-
riudicatis habētur, & impunè occidi pos-
129 sunt; & licèt quando pœna ipso iure, ip-
soq; facto a lege imponitur, declaratoria
sit necessaria, vt diximus supra *prag. 4. ex
num. 72. Burg. de modo proc. ex abrup. q. 65.
num. 46.* Limitatur tamèn quando lex de-
clarat, eos haberi, ac si per sententiam fo-
riudicati essent, vt in hoc casu; nam quā-
uis dura, est obseruanda *l. prospexit, ff. qui,
& à quib. Giurb. cons. 75. num. 4.* Verùm si
viui capiantur, sententia exequutioni nō
demandabitur, nisi præuio termino ad di-
cendum, quare vti foriudicati condemna-
ri non debeant, & in termino omnes ex-
ceptiones opponi possunt, quæ si antè ci-
tationem ad informandum oppositæ fuis-
sent, ipsa citatio emanata non fuisset, vel
supersessa esset, *Foller. in prag. 1. de exulib.
num. 36. Cartar. de exequ. sent. capt. & bann.
num. 76. Rouit. in d. prag. 10. num. 3. de exul.*
& nouissimè per *Consil. meum Collegam Io.
Mar. Campan. de foriud. resol. 27.* non enim
tàm strictè contrà istos foriudicatos per
legem proceditur, quam contra illos per
sententiam, vbi plures solemnitates re-
quiruntur, vt ea sequatur; specialia enim
non

non sunt multiplicanda,& defensiones nō sunt coarctandæ,& proindè in Tribunalibus ad maiorem cautelam contra tales delinquentes ad foriudicationis declaratoriam sententiam procedi solet, vt cunctis innotescat, & omnes eos persequantur.

130 Insupèr non solùm prædictorum latronum causæ, verùm etiam neq. receptatores,vel operam eis præstantes suis Baronibus remittuntur,vt fuit declaratum per Collaterale Consilium iuxta *apostill. in marg.pragm.4.de composit.* omnes inquā prouisiones pro extirpandis dictis bannitis ad vtilitatem publicam tendunt, & sic nemo conqueri debet.Difficultas est,quid in foriudicatorum, & M.Cur. Vicariæ, vel Regiarum Audientiarum bannitorū, de alijs particularibus delictis inquisitorum receptatoribus, an idem sit dicendū, quod ad Barones non remittantur? *Præs. de Franch. decis.* 470. refert pluriès deci-
131 sum,& sic antea per Collaterale Consilium *Reg.Reuerter.decis*.243.remissioni locum non esse,quia dum per ea Tribunalia in forbannis, & foriudicationibus mandatur, vt nemo cum illis alloquatur, ipsos receptet, nec auxilium, vel fauorem eis præbeat, quis contraueniendo banna prædicta illudit, & per consequens ipsamet Tribunalia huius contemptus Iudices esse debent,ex *l.si familia*,ibi, *Contempta Maiestatis Prætoris vendicatur, ff.de iurisdict.omn.Iudic.* & sequitur *Reg.Rouit.in pragm.1.in fin.de recept.delinq.& in prag.2. num.13.vbi de delict.*& nouissimè *Reg.Sanfelic. decis.63. à num.8. Thor.par.3.sect.3. Comp.verb.remissio,Nouar.de grauam.vasal. grauam.379*.contrarium autèm pro Baronibus acerrimè defendit *Reg. de Ponte de potest.Proreg.tit.1.§.3.ex nu.27*.ex eo quia aut talis receptatio de iure communi est delictum,& sub meri,& mixti imperij cōcessione venit, aut non est delictum, sed nouitèr fit delictum, & eius cognitio similitèr ad Barones pertinet,prout idem *Franch.decis.434.* decisum refert, inquisitum de veterorum bonorum venditione contra bannum M.Cur. ad Curiam Artis lanæ fuisse remissum,non obstante captura per ipsam M.Curiam facta, & *Viscont. in addit.ad d.decis.470.* asserit,hoc fuisse determinatum ad fauorem Comitis Galatiæ,& Marchionis Piscariæ,quibus vasalli de bannitorum receptatione inquisiti remissi fuerunt, & alia recenset *Danza de pugna Doctor.1.tit.recept.cap.1*.prout plures vasalli Terræ Solofræ de receptatione banniti Terminiello vocati inquisiti ad Baronem fuerunt remissi, *Consil. Carleual.disp.2.q.7.sect.2.sub num.261.* contrarias has adducendo opiniones, dicit, procurandum esse,vt concilientur. Hoc solū mihi persuadere possem, hanc videlicèt secundam opinionem procedere, quando contra receptatores à statuto, vel banno, corporis, vel magnæ pecuniæ pœna imposita esset; nam tunc siuè ex non delicto fiat delictum,& pœna detur, vel iuris pæna augeatur, eius iurisdictio ad Barones in suos vasallos spectat, vt supra *par.1. ex num.213*.fundauimus, & in hoc casu figit pedes *d. decis.Franch.434.* vbi contraueniens M. Curiæ banno, quo triremium pœna erat imposita, fuit remissus; nam statim atq; per Principem, vel Superiorem imposita pœna, contemptus cessat, quia data, & stabilita est pœna controuētioni congrua;& si adhuc contemptus remaneret,alia includeretur pœna arbitraria, & duplici pœna non indicta,quis puniri non debet, iuxta *text.in l.iure succursum,ff.de iur.dot.& in l.nauis,§.fin.* ibi, *Indubitatè vtrumq. onus pati non debet, ff.ad leg.Rhod.de iact.* Aut à statuto,vel Principe non est imposita pœna, sed in forbanno,vel foriudicatione tantùm mulcta fuit indicta receptatoribus, & tunc prima opinio vendicat sibi locum,& in hoc casu loquitur *Franch.in d.dec.470*.non dari remissionem, cum mulctæ,per quos impositæ fuerunt, exequutioni sint demandandæ, vt diximus supra *par.1. num.215.*& idem si pœna per ipsa Tribunalia arbitrāda adiecta esset, cum per inferiores arbitrari non possit. Aliæ conciliationes per *Nouar.*adductæ *vbi supra,et Scial.de foriud. cap.18.circa fin.*non satisfaciunt. Non est mirum diuersimodè fuisse decisum; non enim ex iudicantium defectu, sed ex facti varietate est existimandum, proindè videndi sunt processus,& causæ decisionis à votantibus essent percunctandæ, cum ex pluribus circumstantijs moueri possint in ijsdem articulis, ad differentèr iudicandū iuxta delictorum, & inquisitorum qualitates, & receptationis circumstantias, ex quibus argui potest, num adsit, & qualis Superioris contemptus, quæ omnia Iudicibus, & maximè Sacri Consilij, in rigorosam,vel mitiorem opinionem inclinandi largas præbent habenas. Verùm in praxi remissio dictorum receptantium regularitèr per nostra Tribunalia non datur.

132 De delictis verò intus Neapolis Ciuitatem patratis, Baronibus remissio non datur, nec etiam si delictum intra suburbia commissum esset,ob reuerentiam,quę Principi in Ciuitate residenti debetur, *Præs.de Franch.decis.129.* Causæ etiam Neapolitanorum non remittuntur, licèt de iure in Terra Baronis ratione delicti, contractus destinatæ solutionis, & simi-

lium

lium forum contraxisset; nam opposita fori exceptione, M. Curia ex particulari priuilegio Ciuitati Neapolis concesso de his cognoscere habet, vt in *Rit.* 301. *& in cap. Gratiarum huius Ciuitatis*, quod fuit etiam ad negotiorum gestores, vel Neapolitanorum institores extensum, vt trahant,& non trahantur, *prag.* 1 *tit. de imm. Neap. Ann. singul.* 400. *Rom sing.* 440. dicam infra *pragm.* 12. *num.* 4. Verùm hoc priuilegio non gaudent pro iuribus cessis ex causa lucratiua, vt in *Rit.* 228. *&* 290. & licèt *Carauit. in d. Rit.* 228. *num.* 9. dicat, id in obseruantia non esse, & sic *Vrsill. decis.* 74. *num.* 6. vidi tamèn in Sacro Consilio contrarium plu. iès decisum,& præcipuè in causa Ignatij Schibani Neapolitani cessionarij ex causa lucratiua cum Camillo Christiano, & causa ad Ciuitatis Tabernæ Curiam remissa fuit, me vti Iudice M. Curiæ tunc temporis referente, & dixi supra *par.* 1. *num.* 351. & ad materiam
133 latè per *Carleual. libr.* 1 *tit.* 1 *sect.* 8. *Reg. Sanfelic. decis.* 74. causa etiam lenocinij Baronibus est excepta, vt in *prag.* 1, *de lenon.* & dixi *prag.* 6. *n.* 92.

134 Fur vbicumq; cum furto capiatur, vtì semper nouitèr contrectans, a capiente Iudice est cognoscendus, non autèm remittendus, *Bart. in l. si dominium, num.* 2. *ff. de furt. Marsil singul.* 677. *Marant. cons.* 144. & iudicatum testatur *Boer. dec.* 218. *Capyc. decis.* 104. etiam si furtum intra Neapolis Ciuitatem commissum fuisset,& quamuis *Clar. q.* 38. *num.* 16. *Ceuall. comm. opin.* 318. & latiùs *Farinac. q.* 17. *num.* 7. *Bartoli* opinionem impugnent, in Regno tamèn hoc
135 iure vtimur, vt per *Franch. decis.* 68 t, nisi Barones abdicatiuam clausulam haberent; nam etsi conclusio satis arrideat, quod fur à capiente puniatur, vti nouitèr in illo loco contrectans, non ideò tamèn excluditur, quod stante priuilegio sui Baronis abdicatiuo, cum clausula cognoscēdi de delictis etiam extra territorium cōmissis, remissio fieri non debeat, *Franc. vbi supra, & Foller. num.* 64. *Ann sing.* 438. *Couar. pract. qq. cap.* 11. hoc tamèn intellige,
136 quando Baro sui vasalli remissionem à Regijs Tribunalibus peteret, sed si ab alio Barone delicti, vel originis, ratione dicti priuilegij, illud ad alios Barones, quibus antea de iure prouisum fuerat, & ordinaria erat concessa iurisdictio, extendi non posset, cum Principis priuilegium tertio non præiudicet, nisi expressè, de quo latè per *Rouit. in pragm.* 1. *vbi de delict. ex nu.* 8.
137 Item nota, vt fur in loco vbi furtum reperitur, ratione contrectationis puniri possit, furtum fuisse de recenti factū oportere, & furem cum re subrepta per spatiū altèm vnius diei moram in loco contraxisse, *Cabal. resol. crim. cons.* 163. Sed quid si
138 Baro, qui furem punire vult, informationem de delicto in genere, aliasq; criminis probationes non habeat, & inquisitio à delicti Iudice sit formata, an illum relaxare, vel cum illis inditijs, quę haberi poterunt, punire valeat? nam cum Iudici de-
139 licti præcipere nequeat, dum par in parem non habet imperium, *l. nam magist ratus, ff. de arbit.* & requirendo, requisitus ratione suæ iurisdictionis conseruandæ difficillimè remittet, teste experientia, eum semper Iudices delicti,& domicilij ad inuicem circa causas remittendas contendant, quid faciendum, *Farinac. q.* 7. *num.* 7. *&* 40. dicit, acta per Iudicem delicti non esse remittenda,& si remitterentur, ea coram alio non probare, vel ex integro esse repetenda; & proindè Iudex capiens, reo ex aliquibus probationibus exitium ab illo loco inferre poßet, dum ordinariè punire non valet. Sed subsisto, nè hoc priuilegium, furum odio inductum, in eorum beneficium conuertatur, contra *l. quod fauore, C. de leg.* vndè si delicti Iudex pleniorem haberet probationem, & Regios pro remissione adiret, potius ad eum, quam ad capientem Iudicem, reus eßet remittendus, vt innuunt *Couar. pract. qq. d. cap.* 11. *num.* 9. *& Farin. loco cit num.* 18. *in fin.* vel concedenda copia processus, iuxtà tradita supra ex *num.* 119. aliàs si Iudex capiēs
140 ipsum dimitteret, vel leui pęna puniret, Iudex delicti, vel domicilij, qui plenam habet informationem, iterum vti insufficientèr punitum illum castigare posset, *cap felicis, §. per hoc, de pœnis in* 6. *Bart. in d. l. hæres absens, §. proindè, num.* 63. *Marant. in specul. ibi Iudic. crim. Gram. decis.* 53. *Peguer. decis.* 28 *Muta in pragm. Sicil. tit.* 47. *num.* 26. *infra num.* 220. Et quando sufficiētes delictorum probationes ad cōdemnandum non adsunt, & reus mala fama laborat, non est excarcerandus, sed in carceribus, nè deteriora committat, detinendus, vt aduertit *Andr. in cap.* 1 *nu.* 33. *vers. posset, de pac. ten.*
141 Causa etiam damni dati non remittitur, sed vbi est illatum damnum, ibi iudicari poterit, *Afflict. in const. Cum per partes Apuleæ, Ann singul.* 137. qui rationem non allegat, sed est ratione rei sitæ; licèt enim damnum sit mobile, quia tamèn rei sitę est adiunctum, ideò ratione actionis in rem scriptæ forum sortitur, *DD. in d. l. hæres absens, d. §. proindè, Crauett cons.* 272. *num.* 2. *Borgn. decis.* 4. *num.* 47. non inquam damnum dici potest delictum, ita vt vti delin-
142 quens forum sortiatur. Et intellige forum damnificantem sortiri, si in eo loco is inueniatur; nam tunc ibi, non alibi cōueniri poterit, *Barbos. in d. §. proindè lo* 2.

&

& etiam damni, vel diffidæ pœna exigi po terit, nisi damnum per transitum fuerit commissum, vt distinguit *Rouit.de offic.baiuli,num.3.ex d.constit.Cum per partes Apu-*
143 *liæ*, citati etiam super instrumento liquido via Ritus apud Superiores, nec ipsi, nec eorum Barones causæ remissionem obtinere poterunt, ex antiqua M. Curiæ prærogatiua, de quo dixi supra *par.1.ex num.199.*
144 Itèm si quis tanquam defuncti hæres conueniatur, cuius personam ex vulgata regula repræsentat, forum sequi debet, *l.heres absens,ff.de indic.* vbi heres ab inte-
145 stato, vel ex testamento licèt à loco defuncti exterus, hæreditatem adeundo, loci forum, cuius erat defunctus sortitur, ibiq. conueniri poterit, licèt ibi domicilium, vel habitationem non constituerit, nec originarius existat, instar Iudicis deli-
146 cti. Intellige tamèn, si hæres ibi inueniatur, ex verbis *eiusd.text.* vel si lis in aliquibus causis cum defuncto esset contestata, cum instantia cum defuncto inchoata ad hæredes transeat, *l.si is qui Romæ,ff.de iud. Roman.cons.3.Gayll.lib.1.obseru.37.nu.8.9.* & latè per *Barbos.in d.l.hæres absens,& ex num.17.* vel ibi per defunctum fori electio facta fuisset, quamuis lis contestata non esset, *Francisc.de Petris cons.13.* Itèm dummodo hæres in maiori hæreditatis parte
147 sit institutus, vt probatur in *l.si fideicommissum,ff.eod. Salic.in l.1. C.vbi fideic.peti deb.* Indè legatarij, & alij hæredem in loco, vbi maior est pars hæreditatis, conuenire debent, nisi res certa sit, tunc vbi sita est, hæres conueniri potest; si ibidem inueniatur, *l.& si suscepit, §. si ea res,ff.eod.* &
148 actione reali conueniatur, secus si personali, *glos.fin. in l. quod legatur, ff. cod. Osasch.cons.32. Salic. loco cit. Menoch.de præsumpt.lib.4.præsump.200. Tiraquell.de retract.§.8.glos.5.num.9.* Quid autèm erit, si hæres sit particulari priuilegio insignitus, & suum Iudicem habeat particularē, vt militum, vel simile, vel iuris priuilegium, quia pupillus, vidua, vel Clericus. Dic, si priuilegium sit in iuris corpore insertum, hæredem ex defuncti contractu conuentum eo vti non posse, vt in *Rit. 234. Franch.decis.234.362.& 553.* Si autèm priuilegium sit particulare, & tunc illud allegare, eoq. gaudere poterit, *l.2.§. legatus,ff.de iudic.glos.in d.l.hærcs,verb.excusatur, Couar.pract.qq.cap.8.* Indè Clericus lite cum defuncto contestata, forum non declinat, *Auend.de exeqn.mand.lib.2. cap.2.num.33. Couar.vbi supra,Auil.in cap. Prætorum,cap.10.nn.66. Gregor.Lop.l.57. par. . tit.6. ver. de manna, Gayll. cap.37. Azeued.l.fin.cit.4. lib.5. de Ponte cons.18, Barbos.in d.l.hæres,ex num.104. Grass.de effec.clcr.effect.1. ex n.282.de Petris d.consil.23.Castill.decis.2. Surd.cons.222. Nobil. disp.1.* quicquid dixerit *Villalob. commun. opin.101.sub lit.S.*
150 Similitèr remissio non datur, si quis ratione contractus, vel quasi, vel destinatæ solutionis conueniatur, *l.1.& seq.ff.de reb.auth.Iudic. poss. & in d.l.hæres absens, §.1.seq. & fin.* quocumq. priuilegio muniatur, *cap.1.§.contrahentes, de foro comp. & cap.1.de priuil.in 6.* & quauis actione personali, vel reali conueniatur, *glos.in auth.vt omnes obed.Iud.§.hec considerantes, verb.hypotheca*, & sic si de ipsius contractus distractione, seù rescissione agatur, *Bald.ex text. in l.in contractibus,§.in omne, C.de non num.pecun. Guttier. quæst.can.cap. 24.* de quo latè per *Pomer.cap.29. & Carleual.lib.1.tit.1.q.4. ex num.184.* dummodo tamèn conueniendus in his locis, personalitèr inueniatur, ex *d.l.absens, Couar. pract.qq.cap.10.num.3. Gayll.obseruat.36. num.14. Guttier.de iuramen. cap.16.par.3. Barbos.in d.§.proindè,num.64.* Indè cauendum est a *Castr. in l.1.ff.de eo,quod cer.loc.* dum dicit, absentem in loco contractus super bonis extrà territorium coerceri posse, cum eatenus subsistere possit, quatenus fuerit citatus, & Iudex domicilij contentus brachium impartiatur; tunc enim contractus Iudex creditorem in possessione bonorum in loco contractus existentium immittere poterit, & non alias, *DD.in d.§.contrahentes,Aret.cons.58.* & sic si reus in loco contractus conuentus fuisset, & postea se absentaret; nam tunc contrà eum ad diffinitiuā proceditur, & brachium pro exequutione petitur, *l.si is,qui Romæ,ff.de iudic.l.consentaneum,C.quem.& quand.Iud.Guttier.locis cit.* & maximè si se obligauerit ad sistendum personalitèr in illo loco; tunc enim ibi legitimè citatur, etsi non reperiatur, *cap.ex rescripto, & ibi glos.de iur.iur. Guid.Pap.decis.61. in princ.*
152 Itèm eò fortiùs conueniendus est quis in loco contractus, & non remittendus, si proprio foro cum iuramento renunciasset, ex *glos.in l.1. ff. si quis in ius voc. Gutt. de iuram.d.cap.16. Roman.sing.283.* etiam si sit Clericus, qui etsi suo foro sine Episcopi consensu renunciare non possit, *Rip. cap.1.de iudic.num.68.* Episcopi tamèn il-
153 lius loci contractus, non autèm sæcularis forum sortitur, *Cappell.Tholos.qu.126. Barbos.in d.l.hæres,§.5.n.65.*
154 Quando autèm conueniendus absens sit, an per Iudicem contractus per suum Nuntium in loco domicilij citari possit? Aliqui voluerunt, citationem iussu, & Iudicis contractus authoritate per eius ministros fieri posse, ex *l.omnes, §.exequutoribus,vers.verum,C.de Episcop.et Cler.Bart*

in l.1.§.1.num.3.ff.de requ.reis, Aret.conf.58.num.4. & conf.153. & diximus supra *prag.3.à n.239.& in hac prag.par.1.n.164.* Alij asserunt, si territoria sint distincta inter diuersos Principes supremos, tunc nullo modo citatio valet, ex *cap. Pastoralis, §.est igitur, & §.nos quoq.de re iudicat. prag.1.de citat.* Sed si Iudices eidem Superiori subsint, tunc Iudex contractus literas deprecatorias ad Iudicem citandi pro impartitione brachij in his citationibus mittere debet, *Bald.in d.l.omnes,§.exequutoribus,DD.in d.§.contrahentes,Clar.qu.31.num.20. Azeued.l.3.tit.30. libr.4.ordinat.num.32.Rebuff.tom.2.tit.de lit.requis.glo.3.ex num.11. Couar.pract.qq.cap.10.num.7,* sed si Iudex requisitus suum subditum citari noluerit, tunc illum per edictum intimari posse, dixere *Marsil.singul.203.Fiuiz.decis.3.par.1.num.25.ex clem.1.de iud.* Sed communitèr hoc impugnatur, cum ea citatio substineri non valeat, quando personæ est habitatio certa, sed ipsorum Superior adeundus erit, *Feliu.in cap.fin.col.2.de foro compet. Gaill.obseru.55.& 57. Couar.vbi supra num.7.Barbos.in d.l.hæres absens,§.1.ex num.95.Boer.decis.29. Berlich.conclus.11.* nisi quando fraudulentèr quis latitaret, vel curaret, quominùs ad eum citatio perueniret, tunc per edictum citatio sufficit, *Andr.in cap.1.num.3.de mil.vasal.qui cont.est.* facta autèm citatione, vel causa decisa qualitèr domicilij, vel originis Iudex sententiam exequutioni demandare teneatur, sunt termini notati in *l.à Diuo Pio,§.1.ff.de re iud.*

155 Itèm ratione administrationis tàm publicæ, quàm priuatę pro computis reddendis coram Iudice loci, vbi quis administrauit, conueniendus est, *l.hæres absens,§.1.ff.de iudic.l.1.& 2.C.vbi de ratioc.* Rationem adducit *text.in d.l.2.in fin.* quia ibi instructio sufficiens, & nota testimonia per verissima possunt documẽta præstari. Sed quid si Administrator in eo loco non reperiatur, & alibi conueniatur, an ad eius instantiam ad petitæ remissionis, & gesti negotij locum sit remittendus? pro publicis negotijs remissioni locum esse à nemine hęsitatur, vt in *d.l.2.* ibi, *A quocumq. pulsatus fori præscriptionibus vtatur,* & idem pro administratione priuata innuere videtur *glos.* tàm in *d.§.1.* quàm in *d.§.* & pro indubitato habẽt *Gugl.de Ceuñ. & Paul.Castrens. in d.l.1. Couar.pract.qq.cap.10.vers.4.Diaz.regul.642. Soc.reg.337* licèt aliàs sentiat *Barbos. in d.l.hæres absens,§.1.num.242.* tùm quia *text.in d.l.1.* loquitur per verbum, *oportet*, quod necessitatem inducit, *l.verbum oportebit, ff. de regul.iur.* tùm verò quia ratio in *d.l.2.* proposita in vtroq; militat casu, cum computorum redditionis veritas magis elucescat, & in publicis, & in priuatis rationibus; hoc tamèn limitaret, si administrator vbicumq. rationem reddere se obligasset, *l.1.C.vbi conuen.qui cer.loc.* sic etiam si iusta ex causa aliter Iudici visum fuerit, reũ videlicèt ad administrationis locum non esse trahendum, iuxta tradita per *Escobar, de ratioc.à n.2.vers.consultus.*

157 Idem ratione rei sitæ quis illius Iudicis, vbi res sitæ sunt, forum sortitur, & ad originis, vel domicilij Iudicem non remittitur, *l.1.& fin.C.vbi rem actio.l.sed & si susceperit,§.fin.ff.de iudic.cap.sanè,et cap.fin.de for.comp.* ita vt subditus etiam dicatur exterus, qui bona sub iurisdictione, seu in Baronis territorio possidet, *Andr.in cap.1.§.de manso, sub num.20. vers.quicumq.eris indè mihi vasallus, de controu.inuestit.& in cap.1.num.1.circa fin.& nu.seq.qual.vasal.iur.deb.fidel.* & licèt adhuc ab *Andr.* nuncupetur vasallus ille exterus, impropriè dicitur vasallus, nisi in Baronis habitet Castro, *Montan.in cap.Imperialem, §.præterea si quis, sub num.39.* & pro iure congrui causam remittendam esse ad Iudicem loci rei sitæ, decisum refert *Præs.de Franch.decis.379.& in decis.177.* Idem dicit, si quis actione reali conueniatur vti reivindicatione, vel hypothecaria super re ibi sita; nam ibi causa est agitanda, si tamèn in eo loco conuentus reperiatur, iuxta ea, quæ supra diximus à *nu.150,* & notata per *Io.Ekber.decis.lib.2.disser.10 num.15.* secus autèm si actione personali conueniatur, *glos.in l.forma, §.si verò, ff.de cens.DD.in d.l.fin.Ann.allegat.58.Sanfelic.in sua praxi sect.12.* & amplia hanc conclusionem procedere etiam in bonis mo-
158 bilibus, si ea quis obligata habeat in genere, vel in specie; nam coram Iudice loci, vbi res reperiuntur, conueniri poterit, *l.non aliàs,§.fin.ff.de iudic. Borgn.decis.Fiuiz.2.* dummodo res illæ sint permansuræ, vel saltèm per tempus aliquod ibi fuerint, secus si per transitum; nam tunc ibi sitæ dici non possunt, *l.hæres,§.proindè,ff.de iudic.& ibi Barbos.* per solam autèm actionem personalem quis conueniri non poterit, vbi res mobiles habet, nisi vagabundus, & de fuga suspectus esset, & cautionem de stando iuri, & de bonis non dissipandis non præstaret, *Alex.in d.l.fin. Tiraquell.de primogen.q.48. Rom.singul.478, Cephal.cons.215.volum.2.* nam contra debitorem fugitiuum cessant priuilegia, & creditor illam præueniens in bonis ratione vigilantiæ, alijs in his præfertur, ad *text.in l.ait Prętor, §.si debitorem,ff.quæ in frau.cred.* Mercator autèm si bona ad Nũ-
159 dinas asportauerit vendenda, & ex breui sit recessurus, an ibi conueniri possit?

præ-

præter gesta in eo loco, vide in *d. §. proindè, & gloſ. in d. l. hæres abſens, §. apud Labeonem, verb. debebit, Borgn. loc. cit.* & diximus ſupra *n.* 52.

160 Aduerte tamèn ad prædicta, quod ſi vaſſallus in loco non ſuæ iuriſdictionis citetur ex pacto, de ibi eo conueniendo, vel vbiq. tunc quia vaſſallus nullo modo ſui Baronis iuriſdictionem prorogare debet, vt diximus ex *Franch. decif.* 417. *Surd. decif.* 47. *Oſaſch. decif.* 78. legitimè Baro renuere poterit, ne vaſſallus citetur, & ſi ille captus fuerit, remiſſionem petere valebit, *DD. in l. ſi conuenerit, ff. de iuriſdict. omn. Iudic. Gaill. obſer.* 40. *lib.* 1. licèt enim quis in ſui præiudicium ſuo foro renunciare poſſit, *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.* attamèn in Iudicem incompetentem in ſui Baronis præiudicium conſentire non valet, ideò remiſſio peti poteſt, *Guid. Pap. decif.* 77. *Papienſ. in foro libell. decl. for. Rip. in cap.* 1. *de iudic. Franc. Milan. decif.* 5. *par.* 2. & hanc remiſſionem, etiam ad renunciantis inſtantiam peti poſſe firmat *Cartar. decif. Genuę* 6. ſupponendo, per pactum con-

161 ueniendi vbiq; locorum non fieri, vt remiſſio peti non valeat. Sed intellige, ſi ſuo foro in inſtrumento expreſsè non renunciauerit.

162 Itèm remiſſio ceſſat, ſi vaſalli ab ordinaria Baronis iuriſdictione alicuius artis, vel officij ratione, vti Lanæ, Serici, Ferri, & ſimilium exempti fuerint, *l. magiſteriæ, C. de iuriſd. omn. Iudic.* ſemper enim in dubio per ſpecialem iuriſdictionem ordinariæ iuriſdictioni derogatum videtur, quando priuilegium particularium fauo-

163 rem reſpicit, *Afflict. decis.* 41. *Capyc. decif.* 9. *Gram. conſ.* 108. *Vrſill. decif.* 41. Adde, ſicuti in matrice filij concipiuntur, ità qui ſunt de exercitio in magiſterij maternitate aſcribuntur, & in eorum libro nomina notantur, hanc ethymologiam aſſignat *Archid. in cap. contumaces, diſt.* 50. & ſeruatur matricula etiam in Scolaribus, Militibus, Clericis, & alijs, qui ſunt de officio, vel collegio, *l. matriculam, C. de agen. in reb. lib.* 12. *vbi Luc.* ſed ſi quis plures ma-

164 triculas, vel officia habeat, forum illius exercitij ſortietur, in quo plus verſatur, *l. legatis ſeruis* 63. §. *ſi vnus, ff. de legat.* 3. *Franch. decif.* 175. Et matriculati recomẽdati Curiæ Admiratiæ ſi ab alijs citẽtur, comparere non tenentur, nec contumaces reputantur, ſi Superior eos tales eſſe non ignoret. Quod limitatur, ſi quis in matri-

165 culis ratione munerum fugiendorum, vel fori vitandi fuerit aſcriptus; nam ſi exercitium, & qualitates artis, vel officij eos non exercere probetur, fori priuilegio non potientur, *Franc. dec.* 175. & 481. quod eſt aduertendum pro omnibus, qui exemptionem ex cauſis prædictis, & ſimilibus prætendunt; nam cum in fraudem id procurari de iure præſumatur, *l.* 1. *cum ſeq. C. qui milit. poſſ. lib.* 12. ſi actu non ſer-

166 uiant, gaudere non debent, *l. qui ſub prætextu, C. de ſacroſ. Eccleſ. & ibi DD.* quia artificij cauſa priuilegium eſt conceſſum, *l. ſemper, §. quibuſdam, cum ſeq. ff. de iur. imm.* Indè ſi ob ſuperuenientem imbecillitatem, ſeù diuturnum morbum, quis fuerit inhabilis, ceſſante cauſa, ceſſabit eius priuilegium, nec per ſubſtitutum deſeruire poterit, *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de portu,* vbi idem inuehit cõtra locatos Re-

167 giæ Dohanæ Apuleæ, qui in fraudem paruo animalium numero ob fori exemptionem conſequendam ſe dictæ Dohanę libro aſcribunt. Et maior fraus committi ſolebat, in deſcribendo cum fidatis eiuſdem Dohanæ multos alios, ſub affictu terrarũ nuncupatarum, *Salde,* qui in effectu ea territoria non colebant, & ex hoc Baronũ priuilegijs ſatis inferebatur præiudiciũ, quod nequaquam permiſi, dum annis retrò elapſis in mea iuuentute illi Tribunali præfui Auditor, & in anno 1660. & ſeq. generalis Gubernator, de præcipto ordine Excell. Domini mei Viceregis Comitis Pignoranda.

Verùm ſi quis officium, vel artẽ exercendo delinqueret, & poſtea ceſſaret, vel foro renunciaret, & ad poteſtatem, ac Ba-

168 ronis iuriſdictionem reuerteret, quia delicti initium eſt ſpectandum, ab illius artis, vel officij Iudicibus recognoſcendus erit, *Franch. decis.* 417. *Gram. decis.* 10. Quando autèm delicti Iudex, ſub illius Iuriſdictionis tempore, delinquentem cognoſcere poſſit, etiam ſi priuilegium aliquod volũtariè, vel Principis motu acquiſierit, vide *DD. in l. vniuerſi, C. de legation. lib.* 10. *Barboſ. in l. ſi quis poſtea quam, ff. de iud. Couar. pract. qq. cap.* 23. *Franch. dec.* 344. *Gratian. diſcept. cap.* 226. *Rouit. pragmat.* 16. *num.* 10. *de milit. Giurb. conſ.* 15. *Graſſ. de eff. cler. eff.* 1. *num.* 647. Nota tandèm, ab ordi-

169 nario exemptos, à reuerentiali iure ſuorum Baronum non eximi, vt probat *text. in l. fin. §. reuerentia, & ibi gloſ. & DD. C. de bon. liber. Abb. & Felin. in cap. cum inter, de re iudic. Bald. in l. alia, ff. ſolut. matr. Iacob. de Franch. in cap.* 1. *num.* 26. *tit. ſi de inueſt. feu. controu. Tiraquel. tract. ceſſ. cau. lim.* 16. *n.* 3. *Roman ſingul.* 386. *Gratian. diſcept. cap.* 284. *num.* 61. niſi ex Principis priuilegio eſſent exempti, *Put. decis.* 115. *par.* 3. *Chokier. de iuriſd. par.* 4. *q.* 34. vaſalli enim vti liberti habentur, quorum argumentum de vno

170 ad alium valet, *Andr. in cap.* 1. *nu.* 5. *quib. mod. feud. amitt. & in cap. licet, num.* 4. *ſi de feud. defunct. milit.* artificiales enim, & obſequiales operas vaſalli domino debent,

tot.tit.ff.de obseq.pat.præst.& dicitur debitum, quod iure honorario debetur, iuxtà verba tex.in l.1.§.fin.ff.de cōst.pecun.& primæ iuxtà eorum qualitatem in occurrētibus seruitijs, vt dicemus infrà pragm.16. & hæ demandari, & per alium præstari
171 possunt, l.si non hostem, §.libertus, ff.de cond. indeb. & ibi Bart. operæ verò obsequiales sunt personales, & ossibus affixæ: vndè etiam si libertus in sua sit potestate,
172 eas præstare tenetur; & hæ in honorando, assurgendo, canendo, & plangendo consistunt, Alciat.in l.sciendum, §.item in lege, ff.de verb.signif. & istæ cedi, vel à persona auelli nequeunt, etiam si exempti, vt diximus, & supra par.1.num.156. Nec exempti dicentur, vt si delinquerent, ab
173 ordinario capi non possint, vt remittātur, nec pariter à generalibus interdictis, Felin.in cap.fin.de foro comp. & in his particularibus priuilegijs in sui, vel ordinis præiudicium renunciari possit? vide Vrsil. dec.41.
174 Consequutiuè idem in militibus obseruatur, qui eorum fori priuilegio gaudent, nec ab alio, quam ab eorum militari Iudice cognoscuntur, vt in l.magisteria, C. de iurisd.omn.iudic. & præcipuè pro militaribus delictis, iuxtà text.in l.2.& 3.ff.de re milit. pro delictis autem communibus, & ciuilibus, distingue, aut milites sunt sub vexillo, & indifferētèr foro militari gaudent; aut in eorum Ciuitatibus commorantur, & Iudicis ordinarij locorum forū sortiuntur, glos.communitèr recepta in d.l.magisteriæ, maximè pro ciuilibus, vt in l.vnic. C.in quib.caus.milit. & iuxtà d.glos. distinctionem refert decisum Præs.de Frāchis decis.88. in fortiori casu contra Capitaneum Regiarum triremium, quæ in
175 Ciuitatis portu demorabantur, ad Auditorem classium remissioni locum non fuisse, ex quo hæ triremes in expeditione non erant, & Reg.Tap.lib.2.Iur.Reg. tit.de offic.Mag.Admirat.fol.384. aliam addit rationem, quia eorum iurisdictio locum sibi vendicat, quando sui subditi in Regijs triremibus delinquunt, secus si in terra, & idem Reg.Reuerter.decis.81. & eamdem gl. sequuntur Reg.de Ponte tit.de aß.Reg. §.7. Reg.Rouit. in pragmat.11.de milit.vniu. decis.254. Boss.tit.de foro compet.à num.3. Caball.cas.294.ex num.72. filij, & ipsorum militum coniuges similitèr eodem fori
176 priuilegio gaudent, l.vnic.C.de vxor.milit.l.2.C.de Episcop.& Cler. non per viam extensionis, sed comprehensionis, Fab.diff. 5.C.de in ius voc.Franch.decis.363. Amaya in l.fin.ex num.12. C.de incol.lib.10. Paul. Christin.dec.176. & ampliatur etiam mortuo viro, donec vxor in viduitate permaneat, l.filij, §.vidua, ff.ad municip. l.fin.C.de incol.lib.10.l.quoties, C.de priu.scol.lib.12.
177 Verùm hoc intellige, quando fori priuilegium, dignitatis, vel ordinis ratione viro competit, secus autèm vt in hac facti specie, personalis militiæ, seruitij ratione; nam exercitio deficiente, priuilegium cessat, l.maximarum, ibi, Vt non singulis indulta personis, sed in commune dignitati, vel corpori huiusmodi beneficia doceantur fuisse concessa, & l.sordidorum, ibi, Neq. potest esse perpetuum, quod personis contemplatione militię indulsisse nos constat, C. de excus.mun. lib.10. Milan.dec.Sicil.9. Guid.Pap.dec.379. cum seq.Cabed.decis.98.& faciunt adducta supra num.166. Quid in tractenutis, & stipendiatis, qui continuò pro belli, quod
178 euenire posset expeditione parati sunt? vide Castil.decis.105.& prag.11.§.7.de milit. & in veteranis est text.in l.1. C.de vet. lib.10. & ibi DD. & quid si hoc priuilegiū post litem cęptam superueniat, vide adducta super hac prag.p.1.ex n.317.
179 In Regno autèm militaris Iudex est Auditor generalis exercitus, qui quoad alios priuatiuam habent iurisdictionem in Hispanos milites, & exteros à Regia Curia salarium habentes, & in milites pedites, & equites nouæ militiæ, quando sūt sub vexillo tantùm, & continuò in Capitaneos ipsarum cohortium pro causis solùm criminalibus, vt in prag.11. & 14.de milit. Sed an prædicti milites pro debitis
180 in casibus, in quibus de iure permittitur, carcerari possint? & videtur, quod nō, quia non tenentur, nisi in quantum facere possunt, l.miles, & l.item miles, ff.de re iud. & qui hoc beneficio gaudent, non carcerantur, Bald.in l.liber captus, num.9. C.de capt. & postl.reuers. Guttier.de iuram.c.16. num.48. Fontanel.de pact.nupt.claus.3.gl.3. num.11. & sic per exercitus Auditorem prouisiones expediri solent; si enim super eorum armis, & equis exequi non possit, à fortiori super personis, quæ rebus sunt digniores, l.iustissimè, ff.de ędilit.edict. nisi dolo quis versaretur in bonis occultandis,
181 nè super eis exequatur, vel sciens se soluere non posse, malitiosè pecunias a creditore cęperit: tunc enim priuilegium cessaret, tot.tit.ff.& C. quæ in fraud.cred.& ex alijs comprobat Fontanell. vbi supra, num.20. prout si alicui negotiationi se immiscuerit, & pro ea conueniretur, vt in l.fin.C.de iurisd.omn.iudic. Verùm prædicta intellige respectu militum sub vexillo existentium, non autèm ad beneficium nouæ militiæ militum, qui in suis domibus demorantur, etsi præcincti, & militiæ parati existant: nam sicut eo casu ordinarij forum sortiuntur, vt diximus, sic etiam pro debitis contra eos etiam de persona exequi potest, vt habetur in glos.in l.miles,

ff.

ff.de re iudic. verb.armata manu,ex text.in §.1.Inst.de milit.testam.ibi, Cum in expeditionibus occupati sunt, & sic indifferentèr prouisiones pro Collaterali Consilio expediri refert de Ponte tit. de assen.Reg.§.7. num.43.nam quandocumq.milites,vel eorum Præpositi, qui militari subsunt iurisdictioni, extra locum, vbi eorum generalis residet Auditor,delinquerent, per lo-
182 corum ordinarios carcerari possunt, & contra eos informationem capi pro illa ad Iudicem militarem transmittenda, vt in d.pragm.11.§.11. & facit text.in l.post. C.de re milit.lib.10.prout de Nuntijs dixi-
183 mus supra hac pragm.par.1.num.227. & de Officialibus etiam iurisdictionem exercentibus asseruimus pragm.5.num.71.& si forum M.Curiæ sortiantur,tamèn si deliquerint, per Barones, vel alios locorum
184 Iudices arrestari, & etiam puniri possunt, si extra eorum officium crimina patrarent, Franc,Mare.decis.91.par.2. Guid, Pap.decis.328. Boer.decis.9. & in facto re-
185 spondi, Capitaneum, secundarum causarum Iudicem carcerare posse;tunc enim vt priuatus habetur,& eius iurisdictio dicitur suspensa,Clar.q.35.num.14.& sic ordinarius eum recognoscere valet, ex cap. cap,eum inferior,de maior. & obed. & quã-
186 uis par in parem non habeat imperium, l.ille,à quo,§.tempestiuum,ff.ad Trebell.fallit, si delictum notoriè fuerit commissum, Camp.in clem.1.de vit.& honest.cler. n.25, Tap.in const.Magister.

187 Itèm Curiarum seruientes, vti Alguzerij,Birruarij,Carcererij,Actuarij,& similes non remittuntur,sed ab eorum Præpositis sunt recognoscendi, l.fin. C. de iurisdict.omn.Iudic. l.vnic.C.de Curialib.vrb, Rom.lib.11. & sic per Catholicum Regem Ferdinandum fuit ordinatum in cap.11, priuil.Neap. actu seruientes extra Tribunalia,quibus seruiunt, trahendos non esse,intelligendum tamèn est pro delictis in officio, non autèm de alijs extra illud cõmissis,vt innuit glos. in d.l.vnic. ibi, Idest accusat eum de aliquo, per quod à Curia est remouendus, & maximè si alij Iudices cõpetentes præuenerint, nisi priuatiuè per Principis priuilegium etiam de seruientibus eorum Curiarum cognoscere sit cõcessum,Franch.decis,679.Gizzarell.dec.24 Boer.decis.9. Verum Sacri Consilij Porte-
188 rij ob huiusmodi supremi Tribunalis præeminentiam, pro omnibus delictis indifferẽtèr per Spectab. eiusdem Sacri Cõsilij Præsidentem cognoscuntur, vt decisum refert Reg.de Ponte decis.36. Ex vrbanitate inquam ad Superiores eorum subditi, etsi extra officium crimen committant,remitti solent,vt per Farinac.q.101, num.85.& seq. & de seruientibus Episcopalium Curiarum Thes.decis.22. Viu.de-
189 cis.116.sic in reconuentionis materia, vbi reconuentus,etsi Clericus remissionẽ petere non valet, Auth.de sanctiss.Episcop. §.reuerendissimi,Ritus M.Cur.67. Addit.decis.173. Franch.decis.349.Cancer.var.resol. tit.de reconu.Varen.dec.4.Fõtanel.dec.343. eum seq.

Idemq; ratione matrimonij contracti, mulier non in suæ originis loco, sed in
190 viri domicilio conuenitur, l.eum quadã puella,ff.de iurisd.omn.Iud. Thes.qu.123.& Neapolitana extero nupta ex se ad causæ remissionem,priuilegiorum Neapolitanis concessorum vigore, non admittitur, sed sui viri forum sequi debet,Franc.dec.416 & 546.Giurb.ad consuet.Messan.cap.1.gl.1. num.48. Rouit.in pragm.1.ex num.5.de eccl. bon. etiam si in viri domum introducta nõ esset,glos.in l.ea,quæ la 2.ff.de municip. Milan.de luc. doct.q.15. licèt suæ originis ciuis esse nõ desinat,& eius honoribus gau-
192 deat, idem Rolan.q.22. & si maritus peculiari priuilegio fruatur, ipsa quoq. eodem potitur, vt paulò antea diximus, & proindè maritali cohonestatur dignitate, videlicèt Comitissæ, Marchionissæ, & si-
193 milium, adhuc extincto viro, cuius intuitu hoc decorabatur splendore, donec
194 tamèn in viduitate permaneat, iuxta text.in d.l.filij,§.vidua, ff.ad municip.& in l.mulieres fin,C.de incol.lib.10.& hoc quoad honores, non autèm circa præceden-
195 tias ad alias, quæ in actu titulum habent, cum habentes officium in administrationem, in honorem habentibus præferantur, Reg.de Ponte de potest.Proreg.tit. de diuer.prouis.§.1.num.33.& consi.31.Barbos.in l.quia tale, ex num.23.ff.solut.matr.
196 causæ remissio etiam denegatur, quando quis vti laudatus author comparet, Gram.decis.121, Capye,decis.197. & supra diximus p.1.ex n.323.

197 Itèm causæ continentiæ ratione Superiores Baronibus causas remittere non valent, ex cap.fin.de rescript.l.1.ff.de quib. reb.ad eund.Iud.l.cogitatio, ff.de liber.caus,
198 quod contingere potest, si causa sit indiuidua,siuè ciuilis,siuè criminalis; retinent enim tunc causam,nè eius continentia diuidatur,l.nulli,C.de iud. & quia magis dignum minus dignum trahit, cap. quando de iudic. Item ratione societatis, socij priuilegio quis vti potest, l.si communem, ff.quemadm seru.amitt,Viu.dec.521 num.18. Seraph.decis.957. licèt in criminalibus non semper indiuiduitas dari potuerit,sed quilibet à suo Iudice est puniẽdus, Vrsill.decis.213.Gaill.obser.32.libr.1. Guttier.q.6.& dicam in seq.par. In ciuili-
199 bus autèm causa indiuidua dici potest, si de seruitutibus tractetur, quarum cau-

sa

sa indiuidua est, vt in *d. l. si communem, Bar. in l. 1. C. si in com. caus.* sic de fideicommis-
200 si causa, *Paris. cons. 12. num. 73. lib. 2.* de hypothecaria *Afflict. decis. 213.* & latius per *Capyc. decis. 122. & 173. Ann. sing. 73. Guttier. q. 67. lib. 1.* & sic de causa alimen-
201 torum, vt per *Surd. de alim. q. 14. ex n. 6. & Gaill. obser. 32. lib. 1.* ait, indiuiduum
202 plurium personarum ratione dari, veluti si plures sint rei conuenti, sub diuersis iurisdictionibus domicilium habentes, inter quos erit contentio de hæreditate diuidenda; quo casu non coram diuersis, sed coram superiori Iudice conueniendi sunt, *Ias. in d. l. nulli,* & est vna de limitationibus ad Regulam, *Actor sequitur forum rei,* sic
203 & contingit ex instantiæ mutatione, vtputà si lis coram vno Iudice pendeat, ad alium Iudicem non est auocāda, quia causæ continentia diuidi non debet, *l. vbi ceptum, ff. de iud.* Hucusq; pertinet, si duo iudicia ad eamdem rem competant, licèt diuersa, vt est iudicium possessorium, & petitorium, istam diuisionem non patiuntur, vt coram vno Iudice possessoriū, coram alio verò petitorium intentetur, *cap. 1. de caus. poss. & propr. & ibi glos. ver. sub vno,* & quæ causæ diuiduæ, & separabiles dicantur? *Menoch. cons. 95. lib. 2.* nouissimè *Tondut. de præuent. cap. 13.* & latè per *Petr. Fide in tract. de contin. cau. & per*
204 *Petr. Frider. Mindan. de proces. lib. 3. c. 1. cum multis seqq.* Et an litis consors alterius priuilegio gaudeat? *Thes. decis. 177. num. 2. Crauet. cons. 206. Vin. decis. 136.* istæ enim causæ, & similes per Superiores non remittuntur, quando per vnum ex priuilegiatis sunt introductæ, *Menoch. cons. 371* & quæ pœna Iudici instantiam diuiden-
205 ti detur? *Bos. tit. de foro comp. n. 169.*

Secundo autem casu quando remissio, non a superioribus Tribunalibus, sed ab alijs Baronibus petitur, vt si alicuius Baronis vasallus alibi deliquerit, ibiq. captus fuerit, & suus Baro causam ad suæ iurisdictionis locum remitti petat, antiqua fuit controuersia, quod forum delicti, originis, vel habitationis dicatur poten-
206 tius? magis recepta fuit opinio, delicti forum esse validius, *DD. in l. 1. C. vbi de crim.* & proindè Baroni originis, seù domicilij remissio est deneganda, *Thes. dec. 90 Iacob. Thoming. decis. 5.* & decisum refert *Tres. de Franch. decis. 37.* & habetur in *pragm. 1. vbi de delict.* Imò multi asseruerunt, originis Iudicem, de delictis extra suum territorium commissis, nec inquirere posse, si causa per delicti Iudicem cepta fuerit. Sed contrarium decisum testatur *Franch. decis. 66.* posse originis, vel domicilij Iudicem, de delictis extra suum territorium etiam commissis, ex officio cognoscere, quamuis in inuestitura hanc prærogatiuam, in specie cognoscendi de delictis extra territorium, Barones non habeant, ex *Bart. in l. si cui, § fin. ff. de accus. Koppen. decis. 43.* Sed ponamus, reum per
207 domicilij, vel originis Iudicem citatum, & carceratum fuisse, an delicti Iudex ad suum forum illum auocare valeat? & non posse, probant *Franch. decis. 37. num. 3. decis. 88. num. 5. & decis. 305. à nu. 9. Guid. Pap. decis. 202. Franc. Marc. decis. 331 par. 2.* quicquid in contrarium, videlicèt ad Iudicem delicti esse causam remittendam senserint *Clar. q. 38. num. 19. Thesaur. decis. 90. Gomez. tom. 3. cap. 1. num. 87.* & sequitur *Couar. pract. quest. cap. 11. num. 6.* qui in *fin.* limitat, si Iudex domicilij per viam accusationis in cognoscendo præuenerit; quo casu nullo modo causam Iudici delicti remittere tenetur, quia fortè
208 per accusationem fit vera iurisdictionis præoccupatio, *cap. fin. de foro compet. Clar. quest. 37. num. 2. Foller. in constit. Capitaneorum, num. 54.* & vbi læsus forum eligit, ibi reus puniendus esset, *Barbos. in l. hæres absens, §. proindè, à num. 121.* non enim par ratio est in inquisitione, quod est remedium extraordinarium, quam in ordina-
209 rio; tunc enim hæsitatur, an ob tale inquisitionis remedium causa præuenta dici possit, de quo latè *Farin. q. 7.* & dicam inferius.
210 Verùm in Regno receptum est, quod data per domicilij, vel originis Iudicem reali præuentione, nullo modo alterum rei remissionem petere posse, vt & pro indubitato tradit *Tres. de Franch. locis supra citatis,* & hoc iure vtimur, & data legitima præuentione per capturam rei, omnes alij Iudices aliàs competentes, in causa illa amplius se ingerere non possunt, *Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 22. Farin. q. 7. num. 52. Carleual. de iudic. tom. 1. n. 899.*
211 Aduertendum tamèn est, quando causa Iudici petenti esset remittenda, intelligendum est, si ille Iudex probatum delictum habeat, saltim per inditia, *glos. in clem. Pastoralis, vers. de more, de re iud. Couar. loco cit. num. 8. Thesaur. decis. 90. in fin. Gram. dec. 363. Auend. c. 22. n. 4.*

Et dum præuentio inter competentes Iudices cognitionem præbet, aliquod de ea est dicendum, maximè cum materia inter prædictos Iudices, & alios cumulatiuam iurisdictionem habentes, sit quotidiana, & præcipuè in Regia Audientia Cosentina, quę cum Gubernatore in primis causis Ciuitatis, & Casalium pręuentionis priuilegium habet, & semper inter eos de hac præuentione pugnatur, Scias inter æqualem iurisdictionem habentes, licèt alter sit Superior, præueniē-
tem

tem cognoscere, *l. vbi ceptum, ff. de iudic. Gaill. obser.* 29. *libr.* 1. Verùm sola successi criminis informatio præuentionem non perhibet, quia est præambulum ad causam, *Bald. in l. vnic. C. de confes. Roman. cons.* 412. *Boss. d. tit. de foro comp. num.* 103. quidquid dixerit *Rouit. in pragm.* 1. *num.* 78. *vbi de delict.* capturam informationis præbe-
212 re præuentionem; nam posset sustineri, si citatio etiam adhibita esset; per citationem enim dicitur causa præuenta, quia tunc ceptum dicitur iudicium, *l. si quis postea, & l. vbi ceptum, & ibi glos. ff. de iud. glos. in clem.* 1. *verb. citationes, de iudic. & in cap. proposuisti, & ibi Bart. de foro comp. Mascard. conclus.* 1227. *num.* 6. *Afflict. decis.* 219. *&* 294. *num.* 3. *Cabed.* & non alitèr dari præuentionem pro indubitato tradit *Præs. de Franch. decis.* 505. *nu.* 15. *Giurb. cons.* 48. *ex num.* 36. *Muta super pragm. Sicil. tit. de foro compet. ex n.* 60. etsi dixerit *Ann.*
213 *singul.* 79. neq; citationem inducere præuentionem; nam communitèr ex supradictis damnatur; & intellige, dummodo citatio sit intimata, *Clem.* 2. *vt lit. pend.* ac so-
214 lemnitèr expedita; nam si nulla, nullum producit effectum, *cap. proposuisti, de foro compet. l. si pater, C. de stat. defunct. Cabed. decis.* 142. *à num.* 5. præuentio etiam fit per capturam, & est præcedenti fortior; nam per verbalem dicitur præuenta causa, per realem verò persona, & validior est actus facti, quàm verbi, *Guid. Pap. decis.* 207. *Mascard. loco præcit. & Gram. decis.* 30. *num.* 6. *Farin. q.* 7. *num.* 53. & proindè præueniens in captura Iudici in citatione præuenienti præfertur, *Farin. q.* 7. *num.* 52. *Barbos. in l. si quis postea, ex num.* 66. *ff. de iudic.* cum alijs supra citatis. Verùm, vt captura præuentionem inducat, iuridicè fiat, oportet; nam si de facto quis capiatur, vel vt legitimè capi possit, non constet, tunc captura præuentionem dare non dicitur, vel si casus non sit talis, vt de facto procedi pos-
215 sit, sed præuia citatione istis casibus esset carceratio affectata, quæ præuentionem non producit, *l. fin. vers. nullo tempore, ff. de libert. hom. exhib. l. & qui data opera, ff. ex quib. caus. maior. Rom. cons.* 320. *Boss. tit. de capt. num.* 5. *Franch. decis.* 505. *nu.* 16.
216 *Clar. q.* 38. *nu.* 12. limitant etiam aliqui, si in citando præueniens mediante querela processerit; nam alijs, iuxtà opinionem *Barbos. vbi supra*, est præponendus. Limita etiam si captura procurata fuisset, quia minùs probatum esset delictum in loco Iudicis capientis, tunc præuentio per citationem præualebit, *Carau. rit.* 269. *n.* 22. *Farin. qu.* 7. *num.* 56. *Mascard. conclus.* 1227.
217 *in fin.* Sed quid si spontè reus compareuerit, an persona præuenta dicatur? Dic, quod non; nam debet comparere, vbi fuit primò citatus, *Bos. d. tit. de foro comp. n.* 98. *Farin. vbi supra num.* 53. nec sua voluntas, & consensus Iudici præiudicare poterint, & eò fortius si contumax fuisset effectus,
218 Hæc cæteris paribus, sed si Baro de delictis per vasallos etiam extra territorium commissis, cum clausula abdicatiua priuilegium habeat, tunc vasalli etiam alibi delinquentes ad Baronem sunt remittendi, *Capyc. in inuestit. vers. cum cognitione, Reg. Sanfelic. decis.* 68. Sed quid si ambo æquale priuilegium haberent? dic, pri-
219 mo concessionem, eiusq. temporis diuturnitatem attendi, iuxta Regulam, *Qui prior est in tempore, Andr. in const. Reg. Eas, quæ ad speciale decus,*

Secunda etiam concessio, cum alterius, cui Rex præconcesserat, præiudicio, non intelligitur, dum ius in vnum translatum, in alium conferri iure non possit, *l.* 2. *§. si quis à Principe, ff. ne quid in loc. publ. l. nec auus, C. de mancip. liber.* ibi, *Nec in cuiusquã iniuriam beneficia tribuere, moris est nostri*, sic *Foller. in sua praxi, vers. audiantur excusatores, num.* 70. *Iacob. Ant. de Mauro alleg.* 26. *cum seq. & alleg.* 38. 44. 77. *& seq. Reg. de Marin. obser. ad dec. Reuert.* 467. etiam si adsit clausula generalis, *Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & priuilegijs*; nam requiritur specialis derogatio, *Castill. de tertijs cap.* 36. *ex num.* 28, maximè si primum fuerit concessum ex causa onerosa, *Bald. in l. qui se patris, C. vnde lib.* Sed quid si secundum sit concessum speciale ad certum genus personarum? vide *Præs. de Franch. dec.* 125. sed si ab vno ex Iudicibus originis, vel delicti punitus, vel abso-
220 lutus fuerit, ab altero molestari nõ potest, *l. si cui, §.* 1. *ff. de accusat.* maximè non petita remissione, & priuilegijs non ostẽsis, alter ipsorum licitè processerit, *Vin. comm. opin.* 420. *par.* 2. de quo latè per *Farinac. q.* 4. *Muta super pragm. Sicil. tit. de for. compet. in fin, Barbos. in d. §. proindè, nu.* 60. *Reg. Sanfelic. decis.* 138. Limita si reus in fraudem ad Iudicem, qui veniæ facilitatem promiserit, conuolasset, & insufficiẽtèr non fuerit punitus, *Baiard. q.* 54. *nu.* 26. *Reg. Rouit. in pragm.* 1. *à nu.* 75. *vbi de delict.* & diximus supra *n.* 140,
221 Limita principalem conclusionem, vt remissio denegetur, quando à Iudicibus, qui eiusdem Principis imperio non subsunt, prætenderetur, *Clar. § fin. quæst.* 57. *Conar. pract. qq. cap.* 11. quia in contradictionis casu non est, qui recusantem compellat. Indè ad statum Ecclesiasticum, vel ad alium Principem confugiens securus est, quia delicti causa licèt exhiberetur, non tamen remittitur, nisi in grauibus causis, quod rarò fieri solet, *Gram. dec.* 363. *Capyc. decis.* 102. *de Curt. de feud. fol.* 19.

In

num.25. In Regno Siciliæ citra, & vltra pharum, etsi sint diuisa, quia tamen eiusdem Regis est imperium, ad inuicem fiunt causarum remissiones, *Tap. & Rouit. tit. vbi de delict.*

222 Itèm limita, si reus vagabundus esset, nam tunc vbicumq; reperiretur, puniri posset, *glos. fin. in l. 1. C. vbi de delict. Guid. Pap. decis.* 202. & maximè si accusator ibi causam prosequi velit, *Auend. resp.* 40. *num.* 9. Verùm *Couar. pract. quaest. cap.* 11. *num.* 7. ait, hoc sustineri, quoties remissio à quolibet competente Iudice non petitur, at petita nequaquam illi denegari potest, nisi reus in loco deliquerit, *Bellug. in specul. Princ. rubr.* 23. *vers. & scias, à n.* 3. *Auil. cap. Prætor, cap.* 27. *num.* 15. Sed ad-

223 uerte per diuersa loca aufugientem vagabundum non dici, sed illum, qui nullum in Regno certum domicilium habentem, & in originis loco nec habitantem, vagatur, *Barbos. in l. hæres absens, §. proindè, num.* 13. *ff. solut. matr. Azeued. lib.* 8. *tit.* 11. *l.* 1.

Postremò sciendum est, Baronem de suis subditis, & in suo territorio habitantibus cognoscendis priuilegium habentem, licèt quis per decennij habitationem forum nondum sortitus fuerit, iuxta *l.* 1. *C. de patr. potest.* ratione

224 tamèn habitationis, & priuilegij in habitantes concessi, ad originis locum delinquentem remittere non teneri; sufficit enim habitatio, quamquam domicilium non sit constitutum, *glos. in l.* 3. *C. de incol. libr.* 10. & qui in aliqua Terra in alicuius Baronis iurisdictione habitat, illius dicitur vasallus, *Andr. in cap.* 1. *num.* 1. *versic. item & qui habitat; qualit. vasall. iurar. deb. fidelit.* eò magis, quia communitèr iurisdictio, per Terram, & Territorium, in habitantes, & incolas conceditur, & sic statim atquè habitat, est sub iurisdictione. Potest inquam quis plurium Baronum esse vasallus, vt subiungit ibi *Andr. num.* 2. licèt antiquior sit præferendus, idem *Andr. in cap.* 1. *§. contra, hic fin. lex.* Si autèm quis in Terra, vbi Baro iurisdictionem habet reperiatur, verùm non habitet, sub iurisdictione non dicitur, & sic non vasallus, prout intelligenda

225 sunt verba *Andr. in fin. d. cap. qual. vasall.* differunt inquam' habitantes ab habitatoribus, iuxta dictam *glos.* nam habitantes dicuntur, qui domicilium iam constituerunt, secus in habitatoribus,

226 *Afflict. in constit. Quisquis, num.* 6. *Carau. Rit.* 301. *num.* 31. *Bertazz. de clausul. fol.* 27. *num.* 12. licèt non desint, qui sentiunt, statim domicilium constitui, si expressè quis dicat cum familia se habitare velle, & maiorem suarum fortunarum partem eò duxerit; quando enim quis re, & facto manendi animum declarat, verus incola dicitur, *l. pupillus, §. incola, ff. de verbor. signific. l. ciues, C. de incolis, Gaill. pract. obseru. obseru.* 35. 2. *lib.* non enim sufficeret, voce dicere, se ibi domicilium constituere velle, sine maioris partis bonorum translatione, *glos. magna in d. l. ciues*; & ex quibus actibus, & præsumptio-

227 nibus constitutus censeatur incolatus? *Menoch. de arbitr. cas.* 86. *Mascard. de prob. conclus.* 534. *Farinac. in fragment. par.* 1. *ver.*

228 *domicilij.* & per domus emptionem, & matrimonium in vno loco, quem dici domicilium contraxisse probat *text. in l. assumptio, §. filius, ff. ad municip. Gramm. decis.* 103. *num.* 111. ambæ tamèn conditiones requiruntur, iuxtà *pragm. de imm. Neapol. Barbos. in d. §. proindè, num.* 72. Sed

229 an isti per domicilium contractum verè ciues efficiantur? dic, in incolatu existentem non dici ciuem, postea sic, &

230 eius prærogatiuis, vti oriundi, gaudere, & in Regia Camera sic iudicari affirmat *Reg. Rouit. hoc tit. pragm.* 12. *num.* 4. & *in rubr. num.* 4. *de cession. bonor.* & nota, habi-

231 tantè in dubio eius loci esse, non autèm aduenam præsumendum, & contrarium dicenti, probandi onus incumbit, *Andr. in cap. Imperialem, sub num.* 48. *de probib. feu. alien. per Feder. Crauet. cons.* 6. *Ccuall. comm. opin.* 458. *Menoch. cas.* 86. *de arbit. iud.* sic &

232 è contra licèt quis per decennium habitauerit, si animum constituendi domicilium non habuerit, quod ex multis arguitur, forum non sortietur, *Viu. decis.* 477. *Mascard. conclus. incip. domicilium, Amaya in l. ciues, à num.* 93. *de incolis, lib.* 10.

233 Sed an domicilij mutatio ciuem à suę originarię Ciuitatis iurisdictione eximat?

234 Pro cognitione primò est sciendum, domicilium triplex esse, naturale, accidentale, & commune: Naturale est locus, vbi quis natus est *l. libertus, §. patris, ff. ad municip.* Accidentale est locus, in quem voluntariè quis se transtulit ad habitandum animo perpetuò permanendi, vel si in Ciuem alliciatur, *l. si in patria, & l. ciues, C. de incol. lib.* 10. Commune erat Ciuitas Romæ propter Imperatotis sedem, *l. Roma, ff. ad municip.* & hodie inter subditos illa metropolis Regni dicitur, vbi eorum residet Princeps; Vnde quis suæ naturalis originis non solùm ex propria persona forum sortitur, quia ibi est ortus, verum' etiam ab illa Ciuitate sumit originem, vnde pater originem ducit, ex *l.* 1. & *l. assumptio, §. filius, ff. ad municip.* etiam si ipse filius alibi nascatur, *glos. in cap.* 1. *vers. alienigenis, de vsur. in* 6. *Boer. dec.* 13.

Bal,

Bal. conf. 294. vol. 4. quæ origo non solũ
ad paternam, verùm etiam ad Auitam, &
235 proauitam, & nõ vltra extenditur, alias
vſq; ad Adam quærere eſſe neceſſe, gloſ. in
d. §. filius, & ibi Bart. Verùm ſi media per-
ſona, vti pater, per quem ciuilitatis tran-
miſſio fieri debet, eſſet impedimento, quia
ille aliò ad faciendum incolatum ſe tran-
236 ſtulerit, tunc Aui origo nõ proficeret,
quia proxima patris perſona inſpici de-
bet, Crauet. conſ. 163. Item limita, niſi filius
originarius ſit in certo loco, & ibi domi-
cilium poſtea conſtituerit, nam tunc ſua
origo domicilio iuncta, tanquam duplex
vinculum, paternæ præualet origini, vt
probatur ex l. filios, C. de municip. & agric.
lib. 10. Dec. conſ. 352. Boer. deciſ. 13. n. 36.
Ceſal. conſ. 246. vol. 2. Barboſ. in d. §. pro-
237 inde. par. 4. n. 30. & nouiſſimè Ganauar.
dec. 47. Item nepos aui originem conſe-
quitur, ſi illo viuo ſit natus, ſecùs ſi poſt
eius mortem genitus fuiſſet, Bart. in d. l.
aſſumptio, §. 1. Ceſal. loc. cit. n. 31. Luc. &
238 Io. de Plat. in l. filius, C. de municip. lib.
10. Ortus autem in aliqua terra, vbi non
animo permanendi pater habitat, ſed ex
cauſa officij, vel ſimilis, an ille originem
in eo loco contraxiſſe dici poſſit? videtur
quod ſic, ex d. l. ciues, & gloſ. vbi natiui-
tas eſt prima cauſa, quem originarium
239 ciuem efficiendi, & in facti ſpecie ſic
Alex. & alij in l. huiuſmodi, §. legatarii, ff.
de leg. 1. Grami. vot. 10. Boer. dec. 13. &
latè per Cald. in reſponſo poſt repet. in l. ſi
curatorem, C. de integ. reſt. & Maſcard. cõcl.
1146. ex n. 5. dicit, ex vtraq; parte gra-
uiſſimorum ſcriptorum authoritatẽ adeſ-
ſe, & demum Gratian. cap. 75. Verùm cõ-
munis eſt, vt ipſemet Maſcard. fatetur,
natum, vbi pater animum non habuit per-
manendi, ſed fortuitò, nequaquam ex eo
loco originem ducere poſſe, nec ciuem
dici, & probatur ex ea met l. ciues, ibi: Vnde
eum profectus eſt, peregrinari videtur, C. de
incolis lib. 10. Ceual. com. contr. com. q.
458. de Leo. dec. 199. n. 10. Beneuerùm
eſt, Neapoli natum, Neapolitanum dici,
non autem verum Ciuem effici, Affl. dec.
384. n. 8. & vide adducta per Carneual. lib.
1. tit. 1. ex n. 89. & 102. & infra prag.
11. n. 109. aliud enim eſt eſſe ciuis, &
aliud iura ciuilitatis habere, Bart. in l. ſi
is, qui pro emptore. n. 35. ff. de vſucapion.
Demùm ſi filius ſuam, & patris ſequatur
originem, qualis origo erit fortior? dic
paternam, ex tex. in l. cum ſatis, ibi: & ſic
240 ſuppoſitus cum omni ſobole ſua, & ſi in alia
terra eam fecerit, C. de agr. & cenſ. lib. 11.
Bart. in l. 1. n. 4. ff. ad municip. Bald. conſ.
294. lib. 4. Ancar. conſ. 37. Verùm aduerte
ad prædicta, nam etſi quis originis forum
ſortiatur, ibiq; tam pro ciuilibus, quàm
criminalibus cauſis conueniri poſſit, ex l.
incola eum gloſ. ver. ciui, ff. ad municip. &
in l. ver. muneribus, C. de munic. & orig. lib.
10. tamèn eſt intelligendum ſi in originis
loco ipſe reperiatur, arg. l. fin. ff. de iuriſd.
omn. Iud. quod ſecùs eſt in domicilio, nam
241 præſens, & abſens ſemper ibi conueniri
poterit, l. dies, §. prætor ait, ff. de damn.
infect. Bart. in d. l. aſſumptio, §. filius, n. 2.
Gaill. obſeru. 36. par. 2. Affl. dec. 384. n. 6.
Quo verò ad honores, & onera origina-
242 rius aſtringi poterit, & ſi ibi non repe-
riatur, cum originarius in loco originis,
prout collectas, & munera ſubire tenetur,
ſic honoribus non eſt exonerandus, ad
tex. in l. ordine decurionum, §. ius originis,
ff. ad municip. l. 1. C. de municip. lib. 10.
Aret. in l. fin. C. de iudic. Alex. conſ. 157.
ex n. 13. tom. 2. Bald. conſ. 139. & 226. vol.
3. Itaut ſi à Communitate loci originis
quis in adminiſtratorem fuerit electus, ſi
voluntariè non recedat, pro dicto exerci-
tio compelli poteſt, vt habetur in l. 1. &
l. filios, C. de municip. & orig. lib. 10. & cõ-
currente Vniuerſitate domicilij cũ Vni-
uerſitate originis in eligendo, originis
locus præfertur, vt in l. libertus, §. patris
ff. ad municip. An etiam verè ciuis dici
poſſit, ſi quis à Ciuitate in Ciuem illius
loci fuerit electus, prout Neapoli illi de
regimine exteros in ciues, alliciendi fa-
243 cultatem habent, & dicitur, quod ſic, ſi
munera ſubeant, & ibi habitent, Affl. d.
dec. 384. n. 14. Reg. Reuerter. dec. 297. &
an omnibus prerogatiuis, & honoribus,
vti ciues, potiri valeant? vide Vrſill. dec.
334. Grami. conſ. crim. 5. Seſe dec. 90. Amaya
in l. ciues 7. ex n. 118. C. de incol. lib. 10.
244 & notatur infra prag. 11. n. 108. Multis
alijs cauſis quis ciuis dici poteſt, vt per
Carauit. rit. 301. ex n. 16. & præcipuè ſi
domicilium illuc cum domo, & familia
animo perpetuò permanendi transferat,
vt diximus; Verùm huic domicilio qui-
245 libet expreſsè, vel tacitè renunciare
poteſt, aliò ad habitandum ſe transferen-
dò, l. domicilium, l. incola la 2. & l. nihil,
ff. ad municip. Boer. dec. 13. n. 34. libera
enim eſt vnicuiq; domicilium mutandi
facultas, l. in libello, §. manumittendo, ff.
de capt. & poſtlim. reuerſ. & ampliùs in
antiquo domicilio conueniri, & ad onera
teneri non poteſt, l. cum quædam puella,
& ibi Doct. ff. de iuriſd. omn. Iud. niſi ibi
contraxiſſet, nam tunc contractus non
fori ratione conueniri poſſet, Aret. conſ.
35. n. 2. Barboſ. in l. hæres abſens, §. proin-
de. n. 10. vel lis eſſet inchoata, nam ibidẽ
246 terminari debet, cap. propoſuiſti, vbi
gloſ. ver. præuentus, de for. comp. Gaill.
obſer. 36. n. 13. par. 2. Inde ciuium appel-
latione incolæ non veniunt, vti non veri,

& perpetui ciues, *glos. in l. 1. ff. de tutor.*
& curat. Bald. in d. l. ciues. n. 4. Aret. cons.
77. nisi expresse essent in ciues allecti,
probat *tex. in d. l. Boer. dec. 260. n. 17. &*
77. Naturale verò, seù originis forum
immutabile est, adeo, vt domicilij trans-
247 latio nil operetur, cum naturalia sint
immutabilia, etiam si quis mille annis
fuerit absens, *Bart. in l. quæsitum in princ.*
ff. de leg. 3. quamuis extrà Regnum discesserit,
vt latè per *Ganauer. dec. 48.* Et hoc
quoad munera, & honores, quocũq; enim
quis se cũ sua famiglia transferat, quam
248 uis animo permanendi, non ideò ipse,
& sui descẽdẽtes prerogatiuas, & suę ori-
ginarię ciuitatis, & nobilitatis priuilegia
amittunt, *l. 1. & l. origine, C. de municip.*
& origin. l. priuilegia, C. de incol. lib. 10. &
d. l. assumptio, l. ius agnationis, ff. de pact. l.
iura sanguinis, ff. de reg. iur. Alex. cons. 34.
prout & ibi ad onera tenetur, vt infra
prag. 10. ex n. 41, quoad verò iurisdictio-
nem, sortitur forum quãdo ibi reperitur,
& non alitèr, vt diximus supra n. 242.
249 Baro sine ciuium consensu, venientem
ad habitandum in ciuem, recipere non
potest, *Petr. de pot. Princ. cap. 15. n. 1.* &
licèt quis sit origine ciuis, vel ex parte sit
oriundus, receptione tamen, ciuis alibi
fieri debet, *Doct. in d. l. ciues*, ex habita-
250 tione enim lõgissima ciuis quis non effi-
citur, sed incola dicitur, qui etsi commo-
ditatibus, non tamen honoribus, præro-
gatiuis, & muneribus, sicut ciuis fruitur,
Felinus in cap. quoniam, de offic. ordin. Ber-
taz. de claus. glos. 1. claus. 3. Marant. cons.
103. Et pro complemento nota, etiam ra-
251 tione personæ offensæ aliquos asseruis-
se, quem forum sortiri, veluti si quis foro
exemptus, & priuilegiatus offendatur, nã
offensor ab illius priuilegiati superiore
cognosci potest, sed hoc non militare di-
scutit, *Cabal. cas. 3. & 194.* & proindè si
quis clericum percusserit, Episcopus lai-
cum inquisitum punire non potest, nisi
solùm ad pœnam de iure canonico, iux.
cap. si quis suadente diabolo, & dicam in
sequenti parte huius *prag.* Hæc ad termi-
norum cognitionem sufficiant, & ad no-
stræ pragmaticę textum disponentis, Ba-
rones merũ, vel mixtũ imperium, aliamue
iurisdictionem non exercere, nisi quate-
nus priuilegiorum virtute sibi liceat sub
vsurpatæ iurisdictionis pęna; demonstra-
uimus iam in quibus excedunt, vnde firma
textus nostri remanente conclusione, am-
plio eam esse seruandam, non solùm pro
fisci, verùm etiam vasallorum interesse,
quo minus enim priuilegiati, sunt Baro-
252 nes, eò magis vasalli liberi dicuntur.
Amplio etiam nostram conclusionem
Barones, tàm criminalẽ, quàm ciuilẽ,
iurisdictionem habentes, vt eorum iuris-
dictionem excedere non habeant, nisi qua-
tenus de iure, vel priuilegio sibi liceat,
sunt enim multæ terræ, & Ciuitates, quę
à duobus dominis reguntur, quorum vnus
ciuilibus, alius verò criminalibus causis
præest, & inter eas variæ, & multæ oriũ-
tur concertationes, circa causas, ad ciui-
lem, nec ne ad criminalem Iudicem illæ
pertineant; Et breuitèr animaduertas, de
iure omne crimen aliquam pęnam fisco
addicens, causam criminalem indicare,
253 *l. agraria, ff. de termin. moto, Marant. in*
specul. vers. iudicium ciuile, vel criminale,
Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 265. vbi cau-
sas mixtas enumerat; Et an obligationum,
& instrumentorum pęnę sint ciuiles, vel
criminales? *Foller. vers. audiantur excu-*
satores, n. 91. sed alitèr est hodie in Regno
dicendum ex *cap. Illustri*, & ex *prag. 2. de*
iurisd. non turband. per quæ sancitum est,
254 illas causas ad Iudicem criminalem per-
tinere, in quibus pęna vltrà relegationẽ,
vel membri mutilationis est imponenda,
quæ verò infrà relegationem pęnam in-
ducunt, Iudici ciuili, sub vsurpatæ iuris-
dictionis pęna debentur: Hęc iura finem
multis controuersijs posuere, ac sunt ge-
neralia, quicquid inaduertentèr aliqui di-
xerint, has dispositiones fuisse particula-
res; benè verùm aliquas vidi prouisione
Coll. Cons. vt de quolibet minimo crimine
Iudex criminalis cognoscat, & causam pe-
netrare nequiui, nisi quia vltrà pragmaticę
dispositionẽ inuestitura sic fuerit cõcessa,
& quæ causæ ad Baronẽ criminalẽ, quęuè
ad ciuilem spectent, latè per *Campan. in*
cap. Regni Vt delatus, Menoch. cas. 265.
Cancer. var. resol. lib. 2. cap. 2. ex n. 14.
Reg. Reuert. dec. 85. & 568. sed quid si de-
lictum ex sui natura pęnam vltra relega-
tionem mereatur, & ex causis, nempè ex
255 temporis antiquitate pęna in exilium
sit minuenda, iuxtà *l. si quis diuturno, ff. de*
pęn. quam exornat *Tess. dec. 79.* vel in
constit. Si quis aliquem, vbi pęna vulnerã-
tis est manus amputatio, tamen ex causa,
exiliaris, vel pecuniaria subrogatur, *Affl.*
in d. constit. & in ea est vulgatum, quod
quod duodecim vncijs redimitur manus,
sic & pro periurio manus pęna est, vt in
Constit. Eos, qui scientèr, tamen ex obser-
uantia pecuniaria pęna soluitur, *Carau.*
rit. 266. An titulus criminis sit attenden-
256 dus, vel natura, ac pęnę cõsuetudo? cõ-
sului, Baroni criminali ad se spectare, titu-
lus enim, & delicti natura attenduntur,
licèt ex qualitatibus intrinsecis pęna sit
minuenda, *Cranet. cons. 224. Capic. dec.*
126. Franch. dec. 271. n. 9. & sic corrolariè
infero, si pęna à iure arbitraria imponatur,
licèt arbitrium relegationem exce-
dere

dere non possit, antequam tamen pęna Iu-
257 dex arbitratus fuerit, causam dici vltra relegationem, procediq; posse ex officio, ac habilitationem denegari, *Carau.rit.*41. *n.*15. *& rit.* 68. *Gram. cons.* 55. *Foller. d. pract. in vers. carcerentur n.*18. *Rouit. prag.* 1. *de custod. reor. n.* 11. limita tamen, nisi
258 euidentissimè ex informatiuo processu appareat, pęnam corporalem esse non posse, & sic obseruauimus in Reg. Audiētia in homicida, qui se defendendo paribꝰ armis alium occiderat, quem habilitauimus per palatium, & causa ad M.C. appellata, fuit remissa; limita etiam, quod licèt quousq; pęna sit declarata, procedītur, vt si pęna esset supra relegationem quoad carcerationem, non tamen quoad torturam, *Intrigl. dec.* 19. *& Rouit. vbi supra n.* 11.
259 Et quid si coram ciuili Iudice sit cōmissa falsitas, an ad criminalem sit remittendus, vel sit obseruanda *l. nullum*, C. *de testib.* vbi incompetens efficitur competens, quando suę aures offenduntur? vide *Franch. decis.*147. & quę diximus supra
260 *n.*218.*p.*1. Et an criminalis Officialis ciuilem delinquentem punire valeat? Quod sic, si extra officium delinquat, *Petra de potest. Princ fol*61. *num.*9. alias sola Mag. Curia, *Franch. decis.*274. nam circa officiū par in parem non habet imperium, licèt fit decisum, criminalem Iudicem esse digniorem, & praecedere, ipsumq; etiam in authoritate pręstanda, in parlamentis per ciues faciendis interuenire, *Franch. decis.*388. *supra pragm.*1. *à num.*63. & pręcipuè quia in his Parlamentis Iudex ad monopolia, & inconuenientia euitanda assistit, quod proprium est criminalis, & ciuilis Iudicis ciuiles lites, quae in Officialium Vniuersitatis electione occurrere possent, dirimere. Num verò Ba-
261 ro ciuilis in terra inuestita delinquens per criminalem puniri possit? Introducta causa per Baronem S.Martini, qui, a iurisdictionis criminalis Barone, de vulnere in vasallum in ea Terra illato inquirebatur, ille se praesentauit in Regia Audientia, & petitam per Baronem criminalem remissionem denegauimus, ex adductis per *Cancer. var. resol. lib.*2. *tit. de iurisdic. omn. Iudic. num.*74. & ciuilis Baronis Aduocati dicebant, *Baiard. ad Clar. q.*38. *num.*10. ex parte criminalis Baronis allegatum interpretandum esse secundum authoritatem,
262 quam allegat, vt dicit *Bart. in l. non solū*, *§. liberationis, ff. de liber. leg.* allegat ille *Capyc. decis.*27. *num.*10. loquentem in Officiale criminalis iurisdictionis, qui ciuilē extra officium delinquentem punire potest, vt per *Franch. decis.*274. *nu.*5. sed non loquitur in Baronibus, & magna est dif-
ferentia inter Officiales praedictos, & Ba-
263 rones; nam Baro dicitur miles Regius, vt in *const. Vt vniuersis, & in cap. si quis miles, de feud. sine culpa non amitt.* & infra *par.*3. *num.*175. & solùm Principis forum, & eius superiorum magistratuum ipsi sortiuntur, *l. qui locum, §. rem, ff. de re milit. & de Ponte de potest. Proreg. tit. de assens. §.*7.
264 dicit, esse Curiales, qui etiam fori priuilegio gaudent, ex *Rit.*46. *& cap. Reg.*113 hinc Curiales M.Curiam in forum eligūt, etiam si sint Prouinciarum Curiales, vt dixi in *praeced. par.* ex Ritu M.C. eò fortiùs & Regis Curiales, & sic *Frec. tit. Qui dicatur Marchio, in fin.* sunt enim isti perso-
265 nae illustres, & Principis Officiales, qui ab eo sunt recognoscendi, *l.* 1. *C. vbi person. vel claris.* Et sic licèt Baro criminalis
266 quoad iurisdictionem maior sit ciuili, non tamèn illum de excessibus punire potest; verus tamèn dominus Terrae, & Territorij est Baro ciuilis, criminalis verò iuri sdictionem, quae officio circa criminum cognitionem cohaerere videtur, habere dicitur, *Frec. de subfeud. auth.*4. *in fin.* vndè fidelitatem non iurat, à vasallis non assicuratur, nec adiutoria debentur, cum non sit verè dominus, nec ibidem sua arma depingere poterit, cum Baro ciuilis sit dominus, *Frec. auth.*2. *num.*20. & dixi *pragm.*1. *num.*64. criminalis etiam dicitur dominus in potentia, si crimina fiant, & non alias.
267 Item demanium, seù praelatio quando criminalis venditur iurisdictio, per vasallos peti non potest, ca praecipua ratione, quia adhuc remanent vasalli, *Frec. de subfeud. auth.*2. *num.*26. *Franch. dec.*17. *nu.*14. de quo vide *de Curt. in suo tract. feu. fol.*10. *num.*67. Et circa reliqua de causarum ciuilium, vel criminalium distinctione vide *Menoch. cas.*265. *& q.*82. *Capyc. dec.*27. *cum Addit.* Hęcquè quoad iurisdictionum distinctionem procedunt, non quod verę causę infra relegationem dicantur ciuiles, vt per *Carauit. super d. pragm. de fil. fam. tit.*3. *num.*4. Quid autèm, si lis non sit inter Baronem ciuilem, & criminalem, sed
268 contra Baronem in alieno territorio delinquentem tunc illius Baronis, vbi deliquit, forum sortiri, decisum referunt *Reg. Merlin. cap.*69. *& Sanfelic. dec.*65. cum Regula, *Par in parem non habet imperium*, locum sibi vendicet, vbi in vno, eodemq; loco ambo iurisdictionem habent, non autèm in alijs casibus, vt per *Praes. de Frāchis decis.*274. *num.*5. ad cuius corroborationem adde notata per *And. in cap.*1. *n.*2. *qual. vasal. iur. deb. fidel.* vide tamèn nouissimè adducta in contrarium per *Fontanell. dec.*360. *à n.*20.

SVMMARIVM

III. PARTIS VIII. PRAG.

1 Ecclesiasticam iurisdictionem Rex vti propriam tuerè demonstratur, & multæ prouisiones notantur.
2 Capitula pacis inter Papam Honorium, & Regem super huius Regni statu inita describuntur.
3 Princeps sęcularis Ecclesiam ab hostibus defendere tenetur.
4 Brachium alter alteri impartiri debet.
5 Brachium suum sęcularis Iudex indistinctè in spiritualibus causis concedere tenetur.
6 Iudex sęcularis an Ecclesiastici sententiam exequi teneatur?
7 Ecclesiasticus sęculare brachium petens, an acta tàm in ciuilibus, quàm criminalibus exhibere teneatur?
8 Episcopus an sine alia licentia contra laicorum bona in causis, in quibus cognitionem habet, exequi possit?
9 Iurisdictio Ecclesiastica, an à Regia, vel è contra processerit?
10 Iurisdictioni Ecclesiasticæ detrahens excõmunicationem incurrit.
11 Negligentiam Ecclesiasticorum Officialium Regij supplere nequeunt, & quid è contra?
12 Acta in Ecclesiastica Curia contra laicos facta, an valeant?
13 Iudex Ecclesiasticus an pro cautione laicos fideiussores recipere, & eos cogere valeat?
14 Informatio per laicum Iudicem contra Clericum, qui pro laice reputabatur capta, an coram Ecclesiastico probet?
15 Clerici suam iurisdictionem prorogantes, qualiter puniri possint?
16 Clerici fori exceptionem allegare differentes, an in expensis condemnari possint?
17 Obligatio penès Iudicis sęcularis acta, an iucusari possit, si obligatus statum mutauerit, & Clericus fiat.
18 Obligatio penès acta vti sententia in rem iudicatam transacta habetur.
19 Ecclesiasticos penès acta sęcularis Iudicis obligari posse, notatur.
20 Præscriptio immemorabilis Ecclesiæ in spiritualibus non obstat, secus in temporalibus.
21 Candelarum distributio in die Purificationis B. Virginis, an Episcopo competat?
22 Iurisdictio sęcularis non est turbanda.
23 Laici iurisdictionem suam prorogare non debent?
24 Ecclesiasticæ personæ an sint exempta de iure diuino, vel positiuo?
25 Vouens Religionem, an fori exceptione fruatur?
26 Accingendus quando pro accinctо habeatur?
27 Clerici quando fori exemptione non gaudeant, si in habitu laicali deliquerint?
28 Clericus vt gaudeat, quæ copulatiuè probare debeat?
29 Tonsuræ omissio non est magnæ solemnitatis, vt habitus.
30 Seruitium continuatum fuisse per Clericum probari debet.
31 Verba ciuiliter sunt intelligenda.
32 Seruitium an de Episcopi mandato sit, oporteat?
33 Vestes clericales quales esse debeant?
34 Habitus pro aliqua commoditate dimissus, non nocet.
35 Clericus infirmus, vel foras progrediens, si in habitu non incedat, clericali foro non priuabitur.
36 Clerici beneficiati etiam si habitum, & tõsuram non deferant, fori exceptione non priuantur, nisi Episcopi monitio præcesserit.
37 Clericus beneficiatus an beneficij possessionem probare teneatur?
38 Cognitio nullitatis ordinum, & beneficij collationis, bullarumuè falsitatis cuius sit?
39 Ordines post delictum suscepti an prosint?
40 Causa si per sęcularem fuerit præuenta, an delinquenti ordines procuranti suffragetur?
41 Habitus post delictum assumptus, an fori priuilegium reuiuiscere faciat?
42 Clericus an vti laicus citari possit?
43 Clericatus est quid facti, & non præsumitur.
44 Habitus iuris, & de iure præsumptionem non inducit, vt quis sit Ecclesiasticus.
45 Clericatus vtrum per testes probari possit?
46 Clerici an in læsæ Maiestatis, & hæresis delictis à sęculari recognosci possint?
47 Clericus assassinus an per sęcularem puniri valeat?
48 Inditia ad torturam sufficientia ad dandam sęculari potestati in assassinio iurisdictionē sufficiunt.
49 Episcopi grauioribus in delictis Ecclesiasticos degradare, & sęculari potestati tradere solent, & an sęcularis Ecclesiastici sententiam sequi teneatur?
50 Clerici coniugati in ciuilibus, & criminalibus quando gaudeant?
51 Ordines minores num vxoratis conferri possint?
52 Clerici coniugati an in instrumentorum liquidationis causa fori exceptione fruantur?
53 Vxores coniugatorum clericorum an gaudeant?
54 Confratres Tertiarij an fori priuilegium, & col-

collectarum habeant immunitatem?
55 Tertiarij si cum habitu incedant, & familiam retineant, an gaudeant?
56 Nouitij vtrum Ecclesiastica fruantur immunitate?
57 Heremitæ an, & quando gaudere possint?
58 Hospitalarij quando sunt vt Ecclesiastici reputandi?
59 Hospitalia, & Pietatis Montes an pia loca dicantur?
60 Rationes confraternitatum bona administrantium, à quo videnda sunt?
61 Fundatore loci pij viuente, Episcopus visitare non debet, sed constructorem honorare.
62 Episcopus quando in subsidium, saltem in confraternitatum bonorum administratione, manus apponere poterit?
63 Confraternitatum causæ per quem Iudicem sunt cognoscendæ.
64 Iudex Ecclesiasticus vtrum laicum ad pia legata soluenda cogere possit?
65 Famuli clericorum immunitate an gaudere debeant?
66 Familia Episcopi an gaudeat?
67 Debitores laici ex bonorum Ecclesiasticorum causa obligati an per Episcopum cogi possint?
68 Coloni Ecclesiarum an pro sua parte immunitatem habeant?
69 Collecta an super bonis emphyteuticis Ecclesiasticis imponi possit?
70 Laicus si super prætensa Ecclesiastica possessione reali conueniatur actione, quando ad Ecclesiasticum trahi possit?
71 Res an sit temporalis, vel Ecclesiastica, secularis, an Ecclesiasticus Iudex cognoscat?
72 Qualitas iurisdictionem tribuens, an antea sit probanda, & num summariè, vel plenariè?
73 Iudex, an sua sit iurisdictio, quando cognoscere possit?
74 Titulus Codicis, ne quis in sua causa iudicet, declaratur.
75 Iudex pro iniuria sibi illata cognoscere possit?
76 Clerici bonorum temporalium ratione quandoq; seculari foro subijciuntur.
77 Clerici quando pro feudalibus seculare forum in possessorio sortiuntur, & quid in petitorio?
78 Clericus negotiator an pro negotijs seculari potestati subijciatur?
79 Clericus quando de iure seculare forum sortitur, an contra eum exequi possit?
80 Citationes generales clericos quando ligent?
81 Clericus pro quinquennali dilatione citatus remissionem petere non poterit.
82 Clericus tutor, procurator, vel administrator coram quo Iudice conueniendus erit?
83 Clericus in diffamationis iudicio vbi causā incipere debeat?
84 Ecclesiastici in possessorijs coram quo Iudice seculari conuenire debeant.
85 Decimarum cognitio ad quem pertineat?
86 Iudex quis erit competens cum clericis in adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ possessionis interdictis?
87 Laicus in fraudem clerico donans an, & quando per secularem puniri possit?
88 Simulationis præsumptiones ad fraudulentam donationem declarandam notantur.
89 Clericus in communi cum seculari fratre habitans, eum immunem reddere nequit.
90 Causarum spiritualium emergentia impediunt, ne secularis de causa cognoscat, & quando id procedat, declaratur.
91 Laici an ab Episcopo pro causis ad eum pertinentibus in carceribus detrudi possint?
92 Causæ mixti fori sunt multæ, & enunciantur.
93 Blasphemiæ hæreticales non sunt mixti fori.
94 Sortilegia cuius forum sortiantur?
95 Delicta mixti fori quis cognoscat?
96 Clericus coram seculari falsum deponens, an per ipsum puniri possit?
97 Clericus falsè articulans, vel falsitatem cōmittens, an sit causa priuandus?
98 Clericus hæres an causam cum laico defuncto ceptam ad Ecclesiasticum trahere valeat?
99 Instantia quando actiuè, & passiuè in clericum transeat?
100 Clericus in authorem nominatus, an forum declinare possit?
101 Fiscus author laudatus totam causam suos ad Iudices trahit.
102 Acta contra laicum clericum in authorem nominantem facta, an coram Ecclesiastico probent?
103 Litigiosa res si in clericum transferatur, an recta via sententia contra eum exequi possit?
104 Confugientes ad Ecclesiam an, & quando gaudeant? Et qui sunt casus? n. seq.
106 Episcopi de casibus, in quibus immunitas Ecclesiastica locum non habet, summariè, vel plenariè cognoscere debent.
107 Delinquentes in Ecclesia, vel propè eam, an gaudeant?
108 Debitores, & decocti an Ecclesiastica immunitate fruantur?
109 Monetarij, raptores, & sacrilegi an gaudeant?
110 Extractus ab Ecclesia consentiens, an Ecclesiasticæ immunitati præiudicet?
111 Præscribi an possint Principi reseruata?
112 Præscribi an valeant feudalia contrà Fiscum, & quantum temporis requiratur?
113 Reseruata non in dominij signum, sed alio titulo, an Præscriptibilia sint?

114 Scien-

114 Scientia, & Principis consensus, immemorabili præscriptione data, præsumuntur.
115 Ministrorum factum, an suo Superiori præiudicet?
116 Scientia vera Principis data, annorum 40. præscriptio sufficit.
117 Initium quasi possessionis qualiter sit probandum?
118 Barones quanto tempore contra Vniuersitates, & vasallos iura præscribant?
119 Vniuersitates an contra suos Barones aliqua iura præscribere possint?
120 Vniuersitates regulariter aliquam habere non debent iurisdictionem.
121 Vniuersitates rempublicam habentes etiam regalia habent.
122 Feudalia qualitèr triginta annorum spatio præscribi possint?
123 Seruitij præstatio, & tituli allegatio ad obtinendum in possessorio sufficiunt.
124 Præscriptio ordinaria non datur, aduersario in Regno non existente.
125 Regius assensus non requiritur longissima, cum rei feudalis seruitio, præscriptione data, & quid in Regno n. 127.
126 Concessio rei feudalis bis facta etiam sine assensu tenet.
127 Res feudalis si in burgensaticam conuerti velit, immemorabile requiritur tempus.
128 Fiscus ad Regiam Cameram causas trahit, vbi etiam secundarium habet interesse.
126 Feudales causæ ad Sacrum Consilium pertinent.
130 Feudi pars sine assensu, vel immemorabili diuidi non potest.
131 Solutiones, concessiones, & diuisiones plura parant incommoda.
132 Vniuersitas qualiter per suos ciues præscribere possit?
133 Vniuersitas ex ciuium delicto non punitur, nisi congregato consilio.
134 Actus priuati ius in communi faciunt.
135 Expensæ pro Baronis aduentu permittuntur.
136 Vniuersitas an sine assensu in præcitato casu donare valeat?
137 Priuilegia per importunitatem obtenta, consultò reuocari possunt.
138 Confirmatio generalis capitibus non visis, nec discussis est nulla.
139 Confirmatio duplex est, singularis, & in forma communi.
140 Confirmatio in forma communi nullum ius tribuit, nec actum nullum confirmat.
141 Clausula de certa scientia, & quod habeãtur pro expressis, an iuuet?
142 Confirmatio specialis quæ sit, & qualitèr ius tribuat, & de nouo concedat?
143 Iuramentum expressæ concessionis vim habet.
144 Priuilegia confirmata, obseruantia, & longo tempore datis, in specialem confirmationem transire videntur.
145 Confirmatio præiudicat, si alio iure fundatam habeat intentionem.
146 Princeps an terras demaniales iure vendere valeat?
147 Princeps duplicis generis bona habet, patrimonialia scilicet, & demanialia.
148 Demanialia in coronæ signum reseruata, alienari non possunt.
149 Demanialia ex consuetudine alienantur. Sed quid stante promissione de non vendendo.
150 Demanium vasalli, dum venduntur, petere possunt, & prælationem habent.
151 Vasalli inuiti an Dominum habere possint?
152 Demanium vt exerceri possit, protestari debent vasalli in noua Baronis possessione.
153 Demanium infra annum peti debet, & in integrum restitutio non datur.
154 Restitutio in integrum statuto tolli potest.
145 Collecta pro libertate obtinenda per ciues imponi possunt.
156 Consensus maioris partis an pro demanio petendo sufficiat?
157 Ciuis vnus pretium soluens demanium petere non prohibetur.
158 Priuilegia, seu concessiones factæ per Baronem ad beneficium Vniuersitatis ex causa onerosa sunt seruanda.
159 Gratiæ ex contractu firmiores fiunt.
160 Priuilegia inferiores à Principe reuocare non possunt.
161 Donare Vniuersitatibus prohibetur, nisi ex causa remunerationis.
162 Concessiones si pecunia fuerint obtenta, quæ de iure essent, pecunia repeti potest.
163 Priuilegia concessa præter ius sustinentur, & quæ talia dicantur?
164 Priuilegij in fraudem aliquid fieri non permittitur.
165 Priuilegia à Barone concessa contra ius, vel in dominium feudi, nullius sunt momenti.
166 Confirmatio priuilegiorum intelligitur, si iusta sint.
167 Donari an liceat pro terra Cameræ reseruata facienda.
168 Camera reseruata vnde originem traxerit?
169 Milites pugnantes vti filij educandi sunt.
170 Monaci, & Religiosi pro nobis orantes alendi sunt, sicut & Medici, & Aduocati.
171 Milites cum sua familia hospitari non debent.
172 Immunis frater, fratres in communione stantes ab hospitandi onere, non autem à contributione reddit immunes.
173 Barones de iure milites dicuntur.
174 Ius transitus, concessa camera nunquam videtur exceptus.

175 Ba-

175 *Baroni, & Comiti vna debetur camera, alijs verò debentur duæ.*

176 *Baro in terra, in cameram electa non residens, an noceat, vel destinatio tantùm sufficiat?*

177 *Cameræ reseruatæ concessio facta à Rege, an respiciat beneficium etiam vasallorum?*

178 *Intuendum est quod principaliter prospicitur.*

179 *Camera semel electa, an variari possit?*

180 *Cameræ reseruatæ in casu necessitatis hospitari tenentur.*

181 *Promittens vasallos in cameram reseruatam tenere, & eos ab hospitio immunes reddere, an in contrarij casu ad interesse teneatur?*

182 *Casus fortuitus dicitur Principis factum.*

183 *Terra alienata, an camera dicatur extincta?*

184 *Priuilegium an extinguatur, persona, quæ causa concessionis fuit, mutata?*

185 *Seruitus imponi feudo an possit, vt alienatio dicatur? & resolnitur n.90.*

186 *Text. in cap. 1. §. quid ergo, de inuest. de re alien. fact. discutitur.*

187 *Fructus feudi sine assensu obligari possunt.*

188 *Seruitutis impositio, an alienatio dicatur?*

189 *Alienatione prohibita, fructus vendi possunt, sicq; ius decimarum, aliarumq; rerum Ecclesiasticarum feudatarij, vel prælati vita durante.*

190 *Seruitus in feudis an imponi possit in Regno? Et quid si in modico læderet? num. seq.*

192 *Seruitus quæ dicatur?*

193 *Priuilegium, vt stante partis remissione, infra triduum procedi non posit, quando valeat?*

194 *In leuibus non fit maxima consideratio.*

195 *Priuilegium per non vsum decennij, vel per contrarium amittitur cum limitatione, vt infra.*

196 *Lex per contrarium vsum, non autem per non vsum tollitur.*

197 *Priuilegium perpetuò concessum per non vsum longi temporis non tollitur.*

198 *Præscriptio, quæ requiratur in promissione semper, & in perpetuum facta?*

199 *Priuilegium personale, vel ad tempus qualiter finiatur?*

200 *Priuilegio abutens indignus efficitur.*

201 *Priuilegia loco concessa, eo destructo finiuntur. Et quid si locus redificetur?*

202 *Feudo deuoluto, an concessa priuilegia expirent?*

203 *Priuilegia nùm ingratitudine reuocentur?*

204 *Remissio querelæ an ex ingratitudine reuocari posit?*

205 *Pœna iurisdictionis vsurpationis est arbitraria, & quovsq; extendi posit, declaratur.*

PRAGM. VIII.



Ertiò, & vltimò amplio conclusionem *tex. nostræ prag.* vt Barones aliquã iurisdictionem nõ exerceant, nisi quatenus ex priuilegio sibi liceat, nõ solùm in Fisci, & vasallorum præiudicium procedere, vt in præcedentibus diximus; verùm etiam in Ecclesiasticæ iurisdictionis, quam Princeps vti suam incolumem conseruari mandat, vt videmus ex tot iuris dispositionibus, & in *Auth. statuimus, C. de Episc. & Cler.* Nonnè Imperator Clericum ad sęculare forũ trahenti iacturæ causæ pœnam imponit, & per tot Regni Capitula quamplurima conseruatoria fuisse statuta ad iurisdictio-
1 nem Ecclesiasticam tuendam, videmus, vt in *cap. 92. tit. de immun. Eccles. in tit. de non trahend. cler. in tit. de decim. & in rubr. Vt nullę personę laicales se intromittant.* Sunt & alia iura, quæ potiùs laboriosa essent, quã vtilia hic in medium afferre, ex quibus illibata Principis elicitur intentio, vt in nihilo Ecclesiasticæ libertati detrahatur. Et annis retrò dum in Regno multæ essent controuersiæ inter Regiam, & Ecclesiasticam iurisdictionem, nonnulla capitula inter prædecessores Reges, & Põ-
2 tifices statuta fuerunt, quæ in Regia Camera conseruantur, vt refert *Gram. dec. 61*, & ideò Barones, & alij Ministri neq; vltra Principis intentionem Ecclesiasticos turbare debent; quilibet enim suo debet esse contentus, vt inquit *text. in l. 4. fin. regun.* Ecclesiasticus ecclesiastica, secularis secularia ministrare debet, & inuicem se coadiuuare, & brachium impartiri, *cap. de*
3 *offic. ord.* hi sunt enim duo gladij, qui nos defendere debent, *cap. duo sunt 96. dist. cap. Princeps 23. q. 1.*

Indè si Ecclesia opprimeretur, & secularis Princeps non succurreret, hæreticus reputaretur, *cap. ad abolendam, de hæretic.* & in alijs iurisdictionis actibus pro negotiorum cujusquam executione, alter
4 alteri brachium impartiri tenetur, *Menoch. de arbitr. Iud. cas. 452.* dummodo iusta sint petita: nam etsi exequutor de cau-

sæ iuribus cognoscere non teneatur, summariè tamen videre poterit, an assentire obligetur, *Bellug. in spec. Princ. rubr. 11. §. tractandum, Gaill. obser. 32. Ann. allegat. 59. Thes. decis. 131. Andr. in 1. Reg. constit. Reg. Tap. in const. Post Mundi machinam, nu. 35.* Sed quia super hac materia multas in praxi controuersas vidi quæstiones, & à DD. sparsim positas, breuitèr hic aliqua remissiuè adnotare volui.

5 Et primò nota, secularem Iudicem in merè spiritualibus suum brachium sine vlla replicatione semper concedere debere, *cap. vt inquisitionis, §. prohibemus, de heret. in 6. glos. in cap. 1. de offic. ord.* latè per *Bellug. rubr. 11. §. tractandum, Farin. q. 97. cas. 4. num. 98. Costa remed. subsid. 21. nu. 70.* & etiam per censuras cogi posse, *Diaz. pract. can. cap. 154.* & sic è contra Ecclesiastici secularibus Iudicibus in causis merè profanis, vbi eorum est necessaria iurisdictio, brachium impartiri tenentur, *cap. & ad verum 96. dist. glos. in cap. 2. de maledic. Auth. sed hodiè, C. ad leg. Iul. de adult. Couar. pract. qq. 10. num. 1. vers. eadem ratione.* si

6 verò causa merè spiritualis non esset, adhuc secularis Iudex brachium concedere, & Ecclesiastici sententiam exequi tenetur; verùm prius partem ex aduerso citare debet, & si quæ notoria iniustitia, vel euidens nullitas opponatur, his cognitis, brachium non est impartiendum, *Canonistæ in cap. Pastoralis, §. eum in iure, de offic. deleg. Afflict. in proem. const. Post Mundi machinam, num. 45. & decis. 220. nu. 9. Maosill. sing. 138. Ursill. decis. 24. num. 13. Guid. Pap. decis. 574. Gram. cons. crim. 109. Gaill. obser. 115. Menoch. de ret. poss. remed. 3. num. 360. Reg. Sanfelic. decis. 298. Reg. Merlin. cap. 98. Graff. de eff. cler. eff. 1. ex num. 1025. Couar. pract. qq. cap. 10.* nam etsi exequutor de causæ viribus non cognoscat, *l. si vt proponis, & l. executorem, C. de exeq. iud. & l. si Pretor iusserit, ff. de iudic.* hoc intelligatur, quando exequutio inferiori committitur, qui de sententiæ viribus à Superiore latæ cognoscere non debet, tamquam merus exequutor, secus quando exequutio à parti postularetur; tunc enim merus exequutor non dicitur, sed mixtus, & sic talem qualem cognitionem habet, num iusta sint quæ petuntur, *Abb. & alij in cap. extra, de off. ord. Natt. cons. 529. Cliban. in vsat. c. 15. ex num. 73. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 19. ex num. 10.* mixtus enim exequutor potest Iudicis partes assumere, *l. & si non cognitio, C. si contra ius, &c.* imò etiam merus exequutor in exequendo supersedere posset, si sententiam nullam, vel notoriè iniustam esse respiceret, *Card. in clem. 1. §. pon. 5. q. de foro compet. & in cap. Pastoralis, §. qui verò, de offic. deleg. DD. in l. à Diuo Pio, ff. de re iud. Gaill. obser. cap. 113. nu. 8. par. 1. Costa de remed. subsid. remed. 21. num. 7.* de quo latè per doctissimum *Dom. meum Collegam Paul. Staiban. resol. 136. ex num. 13.*

7 Quid, si acta, seù eorum copia non exhibeatur coram Iudice, cuius brachium petitur? Distingue, aut causa est ciuilis, & sufficit reo, contra quem brachium petitur, dictæ nullitatis, & euidentis iniustitiæ oppositio, vt illud non impartiatur, *Innoc. in d. cap. 1. ext. de offic. ord. Ferrer. p. 3. obseru. cap. 339. Rot. in dec. diuers. dec. 1146. lib. 3. Cancer. loco cit. num. 4. Parlad. l. 2. resol. cap. fin. §. 2. ex num. 4. & Rice. decis. 116. par. 3.* enunciat, inter ipsos etiam Episcopos absq; processus exhibitione brachiũ non impartiri. Si autèm causa criminalis fuerit, & delictum merè spirituale extiterit, vel hæresis, & secularis suum brachiũ absq; alia cognitione impartiri tenetur, ex dictis supra, *DD. in l. magistratibus, ff. de iurisd. omn. Iud. Farin. q. 97. cas. 4. num. 103. Sese de inhib. cap. 30. §. 1. ex num. 80.* & sic quando Ecclesiasticus Iudex à seculari, familiæ tantùm petit associationem pro sententiæ contra suos exequutione; nam absq; alia cognitione conceditur, *Genues. in sua praxi, cap. 36. Rice. resolut. 89. lib. 2.*

8 aut verò crimen est profanum, vel mixti fori, & contra laicum ab Ecclesiastico iudicatum fuerit, & tunc processu non exhibito, & summariè à Iudice seculari cognito iure in casu permisso processum fuisse, brachium in exequenda sententia non impartitur, *Clar. q. 96. nu. 7. Anchar. cons. 382. Afflict. dec. 220. num. 9. Boss. tit. de foro compet. num. 87. Cqual. q. 896. ex nu. 86. Reg. Sanfel. dec. 293.*

An autèm in casibus, in quibus Ecclesiasticus erit competens contra laicum in spiritualibus, vel temporalibus, ipse laici bona exequi poterit, vel brachium seculare requirere teneatur, & sic è contra, an secularis quando iure clericorum causas cognosceret, recta via in eorũ bonis exequi valeat, vide *Bursat. cons. 90. lib. 1. Gutt. pract. qq. cap. 20. sub num. 6. Couar. pract. qq. cap. 1. Escobar. de ratioc. cap. 7. nu. 34. Anil. in cap. Pretor, cap. 2. Barbos. in l. qui prior, ex num. 93. ff. de iudic. Genuens. in sua praxi, cap. 11. Ursill. dec. 172. num. 2. Viu. decis. 49. num. 6. Farin. q. 78. num. lib. Monten. controuer. 84. Fontanel. decis. 352. cum seq. Cancer. var. resol. libr. 2. cap. 15. tit. de lit. requis. Reg. Sanfel. dec. 160.*

Et sic cooperatiuè se adiuuare debent; nam concursus, & implicatio circa idem potiùs turbat, quàm adiuuat regimen, exindè ab origine mundi hæc dominia distincta fuerunt; nam introducto populo per Moysen, fuit Aaron, & filijs Leui à Deo tributa potestas exercitiũ ministrandi,

di, & extra munus suum, nec Sacerdotes, nec sęculares in eis se intromittebant, indè Oza Arcam Dei tangere volens, morte repentina fuit correptus; nam etsi ambæ potestates ex Deo sint, tamen & ipse Deus eas diuisit, *Couar. pract. qq. cap. 1. Vasq. controu. cap. 20.* à quibus discutitur,
9 quæ prius fuerit introducta, & an secularis à manu Pontificia processerit, dum Pontifex Imperatorem, & Reges deponendi potestatem habeat, in aliquibus casibus relatis per *Peregr. de iure Fisci, tit. 2. Franc. Marc. decis. 366.* vtcumq; sit, Dominus noster de tributi quæstione interrogatus, an liceret dare Cęsari censum? respondit, *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo*, hanc antiquam diuisionē approbans.
10 Et proindè Barones manus ab Ecclesiastica iurisdictione auertere debent, sub pœna huius *prag.* & excommunicationis, quam ei detrahentes incidunt, *Capyc. decis. 132.* adeò vt omnia mandata, & etiam Principis Constitutiones contra Ecclesiasticam libertatem nulla esse statutum sit, *Auth. cassa, C. de sacros. Eccles.* ita vt si Ec-
11 clesiastici Ministri in iustitiæ administratione negligentes fuerint, eorum negligentiam sęculares potestates supplere non poterunt, sed ad illorum Superiores est appellandum, *cap. generaliter, & cap. qualiter de iudic. Cassan. super consuet. Burg. rubr. 1. §. 5. num. 62. Bellug. de spec. Princip. rubr. 11. §. dubitatur, ex num. 14. Maran. disput. 11. num. 11. Escobar. de ratioc. cap. 7. num. 31.* nisi in defectum, vt in *cap. filij, & ibi glos. can. 16. q. 7. & in cap. Princeps 23. q. 5. Osasch. decis. 180. num. 11.* Sed è contra sęcularium Officialium negligentiam in aliquibus casibus Prælati reparare poterunt, & adeò Pontificia potestas Regiæ preest, vt si Princeps fatuè, vel tyrannicè se gereret, ita vt Regnum rueret, Ecclesia damnum expectaret, fideliumq; vnio minueretur, Pontifex prouidere posset, *cap. grandi de suppl. neglig. Prælat. cap. licet, de foro compet. Vasqu. contro. cap. 8. ex nu. 20. de Curt. in suo diuers. par. 2. cap. 2. num. 49. Bellug. rubr. 11. §. videndum.* Vndè largio-
12 rem dicunt esse Ecclesiasticam potestatē, vti magis in laicos capacem. Hinc acta per Ecclesiasticos Iudices contra laicos facta valere supponunt, & exindè si laici sęcularem iurisdictionem prorogauerint,
13 acta sustinere, *l. Episcopale, C. de Episcop. & cler. Guid. Pap. decis. 77. DD. in l. 1. ff. de iud.* & Ecclesiasticum, laicorum fideiussorum in eius foro cautionem recipere posse, *cap. ex rescripto, de iureiur. Graff. de eff. cler. 1. eff. ex num. 987. Barbos. in l. 1. art. 3. ex nu. 132. ff. de iudic.* & Iudex laicus brachium impartire debet pro exequendo, *Reg. Sanfelic. decis. 160.* Sed è contra Ecclesiastici iurisdictionem in laicos prorogare non valent, quia eorum ordini præiudicari non permittitur, & omnia acta sunt nulla, *cap. etsi clerici, de iudic. Gram. decis. 61. Vasq. controu. cap. 21.* ita vt nec expresśe, neq; tacitè consentiendo pręiudicent, *cap. significasti, & cap. si diligenti, de foro comp. Gram. decis. 61. Afflict. decis. 83. Farin. q. 8. num. 15. Franch. decis. 400.* In practica verò informationes per Iudicem laicum contra aliquem, vti sęcularem captæ, allegato clericato, si remissio ad Ecclesiasticum
14 fiat, ille ea informatione contra reum vt clericorum vti solet sine testium repetitione, si reus habeat testes pro repetitis, *Baiard. q. 36. nu. 53.* aliàs repetendi essent, *Genuens. in sua praxi Episc. cap. 6.* cum acta coram vno Iudice incompetenti facta non probent, ex *cap. at si clerici, de iudic. l. fin. C. si à non compet. Iud. Clar. q. 36. in fin. Carauit. Rit. 235. num. 12. Graff. eff. 1. ex nu. 227. & ex num. 241.* & si confessio coram laico Iudice facta inditium faciat ad torturam, cui adde *Boer. dec. 90. Farin. qu. 81. à num. 213.* & quid si testes aliud in repetitione deponant, qualitèr sint torquendi? vide *Sanfel. decis. 248.* clerici verò iurisdi-
15 ctionem prorogantes per Episcopum puniri possunt, *Farin. q. 8. num. 10.* & fori ex-
16 ceptionis allegationem differentes per sęculares Iudices in expensis condemnantur, *Couar. pract. qq. cap. 33. num. 2. Guttier. pract. qq. cap. 20. lib. 1.* Sed *Farin. q. 8. nu. 17.* intelligit, per suum Ecclesiasticum Iudicem clericum iurisdictionem prorogantem excommunicari, vel puniri posse, *Surd. decis. 26. ex num. 4. Menoch. de arbitr. Iud. cas. 430.* Indè obligationes penès acta
17 captæ contra laicum postea clericum effectum, an in foro Ecclesiastico exequi poterint, *Franch. decis. 656.* refert, causam non fuisse decisam, sed ex practica Episc. *Genuens. cap. 15.* aliud suadetur, dicit ibi obligationes apud secularis Iudicis acta incusari, & literas exequutoriales extrahi posse, illasq; apud Ecclesiasticum præsentari, qui incusatum citandum curabit, ad dicendum causam quare hæ literę exequi non debeant; & si de iusta causa non docuerit, decernetur, vt exequantur: nam
18 obligatio penès acta habetur vti iudicialis confessio, & sententia in rem iudicatā transacta, quæ cum suo tempore coram competenti sit facta, ea postea coram Ecclesiastico præsentata, parte monita, vt supra, executioni demandari debet, iuxta notata per *Afflict. in const. Baiulus si furem, Reg. Merlin. cap. 66. Graff. de eff. cler. 1. effec. num. 1250. Fontanell. decis. 312. & Molfes. super consuet. Neap. par. 2. tit. de instrum. cōfect. cap. 10. ex num. 20.* subiungit, tàm lai-

19 eos, quàm clericos in alterius Tribunali se obligare posse, & iurisdictionem quis prorogare non dicitur, quia talis obligatio voluntariam, non autèm contentiosam in se continet iurisdictionem; nam & sęculares Notarij instrumenta contra clericos se obligantes conficiunt, & ea subsistunt, quia voluntariam, non contentiosam iurisdictionem sequi dicuntur, indè obligationes etiam camerales penès acta sęcularia fiunt; attamen subiungit, instrumenta prædicta per clericos facta liquidari, & obligationes incusari non posse, nisi in Curia Ecclesiastica, *Graff. de eff. cler. eff. 1. num. 1250.* Et ad institutum

20 redeundo, Ecclesiastica iurisdictio intacta seruari debet, & nulla consuetudo in contrarium etiam immemorabilis Ecclesiæ nocere potest, nisi in temporalibus, *Couar. pract. qq. cap. 31. Sese de inhib. cap. 8. §. 1. ex num. 24. Balb. de præscrip. par. 5. prin.*

21 *ar. 1.* & Episcopi circumspecti esse debent in innouando antiquas consuetudines, ex *Felin. in cap. causam, num. 14. de præscript. Balb. par. 1. 5. par. num. 10. Graff. in dec. tit. de simon. num. 50.* E contra autem nec Ecclesiastici, quibus mágis iustitiæ cultus, & ab alienis abstinere conuenit, vt in *§. cogitandum, Auth. de Monac.* manus in casibus

22 ad Regiam iurisdictionem spectantibus apponere debẽt, quia ex hoc continui tumultus circà defensionem tuendam oriuntur, *Auend. de exeq. mand. cap. 22. Sese de inhib. §. 3. cap. 8. num. 199. Bellug. rubr. 18. §. demũ.* nec laici Ecclesiasticã iurisdictionẽ

23 in casibus ad sęculare forum pertinentibus prorogare debent, *l. si quis, & l. Episcopale, C. de Episc. aud.* aliàs puniuntur, vt in *const. Cum iustitiæ 161. Tap. Afflict. dec. 265 n. 100. Guttier. c. 9. lib. 1.*

Et ad continuas altercationes, quæ inter Episcopos, & Barones esse solent, euadendas, aliquas volui decisas hic adnotare quæstiones, quæ continuò in foro disceptantur: & ad præmissa dico, exemptionem, & fori declinationem personarum, rerum, vel causarum ratione apud Ecclesiasticos fieri.

24 Primò personæ Ecclesiasticæ, vti exẽptæ, siuè de iure diuino, siuè positiuo, de quo per *Couar. pract. qq. cap. 31. Sese de inhib. §. 1. cap. 8. num. 11. Felic. de cens. lib. 2. cap. 3. num. 14. Rebuff. de immun. super const. Gaill. tit. 2. Bouadil. lib. 2. cap. 18. num. 17. & ex num. 23. Sese d. §. 1. à num. 10.* à suis ordinarijs sunt recognoscendæ. Sed multo-

25 ties stat differentia, an sint Ecclesiastici? & in facto quidam mediante voto ad Religionem se destinauerat, & interim homicidium patrauit, & post capturam foro se gauisurum prætendebat, dicens, si militiæ accinctus gauderet, vt innuit *tex. l. pen. ff. de re milit. Tiraq. de legib. connub. in fin.* eò fortius cęlestis militiæ miles, ex *Viu. com. opin. 1010. Ann. sing. 130.* attamen contrarium fuisse decisum refert *Franch. decis. 449.* licèt enim accingendus pro ac-

26 cincto habeatur, attamen quia votum caracterem non infingit, & sequens delictũ contrarium est actioni Religionis, quam ingredi asseritur, ideò ad tollendas fraudes, quę sub isto clypeo fieri possent, gaudere non debent, *Barbos. in l. si quis postea, num. 259. ff. de iudic.* nam & habitus clericalis susceptus sine ordinibus neq; iuuat, *Clar. q. 98.*

27 Quid si ordines clerici susceperit, sed clericalem habitum non deferant, an delinquendo Ecclesiastici fori exceptione tueri possint? quicquid antea post tamẽ *Concil. Trid. sess. 23. cap. 6.* exequutoriatũ in Regno per *prag. 4. & 5. de cler. siluat.* resolutum est, fori priuilegio potiri posse clericos in minoribus ordinibus, dummodo habitum, & tonsuram deferant, & in

28 diuinis inseruiant, & copulatiuè hæ qualitates sunt necessariæ; nam de iure alternatiua habitus, vel tonsurę probatio sufficiebat, sed non hodiè, *Auend. cap. 22. p. 1. Reg. de Ponte cons. 24. Couar. pract. qq. c. 31. Viui. decis. 12. & 512. Farin. q 8. Barbos. in l. Titia, ff. solut. matr. ex num. 35. Mascard. de prob. conclus. 301. Gratian. discept. for. c. 440.*

29 declara tamẽn tonsuræ dimissionem per aliquod tempus cæteris concurrentibus, tantæ solemnitatis non esse, *Barbos. loc. cit.*

30 *num. 35.* seruitium verò assiduè ante delictum præstitum fuisse probari oportet, *Farin. d. q. 8. num. 66.* cum perseuerantia requiratur, *Gram. dec. 87. num. 5.* nouissimè *Reg. Sanfelic. dec. 13.* pro paruo autèm tẽpore si intermissum esset, non esset in cõsideratione, *Menoch. de præsump. lib. 6. præsump. 77. in fin.* prout & Sacra Congregatio decidit, quia verba ciuilitèr sunt intelligenda, *l. si eni, ff. de seruit.* semper enim seruire dicitur, qui pro maiori temporis parte suum munus adimplet, *DD. in l. 1. ff. solut. matr. & Farin. vbi supra, num. 68.* nisi cum dimissione habitus fecerit actum cõtrarium clericatui, nempè ducendo viduã in vxorem, vel militiam laicalem assumẽdo: nam sic immediatè omni dignitate, & honore clericali priuatur, *glos. in cap. quis quis, dist. 84. & in cap. quisquis 17. q. 4. glos. in const. tit. de cler. rel. decl. for. Capyc. Latr. decis. 45. num. 32.* & an sit necesse, seruitiũ

32 de Episcopi mandato futurum esse, declaratum fuit seruitium sufficere, *Io. Collomar. ad declar. Concil. Trid. sess. 23. de reform. Reg. Sanfel. dec. 247.* vestes autèm cle-

33 ricales secũdùm regionis morem esse debent, & sicuti alij clerici vtuntur, *Couar. pract. qq. cap. 31. Clar. q. 36. Camp. in cler.* de

de vit. & honest. cler. num. 68. Farin. loco cit. num. 34. & 69. Cabal. casu 224. Mascard. cõclus. 961. & 689. Sed si antè delictum quis
34 semper habitum portauerit, in delicto verò reliquerit, vt commodiùs vacaret, an per hoc dici possit, eum habitum requisitum non habere? Dic, si antea continuatè habitum ipsum portasse probetur, intermissionem illam non nocere, vt ibi Farin. Tap. in constit. De personis. Idem si propter
35 infirmitatem, vel foras incedens, vel domi degens breuem deferret habitum, Cappell. Tholos. dec. 104. Guttier. pract. qq. lib. 1. cap. 7. Limitantur prædicta in clericis beneficiatis, qui fori priuilegium non amittunt, si habitum non detulerint, ex Concil. Trid. sess. 23. cap. 6. & licèt per Constit. Six-
36 ti V. in anno 1588. de clericis beneficiatis idem dispositum fuisset, quod in clericis in minoribus, fuit attamèn interpretatum præcedente Episcopi monitione, Gratian. discept. 440. de quo nouissimè per Reg. Capyc. Latr. dec. 73. & Reg. Sansel. dec. 220.
37 Sed an clericus beneficiatus beneficij possessionem probare teneatur, vel Bullas ostendere sufficiat, Farin. loco cit. num. 45. dicit vtrumq; esse probandum, Clar. q. 36. Mastrill. decis. 113. & quid si super beneficio, vel iure patronatus pensionem habeat, Caball. cas. 224. Verùm si de concessio-
38 nis beneficij inualiditate, & similibus aduersus titulum altercantur? Dic, hoc esse merè Ecclesiasticum, & ad illud cognitio spectabit, Gram. decis. 81. de Ponte cons. 20. num. 34. Franch. decis. 180. semper enim iuris, & proprietatis quæstiones, Ecclesiasticæ cognitionis sunt, latè Barbos. in l. Titia, ff. solut. matr. Reg. Sansel. decis. 2. 3. & 15. Præs. Merlin. cap. 41. vol. 2. Reg. Rou. dec. 55. Fontanell. decis. 355. Quid si Bullæ falsæ supponantur, & falsitas non sit euidens, Reg. Tap. ex professo discutit sub tit. de Episcop. in Rit. 235.
39 Sed quid si post delictum quis ordines ab Episcopo procurauerit, & cum habitu, & tonsura incesserit, an foro Ecclesiastico gaudeat? & videbatur dicendum, esse ad Iudicem laicum in causa præueniẽtem remittendum, prout è contra, ad Ecclesiasticum remittitur clericus effectus laicus post delictum, Gram. dec. 10. Franch. dec. 417. Consil. Staiban. resolut. 109. Præs. de Franch. dec. 409. hunc deduxit articulum, sed decis. 384. refert decisum, ob impressionem caracteris clericum à suo Episcopo
40 puniendum esse, secus quoad bonorum districtionem, & in causis similibus præuentis ante clericatum, idem Franch. decis. 656. Capyc. Latr. decis. 45. ex num. 32. Sed quid si manifesta fraus appareat, quia post præuentam causam persona delinquens ordines procurauerit? vide quæ latè dixerunt Guttier. lib. 1. q. 5. Cabal. cas. 108. Barbos. in l. si quis ex aliena, ff. de iudic. Viu. decis. 512. Graß. de eff. cler. 1. eff. à n. 138. Cancer. lib. 2. tit. de iurisd. omn. Iud. à n. 133. Cranet. cons. 105. Quid si post habilitationem, & sic post peractam causam, & personam per Iudicem laicum, reus Religionis habitum assumat, Franch. decis. 709. Graß. de eff. cler. 1. eff. num. 1141. Sansel. decis. 2. ex num. 20. Et quid si reus antea or-
41 dines habuisset, & postea in habitu laicali diù steterit, & post delictum habitum reassumpserit, an gaudere possit, & ordo reu iu iscatsvide Cœual. com. opin. 563. Barbos. in l. si quis ex aliena, & in l. si quis postea, ff. de iud. Guttier. q. 5.
42 Sed an vti reus quis citari possit, licèt in habitu clericali incedat, vel capi quovsq; de suo clericatu cognoscat, cum sit quid facti, dum homo laicus nascitur? Mascard. conclus. incip. clericatus. Dic, clericũ
43 vti clericum per secularem sine censura citari non posse; quotiescumq; enim Iudex scit re vera, illum esse clericum, vel notoriè ille talis esset, non solùm eum citare non debet, sed neq; contra ipsum informationem capere: & licèt Iudices aliqui minùs religiosi, prætermissa clericatus qualitate, eum nominandum curẽt, excommunicationem eos incidere nõ dubito; nam indirectè clericus ad laicalem iurisdictionem trahitur, Graff. super explic. Bull. sed reus vti laicus citari, contumax fieri, banniri, & foriudicari potest, Frãch.
44 decis. 329. & capi posse, si sit homo ignotus, vel sit coniectura, eum habitum fraudulentèr deferre, & re vera Monacum nõ esse, Reg. Sansfelic. decis. 217. cum protestatione tamen eum ipsius ordinario tradendi, si verè Ecclesiasticus sit, Guid. Pap. decis. 138. Cappel. Tholos. q. 144. & 147. multi enim delinquunt cum habitu monacali, vel clericali in fraudem, & non sunt clerici, nec monaci. Sed an clericatus etiam
45 per testes probari possit, si deperditæ sint Bullæ? vide Ann. sing. 408. Reg. de Pont. consil. 36. volum. 2. Mascard. conclus. 302. & an Episcopi literis credatur? Farin. q. 8. n. 39. Gram. dec. 81. Boer. dec. 127.
46 In aliquibus tamen enormissimorum delictorum casibus, prout læsæ Maiestatis, clericos non esse remittẽdos opinati sunt, nihilominus in contrarium fuit decisum; solet tamèn Summus Pontifex certos delegare Iudices vtriusq; iurisdictionis simul, vt de tali læsæ Maiestatis delicto cognoscere debeant, vt tradunt Reuert. decis. 11. Franch. decis. 691. Tap. in cap. de personis de sacros. Eccles. ex num. 8. de Ponte decis. 9. Farin. q. 8. num. 30. & an sic generalitèr in clericis in sacris, quàm in minoribus? vide eosdem, & Collemar. in Conc. Trid.

seß.23.de reform.cap.6. Quid autèm in clerico incorrigibili, enormibus se immiscète? ponderetur *text.in cap. eum non ab homine, ext. de iudic. & cap. perpendimus, & in glos. de sent. exeom.* & vide *Graß. de eff. cler. 1. eff. num.916. Capyc. decis.161. Couar. prac. qq. cap.32. num.3. Bouadil. Polit. libr.20. cap.18. ex num.95. Sanfel. dec.13.* in crimine verò assassinij sęculares procedunt ex
47 licentia tradita per ius canonicum in *cap.1. de homicid. in 6.* dummodo prius de assassinij qualitate constet, quæ hanc iurisdictionem tribuit; sed an prædicti assassinij declaratio per Ecclesiasticum sit facienda, & quid agendum, si Ecclesiasticus præueniat? alibi dicetur, interim vide notata per *Capyc. decis.112. & 155. Sanfelic. decis.325.* & sufficere inditia vrgentia, vt
48 reus torqueri possit, dixit *Couar. var. resol. cap.2. num.2. lib.2.* In grauibus delictis
49 Ecclesiastici, Ecclesiasticos sacris ordinibus insignitos, degradare solent, & sęculari potestati tradere, & tunc an talis Iudex processui per Ecclesiasticum actitato stare debeat, & illius exequi sententiam, vel denuò iudicare? vide *DD. in cap. ad abolendam, de hęret. Baiard. q.36. Præs. de Franch. decis.571. Reg. Merlin. cap.40. & Sanfel. decis.139. & 239.*
50 Clericorum coniugatorum etiam controuersia sæpè accidit, dum enim ordines antè coniugium acceperunt, illi reuiuiscunt, si habitus reassumatur; nam post ma
51 trimonium conferri non possunt, vide *Sanch. de matr. disp.38. lib.7.* isti de iure canonico in criminalibus gaudent, si habitum deferant; vnicam, & virginem duxerint, & in diuinis deseruiant, *cap.1. de cl. coniug. in 6.* In ciuilibus tamèn in omnibus, vt laici reputantur, *Franc. in d. cap.1. Ricc. decis.169. par.3.* Nec obstat *Ritus 66.* tradens eos in ciuilibus, vel criminalibus foro Ecclesiastico non gaudere; nam ei fuit derogatum, & ibi *Carauit. & Reg. Tap.*
52 & seruatur ius canonicum. In ciuilibus causis, pœnam pecuniariam sapientibus, non gaudeant? veluti si conueniantur via Ritus M. Curiæ, vel accusarentur obligationes penès acta, *Couar. pract. quęst. c.31. num.7. Gutier. de iuram. par.1. cap.17. ex num.10. Reg. Rouit. prag.1. de cler. Clar. q.36 Reg. Sanfel. decis.230. Farin. q.8. num.6.* & nouissimè per eximium I. C. *Io. Francisc. Marotta discept. for. cap.9. & seq.* & an vxores etiam foro potiantur? negant *Tap. in d. Rit. & Choiet. de iurisd. ord. q.28.* nec ipsi collectarum immunitate gaudent, *Petr. ad Gram. decis.6. Reg. Sanfel. loco cit.* cum istis enim strictè proceditur, vt latè *Barbos. in l. Titia, ex n.33. ff. solut. matr.*
54 Cęterum sub Religionis clypeo sunt Confratres, & tertij Ordinis S. Francisci, Benedicti, & aliorum Ordinum, qui habitum ferunt, & certas Constitutiones seruant eis à Monasterij Abbate traditos, & vocantur Conuersi, seù Oblati; in hoc erit distinguendum; aut isti sunt coniugati, & res, & familiam retinent, & aliqua immunitate non gaudent, vt in *cap. Reg. Priuilegia, Marsil singul.534. Capyc. decis.115.* nam ille habitus, & Constitutiones, & Regulæ sunt normæ benè, non autèm religiosè viuendi. Si verò non sint coniugati, sed habitum deferant, & se suarum bona Monasterio dedicent: at in Claustris non demorantur, nec tria vota castitatis, paupertatis, & obedientiæ iurant; quia tunc retrocedere possunt, & nubere, est distinguendum, aut quis offert se sine suis, aut
55 sua sine se, aut se, & sua. Primo casu si se claustralitèr viuere offerat, & Religionis vota profiteretur, sine difficultate gaudet, *Nauar. cons.49. tit. de regul. Graf. tit. de regul. num.85.* si verò vota non profiteatur, sed certas Constitutiones iurat, & actu intra Claustra Ecclesiæ seruit, quamquam retrocedere possit, interim foro, & *cap. si quis suadente diabolo*, gaudet, non tamèn bonorum immunitate Ecclesiæ non incorporatorum, vt ibi *Nauar. & Felin. cap.1. & 2. de foro compet. Baiard. q.35. nu.21. Azeued. lib.6. tit.6. l.1.* Secundo casu si sua, non autèm se offerat, & actualitèr non seruit, licèt habitum ferat, fori immunitate non fruitur, *Viu. decis.49. Franc. Marc. dec.832. par.2.* Tertio verò casu, si se, & sua offerat, aut talis oblatio sit Ecclesiæ Regulari, & donec non retrocedat, interim gaudet; sed si domi habitet, & actu non seruiat, priuilegio non potitur, *Cappel. Tholos. dec.8. Viu. dec.47. Reg. Sanfel. dec.418.*
56 Nouitij licèt non sint professi, interim fori, & immunitatum prærogatiua gaudent, *cap. Religioso, de sent. excom. Tiraquell. de retract. §.1. glos.6.* Hęremitæ si vota nõ
57 profiteantur, & ordines non habeant, sed certam normam, nisi actu alicui Monasterio inseruiant, non gaudent, *Bellug. rubr.15. §. videndum, Sanfel. loco cit. Boer. tract. de hęrem. post suas decis.* latè, vbi omnes Anacoritarum Ordines refert; qui verò per Mundum vagantur, homines insidiatores vt plurimum esse solent, & sicut locustę sine Superiore reputantur, & Prę-
58 lati zelantes illos habitu spoliare solent, vel præcidere. Idemq; dicendum erit de Hospitalarijs, qui habitum quemdam ferunt, sed vxorem, & familiam retinent, nã fori immunitate non gaudent, *Aufrer. decis. Tholos. 8.* nisi actu Ecclesiæ Xenodocij
59 cum habitu deseruiant, *Baiard. ad Clar. q.32. num. 22.* hinc Hospitalia, Montes Pietatis, Collegia quæcumq; & laicorum Confraternitates etsi loci pij dicantur,

si

si sint à laicis erecti, an Administratores ad rationes reddendas coram laico ordinario conueniri possint? *Gabr. Rom. conclus.1.& 2.tit.de pia caus.* distinguit, si sint erecta cum assensu, seù Episcopi authori-
60 tate, ad Episcopum cognitio pertineret: si autèm simplicitèr à laicis fundatæ fuerint, cum de iure sint licitę, & permissæ, vt in *l.1.§.Religionis, ff.de colleg.illic.* de eis in omnibus, sicut de alijs laicis iudicatur, & maximè si in fundatione, seu institutione talitèr sibi prospexerint, *Marant.cōsil.133.Auend.de exeq.mand.lib.2.cap.14.num.31.& Staiban.cons.98. Guttier.qq.can.cap.35.par.1.Reg.de Ponte cons.18.Quaran.in Bullar.verb.Hospitale, Escobar.de ratioc.cap.7.ex num.54.Montan.prag.2.num.107.de admin.vniuer.Fontanel.dec.331.*& in casu, quo locus est à laicis cum licentia, & authoritate Episcopi erectus, ius visitationis ab ordinario non tollitur, ex *Conc. Trid.sess.22.cap.8.* maximè mortuo funda-
61 tore; nam eo viuo, illius debet esse cura, *text.* est insignis in *l.1.§.& quia, C.de ration.oper.publ.* & eo casu dum opera pia in eo loco exercentur, & introitus in ta-
62 lem causam sint destinati, Episcoporum, sub quorum sunt protectione, debet esse cura, nè in luxo perdantur; Episcopi enim omnium piarum dispositionum exequutores dicuntur, vt ex *Concil.Trid. 22.sess.cap.7.* Confraternitates verò an Religio-
63 sæ dicantur, & quis de eorum bonis, & cæteris cognoscet? vide *Guttier.vbi supra, Vrsill.decis.1. Anu.singul.3.& 90. Nauar.*
64 *cons.3.tit.de foro compet.* Indè pro legatis pijs fuit distinctio inter Ecclesiasticum, & Regiam iurisdictionem, & fuit sedata differentia, & dictum Tribunal per vtramq; de Summi Pontificis mandato regitur, *Reg.Rouit.tit.de legat.pijs.*
65 Dubitatum etiam fuit, an Clericorum famuli fori exemptione fruantur? veritas est, eos non gaudere, *Abb.in cap.non minus, num.14, de immun.Eccles. Grass.de eff.cler, 3.eff.num.152.Gram.cons.ciuil.102. & Tes. decis.22. Farin.q.8.num.46, Viu.decis.80. & 116.* solùm Episcoporum familia exē-
66 pta est regularitèr, *Io.Andr. de Nigris in Extrauag.vnic.nu.18.de vit. & honest.cler. Capyc. cap.12. Reg.Reuert.decis.192. Clar. q.35.n.8.* qui autèm contineantur sub nomine familiæ, habetur in *cap.fin. de verb. signif.in 6. Carleual.de iud. lib.1. disp.2. ex num.508.Ansald.de iurisd.par.2. tit.11.c.5.* Quid de Actuarijs, & alijs inseruientibus, *Barbos.l.Titia,num.32. ff.solut.matr.* Quid de Mercendarijs ad tempus, *Gram.loc.cit. num.15.* Quid de Colonis, *Thes.decis.116. Fontanell.decis.307. Reg.Sanfel.dec.1.Chouer.de iurisd.par.4. q.38. Nobil.disput.27. Rotund.de prętu.c.221.*

67 Sed an laici Ecclesiasticorum debitores, vel ex bonorum Ecclesiasticorum, quę locationis titulo, vel simili tenent debito obligati, ad forum Ecclesiasticum trahi possint, *Couar.pract.qq.cap.35. & Osasch. decis.31.* aiunt, Ecclesiarum Colonos quā-
68 do actione personali conueniuntur, à sęculari esse cogendos, *Guttier.pract.quæst. lib.3.q.27. Thes.decis.22.in fin.* Inde pro parte coloniea a collectis non sunt immunes, *Ann.singul.90. Thes.decis.22.& 116.*
69 Quid, si de collecta super bonis ab Ecclesiasticis in emhyteusim concessis imponēda tractaretur? vide *Ceual.com.opin.726. Auend.de exeq.mand.lib.2.cap.14.num.32. Dom.Consil.meus Collega Hodiern. ad Surd, decis.1.ex num.4.* sed si laici reali vendicationis actione conuenirentur, tunc est distinguendum, vt per *DD.in cap.si clericus laicum, de foro compet. Farin. q.8.num.86. Osasch.decis.31.* nam si peteretur reinte-
70 gratio, vel Ecclesiæ bonorum occupatio, tunc Episcopus est Iudex, aut de tali titulo tractatur, sed hanc qualitatem ab aduersario negatur Ecclesiasticam esse, & tunc sęcularis potestatis est cognitio, *Alber.Oliua super Rit.Episcop.9. Reg. de Ponte cons.96.*
71 Quando aliquis apud Iudicem non suū citatur, & ille Iudex in illum iurisdictionem exercere posse prætendat ob qualitatem in libello deductam, cuius sit huius qualitatis cognitio, & an antequàm iudicium principale vlterius progrediatur, ea prius sit probanda, quæ materia difficilis est, & multis casibus deseruit. Dic er-
72 go breuitèr, quando in libello qualitas iurisdictionem siuè laico, siuè Ecclesiastico Iudici tribuens allegatur, si reus qualitatem negat, tunc Iudex, nisi probata qualitate, & parte audita discussa, procedere non poterit, *DD.in l.2.§.sed si dubitet, ff.de iud.Gall.de pac.publ.cap.13.lib.1. Afflict.decis.297.Capyc.decis.111. DD.in cap. si clericus,* & ibi magistralitèr *Panorm.* qui dicit, iurisdictionis fundamentum ob solā qualitatem deductam non sufficere. Verū summariè Iudex sine causæ præiudicio
73 cognoscere poterit, an sua sit iurisdictio, *cap.ceterum, de iud.Vant.de nullit.ex defect. iurisd.ord. num.53.* nisi notoriè de qualitate allegata constaret, tunc obiectio nil releuaret, *Sese de inhib. cap.9.§.3. num.31. Scac.de iud.tom.1.cap.11.ex nu.70.*& præcipuè *num.80.Barbos.in l.si quis ex aliena, ff.de iud.num.119.cum seq.* sed si eius, qui de causa cognoscere intendit, iurisdictio negetur, an ille se competentem declarare possit? *DD.in cap.cum personæ, de priuil. in 6.& in cap.super literis, de rescript.* dicūt, Iudicem de hoc cognoscere posse, ex *l. si quis ex aliena, ff. de iud.* è contra alij in

cau-

causa propria, quem iudicare non posse,
74 aiunt, *C. ne quis in sua caus.* Distingue, aut ordinarij impugnatur iurisdictio, quæ est de iure communi, & notoria, & affirmatiua procedit; aut iurisdictio super priuilegio particulari, vel consuetudine fundatur, & hoc est adeò notorium, vt tergiuersari non possit, & idem est dicendum, *cap. ex parte il 1. de verb. signif. cap. cum cōtingat, de foro compet.* aut non negatur iurisdictio, sed qualitas iurisdictionem tribuens, & tunc de ea prius est cognoscendum, vt supra dixi, & idem Iudex se competentem declarare valet, *Bart. in l. 2. n. 8. ff. si quis in ius voc. Barbos. in d. l. si quis ex aliena.* Nec obstat *tit. C. ne quis in sua caus.*
75 *iud.* nam intelligitur, nè de pertinentibus ad suæ rei, vel personæ priuatam vtilitatē cognoscere possit, vti de iniuria sibi illata, de suspitione, de infamia, & similibus, non autèm super cæteris, *Sese de inh. c. 5. §. 6. ex n. 18. vsq. ad fin.*

Et ad digressa redeundo ratione rerum laici multotiès forum Ecclesiasticum sortiuntur, & è contra ex causa bonorum temporalium Clerici quandoq; seculare
76 forum pro bonis feudalibus, quæ à Rege tenent, adire debent, *cap. ex transmis. de foro compet. Cap. Reg. 99. Farin. q. 8. num. 22. Gaill. obser. 37. par. 1. Menoch. tract. retin. poss. remed. 3. num. 379. & Reg. Rouit. tit. de*
77 *cler. prag. 2.* disputat articulum, quid in possessorio, & quid in petitorio, *Guttier. pract. qq. par. 1. cap. 48.* & quid, si Clericus
78 negotietur, & secularibus negotijs se immisceat, an seculare forum declinare possit? latè *Mastrill. decis. 159. Fontanell. decis. 518. ex num. 10. & Reg. Tap. in tit. de Episc. 32.* casus, in quibus Clerici exemptione priuantur, enarrat. Verùm in casi-
79 bus, in quibus secularis Iudex ratione rerum, & causarum contra Clericos de iure cognoscere valet, an sententia per eum lata absq; Ecclesiastici iudicis brachio exequi possit? *Viu. decis. 49. num. 6. Vrsill. decis. 173. num. 2.* & latius *Barbos. in l. qui prior, ff. de iud. ex num. 93. Præs. de Franc. dec. 545.* contra quam pluriès fuit iudicatum in Sacro Consilio testantur *Reg. Carleual. de iud. disput. 2. q. 7. à num. 936. Reg. Sanfel. decis. 2. Reg. de Marin. cap. 54. nu. 10.* & quando sententia est exequenda per Ecclesiasticum, an processibus à secularibus factis stare teneatur? *Salic. in l. Episcopale, C. de Episc. & Cler. Franch. dec. 512.*
80 Edicta verò generalia an Ecclesiasticis noceant, si non compareant, veluti in edictis, quæ fiunt in inuentarijs faciendis, vbi creditores citantur, an Clericus pro eius credito comparere teneatur, & sic in dilatione quinquennali per debitores præ-
81 tensa, vel in testamenti apertura, & similibus? vide *Viu. decis. 38. Vrsill. decis. 380. num. 7. Guttier. q. 49. lib. 2. & q. can. 44. Mastrill. decis. 79. Reg. Sanfel. decis. 305.* & si
82 Clericus tutor, procurator, vel administrator fuerit, an tunc specialitèr citari possit? vide *Gaill. obser. 37. par. 1. Strac. de mercat. fol. 262. Farin. q. 8. num. 46. Escobar. de ratiocin. cap. 7. Rouit. decis. 20.* & in iu-
83 dicio diffamationis quis Iudex sit adeundus? *Franch. decis. 657. Fontanel. decis. 328.* & quid in ratione computorum administrationis de rebus laicorum factæ per Clericos? vide *Escobar. loco cit. Rouit. decis. 20. & 58. Fontan. dec. 190. cum sequ. Reg. de Marin. resol. 92. c. 53.*
84 Si verò Ecclesiasticæ personę laicos pro quocumq; possessorio conuenire velint, an secularem Iudicem adire debeant? Antiqua fuit controuersia super decima-
85 rum solutione quis erit competens: cum enim decimæ sint de iure diuino, cognitio solùm ad Ecclesiasticos pertinere videtur, ex *Vasq. controu. cap. 89. Barbos. l. Titia, num. 39. cum seq. ff. solut. matr. Reg. Tap. tit. de decim. super Iur. Reg.* verùm quando quæstio est facta circa cogendos debitores, iurisdictionis secularis est potestas, sed quoad titulum, & ea, quæ iuris spiritualis
86 sunt, ad Ecclesiasticam potestatem causa spectat, *Gaill. obser. 38. lib. 1.* & in interdicto adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ quis sit competens? latè *Farin. qu. 8. num. 23. Ric. collect. 270. Thes. decis. 28. Cou. pract. qq. cap. 35. Osasch. decis. 116. & Sese de inhib. f. 564.*
87 Quod si laicus in fraudem onerum Clerico simulatè donet, vt quotidiè fieri solet, secularis Iudex de simulatione contra laicum cognoscit, *l. qui sub prætextu, C. de sacros. Eccles.* & laicum punit, ad *text. in l. adire, §. in fraudem, ff. ad municip. Vrsill. decis. 72. Ann. cons. 82. Camp. loco cit. n. 108. Guttier. pract. quæst. lib. 2. cap. 132.* præsum-
88 ptiones autèm simulationis sunt multæ, veluti si donans in possessione remanserit; si donans, & donatarius sint coniuncti, & alia, quę adducunt *DD. in l. imaginaria, ff. de reg. iur. Menoch. cas. 247. Carol. de Graß. de except. cap. 12.* Neq; sub prętextu communionis Frater Clericus totum patrimonium immunem facere potest, *Luc. de Pen. in l. fin. C. de annon. & trib. lib. 10.*

Ratione causę qualitèr, & quando sint exempti litigantes à foro Ecclesiastico, vel à temporali sint recognoscendi? Dic, aut causæ sunt merè spirituales, & sine dubio ab Ordinario Episcopo ciuilitèr, & criminalitèr sunt recognoscendæ, licèt personæ sint laicę, quas enumerat *Clar. q. 36. num. 48. & 161. Add.* etiam si incidē-
90 tia, vel emergentia sint, *DD. in l. Titia, ff. solut. matr. & ibi Barbos.* & qualitèr in to-

ta

ta causa tunc sit supersedendum, *Franch. decis.*551. super spiritualibus enim sęculares omnino manus auertere debent, maximè super quæstionibus iuris, vt distinguunt *DD. in d. l. Titia*, & qualitèr brachiū Episcopus à sęculari in prædictis petere valeat, dixi supra, & *Clar. q.*37. *n.*8. *Franc. Marc. decis.*449. *par.*1. *Couar. pract. quęst. cap.*10. & executio in personam, vel in
91 bonis laicorum qualitèr fieri debeat? *Couar. vbi supra, Gutt. pract. quęst.*45. & quando Ecclesiasticus ad censuras deuenit, an sęcularis ordinariè de eodem delicto punire possit, & sic quando pœna non est sufficientèr illata, alia irrogari debeat, *Couar. pract. q.*57. *Gomes. cap.*1. *tit. de delict. nu.*27.
92 Aut causæ non sunt merè spirituales, sed mixti fori, quæ multæ sunt, vt *Farin. q.*8. *num.*126. & *q.*159. aliqui casus multam patiuntur difficultatem, quando sint merè
93 spirituales, vel mixti fori; blasphemias nempè esse mixti fori fatentur, sed si sint hereticales, erunt merè spirituales; sic sacrilegia possunt esse merè spiritualia, &
94 mixta, *Franch. decis.*240. *Viu. decis.*497. *Ozasch. decis.*103. Indè sortilegia sunt spiritualia, iuxta distinctionē *Caball. cas.*209. *Farin. q.*131. *Barbos. in d. l. Titia, Mastril. decis.*113. *Couar. pract. quęst. cap.*33. regularitèr delicta declarata spiritualia ad spiri-
95 tualem iurisdictionem pertinebunt; quæ verò sunt mixti fori, de iure præuentionē habent, *DD. in d. l. Titia, Afflict. decis.*219. Verùm in Regno quoad delicti punitionem laici Iudices recognoscere supponunt, *Baiard. ad Clar. q.*36. cum spiritualis correctio Ecclesiastico remaneat, *Couar. var. resol. cap.*3. *lib.*3. & nupèr per *Reg. de Marin. resol. q. c.*3. *tom.*2.
96 Itèm ratione causæ si Clericus falsum corám sęculari deponat, vel falsum Instrumentum, vel testes adducat, in bonis puniri potest, vt aliqui opinati sunt, ex *l. nullum, C. de test. Guid. Pap. dec.*176. *Crau. cons.*232. sed cōtrarium est receptum, *Afflict. decis.*230. *Ann. singul.*135. *Capyc. decis.*142. *Farin. q.*8. *num.*26. Sed dubium insurgit, si Clericum punire non possit, an
97 detecta falsitate, sęcularis actorem Clericum ad causæ iacturam condemnare valeat, prout de iure concluditur, falsitatem committētem causam amittere, *l. in fraudem.* §. *quoties, de iure fisc. Surd. decis.*382. *Ann. alleg.*2. & a Iudice sęculare posse fieri videtur; nàm non est Clericum mulctare, sed reum ab impetitis absoluere, quod sęculari Iudici est licitum, quando Clericus coram eo agit, & succumbit, & maximè quia causæ amissio est ciuilis cognitionis, & aliqua similia adducunt *Guttier. q.*241. *lib.*1. *Cabal. cas.*261.
98 Itèm ratione causæ, si defunctus laicus relicto hærede Clerico moriatur, Clericus forum declinare non potest, *l. hæres absens, ff. de iud.* & *ibi Barbos. ex num.*125. *Boer. dec.*60. *num.*32. *Marant. in sua praxi, vers. & omnia fiant durāte instantia, ex n.*13 *Couar. pract. quęst. cap.*8. *Gaill. obseru.*37. *Surd. dec.*110. *ff. de iud. Castill. dec.*2. & 200 *Cęuall. com. contr. com. opin. quęst.*36. *Fontanel. decis.*311. *num.*23. & *dec.*332. *Molf. ad Consuetud. Neap. tit. de person. par.*2. *q.*8. & *cons.*19. *Guttier. lib.*2. *q.*49. maximè lite
99 contestata, quando sola citatio requiritur ad perpetuandam iurisdictionem Iudicis citantis, *Barbos. in l. si quis posteà quàm, à num.*36. *ff. de iud. Reg. Marin. cap.*54 *ex num.*11. Sic, si quis Clericus post litem coram sęculari inchoatam efficiatur, coràm eodem est prosequendum, *l. si quis posteà,* & *ibi glos. ff. de iud.* & *ibi Barbos. ex num.*199. si interim instantia non esset perempta, *Grass. de eff. cler.*1. *eff. num.*1239. & ille Iudex quoad distractionem realem erit competens, *Aluar. in spec. Iur. Pontif. cap.*36. *vers. vbi verò post iudicium inchoatum, Reg. Sanfel. decis.*2. *num.*12. & dictum est supra *n.*79.
100 Quid si Clericus in auctorem ex facto suo, vel sui defuncti, cuius est hæres, nominetur, an forum declinare valeat, *Marant. in prax. vbi Iud. Eccl.* tenet, quod non, cum potius voluntarius, quàm necessarius defensor dici possit, *Gaill. obseru.*37. Contrarium alij opinati fuerunt, Clericū fori exceptionem opponentem ibi esse remittendum, ad exemplum de Neapolitano in auctorem vocato, de quo per *Capyc. decis.*197. *Vrsil. decis.*380. *nu.*8. *Gram. decis.*21. *num.*9. *Boer. decis.*69. *Ann. sing.*45. *Add. ad* Cappel. *Tholos. decis.*360. proceditur enim cum alijs, & non auocatur tota causa, vt ibi *Vrsill. Muscatell. in praxi, vers. nominet,* & *Barbos. in l. venditor, ff. de iud. ex nu.*143. concludit, non reperiri in hoc
101 Ecclesiasticos priuilegiatos, solùm Fiscum hanc prærogatiuam habere, quando nominatur auctor, *l.*3. C. *de iure Fisci*, quia non mutatur iurisdictio, sed tantùm Iudices ad causas Fiscales videndas destinati videntur, vt *C. vbi caus. Fiscal.* sed quādo est diuersa iurisdictio, actor reum mutare non tenetur, & si Clericus conuentū defendere voluerit, in sua erit libertate, sed vt ipse conueniatur, prætermisso conuento laico petere non potest, vt diximus supra hanc *prag. par.*1. *ex num.*325. *Barbos. de iur. Eccles. vniu. lib.*1. *cap.*29. §.2. *ex nu.*116. *Rotund. de prȩuen. cap.*20. *à num.*19. Reus verò si in sęculari iudicio condemnatus fuerit, licèt acta ista coràm Eccle-
102 siastico non probent, *cap. at si clerici, de iud.* tamen si Clericus ad defendendum nominatus fuerit, vel de lite, pro qua ipse est

est auctor,certioratus fuerit , reassumptis
actis Ecclesiasticus adiri poterit , vt causa
contra auctorem Clericum terminetur,
vtputà quando sęcularis contra Clericum
reconuentum cognoscit: nam Ecclesiasti-
cus adiri poterit , vt ex eisdem actis coga-
tur Clericus,*Franch.decis.512.nu.5.*& no-
103 uissimè *Montan.contr.84.* Quid si res liti-
giosa in Clericum transferatur , an recta
via contra eum vti possessorem exequi
possit,iuxtà *l.fin.C.de litig.& cap.Reg.*con-
uentus? vide *Vrsil.decis.331. Viu.decis.44.
num.6.Franch.dec.545. Cęual.com.opin.36.
num.14.& quæst.899.ex num.80. Carleual.
disp.2.q.7.sec.3.num.936. Castill.cum Add.
decis.2.supra num.8.* & an Iudex Ecclesia-
sticus hoc casu Clericum in expensis con-
demnare teneatur,*Guttier.q.20.lib.1.* quid
si lata esset sententia , *Mastrill. decis. 79.
Guttier.lib.2.q.132. Cęual.comm.opin.820.
num.29.*

104 Itèm ratione loci continua est con-
trouersia,quando confugiens ad Ecclesiã,
illius immunitate gaudere debeat , iuxtà
*tit.C.de his,qui ad Eccles.confug.& ext.in 6
de immun. Eccles.* de qua *Clar.q.30. Farin.
q.28.Tap.super cap.Reg.95. de immun.Eccl.*
multi enim sunt casus, in quibus sine hæ-
105 sitatione delinquens , & immunitate
priuatur,scilicèt si publicus latro,viarum
aggressor,agrorum depopulator,homici-
diarij in Ecclesijs , & Cęmeterijs vulne-
rantes,proditoriè, vel mediante assassinio
occidẽtes,læsę maiestatis,hęretici,& alij,
qui de iure communi sunt excepti, vt no-
tauit *Reg.Tap.super Iure Reg. sub tit.de im-
mun.Eccles.in cap.Reg.95.* Qualitèr de hac
106 exceptione summariè , vel plenariè co-
gnosci debeat? vide *Gratian.discept.c.596.*
an Clerici hac immunitate gaudeant? vi-
de *Cęuall. com. opin.689.* an delinquentes
in Ecclesia, vel propè sub spe refugij, vel
si in Ecclesia coniurationem fecerint? vi-
de *Guttier.lib.3.cap.10. cum seq.* & an de-
108 cocti debitores , idem *Guttier.lib.1.c.1.
Couar.var.resol.lib.2.cap.20. Cęual.comm.*
109 *opin. 683.* & an monetarij falsæ mone-
tæ , & raptores gaudeant? *Guttier.cap.4.
cum seq.lib.3.*& an sacrilegi,& furantes in
Ecclesijs, *de Ponte decis.14.* Quid si extra-
ctus assentiat,an in Ecclesiæ præiudicium
110 renunciare valeat? vide *Mastril.dec.169.*
Bona furto subtracta, vel in contrabanno,
aut à debitoribus in Ecclesia reposita , &
mancipia ibi refugiata , qualitèr præce-
dente Episcopi licentia extrahantur, vide
*text. in cap.metuentes, caus.17.q.4. & in
cap.inter alia,§.si verò seruus, extr.de imm.
Eccles.& in l.præsenti,§.1. C.de his, qui ad
Eccles.confug.Couar.var.resol.libr.2. cap.20.
num.15.vers.vigesimo octauo, Oldr.cons.54.
Decian.lib.6.cap.27.num.34. Peregr.de im-
mun.Eccles.cap.13. Mauson.de contrabann.
q.8. Reg.Reuerter. decis.222.* Hęcq; pauca
dogmata,& quæstiones magis controuer-
sas perfunctoriè , & remissiuè enunciaui,
dum vlterius progredi non conuenit, re-
liquas apud DD. qui de potestate Eccle-
siastica , & sęculari tractarunt , reperies.

Ampliata iam conclusione ex huius no-
stræ 8.pragm.textu posita , tàm in prima,
quam in hac secunda parte , vt Barones
merum,vel mixtum imperium,aliasuè iu-
risdictionem non exerceant,nisi quatenus
iure,vel priuilegiorum virtute , vel legi-
tima præscriptione sibi licebit. Diximus
qualitèr de iure, & iurisdictionis priuile-
gijs , necnon de Baronum prærogatiuis
constare debeat. Restant videnda , & de-
claranda vltima pragmaticæ verba, *Qua-
liter, & præscriptione.* Talia etiam in va-
sallorum , & Regij Fisci damnum acquiri
poterint, & è contra, qualitèr Vniuersi-
tates contra Barones præscribere valeant,
quæ materia intricatissima est, tam atten-
ta iuris , quam Regni dispositione ; vndè
breuitèr,& conclusiuè omnia, quæ ad no-
strum pertinent,perstringemus.

111 Barones igitur aut in suis Terris ali-
qua in Coronæ, & directi dominij signum
seruata , & a Rege inseparabilia , nempè
ius superioritatis,& similium præscripsis-
se supponunt; & quia super istis potestas,
& inobedientia fundantur, *l. benè à Zeno-
ne,C.de quatr.præscrip.* hæc impræscripti-
bilia esse , & etiam immemorabili tempo-
re quęri non posse resolutum est, *Bald.in
l.fin.ff.de sacros.Eccl. Iason.in l. imperium,
ff.de iurisd.omn.Iud.Bellug.rubr.12. Franc.
Balb.de præscrip.1.par.quintæ partis,* quic-
quid dixerint *Vasq.contron. cap.82.* & ex
multis comprobant *Bellug.in specul.Princ.
rubr.22.§.& quia quotidiana,ex n.25.Can-
cer.lib.2.tit.de iurisd.omn.Iud. ex num.109.
Aul.cap.Prætor, cap.1.à num.11. Gabed.
decis.41.par.2.Amaya in l.3.num.21. C.de
ann.& trib.lib.10.*qui enim reseruata prę-
scripsisse , & ideò se ad obedientiam præ-
standam , & Regiam Coronam recogno-
scendam non teneri prætendit , de facto à
Terris etiam coniurato bello expelli de-
bet,*Cyn.& alij in l.2.* C.*de condit. ob caus.*
non inquam membra a corpore separari
licet,*cap.cui non decet, de præscript.* & vti
facto occupant,de facto expoliantur, *Luc.*
112 *de Pen.in l.viros,* C.*de diuer.offic. lib.10.*
Aut verò de alicuius integri feudi tra-
ctatur , & tunc immemorabile requiritur
tempus , probato seruitio, & possessionis
qualitate verificata;nam eatenùs pręscri-
ptum censetur , quatenùs fuit possessum,
ex regula *l.1.§.si quis, ff.de itin.actuq.priu.
Felin.in cap.auditis,de præscrip.*& in dubio
secundùm feudalem naturam iudicatur,

Doct.

*DD.in cap.*1. §.*sciendum, de feud.cognit.* & iuxta Regionis, eiusq; consuetudinis naturam, *Afflict.decis.*226. si verò de præscri-
113 bendis aliquibus Principi, non in signum supremæ dignitatis, sed in titulum particularem reseruatis tractetur, de quibus in *cap.*1.*tit.quæ sint regal.* hæc enim, prædicto immemorabili tempore, similitèr Baro suis in Terris quærere valebit: nam omnia quæsibilia priuilegio, quæri possunt & præscriptione, *Guid.Pap. decis.* 514. *Iacobin.de feu. vers.confiscationes, ver. fluminibus, supra prag.*1.*num.*113. & proindè merum imperium, & iurisdictiones aliç præscribuntur, *DD. in l.imperium, ff.de iurisd.omn.Iud.* & tanto temporis spatio su-
114 perioris scientia, patientia, & consensus præsumuntur, *Gram. decis.*40. *Afflict.decis.*107. & licèt regularitèr ministrorum
115 factum Domino non præiudicet, *Free. quæst.*28. *Ann.rubr.de vasall.decrep.ętat. num.*453. *Rouit.pragm.*9. *num.*38. *de feud.* attamèn talis antiquissimus cursus hæc omnia pręsumit, *Guttier.lib.*1. *q.*85. *cum*
116 *seq.* Sed si vera Principis scientia daretur, tunc cum quadragenaria præscriptione sufficeret, *Guttier. quæst.*86. vel si de pręscribendo contra alium Baronem tractaretur, idem *Guttier.quæst.*87. *Auend. cap.*1.*Prætor,lib.*1. *Couar.regul.peccatum, par.*2. *relect.* §.3.*num.*5. & quomodo ini-
117 tium, & sequuta quasi possessio probanda sint, *Mascard.de prob. conclus.incip.merum imperium, & Boss.tit.de Princ. nu.*279. Idem tempus legitimum erit, si Barones
118 aliqua iura contra vasallos, & Vniuersitates quęsierint; nam licèt sint extra inuestituras, & prętèr, vel contra ius, immemorabili tamèn consuetudine quęri poterunt, vt abundè dixi in *pragm.*1 *supra ex num.*186. quę conclusio parilitatem habet: nam & vasalli, & Vniuersitates licèt de iure sine legitimo priuilegio nullam iurisdictionem habere possint, vt in *const. cum satis, Auil.in l.Prętor, cap.*1. *ex num.*1. *& cap.*5.*num.*8.*Gabed.decis.*73. immemorabili tamèn consuetudine, & pręscriptione iurisdictionalia aliqua quęrere
119 contra suos Barones non prohibentur, vt videmus in multis Terris, & Ciuitatibus, quę diuersas habent prerogatiuas, aliquos creandi Officiales, vel delinquentibus indulgendi, seu transigendi, quę immemorabili tempore quęsierunt, vt per *Afflict. & Tap.in d. constit. Bald. in d.l.*1. *C.de emancip. liber.* consuetudo enim or-
120 dinariam iurisdictionem dare potest, & ex tempore Regius assensus, cęterequè solemnitates pręsumuntur, & omnis abstergitur macula, *Reg.Tap. d.constit. Cum satis, num.*6.*Guttier.obser.*84.*Mastrill.lib.*1. *cap.*7. Hinc Ciuitates Lombardię multa habent regalia, *Crauet.cons.*117. *volum.*4.
121 *Montan.pragmat.*2. *de admin.vniuers. ex num.*180. *Auend.de exeq.mand. cap.*1. Ciuitates autèm, quę per Rempublicam gubernantur, omnia possident regalia, *Bart. in l.*1.§.*de qua re, ff.de postul.Gaill.obser.*57 *num.*7.*Rolan.cons.cons.*29.*volum.*1. *Peregr. de iure Fisci, tit.*1. *cap.*2. *num.*44. qui loquuntur de Ciuitatibus Venetię, Ianuę, Senarum, Lucanę, & Florentię.
122 Sed oritur difficultas ex *cap.*1. §.*si quis per triginta, tit.si de feud.defunct.fuer. controuers.* vbi habetur, vasallum feudum contra Dominum annorum triginta spatio pręscribere posse, si feudum ipse possederit, & seruitium pręstiterit, licèt in-
123 uestituram non ostendat, cum tanto tempore pręsumatur, & ista pręscripta inuestitura sufficit, *Camer.in cap.Imperialem, fol.*8. *liter.C.* & maximè in possessorio, quę pręscriptio non solùm contra Dominum, verùm etiam contra alium priuatum feudum habentem, à rationis maioritate locum sibi vendicat, vt in *constit. Consuetudinem prauam, Afflict. decis.*324. *num.*5. & procedit non solùm in feudo integro, sed etiam in parte quotatiua, vel augmento: nam si pro illa parte de seruitio pręstito constet, tamquàm de re feudali, idem iudicandum de toto quoad totum, quod de parte quoad partem, *l.quæ de tota, ff.de reiuindic.* & dictat *d. constit.Consuetudinem prauam:* procedit
124 tamèn talis pręscriptio, si aduersarius est in Regno, secus si ab eo absit, *Ann.in repetit.rubr.de vasall. decrep.ętat. ex num.* 451. *de Curt. in suo diuers.fol.*76.*num.*142. nec Proregis pręsentia sufficit, dum ille feudo nouitèr donationis titulo inuestiendi potestate careat, *Camerar. in cap.Imperialem, fol.* 8. *à liter. G.* Nec refragatur huic conclusioni *cap.Imperialem, de prohib.feud.alien.* vbi omnes feudorum alienationes nullas esse statuitur, quauis præscriptione non obstante, ibi: *Nulla temporis pręscriptione impedientes, & in cap.*
125 1.§.*præterea de cap. Corrad.* ibi: *Nulla obstante pręscriptione reuocare*, nam *gl.*ibi *verb. præscriptione* declarat, intelligi de pręscriptione decem, vel viginti annorù, non de triginta, vel quadraginta, qua omnis actio de iure tollitur, *l. omnis C. de*
126 *præscript. trig. ann.* & sic si Baro aliquid feudi, in subfeudum absq; Regis assensu per duas vices concesserit, & concessio per triginta annos firma permanserit, cõstitutum feudum planum intelligitur, & sic solo Baronis consensu alienabile, *Reg. de Pont. de pot. Proreg.* §. 2. *ex n.*2.*sub tit. de assen.* Sed si rem feudalem in burgensaticam conuertere velit, tale tempus non opitularetur, sed centenaria saltem requi-

reretur, *Ann. in const. Diuæ mem. n.* 185. ex *Andr. in d. §. si quis per triginta.* Verùm hæc conclusio feudum triginta annorum spatio præscribi posse præcedit de iure
127 communi feudorum; Sed in Regno per *Const. Quatrigennalem* sancitum fuit, cõtrà fiscum non præscribi, nisi centum annorũ spatio, & sic per eam respectu fisci corrigitur, *§. si quis per triginta*; Nec iuuat præsumptam allegare inuestituram, titulum, cum dicta præscriptione, & seruitij præstatione probando, dum in Regno omnes inuestituræ, priuilegiũ, gratiæ, & assensus in quaternionibus registrantur, vt fuit ordinatum cum clausula irritatiua in cõtrarium, *Frecc. de subfeud. q.* 28.

Hinc solent consultò Barones, dùm est inter ipsos, & vasallos controuersia in S.
128 Cõns. procurare, vt fiscus pro suo interesse compareat, vt ipse audiatur, & suo nomine cumulatiuè cum Barone iura coadiuuet, pro suo interesse secundario, & cum in omnibus causis, vbi fisci interesse subest, fiscus suum Iudicem habet particularem, qui est Regia Camera, & sub hoc Clypeo ad eam eorum causas trahere prætendunt, vt actores vexentur, & causæ protrahentur, vt aduertit *Ann. in constit. Diuæ mem. n.* 12. & ne latentèr causæ à S. C. & præcipuè istæ feudales, quæ ad id Tribunal propriè pertinent, auferantur, edita fuit *prag.* 37. *de offic. Sacr. Cons.* qua vbi de præsentaneo fisci interesse nõ agitur, & vbi non est reus, actor, vel auctor, Reg. Camera causas a S. Conf. auocare nequit, quam *prag.* commendat *Molfes. tit.*
130 *de renunc. quæst.* 4. *ex n.* 33. Limita etiã si quis quotam feudi præscribere velit, vt in *d. const. Consuetudinem prauam*, nõ enim diuisio sine assensu, vel præscriptione immemorabili fieri potest, *Paris. de reintegrat. feud. quæst.* 299. *Viu. dec.* 226. *Vrsill. dec.* 254. *n.* 3. Inde Vniuersitas, & Vasalli, vt diximus, ius lignandi, pascendi in demanio Baronali, minori tempore, quam centenario, præscribere nõ possunt, nam hic de feudo, & feudi recognitione per naturam feudalem non tractatur, sed de præscribendo ius contrà feudum, & etiam si præstaretur seruitium, quotiescũquè feudum diuiditur, ea præscriptio non procedit, *Lanar. conf.* 40. *&* 93. *Vrsill. vbi supra*, particulares enim concessiones,
131 & diuisiones multa parant incommoda, *l. tutor, §. lutius, ff. de vsur.*
132 Dixi, Vniuersitates præscriptione aliqua iura contra Barones quærere posse: vidi dubitatum, quomodo Vniuersitas corpus non habens præscribere valeat? nam si dicamus hoc fieri per Ciues, videtur illud ius particularibus ipsis quæri posse, non autem Vniuersitati, pro qua Ciues actiones non quærunt, prout Vniuersitas non puniri dicitur, quia maior
133 pars Ciuium deliquit, nisi congregato Concilio, tota deliberasset, vt tale delictum fierit, *Affl. decis.* 376. *Mascard. de probat. concl.* 165. *incip. Vniuersitas. Cons. Pascal. de patr. potest. cap.* 10. *ex n.* 31. Sed contrarium est verum, nam per actus publicos Ciues ius, & actionem Vniuersitati quærunt, *Crauet. cons.* 192. *Cepol. tit. de seruit. iuris pascendi, n.* 25. *Hier. de Mõte in tract. fin. regund. cap.* 70. *Surd. dec.* 236. & actus priuati ciuium ius in communi, & publico faciunt, non autèm in particulari, incipitq; quasi possessio, & deinde actio pro Vniuersitatibus præscribendi.
134 Postremò quia Baronibus, & econtrà Vniuersitatibus multa etiam conceduntur ex conuentionibus, & Capitulis gratis inter se conuentis, & quotidianæ sunt super talium obseruantia hæsitationes, necessariò videndum est, an de iure hæ cõuentiones substineantur, & cum hucusq; locus opportunus non occurrerit, & valdè ad nostrum institutum conferat, ideò hic materiam hanc collocare ad propositum duxi: Verùm pro elucidatione multa antea præmittenda sunt, & primo aduerte hæc priuilegia, & concessiones ad inuicẽ, præcipuè in noui Baronis ingressu esse solita, nam vasalli, & Vniuersitates
135 feudi possessionem illi præbere nõ solẽt, nisi prius gratiæ subscribantur, & antiqua priuilegia confirmentur, *Cancer. var. resol. lib.* 3. *cap.* 3. *à n.* 175. *Fontanell. de pact. nupt. clauf.* 4. *glos.* 10. *par.* 1. *n.* 35. & populus vna cum Clero quando processionalitèr, & solemnitèr nouo Domino obuiã ire solet, argum. ex *l. si quis sepulchrum, ff. de rel. & sump. funer.* pro cuius Domini aduentu aliqua erogari posse, ait *Marc. Ant. Surg. de Neap. illustr. cap.* 5. *in fin.* & ei dona mitti permittitur, *glo. in §. pen. Instit. de rer. diuis. tex. & glos. in l. contra iuris, §. fin. ff. de pact.* ibi: *Si iusta ratione motus donet, vt puta magistro. Franc. Marc. dec.* 36. *&* 108. *par.* 2. & honoraria dona vocatur, *Surg. ibi n.* 31. intellige certa munuscula, cũ Vniuersitatib⁹ dona alicuius
136 quantitatis Baronib⁹ sine Proregis licẽtia, & quantitatis refrænatione dare non licere diximus supra *prag.* 3. *n.* 8. *de Pont. sub tit. de diuersis prouis. tit. de donis, & expens. Vniu. n.* 12. *Auend. de exequ. mand. cap.* 10. *n.* 15. *lib.* 2. Suadeo ne isto tem-
137 pore importunè noua priuilegia petantur, & antiqua confirmentur, nam importunè obtenta licitè reuocantur, *Bart. in l. priuilegia, C. de sac. san. Eccles.* & in terminis *Petra de potest. Princ. fol.* 18. *n.* 268. *Felin. in cap.* 1. *de probat.* consultò enim omnia

omnia fieri oportet, & nisi legantur, &
trutinentur, eorum confirmatio inutilis
est, *Gram. dec. 59. n. 21. Add. ad Capyc.
decis. 163.* & adagium est, quod importu-
nè petitur, consultò reuocatur. Nec ge-
neralis confirmatio iuuat, ne iterum re-
uideantur, *Gram. dec. 66. n. 52. Affl. decis.
128. in princ. Peregr. de iure fisc. tit. 3. n.*
138 *15. Viu. dec. 206.* Confirmatio enim aut
est in forma communi, vel speciali; In for-
139 ma communi dicitur facta sine antiquo-
rum priuilegiorum insertione, nam sine
causę cognitione, & de certa scientia con-
cessa, nullum ius tribuunt, nec vllum actũ
conualidant, etiam si, *de nouo concedo,*
dictum fuisset, *Camerar. in cap. Imperialẽ
fol. 90. lit. k. Soccin. Iun. cons. 32.* & potiùs
maiorem dat auctoritatem, quam firmi-
tatem, & semper sine confirmantis pręiu-
dicio subintelligitur ad *tex. in cap. 1. per
quæ fiat inuestit.* & ibi *Andr. Bald. in cap.
venientes de iure iurand. Auend. de exeq.
mand. cap. 19. n. 5. Roland. cons. 29. vol. 1.*
nec clausulæ de certa scientia, ac vt om-
nia habeantur pro expressis, sufficiunt, vti
de stylo, *Paris. cons. 106. vol. 3.* non enim,
superiorem iniusta, vel nulla approbare
velle, pſumitur, *Bart. & alij in l. 1. ff. de his,
q sunt sui, vel alieni iur.* imò neq; iuramẽ-
tum obstat, cum ad iniusta, nulla, non
cogitata, vel non discussa non extendatur,
sed potiùs per obreptionem priuilegia si-
mili modo obtenta confirmata dicuntur,
non obstante clausula *de certa scientia,
Guttier. de iuram. confir. par. 1. cap. 38.* Cõ-
firmatio verò specialis tribuit ius, ac si de
142 nouo concessio fieret; & donationẽ, &
omnium iurium importat extẽsionẽ, *And.
in cap. 1. de Vas. decrep. ętat. Franc. de
Amic. de his, qui feud. dar. poss. fol. 110.
col. 1. Ruin. cons. 84. Sese dec. 15.* Sed quę
dicatur specialis? dic, quando omnia si-
gillatim in confirmatione exprimuntur,
Menoch. de arbitr. Iud. casu 202. idẽ si ex
verbis prægnantibus, & geminatis, & ex
clausulis positis certitudinalitèr, vel prę-
sumptiuè appareat, mentẽ cõcedẽtis esse
ad concessionarij beneficium confirmare,
dare, & relaxare velle, vel nisi omnia si-
gillatim expressa essent adiecta, sit clau-
sula, vt tenor habeatur pro expresso, cum
visa, & recognita fuerint priuilegia, nam
tunc relatum erit in referente, maximè
addito iuramento, cuius virtus certiora-
143 tionẽ inducit, & vim specialis expres-
sionis habet, *Guttier. vbi supra, Gabr. Rom.
tit. de iure iur. concl. 4.* & substinet effectũ
specialis consensus; *glos. in l. eum pater. §.
filius matrem, ff. de legat. 2. Serafin. de pri-*
144 *uil. iur. priuil. 119. Ioseph Sese dec. 98.* &
eò magis priuilegia isto secundo modo
confirmata valent, si longum tempus trã-
sierit, vel si post confirmationẽ obseruata
fuissent, *Alex. in l. qui aliena, ff. de acquir.
hæred. & cons. 179. vol. 7. Crauet. de antiq.
tempor. 3. par. n. 6. Dec. cons. 159. Roland.
d. cons. 99. vol. 2.* & decem annorum diu-
turnitas sufficiet, *Crauett. loco cit. Castr.
cons. 202. & 375. lib. 1. Soccin. cons. 28.
lib. 1. Gram. dec. 66. n. 31.* & nota, Vniuer-
sitatem ius aliquod ex priuilegio, consue-
tudine, vel alio iure habentem, confirma-
tionẽ à Barone petere non debere, nisi
protestatione, quod ex ea aliquod præiu-
dicium sibi non inferatur, *Ann. sing. 586.
Rouit. in prag. 1. de priuil. Vniuers. à n. 20.*
sed parum nocere posse credo, prout in
assensu dicimus, qui si expediatur quando
non est necessarius, petenti non officit,
nec in aliquo ex eo sibi præiudiciũ infert,
& dicitur superfluus, vti clausula, *arma,
virumq; cano,* in stipulationibus posita, ex
*Andr. in cap. 1. §. sed nec, & alio iustior, n.
38. quæ sit prim. caus. benef. amitt.*

Item perfunctoriè est pręmittendum,
an Terræ demaniales alienari possint?
Doct. distinxere, aut Ciuitates, & Terræ
sunt demaniales ex antiquo in potestate
146 Regia detentæ, aut ipsę cum venditæ
fuerint ad demanium prouocauerunt, aut
sunt feuda alienari solita, & vasalli Do-
mino ementi liberè se subiecerunt. Primo
casu Terræ, quæ semper vel ex antiquo
de demanio, & inter regalia fuerunt, &
hę in Coronę præiudicium alienari non
possunt, quia Regni patrimonium denu-
daretur ex originaria, *Bart.* doctrina *in l.
prohibere, §. planè, ff. quod vi, Bellug. rub.
9. Vasq; controu. cap. 3. cum seq.* Princeps
enim habet bona duplicis generis, alia
sunt patrimonialia propria, de quibus vti
quilibet priuatus disponere poterit, vt *C.*
147 *de fund. rei priuileg. lib. 12. & C. de fund.
patrim.* Alia Regis demanialia dicuntur,
quæ in vsum, vsumfructum, pro defensio-
ne Coronę, & sui auctoritate Principi tri-
148 buuntur, *Luc. in l. quicumque, C. de bon
vac. lib. 10. Ann. alleg. 69.* & de istis nec
alienando, nec infeudando disponere po-
test, *Andr. in cap. Imperialem, §. præterea,
vers. nec Dominus, de prohib. feud. alien.* &
ibi *Camerar. fol. 80. lit. C. Capic. dec. 121.*
eò magis renuentibus vasallis, quorum
interest à manu Regia non discedere, & se
Baronis subiectioni, totq; grauaminibus
subijcere, *Andr. in d. cap. Imperialem, §.
nec Dominus à n. 43. Capic. dec. 173. Pereg.
de iure fisc. fol. 29. & Camerar. in c. Impe-
rialem, fol. 108. lit. I.* licèt contraria fun-
detur in consuetudine, quod stante magna
149 necessitate Principi alienatio permitti-
tur, & maximè quando alienanda, in ma-
gnam Coronę deteriorationẽ non tẽdunt,
*Capic. dec. 166. & in Inuest. fol. 149. cum
seq.*

*seq. Ann. alleg.*50. *& 69. Pascal. de patr.*
*pot. cap.*1. *Iacobin.de feud.vers.species feu-*
dorum ex n. 14. *de Pont. cons.*70. *n.* 38. *&*
de potest. Proreg. tit. de diuers. prouis. §. 1.
*Tap. de const. Princ. cap.*4. *rub. de Curte in*
*suo diuers. fol.*8. *Cancer. var. resol. cap.* 3.
lib. 3. *ex n.* 357. *Mastrill. de magistr. lib.*3.
*cap. fin. Castill. de tertijs cap.*17.& dixi su-
pra *par.* 1. *n.* 152. Secundo casu quando
vasalli ad demanium prouocantes se re-
demerunt, ad manus Regias deueniendo,
quod licitum est, & Vasalli prælationem
150 habent, si prctium Domino directo offe-
rant, nam & si de iure Vasalli emptorem
reijcere possint ex *tex. in l. inuitis, ff. de*
fideicomm. libert. Andr. in d. cap. nec Domi-
*nus, Vrsill. dec.*265. *Capic. dec.*162. *Crauett.*
*cons.*224. *Gabriel. tit. de iure quæsito non*
toll. concl. 7. tamen huic opinioni con-
traria consuetudine fuit abrogatũ, *Frãch.*
151 *dec.*17. Vndè solùm remanet prędictum
remedium prouocandi ad demanium, em-
ptori pretio cum interesse infra annum
in Regia Camera oblato, ex *cap. Titius si*
de feudo fuerit controu. fauore enim liber-
tatis, licèt emptor effectus esset Dominus,
soluto tamèn pretio terram emptam rela-
xare cogeretur, arg. *l.*1. *C. de capitat. ciuiũ*
*exim. lib.*11. vbi *Faber.* Indè dicunt potiùs
fauore libertatis, quã prelationis demaniũ
vasallis concedi, *de Curt. in suo diuers. feud.*
152 *fol.* 8. *n.* 4. Verùm Vasalli permictere
non debent, vt emptor liberã capiat pos-
sessionẽ, sed quãdo assicurationis iuramẽ-
tum prestant, coactè se eum in dominium
recipere protestentur, sibiq; iura demaniũ
petendi reseruent, nam alias posteà ad de-
manium non facilè admitterẽtur, *Andr. in*
cap. Imperialem n. 48. *de prohib. feud. alien.*
per Feder. Ann. d. alleg. 69. *n.*13. Et quod
dixi, vt intrà annum petatur, adeò est ne-
cessarium ex recepta Regni Consuetudi-
ne, vt etsi de iure quatriennium, ex capi-
te restitutionis Vniuersitatibus detur, ta-
mèn hodie per *prag.* 63. *cap.*5. *de offic. pro-*
cur. Cæsar. constitutum est, restitutionẽ
hoc casu amplius non concedendam; re-
stitutionis enim beneficium lege tolli po-
test, *Sforz. de restit. in integr. par.* 1. *q.*55.
154 & istud tempus Prorex minuere valet,
Ann. in constit. Diuæ memoriæ, à num. 261.
Vndè aduertant Vniuersitates, vt intrà
annum petant, & pecuniam offerant, pro
qua exigenda licitum est, vasallis ad liber-
155 tatẽ assequendam collectas imponere,
*Tes. dec.*257. *Gram. cons. ciu.* 69. dummo-
dò Vniuersitas non depauperetur, & hoc
est vnum de requisitis ad obtinendũ; aliud
156 est, vt interueniat omnium ciuium cõ-
sẽsus, cum tale onus singulos, vt singulos
respiciat, & proindè omnes approbare
debent, licèt rectiùs Doct. dicant pro li-
bertate comparanda sanius consilium, &
maiorem partem sufficere arg. ex *l.*1. *cap.*
de comm. Ser. manum. Crauett. cons. 195.
n. 10. quod Reg. Camerę arbitrio remit-
titur, *Franch. decis.* 517. Imò vnus ciuis
demanium petere poterit, si solus pretiũ
de suo soluere valeat, *de Curt. vbi supra n.*
7. & latè ad materiam *Rouit, in prag.* 64.
157 *tit. de offic. procur. Cæsar. de Ponte tit. de*
diuers. priu. §. 1. *Sese decis.* 36. *n.* 1. *Reg.*
Capyc. Galeot. controu. 7. *Montan. in cap.*
Imperialem, §. præterea Ducatus ex num.
144. quibus vos remitto.

Et deueniẽdo ad quęstionẽ propositam
quando capitulationes inter Barones, &
vasallos obseruandæ sint, Dic. Quod si hæ
conuẽtiones ad beneficium Vniuersitatis
fiant aliqua pecunia recepta per Baronẽ,
158 vel in recompensam alicuius rei ei tra-
ditę, vel ne dominium petatur, quia illæ
potiùs gratiosæ, quam honorosę dicũtur,
omninò sunt per Barones obseruandæ,
*Socc. in l. ex tot. in fin. concl.*7. *ff. de legatis*
1. *Crauett. cons.* 211. *Gaill. obser.*54. *lib.*2.
Ozasch. decis. 139. *n.* 22. & adduco te-
xtum notabilem in *l.* 2. *ff. de iure imm.* cu-
ius verba sunt: *Hi, qui certa conditione,*
muneribus, vel honoribus se astrinserunt cũ
alijs compelli nõ possent, fides ei seruanda est,
conditio quoq; qua se, siuè ad honores appli-
cari possunt. Quando enim gratiæ, vel
159 priuilegia in contractum transeunt, fir-
miora sunt. *Bald. in l. si qui se patris, co-*
*lum.*7. *C. vndè liber. Felin.* & alij *in cap.*
nouit. de Iudicijs. Ozasch. vbi supra n. 26.
& maximè stante iuramento, quod etiam
à Principe petendum esse dixit *Bellu. rubr.*
de iuram. à Princ. & saeramentum dicitur
fides Regia promissa, *Thes. decis.*47. *Gaill.*
*obser.*56. *Surd. decis.*234. præcipuè si pe-
cuniæ datæ priuilegium non præponde-
raret, *Tiraquell. vbi supra, vers. donatione*
*largitus, num.*9. *Ozasch. decis.*139. *num.*10.
*Peregr. de iure Fisci, tit.*3. *num.*28. secus si
contra *l. quæritur, ff. de stat. hom.* sic quan-
do esset concessio in remunerationem,
iuxtà ea, quæ notauimus in *prag.* 3. *à n.*8.
nam Baro neq. à concessis recedere po-
test, dum neq. Principi permittitur, licèt
160 quando esset mera donatio, quandoquè
ex causa eam reuocare posse dixere *Gabr.*
*Roman. conclus.*7. *de iure quęsit. Reg. Tap. de*
*constit. Princ. l. fin. cap.*9. *par.*3. inferioribus
tamèn hæc reuocandi facultas denegatur,
*Felin. in cap. nouit. num.*11. *de indic. Rip. re-*
*spon.*3. *de diuer. rescript.* nam donatio post-
quàm profecta est sine legitima causa re-
uocari non poterit, *l. perfecta, C. de donat.*
quæ sub mod. Bertaz. in terminis *cons. crim.*
420. contractus enim onerosus difficiliùs
dissoluitur, *l. habent, ff. de pact.* & licèt Vni-
uersitates in Regno donare non possint,

ma-

maximè ex prag.5.§.pen.de admin.vniuers. vt diximus supra prag.3. tamèn in remu-
161 nerationem permittitur, cum tales donationes emptioni comparentur, l. aliquis. ff.de donat. Tiraquell. de reuoc. donat. fol.14. num.32. verb. omnia, vel partem, Montan. in d.prag. Auil. cap. Prætor, cap.3. vers. gratias, num.3. Petr. de potest. Princ. fol.197. nu.49. & potius præmutatio dicitur, Franch. decis.428. Gram. cap.202. Escobar. de ratioc. cap. 24. dummodo æquiualens saltem medium valoris rei concessæ attingat, Clar. §. donatio quæst.8. latiùs Tiraquell. de reuoc. donat. vers. donatio largitus. Pinell. de rescind. vendit. 1. par. cap.4. Indè si gratię, seù concessiones essent secundum ius, ad quas Baro de iure teneretur, & Vniuersi-
162 tas pro ijs pretium dedisset, restitutioni esset obnoxius, nam quæ actionem non præstant, neq; salarium merentur; & quod gratis quis exigi debet, iniquè accipit, l. fin. ff. de condic. ob turp. cau. Capyc. dec. 180. n. 17. & dixi prag. 3. in princ. Sed supradictæ intelligendæ sunt quando cōcessiones sunt præter ius, vel contra ius priuatum, prout in gratijs, quæ concedi
163 solent, ne Baro officialē, qui Doctor non sit, constituere possit, nam etsi de iure etiā inlitterati officia exercere valeant, l. certi, C. de Iudic. & dixi supra prag. 3. talis concessio vicetur præter ius, & erit seruāda, sicq; ne locetur Actuaria nisi illi, qui sit Notarius, nam hęc concessio erit præter ius, cum secundum iuris dispositionē duo scriptores sufficiunt, vulg. cap. quoniā contra de probat. & ideò iudicauit S.C. inter Vniuersitatē Theani cum Principe
164 Ostiliani, nec fuit recepta fraus, dum affictus constituebatur coloratè cum Notario, & ille postea non Notario sublocabat, sicq; concessionis intentio fraudebatur, nam similitèr fuit decisum subaffictū nisi alio Notario fieri nō posse, argumēto eorum, quæ notant Doctores in l. non dubium, C. de legib. idemq; procedit ne officiales de aliqua Terra cōuicina, vel forsan odiosa cōstituantur, Marant. cons.103. & sic de similibus, nam id sustinetur, quia hęc priuilegia feudo non obsunt, neq; sunt contra ius, si tamen capitulationes, & gratiæ essent contra ius, vel in dignitatis præiudicium, vel in feudi detrimentum, & præcipuè absq; assensu nō sustinerētur,
165 & ipsemet Baro eas reuocare, & ab eis recedere posset, iuxtà tex. in l. quemadmodum, C. de agric. lib. 12. & cap. sicut nostris 27. iuncta glos. fin. de iure iur. cap. Imperial. de probib. feudi alien. Const. diuæ memoriæ. Petra de potest. Princip. cap. 32. §. 3. fol. 188. à n. 268. Pinell. in l. 1. 3. par. n. 73. de bonis mater. Sesse dec.79. confirmata enim semper intelliguntur, quæ
166 iuxtà sunt cap.1. de iure iurand. in 6. Bald. & Ias. in l. omnes populi n. 36. ff. de iust. & iur. Auill. in cap. prætor, cap. 17. glos. procur. n.4. solum Vniuersitati actio solutum repetendi maneret, l. 1. & 2. Cod. de condic. ob causam, & infrà ex n. 186.
167 Hinc multotiès fuit dubitatum, an Vniuersitati pro habenda sua terra in Camerā reseruatam Baroni donare licuerit? & pro elucidatione, cum a paucis sit pertractatum, præmitto istud ius Cameræ reseruatę consuetudine Regni potiùs, quā iure introductum fuisse, licèt ad iuris exēpla sit extēsum: Camera ergo locus dicitur locus de domo distinctus, & pro diei, & noctis habitatione separatus, Luc. de
168 Penn. ad C. de propos. sacri Cub. & reseruata nominatur, ad distinctionē; quod pro domini persona, non pro alijs, licèt familiaribus, paratur, cumquè munus milites hospitandi patrimoniale sit, itaut nullus regularitèr excusetur, l.3. de muner. patr.
169 lib. 10. nam sicut filijs educandis patres attēdere debēt, ita & patria, sic Vniuersitates milites, qui filijs Reipublicę sunt, educare tenentur, & dum ab hostibus eas tuentur, ab eis sunt alendi, l. militibus, ff. locat. Inde & milites cœlestis militiæ, vti clerici, & monaci, qui pro nobis orant, & suis orationibus nos tuentur, à nobis etiā
170 sunt alendi, Doct. in l. id, quod pauperibus, C. de Episcop. & cler. & Aduocatis publicis stipēdia assignantur pro defensione, quam pro ciuibus suscipiunt, l. Aduocati C. de Aduocat. diuid. iud. Hi omnes milites ali, & hospitio recipi debent, sed ob particulare priuilegium ab hoc munere
171 alios hospitandi ipsi sunt immunes, l. fin. §. pen. ff. de mun. & honor. & non solùm ipsi, sed tota eorum familia, Boer. dec.300. Et proindè si vnus ex fratribus ab hoc onere sit immunis, alios etiam in communio-
172 ne stantes reddit immunes secundum opinionem, Surd. dec. 301. Menoch. de arbitr. iud. cas. 379. licèt non à contributione, Add. ad cap. Regni 69. Ad propositum, Barones milites esse, & sic in iure vocari non ambigitur, cum pro Rege in
173 Regni necessitatibus sint ad pugnandū, & seruitium pręstandum accinti, cap. Imperial. §. firmiter, de probib. feudi alien. & sic eos nominat tex. in cap. si quis miles, tit. de feud. sine culpa non amitti, & rub. de milite vasallo, & diximus sup. par.2. n.263. Itaut mutus, Surdus, & impotens, quia militari non possunt, nec feuda retinere regularitèr valent, tot. tit. An mut. surd. & impotens. Si ergò priuati milites, & tota eius domus ab hospitandi onere sint immunes, eo magis esse debent milites illustres, vt sunt Regni Barones, & dum reseruant sibi locum, vbi cum sua familia degere

degere intendunt, conueniens est, vt ea
terra ex aliorum militum hospitio non
contristetur: vndè supplicāte Regno fuit
Baronibus, Comitibus, & Marchionibus
per Maiestatem Catholicam concessum,
vt vnam terram in Cameram reseruatam
eligant, excepto iure transitus, qui sēper
limitatus videtur, *glos. in l. si quis post hāc,*
174 *C. de ędif. priu.* Ducibus verò, & Princi-
pibus concessa fuit authoritas duas habē-
di terras in Cameram reseruatam ratione
maioris prærogatiuę, & præsumptionis
175 maioris status, & pluritatis terrarum,
in quibus diuerso tempore habitationem
fecere, & visitare solent, *arg. l. pen. C. de
metat. & epid. lib. 12.* & licèt posteà ibi
continuam non ducant habitationē loci
176 tamèn assumpti destinatio sufficit, vt ea
terra immunitate Camerę reseruatę gau-
deat, & sic sępiùs fuit iudicatum in Reg.
Camera, argum. ex *l. pen. ff. de iure milit.
Bart. in l. cætera, §. sed si separauit, ff. de le-
gat. 1.* quos ordines Suę Catholicę Maie-
statis, & decreta Reg. Cameræ enunciat
*Reg. Moles decis. 28. tit. de Cameris reserua-
tis.* Hæc igitur Cameræ reseruatæ in cō-
sequentiam Vasallos ab hospitandi onere
ob dominorum fauorē eximunt, & iustum
videtur, nam dum quotidiè Barones ho-
spites accipiunt non paucas habēt incom-
moditates, & onera, vt est notorium, vn-
dè Rex respectum habuisse videtur non
solum ad Barones, sed ad vasallos, istas
prærogatiuas eis concedendo. Indè orta
177 est dubitatio, quam in principio propo-
suimus, dum de isto articulo mentionem
facimus; An cum vtriusq; gratia priuile-
gium hoc videatur indultum, Barones
gratis istas Cameras reseruatas concedere
debeant, & videtur quod sic, arg. *l. hoc iu-
re, §. labeo, ff. de donat. Bart. in l. si plures
§. in arrogat. ff. solut. matr.* dum eorū fine
pretio à Principe gratis Barones obtinēt,
& ipsi gratis concedere debēt, in quam
opinionē inclinare videtur *Add. Mat. Surg.
ad Fratrem de Neap. illustr. fol. 409.* tamèn
quidquid sit, quia Baronum contempla-
tione huiusmodi priuilegia concessa fue-
runt, & attēditur, quod principalitèr fit,
non quod in consequentiam venit, *l. non
quemadmodum, ff. si cert. pet. Tiraq. de re-
tract. §. fin. gl. 2.* ideò fuit pronunciatum,
178 licere Baronibus de pretio pro faciēda
Camera reseruata, cum Vasallis conueni-
re, *Vrsill. dec. 101. Præs. de Cur. in suo di-
uers. feud. fol. 36.* factaq; Cameræ desti-
natione, variationē fieri, vel Terram ea
179 prærogatiua priuari nō posse notat ibi
Surg. Verùm Vniuersitates consulto pro-
cedere debēt, dum pro tali causa pretium
soluere intendunt, nam etsi Baro Terram
in Cameram destinet, & eam immunem

ab hospitandi onere promittat, tamèn
180 multotiès, quia non suo facto, sed Prin-
cipis ex vrgenti causa militum cohortes
mittuntur, non obstante quauis Camera
reseruata, cum hac enim conditione talis
à Principe Baronibus concessa censetur
authoritas, causa enim præcisę necessita-
tis semper præsumitur excepta, Barones
se excusant, & Vasalli sub hac credulitate
delusi reperiuntur, & dum Vniuersitas
Solofræ magnum interesse prætēdisset à
181 suo Barone, qui eam immunē ab hospi-
tio promiserat, quod à Principe postea
non seruatum, fuit Baro absolutus extitit,
quia non eius facto, sed superioris sic iu-
bentis, hospitium, non obstante Camera
fuit missum, & Principis factum dicitur
182 casus fortuitus, *Crauett. cons. 294.* limi-
tarem tamèn, si esset conuentum de casi-
bus fortuitis, vt Baro ad interesse tenere-
tur, nam ea conuentio valet, *Crauett. loc.
cit. & cons. 95. Gamm. dec. 349.* (& sic si
in assensu pro soluendo quid annuum Ba-
roni pro Camera adsit clausula, vt liceret
durante beneficio Cameræ reseruatæ, &
non vltra, nec alio modo) vt vidi in as-
sēsu obtempto ab Vniuersitate Murconis
pro soluendis annuis ducatis quatuor cē-
tum pro Camera, & dum per aliquos an-
nos Vniuersitas prædicta militum hospi-
tium substinuerit, ad eius instantiam in
S.C. in mea Aula datus fuit terminus, &
interim dicta exactio suspensa, Act. Lom-
bardo) & proindè rectiùs erit pro Vniuer-
sitate, vt in casu hospitij sibi caueat, vt
saltem interesse capitalis soluti pro eo tē-
pore restituatur; Et sic in casu, quo illa
terra alienaretur, quia nouus successor
183 Cameram ad alterius voluntatem habe-
re non tenetur; Vndè ne Vniuersitas
pretiū amittat benè aduertere debet, sibi
in contractu prospiciēdo, licèt *Reg. Rouit.
sub tit. de milit. prag. 3. n. 15.* hoc proce-
dere dicat, si vendens aliam habeat Terrā,
in qua Cameram tenere possit, aliàs eam
vendendo Vniuersitas illa semel electa in
Cameram, eam facultatem retineret, ex
cap. gratię: sed durum videtur, successorē
obligari ad illam in Cameram ad alterius
votum absq; beneficio detinendā, & vidē-
da sunt, quę idem *Rouit.* adducit *in prag.
1. ex n. 16. de priuileg.* an mutata Baronis
persona concessa ei per Vniuersitatem
expirent? Reliqua ad materiam pertinē-
tia discutit *Reg. de Pont. tit. de prouis. fier.
solitis §. 6. ex n. 17.*

185 Verùm consequtiuè discutiendum, an
Baro in infeudatę iurisdictionis, vel bo-
norum feudalium præiudicium, seruitutē
aliquā imponere valeat? Multi dixerūt Ba-
ronē in feudi diminutionē, & eius detri-
mentū quicquā cōcedere nō posse, nā ideò
vtilis

vtilis Dominus nominatur, qa in directi Domini damnum nullam potest imponere seruitutem, aliudq. præiudicium inferre, *Frec.auth. 2. q. 3. de subfeud. ex text. in l. fin. C. de reb. alien. non alien.* vbi prohibita alienatione, quęuis seruitutis, & oneris impositio prohibita censetur. Alij fuerunt opinionis posse, secundùm *Afflict. in prælud. feud. Vasq. contron. cap. 4. Tap. de const. Princ. par. 2. cap. 9. nu. 34. Bertaz. cons. 420. Peregr. de iure Fisci, tit. 3. Petra de pot. Prin. fol. 69. num. 7.* dummodo concessa priuilegia in magnam feudi non sint diminutionem, & successores etiam ad obseruationem teneri, & præcedentem opinionem sustineri, data feudi magna deterioratione, alias seruandam esse: eò magis si feudum esset hæreditarium, vt sunt omnia feuda in Regno, idem *Afflic. decis. 195.* nam tunc successores rata prædecessorũ facta habere tenentur, ex *l. cum à matre, C. de reivindic.* quę non est correcta in his feudis, *Andr. in cap. 1. an agnat. & in cap. Imperialem, §. præterea, de prohib feu. alien. per Feder. & ibi Camer fol. 7. liter. B. Ann. cons. 27. Kircou. comm. conclus. 96. 1. centur. to. 2. Bertaz. cons. 4. n. 18. in crim.* & discutit *Reg. Rouit. in prag. 1. ex num. 16. de priuileg. vniuers.* an priuilegia per Barones cum afsensu concessa successores seruare teneantur, vel finita concedentis causa priuilegia sint extincta, & concludit, antiquas consuetudines esse per Barones obseruandas; cum enim Baro seruitutem aliquam suę commoditati, vel voluntati imponit, aliquid a feudo non dismembrando in sui pręiudicium sine assensu facere poterit, & illa seruitus durabit, donec feudum reuertatur ad Dominum, cui nocere non potest, sed ipsi tantum Baroni, ex *tex.*
186 *in cap. §. quid ergo, de inuest. de re alien fac.* cuius verba sunt: *Quid ergo si pretio, vel dolo, aut incuria seruitutem rei beneficiarię imponi patiatur, responsum est, vt vasallo donec feudum tenet obesse; Domino autem si per lõga tempora perseuerauerit, seruitus minimè nocet*, & ad literam sic intelligunt *Ann. singul. 565. Capyc. in inuestit. vers. seruitute, Peregr. de fideicomm. art. 40. diff. 4. num. 15. Clar. §. feudum, qu. 47. Pinell. in l. 1. par. 3. num. 70. C. de bon. matern.* prout in emphyteuta dixere *Afflic. decis. 380. & Boer. decis. 181.* nam seruitutem feudo impositam esse dici non potest, ita vt alienetur, sed commoditati ipsius detrahitur; indè licèt
187 feudum absq; directi domini consensu alienari, nec obligari possit, eius tamèn fructus alienari, & in causam iudicati capi permittitur, *Camer. in cap. Imperialem, fol. 17. ex lit. L. col. 6. cum seq. Tiraquell. de retract. §. 1. glos. 7. num. 47. Franch. dec. 704.* & in morte hęres ad fructuum pręstationem etiam grauari potest, *Ann. cons. 27.* Nec pręiudicium directo Domino fieri dicitur; nam cum feudum in manu sit feudatarij, de quo Princeps curam non gerit, præscriptio contra vtilem directo non nocet, *Andr. in d. §. quid ergo, num. 7.* & resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, *l. lex vectigali, ff. de pign.* Nec refragari videtur dispositio *cap. Imperialem, & constit. Diuę Memorię*, cum seruitus sit impropria alienatio, *Vrsill. decis. 389.* eò magis, quia per *d. constit.* nõ fuit expresse derogatum *d. §. quid ergo*, vndè vigere non prohibetur, vt in simili per *d. constit.* refutationi non esse derogatum probat *Andr. in cap. 1. §. & si libellum, num. 5. de alien. feu. patern.* & in specie casus nostri firmant *Afflic. in d. constit. Diuæ Memorię, sub nu. 12.* & latiùs *Camill. de Medic. cons. 128.* Nec
188 aduertatur *l. fin. C. de reb. alien.* vbi prohibita alienatione, prohibita intelligitur seruitutis impositio, nam sequitur ibi *text. Nisi legis authoritas aliud permittat*, & cum habeamus legem permittentem, vt in *d. §.* & alias DD. authoritates, ergo; & nouissimè *Barbos. in l. vsufructu, num. 16. ff. solut. matr.* vbi prohibita alienatione ad vitam, fructus concedi possunt, & ante eũ in propria materia *Andr. in cap. Imperialem, num. 3. Camer fol. 18. lit. k.* prout & de-
189 cimarum ius nullo modo alienari potest, ad vitam tamèn permittitur, & vidi prouisiones Collat. Consil. Reg. Aud. Calabrię super capitulorum controuersia inter Ducem Nucarię, & Vniuersitatem existente, vt ea super capitulatione, etsi sine assensu non molestetur, dum viuat ipse concedens. Supradicta tamèn intellige
190 de iure antiquo feudorum, cum multi fuerunt, qui ea compilarunt, vt in *d. §. quid ergo, & similib.* in quibus damnum, aut vtile agnatorum, vel Domini tantum considerabatur. Sed hodiè attentis *cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar.* & alio per *Feder. ac const. Diuę Memorię*; contemptus attenditur ipsius Domini, & per *d. constit.* omnes, & quicumq. contractus super feudis, & rebus feudalibus minuendis sub nullitatis pęna prohibentur: vndè nequaquam seruitus in feudo etiam In vita feudatarij constitui potest, vt pro indubitato pertransit *Camer. fol. 17. ex lit. G.* & ante eum *Afflic. in d. cap. quid ergo, num. 3.* vbi quod ille *text.* in Regno non seruatur, si seruitus feudo sit pręiudicialis, secus si in modico tantum lęderet, quicquid ipse *Afflict.* dixerit in *d. constit. Diuæ Memoriæ*, &
191 probat *text. in cap. Reg. Pondus æquum*, vbi communio, aliaq. seruitus iuris pascendi, seu lignandi, vti species alienationis, absq. assensu prohibetur; & si fructus alienari permittatur in vita feudatarij,

est

est ratione incertitudinis; nam etsi longo tempore viuere possit, potest & statim mori, & tunc quid feudi substantiale non alienatur, sed tantum fructuum commoditas permittitur, qui vti separati à solo,
192 burgensatici censentur. Aduerte tamèn, non omnem promissionem, vbi quis patitur quid fieri, dici seruitutem, sed distingue, vt per *Cepol. de seruit. c. 2.*

Et antequàm hanc materiam absoluā, sæpiùs vidi hæsitatum, an gratia, quæ
193 passim per Barones concedi solet, quod adhibita partis remissione infra triduum, Curia in delictis à relegatione non procedat, sit contra ius, & reuocari possit? & videtur concessio nulla, quia offenditur publica vtilitas, dum delicta remanent impunita, & occasio datur iterum flagitia committendi, quod non est permittendū, *l. conuenire, ff. de pact. dotal.* Verùm fuit recepta opinio, talem cōcessionem in leui-
194 bus delictis valere, *Carrer. §. circa lob. num. 379. Foller. in pragm. de compos. §. pen. Fontanel. de pact. nuptial. clauf. 3. glos. 3. nu. 27.* quia de leuibus tanta non facienda est consideratio, *Tiraquell. de reb. exigu. in princ. & ex const. Priusquàm citata partes,* probatur, dum disponit, desistente parte, Iudicis officium in delictis priuatis conquiescere debere, *Foller. in praxi crim. in pragm. tit. de iniur. Carauit. Rit. 203. Rouit. in pragm. 1. num. 1. de priuileg. vniuers.* & tale priuilegium fuisse cognitum, & in vsu esse, apparet ex *pragm. 36. de offic. Mag. Iustit. §. 49.* & sic obseruari in Hispania in fortiori casu refert *Gomes. tit. de homic. ex num. 56.*

195 Ista verò priuilegia ex pluribus causis Princeps, siuè Barones seruare non tenentur, nempè si per multum temporis spatium non sint in vsu, & in obseruantia; non enim his vtendo per decennium per viam tacitæ renunciationis abolita dicuntur, *l. 1. ff. de nund. Capye. decis. 134. Bellug. rubr. 47. de Ponte cons. 72. Ricc. alleg. 3. 74.* Idem si actus contrarij probentur, *Gabr. praeit. conclus. de iure imm. Ann. alleg. 11.* & differt hæc propositio à priuilegio per legem concesso. Lex per non vsum non tollitur, *l. Arriani, C. de heret. &*
196 *manich.* solùm per contrarium vsum, *l. de quibus, ff. de legib. Felin. in cap. lex noua, de tregu. & pac.* nisi esset antiquissima inobseruantia, *Ioseph. Ludouic. dec. 98.* Ve-
197 rùmtamèn aduerte, quod si casus non contigerit, ius non perimitur, etiam trāsactis mille annis, *Bart. in l. in alijs, C. de decur. libr. 10. Gars. de nobil. glos. 6. num. 37.*
198 maximè si priuilegium concessum fuerit per verba perpetua, nempè, *Vti possis semper, & in perpetuum, idem Gars. glo. 6. num. 79. Gizzarel. decis. 73. Cancer. var. resolut. cap. 4. ex num. 156. Fontanell. de pact. nupt. clauf. 2.* non enim ex non vsu dici potest priuilegium amissum, nisi adueniente casu, in quo potuit in vsum deduci, *glos. in cap. Abbate, verb. donec de verb. signific. Rebuff. de nominat. quæst. 14. num. 21. Cutell. decis. orat. 1. num. 177. Castill. de tertijs, c. 19.* qui alias limitationes adducit tàm in non vtendo priuilegio consistente in faciendo, quàm in non faciendo & quę prę-scriptio tunc requiratur, vide *Tiraquel. de retract. conuen. §. 1. glos. 2. Surd. decis. 2.* vel
199 si priuilegium fuisset personale ex persona tam concedentis, quàm recipientis, *cap. priuilegium, de regul. iur. in 6.* Idem si esset ad tempus, vel opus certum, *Surd. decis. 75. Afflic. decis. 335.* nam cessante causa, cessat causatum, *l. vbi lex, ff. de vsur. Gram. dec. 59. num. 32.* Itèm abutendo quis
200 fit indignus, *cap. suarum, de priuileg.* sed declaratoria requiritur, *Bened. in cap. Raynutius, verb. in eodem lo 2. de testam.* Fini-
201 tur loco destructo, etiam si postea reędificetur, *Gaill. obser. 16. par. 2. de Ponte consil. 51.* Indè consolidato, vel reuerso feudo
202 ob aliquam causam ad Regem, omnia priuilegia Baronum expirant, *Andr. in cap. 1. §. huius autem generis, num. 13. ex qua caus. feud. amitt. Afflic. in const. Post mortē.*
203 Reuocantur ingratitudine, & delicto in concedentis personam commisso, *Gail. obser. 60. lib. 2. Ozasch. decis. 139.* Indè remis-
204 sionem factam per accusatorem reuocari posse ex causa Ingratitudinis, ait *Rouit. tit. de compos. num. 8. & tit. de reuoc. grat.* & in facto, mota per Vniuersitatem lite contra quemdam Dominum, qui omnia priuilegia ex causa ingratitudinis indulta reuocauit; fuit latum decretum, vt causæ exitus expectaretur, vt videri potuisset an iusta, vel iniusta criminalis fuisset illa vexatio; nam existente Vniuersitate in possessione, per Baronis prætensiones illa possessio interuerti causa non finita non potest, *Ann. alleg. 84.*

205 In fine Pragmatica nostra vsurpationis pænam, aliqua iurisdictione vltra veram, vel præsumptam inuestituram vtenti imposuit, de quibus omnibus amplè diximus in hac, & *praeced. par.* Esset videndum, nè quicquam omittamus, quænam istius vsurpationis sit pæna? breuitèr dicimus pęnam esse arbitrariam, secundùm personarum qualitatem, factorum accidētia; vt lesæ maiestatis, manus iniectionis in reseruatis in signum obedientiæ, *l. 3. §. quire, ff. ad leg. Iul. maiest.* Alij pęnam mortis, vt in *const. Ea, quę ad decus, & const. Cum satis, & in cap. Reg. Contra effrenatas, Vrsill. decis. 265. num. 105. Capye.* verò *decis. 130.* hoc arbitrium secundùm diuersos terminos distinguit, & sequuntur *Marant. cons.*

114.

114. & 121. *Afflic. in const. Diram, Mastrill. lib. 4. cap. 17. de magistr. Giurb. cons. 24.* ad quos, cum acciderit, recurras.



SVMMARIVM.

1 *Matrimonium primum fuit Sacramentum, & grauis dicitur causa.*
2 *Matrimonium est magna seruitutis species, si coniuges inter se conueniant.*
3 *Rescripta omnia matrimonij impeditiua sunt nulla.*
4 *Puellæ minoris voluntas plus attenditur, quàm maiorum consilium in matrimonio.*
5 *Puella sequestrari poterit, si metus, vel malæ suasionis adsit suspicio, vel consanguinei in ea maritanda discordent.*
6 *Mater an in filiæ matrimonio in suspectam allegari valeat?*
7 *Locus vbi puella sequestrari debet, per Superiorem est eligendus.*
8 *Domus causæ Commißarij pro puellæ educatione, nisi adsit suspicio, eligi solet.*
9 *Sequestratio in Monasterio non obseruatur.*
10 *Mandata Superiorum, ne puella sub pœna eis inconsultis maritetur, an de iure subsistant?*
11 *Puella si maior existat, educationis locum ipsa eligere poterit.*
12 *Puella patrem habens, sequestrari non poterit.*
13 *Parentum dissensus an attendatur in filiarum matrimonijs?*
14 *Metum, vel impedimētum matrimonio præstans est excommunicatus.*
15 *Gratia si condemnato fiat, dummodo matrimonium cum tali contrahat, an illud valeat, vel dicatur metu contractum?*
16 *Matrimonium an sit nullum, si vir cum puella deprehendatur?*
17 *Moniales vi, vel metu profitentes, vt nulla declaretur professio, curare, & se maritare possunt.*
18 *Voluntas coacta, ad votum non obligat.*
19 *Monialis infra quinquennium de metu protestari debet, aliàs ad allegandum non admittitur.*
20 *Metus exactus ratihabitione purgatur, quia nouus dicitur consensus.*
21 *Metus ex consensu non dicitur purgatus, si metus causa durat.*
22 *L. interpositas, C. de transact. interpretatur,*
23 *Statutum an valeat, ne matrimonia sine proximorum consensu fieri possint, & quid in Hispania seruetur?*
24 *Matrimonium an per procuratorem contrahi possit?*
25 *Filia matrimonium sine parentum consensu contrahens, grauiter peccat.*
26 *Legatum an valeat, ne filij ante certam ætatem nubere possint?*
27 *Legatum, ne matrimonium cum tali familia vel cum personis de aliqua terra contrahatur, an valeat vide n. 46.*
28 *Consilium parentum expediens filijs esse præsumitur in matrimonijs.*
29 *Statutum, ne matrimonium contrahatur absq. consensu parentum an valeat, & pœna debeatur?*
30 *Pater an ad dotem filiæ, quæ sine eius consensu nupsit, dandam cogi possit?*
31 *Vxorem indotatam, maritus an alere teneatur?*
32 *Filia si inæquali nupserit, an exhæredari possit?*
33 *Superior adiri poterit, si puella matrimonium inæquale prætendat.*
34 *Pacta, & legata contra matrimonij libertatem sunt nulla.*
35 *Legatum, vt cum talis consensu nubat, an valeat?*
36 *Consensus, authoritas, consilium, conscientia, & iussus differunt.*
37 *Legatum viduæ factum ne nubat, valet, sed non in virgine.*
38 *Legatum, vt puella fiat Monacha, valet.*
39 *Pia causa substituta in casu contrarij in dictis casibus admittitur.*
40 *Pœna in dispositione prohibita, semper in fraudem adiecta videtur.*
41 *Pœna non committitur, quando principalis dispositio est nulla.*
42 *Argumentum de causa pia ad dotem, & è contra valet.*
43 *Opinio communis non est amplectenda, quando validiores rationes eam vincunt.*
44 *Prohibitio ad tempus in matrimonijs, an valeat?*
45 *Legatum sub conditione legatarij fauore adiecta, ab ipso reijci potest.*
46 *Legatum, si tali nupserit, an valeat?*
47 *Barones matrimonium an sine Principis assensu contrahere possint?*
48 *Argumentum de pacto ad legem valet, & quod non licet ex vno, nec per alium fieri potest.*
49 *Officiales sine licentia matrimonia vbi administrant, non contrahere valeant.*
50 *Dos incerta relinqui potest, vt talis arbitrio detur.*
51 *Pactum de morando in vxoris domicilio, sub pœna an valeat?*
52 *Exceptio loci non tuti fortis est.*
53 *Legatum alicui factum, dummodo incolatum in aliqua Terra faciat, valet.*


54 *Pactum pœnale, ne vir ad amasiam accedat, valet.*
55 *Preces Superiorum metui æquiparantur.*
56 *Metus quis dicatur sufficiens ad impediendum, vel dirimendum matrimonium.*
57 *Metus qualis esse debeat? & considerandus nobilibus, vel vilibus Iudicibus arbitrio relinquitur.*
58 *Metus reuerentialis an matrimonium annullare possit?*
59 *Metus reuerentialis an in matre, vel fratre detur, & qualiter probetur?*
60 *Metus Superioris quando actum rescindat?*
61 *Metus indirectè per filiorum cruciatum illatus dicitur.*
62 *Pœna Principi reseruata quousq. extendi possit?*
63 *Pœna indignationis Regiæ quæ sit?*

PRAGM. IX.

CAROLUS QUINTUS, In anno 1536.

Item ex quo diuino, & humano iure matrimonia libera esse debent, mandamus, vt nullus Baro, aut alius quacumq; praeditus potestate possit, & valeat matrimonia impedire directè, vel indirectè, nec vasallos prohibere, nec ad eorum libitum filias, sorores, nepotes, aut alias mulieres maritent, sub pœna, nostro, aut nostri Viceregis arbitrio, reseruata.

Comm. Pragm. IX.



CAusam matrimonij fauorabilissimam esse dicit *text. in c. sicut, §. is ita, 32. q. 2.* idq; tam à dignitate personæ instituentis, quam loci, & temporis procedit. Ab ipso enim Deo in
1 statu innocentiæ in terrestri Paradiso, ac Mundi initio institutum fuit, & primum est Sacramentum; namq. alia post Adæ
2 lapsum, & peccata introducta fuere, *cap. literæ, de frig. & malef. cap. 1, de vot. in 6.* Dicitur etiam grauis causa, quia de indiuidua vitæ tractatur societate, quæ si infeliciter communicetur, magna seruitutis species reputatur, *gloss. in cap. mulier, de iureiur.* & proindè iustè statuitur hic, Barones, & alios quacumq. præditos potestate matrimonia non impedire, sed vt liberè contrahantur; nam per *vis, & volo* ex vnanimi consensu fieri debent, *l. nuptias*, non coneubitus, sed consensus facit, *ff. de regul. iur.* & omnia rescripta in con-
3 trarium sunt nulla, *l. 1. C. si nup. ex rescrip. pet.* nec quilibet impedimento esse potest matrimonij, *C. si quae. prad. potest.* neq. Dominis matrimonium suis seruis impedire permittitur, *cap. 1. de coniug. seru.* Hinc est, quod plus attenditur voluntas puellæ, quæ plenum iudicium habere non poterit, nisi completo duodecimo anno, quod tempus nuptijs congruere dicitur, quàm
4 propinquorum consilium, quæ omnia constituta sunt, vt libera sit illius coniũctionis voluntas, *Crauet. cons.* 190. Indè est, vt licèt puellæ in matrimonium collatio deficientibus parentibus ad proximiores spectet, *l. 1. C. de nupt.* existente tamèn ali-
5 qua metus persuasionis, & blanditiarum coniunctorum suspicione, vt aliquem in virum puella suscipiat, eius sequestratio in loco tuto, & non suspecto peti poterit, vbi per Superiorem pluriès eius enixa voluntas explorari debet, ex *l. 3. §. vt interdicto, & l. si quis nolente, ff. de liber. hom. exhib. cap. locum, de sponsal.* & aliqua notant *Vrsill. decis. 113. Franc. Marc. dec. 306.*
6 *2. par. Crauet. loc. cit.* & an mater suspecta allegari possit, Iudicum arbitrio relinquitur, argum. *l. 1. C. vbi pupill. educ. deb. & Præs. de Franch. decis. 350.* refert iudicatum, filios penès matrem educari posse, licèt transitum ad secunda fecerit vota, attenta qualitate personarum, quæ leges alterant, iuxta adducta per *Ann. cons. 23. & per Consil. Arias de Mesa var. resol. lib. 2. cap. 25.* & quod totum arbitrio Iudicis relinquitur, est *text. in l. 1. C. de nupt.* vbi ad Præsidem est recurrendum, quando aliqua iusta suspicionis causa, vel inter con-
7 sanguineos in collocanda puella emergunt, & Præsidis erit, eligere locum tutum, vbi illius voluntas explorari possit, vel mandata generalia, iuxtà facti qualitatem facere, nè contrahant. Quandoquè
8 apud causæ Commissarium educari, seù puellæ voluntatem explorari posse firmant *Ann. singul. 395. Azeucd. cons. 37. Thor. in comp. verb. puella*, prout fuit decretum in Regia Audientia Calabriæ, vt penès me tune Auditorem educaretur quædam puella Ioanna Maria Planarum, dum dissentio esset inter coniunctos, & per Sacrum Consilium parte contradicente fuit approbatum. Solent adhuc poni in sequestro apud Monasterium etiam claustrale, sed raro hodiè obseruatur; quia se-

fęculares posteà Iudices eam reuocandi,
9 aliosq. actus faciendi potestatem non ha-
bent, dum illa in loco reperitur religioso,
& immuni. Solent etiam his puellis prę-
cepta pœnalia fieri, nè nubant inconsulto
10 Proręge, vel Superiore, & sustinentur:
nam etsi matrimonia libera esse debeant,
iuxta disposita etiam per *Sac. Concil. Trid.*
sess. 24. de reform. cap. 9. tamèn cum occur-
rere violentijs, & scandala euitare, Supe-
rioris sit, hoc potiùs est coadiuuare, quam
matrimonij tollere libertatem, *Reg. de Pō-
te tit. de assen. super dot. ex num.* 48. Verùm
sine maxima causa vera, non velata (vt as-
solet) talia præcepta fieri non debent, de
quo latè per *Reg. Capyc. Latr. consult. 1. Mō-
tan. de regal. §. bona contrahentia, sub num. 3.
& in cap. Imperialem, ex num. 162.* & notat
super hac *pragm. Reg. Rouit.* electionem lo-
11 ci, si puella sit maior, ad eam pertinere,
secùs si minor. Sed hoc regularitèr; nam si
dubitetur de puella, an indigno sit amore
capta, vel ab alijs subducta, tunc locus ar-
bitrio Iudicis erit eligendus. Si verò puel-
12 la habeat patrem, non est ab eo amouen-
da, dum nullum consilium vineat paren-
tum, nisi ille transierit ad secunda vo-
ta, ac seuerè cum primi matrimonij fi-
lijs se gerat, ex *Peguer. decis. 95. num. 4.*
Imò nec dissensus, nec parentum consen-
13 sus, filiorum impedit matrimonia, vt in
Concil. Trid. cap. 1. de reform. matr. *Couar. de
sponsal. 4. par. 2. cap. 3. §. 8. ex nu. 1. Guttier.
quest. can. cap.* 20. & Ius Canonicum in hac
Sacramenti materia attenditur, *cap. cum
causa. de raptor. glos. in §. 1. Instit. de nupt.*
& impedientes vim, metumuè inferentes,
vt matrimonium fiat, vel non, ipso iure
excommunicationis vinculo innodantur,
14 ex *Concil. Trid. sess. 25. cap. 18. tit. de regul.
& monial*, de qua materia abundè *Sanch.
de matr. lib. 4. quæst. 11. cum plurib. seqq.* &
an matrimonium à persona condemnata,
vel condemnanda, cui est facta gratia,
15 dummodo se tali coniungat, contractum
valeat ratione metus? & quid si vir cum
stuprata depręhendatur, & consanguinei
ad eam desponsandam cogant? vide *Molf.*
16 *cons. 31.* & qualis debeat esse metus, &
quando irritet, & nullum reddat matri-
monium? transcribenda non puto, quæ di-
cto loco plenissimè per plura capita notat
ibi *Sanch.*

17 Idem procedere scias in matrimonio
spirituali; validum enim est argumentum
de vno ad aliud, *Marsil. singul. 215.* mulie-
res enim ad Monasteria ingredienda non
coguntur; & si vi, vel metu efficiantur
professæ, adhuc sine præuaricationis pœ-
na licitè egredi poterunt, ad *text. in cap.
cum virum, de regul. & transf. ad Relig. Mar-
sil. singul. 347. Iason in §. quadrupli, num. 62.
Instit. de action. Vaasq. controuers. cap. 31.
num. 17.* & paucos ab hinc dies audiui,
quamdam Monialem vi professam, & pa-
rentum metu coactam ad ingrediendum
Monasterium, & ad professionem emit-
tendam, post eorum mortem professio-
18 nem nullam declarari petijt, & probando
parentum terribilitatem, minas, & cru-
ciatus, à Monasterio licentiam egredien-
di obtinuit; & protestatio coram Monia-
libus facta an sufficiat, *Molfes. 2. par. tit. de
contr. inter vir. & vxor. q. 5. num. 8. Sanch.
lib. 4. disput. 6. cum seq. de Ponte cons. 10.
tom. 2.* Deus namq; solùm vota vult gra-
tuita, & seruitia non coacta, *cap. illud* 20.
19 *q. 1.* & voluntas coacta voti, & iuramen-
ti obseruationem non obligat, cum metus
omnium dissolutionis iustissima causa di-
catur, *cap. 1. de his, quæ vi, metu fiunt*, imò
Concil. Trid. sess. 25. cap. 19. nè in infinitum
metus allegari possit, tempus circumscri-
psit, vt Monialis intra quinquennium co-
ràm suo Superiore conquęratur à die pro-
fessionis, sed propria authoritate ex Mo-
nasterio egredi, & habitum dimittere nō
licet, alias ad metum allegandum intra
tempus, etiam si causa legitima instantis
metus subsisteret, non admittitur. Crede-
rem, sufficere protestationem intra tem-
pus ad interruptionem, vsquèquò metus
cessaret, cum *Sac. Concil.* nil dicat, si præ-
cedat protestatio.

Limita tamèn supradicta, si metus pur-
gatus esset per voluntariam copulam, &
20 cohabitationem posthabitam, & alia,
quæ contrarium actum demonstrant, ex
l. 2. in verum consensum, C. de his, quæ met.
vbi spontanea solutio metum præceden-
tem soluit, sicq. in professione per metum
facta; nam si postea rata habeatur, in
nouum consensum transibit, *cap. 1. de
coniug. seru. Syluest. verb. matrimonium, Pa-
rer. in cap. consultationi, de sponsalib.* nouus
enim consensus præcedens vitium pur-
gat, *Molfes. cons. 31.* Sublimitatur tamèn,
nisi iste consensus, vel copula subsequuta,
similitèr ob metum instantis, vel futuri
periculi fiat, quod iustum metum adducit,
vt dicam infra; nam quemadmodum ces-
21 sante causa, cessat effectus, *cap. cum ces-
sante, de appellat.* sic è conuerso durante
metus causa, durat effectus, *l. si cui, §. tam-
diu, ff. ex quib. caus. maior. l. si vt proponis, C.
de nupt.* sicq; procedit *text. in l. 2. C. de his,
qui met.* nam spontanea solutio tollit me-
tum, nisi adhùc prima illati qualitas me-
tus duret, *Bald. in d. l. 2. Dec. cons. 209. nu. 7.
Alex. cons. 98. 3. volum. Marsil. singul. 325.
Cenall. com. opin. 604. ex num. 6.* Nec pro-
22 pinquorum præsentia metum tollit, iux-
tà terminos *l. interpositas, C. de transact.*
nam metus præsumptus ex Superioris,

vel propinquorum præsentia tollitur;sed quando metus fuit illatus, semper concurrentibus inferentis,& recipientis qualitatibus durare præsumitur, *Mascard, conclus.*1055.*nu.*34.*Gram.decis.*346. *Ann, alleg.*104.

Sed num valeat statutum, nè mulieres matrimonia sine parentum consensu con-
25 trahant? per prædicta videtur dicendum, quod non. Nec vim faciunt leges Hispaniçe,& Mediolani, quę matrimonia absq. consensu parentum(vel in eorum defectu) proximorum consanguineorum fieri prohibent, vt per *Guttier.pract.quæst. libr.*2. *cap.*1.*& Plot.de in lit. iurand.§.*7. nam hę leges loquuntur, quando matrimonia fiunt clandestinè,videlicèt non secundùm Ritum Ecclesię, vt *Guttier. ex num.*6. *& Plot.loco cit.* talia enim matrimonia sunt prohibita, etiam de Iure Canonico; vndè non mirum, si illi Iuri coadiuuando Princeps sęcularis idem mandet, & pęnam imponat. Verùm etsi patris consensus ad matrimonium impediendum non sit necessarius, de honestate tamèn, & conuenientia est requirendus, & sine peccato omitti non potest; eò maximè cum puellę de facili amore accendi, & multa indigna patrare solent, vt experientia docet, *Cęuall.com.contron.com.q.*604. *Guttier.qq. canon.lib.*1.*cap.*20. vbi etiam quod Ordinarius recognoscens iustam causam patris reluctantis, matrimonium impedire
26 debet. Hinc fuit dubitatum, an pęnale testantis patris pręceptum, nè filij vxores antè certam ętatem ducant, valeat, dum ipsorum vtilitatem respicit, *Ias.in l.turpia, ff.de legat.*1.dixit valere,cum matrimonij libertas non impediatur, sed modificetur tempus. Similitèr valet pręceptum,nè fi-
27 lij ducant vxores de aliqua familia, vel loco,si iustam respiciat causam, vt de cōmuni testantur *Surd. decis.* 30. *num.* 27. *Crauet.cons.*5.*num.*7. *Franc.Marc.dec.*306. *num.*5.*tom.*2.& latè *Viu.dec.*480. *Molfes. cons.*12.*Guttier.cons.*18. Consilium enim
28 parentum expediens filijs esse præsumitur, cum nullus amor vincat paternum, *l.fin.*C.*de curat.furios.* Nec assensus patris in filiorum matrimonij libertati aduersatur; nam si pater absq; rationabili causa nollet assentire, adhùc matrimonium filij contrahere possent: consensum enim petere sufficit, vt singularitèr notat *Crauet.d.cons.*1. *Plot.de in lit.iur.§.*7. *num.*37.
29 Quid si statutum pœnam imponat contrahenti matrimonium contra parentum, seù consanguineorum voluntatem, an in casu contrauentionis ea exigi possit? & videtur, quod sic, dum statutum circa validitatem matrimonij non disponat. Verùm distingue, aut pœna est priuationis successionis, quæ filijs, & descendentibus de iure diuino, vel saltim iure naturali debetur; & dum licitè iure canonico matrimonium quis contrahit, pœna adijci ei non potest, *Guttier.pract.quæst.lib.*2.*cap.*5. Aut pœna imposita est super non debitis, videlicèt in successione vltrà legitimam; vel imposita est ab eo, qui gratiosè donat, vel legat, dummodo matrimonium cum consensu parentum,vel aliorum contrahat, & tunc in casu inobedientiæ præcepti, & conditionis pœna habet locum, & legatum non debetur; cum rei suæ quis legem,quam vult imponere possit, *Clar. quæst.*82.*num.*11.*Cancer.var.resolut.lib.*2. *cap.*24. Verùm si intentionem mandantis matrimoniorum contrahi cum consensu propinquorum, carpi possit (vt præsumi debet) fuisse, nè fieret clandestinè, cum inæqualibus respectu morum, sanguinis, diuitiarum, ætatis,& similium, & puella nuberet æquali, quamuis sine consensu ordinato fieret, pœnæ non datur locus: nam cessante præcepti causa, cessat effectus,*Plot.de in lit.iur.§.*7.*ex num.*2. (& sic me referente fuit decisum in Sacro Consilio, deberi legatum ducatorum ter mille Montis de Venato D. Aloisyæ de Venato, non obstante quod se duxerit absq. consensu coniunctorum,iuxtà institutum dicti Montis, dum æquali ea digno se collocauerat,quod fuit finis Montis instituētis.Act.Fusco.)

30 Sed circumscripto statuto, videndum de iure, si mulier sine parentum assensu nubat, an pater ad dotem teneatur? & videbatur dicendum, quod non,dum matrimonium ex affectu,& consensu constat,& sine dote esse valet,*l.fin.C.de repud.* sed filia dotem promittere non potuit, cum nullum ius in bonis viuentis patris habeat,*l.in suis, ff.de liber.& posthum.* ergo; Sed consultus, contrarium respondi; pater enim nuptui tradere filiam, & dotare
31 eam tenetur; sine enim dote vxor malè in viri domo cohabitat, ita vt in infirmitatibus,& alijs necessarijs maritus ei subuenire non obligetur, *DD. in l. quod in vxorem, C.de negot.gest. Surd.de alim.tit.*7. *q.*18. vndè filiæ dotem promittere sat est, quia tunc Iudex arbitrabitur, quanta ea esse debeat, ad quam præstandam posteà coget parentes, *glos.sing.in cap.fin.*32.*q.*2. *ver. parentum, Bart.in l. obligamur,ff. de pact. Alex.cons.*7.*volum.*1. *Cappell.Tholos. decis.*389.*Gaill.obser.*91.*libr.*2. *Couar.in* 4.*q.par.*2.*cap.*3.§.8. *Cęuall.q.*604.*num.*32.
32 sed si filia inæquali, vel indigno nupserit, tunc pater filiam exhęredare potest, & ad dotandum non tenetur, maximè si vigesimumquintum annum non attigerit, *§.aliud, Auth. vt cum de appellat. cognit. Auth.*

Auth. sed si post, C. de inoffic. testam. Paris. cons. 29. vel si compleuerit vigesimumquartum annum, non tamèn interuenerit patris negligentia in ea collocanda, *Cancer. loco cit. num.* 7. Et quis dicatur indignus, vel disparis conditionis, & si paupertas iusta sit causa, post alios vide *Gaill. loco præcit.* Sed *Gual. comm. opin. q.* 5. concludit, de Iure Canonico patrem ad filiā, & indigno nubentem dotandam teneri, & *Mastrill. dec.* 163. non negat, primam opinionem esse magis iuridicam, secundam tamèn esse in practica receptam; verùm minor dos danda erit, attenta viri qualitate, *Barbos. in l.* 1. *par.* 4. *num.* 31. *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 6.

33 Notandum etiam, licèt liber debeat esse puellæ consensus, iustum tamèn arbitrium iudicandi non tolli, an puella forsan amoris lasciuia vulnerata quem indignum ambiat; nam in tali casu ei assensus non est præstandus, & Superior ad hoc requisitus eius voluntatem sequi non tenetur, vt superiùs *num.* 25. consultò enim in matrimonijs est procedendum, cum sit actus irretractabilis, familias deturpans; vndè præmeditata prouisio in concludendo, & pactis fieri debet, cum mulieres facilitèr consentiant, posteàq; se pœnitet, *Camp. & Add. ad cap. Reg.* 262.

Vlteriùs circà matrimonij libertatem nota, adeò fauorabilem esse, vt non solùm substantialia, verùm etiam pacta libera esse debeant, & pœnales stipulationes reijciuuntur, nempè si adijciatur pœna non
34 perficiendi matrimonium cum tali, ne metu illius danni coactè nubat, vt *in l. titia* 134. *ff. de verb. obligat. l.* 2. *C. de inut. stipulat. Cappell. Tholos. decis.* 291. Neq; vltimæ voluntates, quæ pro lege seruari debēt, *§. disponant, auth. de hæred. & falcid.* quicquam contra hanc libertatem operātur, imò dispositiones contrà bonos mores dicuntur; Et exindè si fuerit adiecta conditio, vt arbitrio talis nubat, cōditio reijcitur, & legatum purum debetur, *l. eum tale*, 71. *§. si arbitratu ff. de condit. & demōstr. Bald. in l. fin. C. de sponsal. Graff. q.* 50. nèc in conscientia mulier istis similibusq; dispositionibus parere tenetur, *Co-*
36 *uarr. var. resol. lib.* 1. *cap.* 19. Si verò testator legatum reliquerit, sub conditione, vel modo, vt matrimonium cum cōsensu, consilio, authoritate, vel alicuius scientia fiat, legatum sustinebitur, & conditio non dicetur turpis, sed adimplenda, dùm legatarius consilium sequendi necessitati non subicitur, vt diximus supra *nu.* 29. *Crauet. cons.* 1. consensus inquàm, authoritas, licentia, scientia, seù consilium satis differt ab arbitrio, quod totalitèr dependet ab alio, *Doct. in l. qui alien. §. iussu, ff. de acq.*

hæred. Bert. de claus. 6. *claus. glos.* 7. Reijcitur etiam conditio, vt quis non nubat generalitèr, secùs si specialitèr cum tali persona, vt in *d. l. Titio centum §.* 1. *vers. huic sententiæ*. Viduæ tamèn legatum relinqui potest, nè nubat, iuxtà terminos *auth. cui relictū, C. de indict. vid. toll.* Quid si inter generum, & socerum, de non ampliùs nubendo paciscatur, sub pœna, vt filij, ex illo tantùm matrimonio succedere debeant, an valeat? vide *Ann. cons.* 141. *Peguer. dec.* 204. *Fontanell. de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 6. *glos.* 3. *par.* 5. Idem procedit si fiat legatum, & quis ad nuptias cœlestis sponsi inuitetur, vt fiat Monachus, vel Monacha; nàm conditio seruanda est,
38 vt legatum valeat, *Pereg. de fideicom. art.* 28. *num.* 22 *Couarr. variar. resol. cap.* 21. *lib.* 1.

Sed aduerte multos voluere, quod in casibus, vbi conditio reijcitur, limitari conclusionem ipsam, si fuisset substituta pia causa, *Castr. in l. Titio vsufructus, §. fin. per eum, ff. de condit. & demonst.* & prò priuilegio piæ causæ adnotauerunt *Tira-*
39 *quell. priuil.* 18. *in tract. piæ causæ Soccin. reg.* 21. *& Card. Mantica de coniect. vlt. volunt tit.* 18. qui hanc communem recēset, ac receptissimam esse firmat *Viu. dec.* 480. 2. *par.* cum alijs coaceruatis, sed hæc opi-
40 nio mihi arridere ex infrascriptis non potest. Pœna enim cuicumq; dispositioni adiecta de iure, vel de facto impossibili, vel prohibitæ, legibusq; interdictæ reijcitur, tamquam nulla, *l.* 1. *ff. & C. de his, quæ pœnę, Gaill. lib.* 2. *obser.* 145. *nu.* 5. nam reprobato præcepto non obtemperans, non delinquit, *Menoch. lib.* 4. *præsump.* 48. vbi sicùt Pater Spuriæ relinquere non poterit, ità pœna adiecta, nè ab eo bona relicta auferantur, est nulla, ex propositione communi, si causa principalis non subsistat, nèc ea, quæ sequuntur, locum habeāt, *l. eum principalis, ff. de reg. iur. glos. in terminis in l. si patronum ff. si quid in fraude patr.* pœna enim non committitur, quando dispositio principalis est nulla, *Alex.*
41 *cons.* 92. *vol.* 2. *Soccin. cons.* 18. vndè cū substitutio in hoc casu fiat in pœnam dispositionis omni iure prohibitæ, videtur dicendū, eam nō subsistere, pœnalis dicitur dispositio, cū quid hæredis, vel legatarij coercēdi causa fiat, vt ille aliqd faciat, uel nō faciat, *§. fin.* vbi omnes *Instit. de leg.* & in simili casu, de pœnali substitutione in fraudē apposita, ꝓ nostra opinione decidit *Senat. Mant.* vt refert *Surd. dec.* 7. Nèc piæ causæ fauor suffragari debet, nàm
42 plura resistunt, nè per indirectum præiudicetur libertati matrimonij, cuius causa paritèr est priuilegiata, vt causa pia, ita vt valeat argumentum de vno ad aliam,

Eue-

Euerard. loco topico 62. Effectq; hoc iniustitiæ nutritiuum, nàm, vt dixi, hæ dispositiones sunt contrà bonos mores, & vt piæ causæ faueatur, non est quid iniustum permittendum, *l. conuenire, ff. de pact. dotal. l. 2. C. de indict. viduit. toll.* & cum quid vna via prohibeatur, ex alia admitti non de-
43 bet, *cap. cũ quid de reg. iur. in 6.* Vndè quãdo casus acciderit, rectiùs intueri poterit, cum non tuta mihi videatur supracitata cõmunis opinio, quæ non est attendenda, quando validiores rationes eam vincunt, *Franch. decis. 30. nu. 2. Gamm. dec. 314.*

Item aliqui tenent, supradictos casus nõ procedere, si prohibitiones ad tempus fierẽt, veluti nè quis aliquam ducat in vxorem, antè talem ętatem, nempè 18. vel 20,
44 annorum sine Titij consensu, tùnc istam conditionem temporaneam vti præsumptam in legatarij vtilitatem esse obseruãdam, quamplurimi opinantur, *Ias. in l. turpia, ff. de leg. 1.* cum citatis supra in *nu. 26.* Et cõsequentèr valere prohibitionem dicunt, nè quis vxorem ducat ex terra nimis distanti, vel elata, in qua legatarius multum impenderet, quia tunc Testatoris voluntatem ob legatarij vtilitatem fuisse elicitur, eamq; seruandã respondere, *Aret.* in terminis *cons. 67. 1. vol. Surd. dec. 30.* Sed aduersatur regula, fauore, & matrimonij libertatẽ tolli, nec restringi posse, licèt legatarij vtilitatem contineant, publica enim vtilitas potiùs quàm priuata,
45 est attendenda, *l. vnic. §. si autem, C. de cad. toll.* eò magis, quia istæ conditiones adiectæ continẽt vtilitatem legatarij, qui si illi vtilitati renunciet, testatori contrauenisse non dicetur, ex *tex. in l. cum pater, §. mando. ff. de leg. 2. Vasq; contr. cap. 94.* & diffusè *per Sanchez de matrim. lib. 1. q. 24. cum seq. Cons. Pascal. de patr. potest. par. 3. cap. 2.*

Si verò legatum sit factum non prohibitorium, vel matrimonialis libertatis
46 restrictorium, sed inuitatorium ad nuptias, veluti tibi relinquo mille, si Titio nupseris, tùnc quia legatum non solum legatariæ commoditatem respicit, sed videtur factum etiam contemplatione Titij, legatum valet, & adimpleri debet eius cõditio, *tex. est in l. 1. C. de instit. & in l. cum legatum & l. Titio centum, §. 1. ff. de condit. & demonstrat.* & ratio differentiæ est, nã quando testator designat, cui Viro, vel mulieri sit nubendum, eis prodesse voluit, quod pręsumi non potest, si nullum designauerit, vt latè per *Molin. de primogen. lib. 2. cap. 13. Azzeued. cons. 4. & Sanchez de matrim. lib. 1. quæst. 33.* Nèc potest esse in consideratione, si alicuius arbitrio relinquatur, vt quis ducat vxorem, nàm nullum potest assignari interesse, vel vtilitas illius tertij arbitratoris electi, vt cõditio sit adimplenda, *Crauet. cons. 1. nu. 5. Vasq; controu. cap. 94. nu. 14.* Quod procedit dummodò vir, vel nominata Mulier alteri iugum conditionis non sit impar, vt per *Nat. supra citatos.*

47 Conferunt, quod etsi per *Constit. Regni Honorem nostri*, & *Constit. Fratribus*, prohibitum fuisset, Barones sine assensu matrimonium contrahere, & feuda in dotem dare, dicta tamen iura legitimè reuocata fuerunt per *Capit. Regni. Item statuimus, quod licitum sit*; vbi datur licentia, matrimonia inter fideles ad libitum contrahendi, lex enim, vt liget, iusta, & honesta esse debet, *cap. erit autem lex, 5. distin. Vasq; in præfat. controu. nu. 102.* vndè cum id, quod Diuino, & naturali iure erat statutũ, prohibuissent, satis iniustè dicebantur, quod enim non licet per pactum, neq; per legẽ,
48 parificantur inquam legis, & pacti potẽtiæ, *l. non solum, § fin. de nou. oper.* Id enim restringi potuit circa feuda in dotem sine assensu non danda, non autem circa matrimonia, *Reg. de Pont. de ass. super dote tit. 6.* Indè, etsi de iure ciuili Magistratibus in eorum Prouincijs matrimonia cõtrahere vetitum sit, *l. 1. C. si Rector Prou.* Et in Regno per *Constit. communitèr*, idem sub pęnis in annuis officialibus sit statutũ, & diximus supra *prag. 5. nu. 165.* hæ tamen leges, & statuta aduersari non videntur iuri Canonico, quo omne tollitur obstaculum impeditiuum matrimonij, cum magis illius libertatem coadiuuent, nè per potẽtiam, atq; authoritatem officialium,
49 matrimonia fiant, vt notat *Reg. Tappia in d. Constit. nu. 3.* nunquam tamen vidi, per Proreges contra tales contrauenientes, sic rigorosas pęnas exequtas fuisse, sed quandoq; illos ad Ciuitatem vocatos, vel in aliam Prouinciam transmissos, & rarò ad officij priuationem. Officiales autẽ perpetui, & Iudices M. Curiæ sub dicta *Constit.* nõ comprehenduntur, vt ibi *Affl. nu. 2.* dum degunt in Ciuitate, vbi residet Princeps, cuius præsentia omnem violentiæ suspicionem tollit, vt diximus supra *prag. 8. par. 1. nu. 338.*

Dos nãq; & bona dotalia arbitrio danda relinqui possunt, & arctari *l. cum pater,*
50 *§. gener. ff. de iur. dot. Ozasch. decis. 107. Rota Perusi. dec. 99. 2. par. Afflic. dec. 337. & dec. 371. Menoch. de arbitr. Iud. cas. 149.* dotem enim attingẽtia possunt conditio-
51 nibus, & pactis alterari, proùt dicunt de pacto de morando in domicilio Vxoris, & nõ discedẽdo, nã pęna in casu cõtrarij exigi potest, *Cappell. Tholos. dec. 82. Peier. dec. 1. Vin. dec. 307. Capic. dec. 135. Frãc. Marc. dec. 240. Vrsill. dec. 307. Farin. de del. Car. q. 143. §. sequitur. Palas. in rub. de donat.*

§. 2.

§. 2. *nu.* 3. *Vasq; contr. cap.* 28. *nu.* 17. Nec aduersatur *tex. in l. Titio centum* 70. *§.* 2. *ff. de condit. & demonstr.* vbi habetur, non valere dispositionem, qua quis alibi morando libertate astringitur, nam non vendicat sibi locum, quando pactum cedit in beneficium, & interesse dotantium, vel Vxoris, vt per *Bart. in d. §.* 2. *in fin. Cancer. lib.* 3. *var. resol. cap.* 7. *ex nu.* 1. & sic decisum refert in S.C. *Gizzar. dec.* 19. *Amaya obser. iur. lib.* 1. *cap.* 6. *ex nu.* 21. Limita nisi ex noua causa Maritus, vel Mulier ibi commodè commorari non posset ob aëris incolumitatem, & inimicitias superuentas, vel alias legitimas causas, vt probat *tex.* quem sic reassumit *Bart. in l. Ca-*
52 *io, §. Imperator, ff. de alim. & Cib. leg. Menoch. de arbi. iudic. cas.* 469. *Tiraquel. de reuoc. donat. fol.* 367. *in fine nu.* 3. & omnes *Doct.* supra citati, exceptio enim loci non tuti, legitima de iure reputatur ad euitandam pęnam, *Vrsill. dec.* 280. *sub nu.* 30. *Silu. nupt. memorab.* 18. *Azeued. lib.* 7. *recopil. tit.* 6. *l.* 11. *& Sanch. de matrim. lib.* 1. *cap.* 40. *in fine*, extendit hanc con-
53 clusionem, procedere etiam in legato facto ab aliquo, dummodò in loco defuncti, vel alibi moretur, *Tess. quaest.* 76. *lib.* 4. *& Mier. de maiorat. par.* 1. *quaest.* 57. Sed aduertit, legatum sub conditione non fieri, nam species seruitutis esset, secùs si inuitaretur ad legatum sub spe lucri, modo adiecto, nàm valet, prout dixi supra in legato inuitatorio, ad contrahendum matrimonium cum persona designata; Sicq;
54 pęnalia pacta iuri consona valent, prout etiā, nè maritus ad Amasiam accedat sub tali pęna, *Bal. in l. fin. C. de spons. & Bar.* & cæteri *in l. ex parte §. fin. ff. de verb. obligat. Menoch. de arbitr. cons.* 260. Quę omnia ex abundanti diximus ad comprobandam libertatem matrimonij, & circa matrimonia.

Et redeundo ad *text. prag.* iustè statuit, vt Barones abstineant, nèc partes suas ad matrimonia impedienda interponant; Ego autèm consulo, vt omninò caueant, nam etsi directè non prohibeant, indirectè
55 tñ eorū pces, & monitiones, metui ęquiparātur, & sūt causæ ad agēdū contrà voluntatem, quæ Diuino, & humano iure merè libera esse debent. Est enim rogare Ducum, species violenta iubendi, *glos. in l.* 1. *ff. quod iussu*; hinc est, vt Officiales durante officio matrimonium contrahere [illegible] possint, *l.* 1. *C. si rector Prouinc.* & in *Constit. Regni communitèr* licèt de iure Canonico non procedat, *& Afflict. vbi supra num.* 3. *Mastrill. de mag. lib.* 5. *cap.* 6. *nu.* 122. vltrà dicta supra *nu.* 49.

Quis verò in foro fori dicatur iustus
56 metus ad dirimēdum matrimonium? dic, metum duplicitèr considerari ex parte subiecti, & primò cognoscitur, cuiusnam rei sit timor, & quę afflictio indè euenire possit, nàm talis esse debet, vt cadat in constantem virum, licèt in hoc sit attendenda personarum conditio, metus namq; vilibus dicetur maior, quam Nobilibus, *Gām. dec.* 246. *Gram. dec.* 18. *nu.* 12. Metus erit timor amissionis bonorum, mortis, cruciatus corporis, Carceris, & similium, *DD. in l. interpositas, C. de transact. Mascard. de prob. cōcl. incip. Metus respectu subiecti sit consideratio*, vt minæ sint tales, quæ probabilem metus suspicionē inferant, ex personarum qualitate hoc arguendo, non enim quis mortem, vel corporis cruciatus
57 expectare tenetur, *And. in cap.* 1. *quo tēp. Miles, Gram. cons.* 13. *nu.* 24. *& cons.* 32. Sed an metus reuerentialis matrimonium annullet, sitq; aptus ad dirimendum? quāplurimi dixerunt sic, matrimonij spiritualis instar, parentum metu contracto, *Marsil. sing.* 497. *glos. Panor. in cap.* 1. *quod metus causa, Doct. in l.* 1. *§. quæ onerandæ, ff. quar. rer. actio non dat.* vbi obligationes per filios contractæ metu reuerentiali sunt inefficaces, & *Menoch. de arbitr. Iudic. cas.* 136. de materia metus reuerentialis quando sit ad actus rescissionē sufficiens, & an detur in matre, *Ann. sing.* 430. & an in fratre, *cons.* 41. & an per testes singulares probetur *sing.* 520. *Gram.*
59 *dec.* 5. Attamēn in puncto principali est dicendum, contrarium esse verum, quia procedunt supra allegata in matrimonio spirituali, non tamèn in carnali; faciliùs enim tollitur spirituale, quam carnale, in primo non est necessarium, vt tanta, & tam libera voluntas accedat, prout in monachali vita; latè *Vasq; cap.* 35. *contr. & Boer. cons.* 20.

Hæcq; inter priuatos: metus verò superioris, satis probatus dicetur authoritate, & contra inobedientes terribilitate probatis, & adiunctis minis, ac persona-
60 rum qualitate in impotente in residendo satis pręsumitur, itaut vultus terribilis sufficiat, verificata a communitèr accidētibus cruciatus exequutione, *Crauett. cons.* 49. *Afflict. dec.* 69. *Ann. alleg.* 116. *Mascard. loc. supra cit.* Qui metus illatus dicetur, non solùm si fiat personę, quæ matrimonium contrahere debet, verùm etiā si parentibus, vel mulieris fratribus minę fuerint illatæ, nam satis dicetur, & illa
61 metu concussa, probatur ex *prag. nostra*, & ita *Roland. cons.* 2. *n.* 66. *Rota in nouis dec.* 7. *Ozasch. dec.* 179. sufficit enim metus illatus ijs, qui de hoc curam habent, *Surd. dec.* 101. *n.* 12.

Vltimò, quia *prag.* nostra pro istius obseruantia pęnam Proregis arbitrio reseruatam

PRAGM. X.

CAROLVS QVINTVS.

In anno 1336

Audiuimus etiam, quod complures ex huius Regni Baronibus, & vtilibus Dominis indies nouas exactiones, & varias impositiones, angarias, & alia diuersa grauamina subditis, & vasallis imponunt; qui & multoties ipsos subditos, & vasallos ex aliquo ex eis ad fideiubendum pro ipsis Baronibus cogunt; & vt faciliùs prædicta consequi possint, Sindicos, & Electos, aut alios Vniuersitatum Officiales ad eorum libitum eligunt, aut eligi procurant, quod malo quidem procedit exemplo, & satis iniquum esse cognoscimus; vndè volentes etiam istis oppressionibus vasallorum prouidere, mandamus, quod dicti Barones, aut vtiles Domini ex nunc in anteà nullas imponant, aut imponi faciant nouas exactiones, aut gabellas, nec noua seruitia, nouasuè angarias, aut alia noua onera inducant, aut induci faciant, directè, vel indirectè sine expressa licentia nostra, aut Viceregis nostri Generalis, si casus talis occurrerit, quod fieri debeat. Nec cogi possint vasalli pro Dominis fideiubere exceptis casibus per Regni nostri Constitutiones declaratis, aliàs fideiussio taliter præstita sit nullius roboris, & momenti.

Comm. Pragm. X.



Via hæc nostra Pragmatica plures habet partes, eam in tres diuido. In prima tractatur, nè Barones nouas exactiones, impositiones, gabellas, angarias, vel alia onera vasallis imponant. In secunda, nè pro se ad fideiubendum vasallos cogant. Tertiò, nè in Sindicorum, Electorum, & aliorum Officialium electionem se immisceant.

1 In prima, vt dixi, notatur, Barones, & vasallos ad impositiones, & onera realia, vel personalia seruitia, & angarias cogere non posse, ad fundandam hanc conclusionem arguam à maioritate rationis,
2 quæ argumenti species est in Iure solidissima; si enim id, de quo magis videtur inesse, & non inest, nec etiam id, de quo minus, *glos. in l. 2. C. quib. caus. in integ. rest. DD. in Auth. multò magis, C. de sacros. Eccl. Euerard. in suo loco Topic. 65.* dico, nec Re-
3 gi licere nouas collectas, impositiones, aliauè onera Regno, & subditis imponere, nisi solita, & quæ de iure sibi denegari non possunt, *Luc. in l. 1. C. de superind.* nam superindictum dicitur noua impositio, ad differentiam indicti, quod interpretatur ordinaria exactio, *Iacobin. de feud. vers. qui quidem inuestisti, & in tit. de homag. Capye. in inuest. vers. collecta.* & vt plenius loquar, scias, secundùm *Andr. in cap. 1. vers. extraordinaria collatio, quæ sit ut regal.* ab exordio Imperii vsq; ad Regem Guglielmum

4 mum vasallis non fuisse aliqua onera collectarum, & impositionum indicta, & probatur etiam ex *cap. Reg. Iis*, tempore Federici Imperatoris introductum fuisse, vt adiutorij ratione, certum quid ei præstaretur, & pro ipsius adiutorij causa collectæ subditis erant impositæ, & per multum temporis spatium exactæ fuerunt. Post Federicum, alij Imperatores, & Re-
5 ges istud adiutorium petere continuauerunt; posteà ex debito pro ordinaria, & annua indictione, & sic extraordinaria munera ad tempus indicta, tractu temporis in ordinaria transeunt, vt aduertit *Nig. in clem. de vit. & honest. cleric. num. 72*: Non possum in hoc silere, & posteros non
6 monere, vt principijs obstent, & aduersētur, nè nouitates admittantur, ex quibus omnia mala, & onera eueniunt: cum colore enim nouitates incipiunt, vt pro aliqua necessitate, & subditorum vtilitate pro vna vice tantùm Dominis prætenten-
7 tur, & posteà onus perpetuò infigitur, vt quotidiana experientia notoriè demonstrat: Non est enim posteà, qui reuocet, nec qui Superiori resistat. Quis contra Cęsarem? transierunt, qui pro patria pugnarunt; hodiè enim vel metu pœnę, seu pręmij spe, omnes alliciuntur, & allici-
8 nantur; indè est, iuxta notata per *Præs. de Franc. decis. 56. num. 17.* vt multa dona gratuitò facta a vasallis suis Baronibus, reperiantur in introitibus solitę pręstationes, & sic exacta continuatis dominijs, quanquàm secundùm *Andr. præcit. loc.* ipsum principium fuisset iniustissimum, cursus centenarius opitulari non deberet; satis
9 enim dicitur interruptus ex populi murmuratione, quę cursum vlteriorem impedit; Soluunt namq. subiectionis ratione, non iure consensus, ijsq. de facto resistere non licet, secundùm *Luc. in l. 1. C. vt rustic. ad vllum obseq. lib. 10. Sese de inhib. cap. 4. c. 4. §. 3. n. 3.*

Hæ inquàm collectę semper solutę fuere, & iàm factę sunt licitę, ex tot centenis curriculis effluxis, quę iniustum iustum
10 efficiunt, *Afflict. decis. 13.* & attenta personarum facultate, soluebantur: fiebant enim bonorum appretia, extimabanturq. personarum industrię, & lucra, prout fit in omnibus extimis, & appretijs, vt in *cap. Reg. Porrecta*, quod collectarum onus patrimoniale, personale, vel mistum dicebatur, cùm etiàm persona sit obligata pro rebus, *Bart. in l. 1. C. de mulier. libr. 10. Bald. in tract. de collect.* Continuauerunt
11 dictę collectæ vsq. ad Regem Alphonsum I. qui dum Neapoli moram aliquam fecisset, in generali parlamento in Ecclesia Sancti Laurentij in anno 1442. vt in Registro Regię Camerę, mutatus fuit huius solutionis ordo, & vti soluebatur per collectas, iussit, quid certum per focularia exigi; onera enim & per collectas,
12 gabellas, & per capita, aut fumantes indici possunt, *Bellug. rubr. 4. §. restat*, quod Principi, vel consuetudini relinquitur obseruandum, & sic fuit facta taxa, vt pro
13 quolibet foculari soluerentur Regię Curiæ deceni caroleni pro sale, quod per Fiscum distribuebatur in omnibus Regni Prouincijs, eiusq. Terris: nam ius salina-
14 rum est de regalibus, & cogere potest Princeps ad illud emendum, ex dictis suprà *pragm. 8. par. 2. num. 56. Petr. de potest. Princip. cap. 4. num. 78.* soluebantur etiam alij quinque caroleni pro expensis conducturæ, & pro mensura grana duo; quod & hodiè seruatur, & meminit *Reg. Tap. in cap. 1. rubr. de constit. Princip.* & dicitur hoc munus ordinarium patrimoniale; & licèt onus non sit indictum rei, & patrimonio, quando tamèn quid soluitur de
15 re, vel proptèr rem, patrimoniale munus dicitur, *l. fin. §. patrimoniorum, ff. de muner. Antibal. in tract. de muner. §. multiplex.* nam patrimonialia munera sunt in multiplici differentia, & distinctione, vt in citatis locis videre poteris. Ista tamèn solutio dicitur munus ordinarium in Re-
16 gno, præterquod omnia alia computantur inter munera extraordinaria, quæ superindicta in principio nuncupari diximus. Vtilitasq; huius inuestigationis eò pertinet: priuilegia enim, ac Regni statuta multos reddunt immunes a muneribus ordinarijs, vel extraordinarijs, vndè hoc scire est pernecesse; nam concessa de iure immunitate ab omnibus muneribus patrimonialibus, id priuilegium ad ordina-
17 ria non extenditur, *l. honoribus, §. qui muneris, ff. de vacat. muner. Luc. in l. 1. C. de excus. muner. libr. 12.* quamquam in Regno contrarium est receptum, concessa scilicèt immunitate largissima, nunquam extraordinaria, vti excepta venire, secùs ordinaria, de qua obseruantia, & ordinibus meminit *Reg. Tap. loco cit. c. 4. n. 104.*

18 Extraordinaria munera sunt, quæ accidentalitèr ob aliquam causam inducuntur, & certam formam determinatam, ac perpetuam non habent pręstationē, *Bart. in l. 1. C. de muner. n. 37. Luc. in l. eam, C. exactor. Boss. tit. de Princip.* latè *Petr. de pot. Princip. cap. 4. ex n. 65.* vti functiones, quæ soluuntur, pro viarum refectione, turrium constructione, earumq; custodia, pro Hispanorum, & aliorum militū, grauis, leuis, ac pedestris armaturæ stipendio; pro salario Barricellorum, & pro
19 donatiuis, quæ fiunt Regi; quę omnia extraordinaria munera dicuntur. *Henric. Bocer. de iur. collect. cap. 6.* & vidēda sunt,

quæ ſcripſit *Mazzell.* qui omnes Regni,&
Regij fiſci introitus refert ,& quo tēpo-
re donatiua ortum habuere , & quantum
huc vſq; noſtris Regibus ex deuota Regni
largitate ſit donatum,Et ſi noua collecta,
nec onus in Regno imponi poſſint ſupra
prag.8. par. 2. n. 50. & infra *n. 45*. Ciuitas
20 tamèn hęc Neapolis, & quandoq; Baro-
nes, & Ciuitates demaniales in generali
parlamento congregantur , & donatiua
in neceſſitatibus volūtariè faciunt, *Frecc.
lib.1. de ſubfeud. fol.* 14. qui etiam congre-
gationis ſeſſionis, & Baronum, aliorumq;
titulatorum in iſtis concilijs modū enar-
rat, & qui conuocari debeant , & an Ba-
rones minores habeant vocem,ac ſuarum
21 Terrarum repręſentent Vniuerſitates, &
an maior pars ad concludendum ſufficiat,
licèt de iure ad ſingulos, vti ſingulos ſpe-
ctet, vide *Reg. de Pont. conſ. 31. & de pot.
Proreg. tit.4. de regal. impoſit. ex n. 17. Ca-
pan. de iur. adohę quæſt. 34. & 62.*

Quæ omnia à prædicto Rege Alphon-
ſo vſq; adhuc ſoluta fuerunt , per focula-
ria, & ſingulis 15. annis in Regno nouæ
22 numerationes ad releuandas Terras a fo-
cularibus diminutas fieri ſolebant , iuxtà
tex. in l. omne, & ibi *gl. C. de cenſib. & cen-
ſit. lib.* 11. omneſq; deſcribuntur,exceptis
Epirotis, & Illiricis , qui vndecim caro-
lenos pro foculari ſoluunt, ſal non habēt,
23 & omni anno numeratur . *Tap. ibi n. 57.*
& annis decurſis fuit facta numeratio cū
maximo Vniuerſitatum diſpendio, Mini-
ſtrorum culpa; pace ſemper bonorum,qui
credētes Regi applaudere, & inſeruire, ſe
fiſcales obſtendunt, parum grauamina,&
Terrarum iura audiēdo , quod eſt longè
alienum a voluntate Principis, cuius mēs
clemēs, & benigna præſumitur , vt eius
propriū eſſe debet, *l. Imperiales, C. de nupt.*
Numerantur ergo per Commiſſarios de-
24 ſtinatos ſingula Terrarum focularia , &
ſingillatim per nomina , cognomina de-
ſcribuntur, & ſecundum quantitates , &
numerum fit ſolutionum fiſcalium taxa,
quam Vniuerſitates ſoluere tenentur ; ſed
dum dictorum fiſcalium functionum fit di-
ſtributio per focularia,& hoc onus ſuper
Vniuerſitatibus non imponitur, cur defi-
cientibus focularijs ex impotentia , vel
morte, ad fiſci damnū non deficit exactio;
ſed fit exequtio in bonis Vniuerſitatis, &
Ciuium; & cùr exequitur contra alios ci-
ues, cenſenturq; pro aliorum debito obli-
gati, dum hoc graue,& iniquum eſſe pro-
nunciauerit *Imperator in l. vnica, C. vt ne
pro alio conuen.* Primum aſſumptum, Vni-
uerſitatē , & Ciues pro focularijs non
exiſtētibus teneri, defendi poſſet, dū clau-
25 ſa numeratione, ampliùs reuiſio non da-
tur,& quod,Ciues pro dicta cauſa debent,
ad onus Terræ, ſeù Ciuitatis translatum
eſt,& ipſa in quantitate certa remanet ta-
xata, & ſicut ſi foculariorum augeretur
numerus, non augeretur onus, ſic è cōtra
diminutionē ſufferre debet , iuxtà notata
per *Reg. Moles dec. 10. & de Pōt. de pot. Pro-
reg. tit. 4. de regal. Imp. ex n. 9.* & diximus
ſupra *prag. 1. n. 109.* Et ſi enim onus Vni-
uerſitatibus per focularia impoſitum vi-
deatur, & quemlibet pro ſuo fumante te-
26 neri, quia tamèn repartitio, computatio
dicitur, *l. edictum, ff. de iudic, l. ſi quis di-
xerit, cum l. ſeq. ff. de verb. ſignif.* & hæc
computatio fit per modum vniuerſi , &
attenditur , quod principalitèr fit , ita
quod ſolùm Syndici, & non ſinguli citā-
tur, *l. ſuſceptores , C. de ſuſcept. lib. 11.
Clapper. cauſ. fiſc. 27.* fit prima,& licèt fiat
numeratio ſigillatim , fit ratione impoſi-
tionis poſtea faciēdæ Vniuerſitati, prop-
terea onus, Vniuerſitatē , & omnes ciues
reſpicit, cumq; Vniuerſitas perſonarum
mutatione non mutetur, *l. gage, §. 1. ff. de
legat. 1. l. cicut, §. fin. ff. quod cuiuſcu. Vni-*
27 *uerſ.* & in vno poteſt reſidere , ideo cum
onus à ſingulis non exigatur , ſed à toto,
debitum non ſingulorum, ſed Vniuerſita-
tis dicitur, & in defectum Ciues pro Vni-
uerſitate tenentur, & fauore fiſci realitèr
contra eos exigi poſſet, *Seſe de inhib. cap.
4. §. 5. ex n.* 20. Sed exigere in ſolidum
ab vno, vel aliquibus paucis Ciuibus, qui
ſuorum onerum ratam perſoluerunt , &
28 contra eos exequi realitèr , & perſonali-
tèr non video, quo iure ſubſtineri poſſit,
vt idē *Moles* non negat *dec.* 21. reſpicitur
enim tempus præſens neceſſitatibus ſuc-
currēdo, non futurum Regni damnum,ad
quod proprium Superiorum eſſet inuigi-
lare: proindè aduertant hi , ad quos ſpe-
ctat, vt prouideant, & non taceant, volū-
tati Gubernantis alludendo , iuxta *Corn.
Tacit.* dictum *(loquuntur ad voluntatem,
aſſentantur, adſident, admirantur)*. nam mi-
ſeri in animæ iudicio tenentur, conſtituti
enim ſunt, vt proſint, non vt pręſint . Ex
hac inquam mala præceptorum obſeruā-
tia quamplures, & præcipuè paruæ Ter-
ræ deſtruuntur, dū diuites in genere ſuo,
cum eis ablatum, maximè ſi in computum
reſiduorum raró recuperant, & ſic depau-
perantur , aut alio ſe conferunt , & Vni-
uerſitates ad functiones fiſcales exſoluen-
das in præiudicium, & damnum etiam
Regis inhabiles remanēt , Quid pro cæ-
teris debitis, & oneribus, ad quæ Vniuer-
ſitates Baronibus , & alijs priuatis credi-
29 toribus tenētur, an ſimilitèr Ciues ſint
obligati; Dic, ſi onus eſt affixum non par-
ticularibus, ſed ſuper corpore vniuerſali,
nec perſonæ, nec Ciuium bona ſunt ob-
noxia, exequutio fit contra afficatores,
exactores,

exactores, & bona ipsius Vniuersitatis si extet, in defectum tamen Ciues ad imponendum inter eos collectam cogi possunt, vt notat gl. in l. 1. §. fin. vers. pro consul. ff. quid cuiusq; vniuer, & ea collecta inter Ciues est imponenda pro rata, per æs, & libram, vt quilibet damnum pro sua possibilitate sentiat ad text. in l. pro locis, C. de annon. & trib. lib. 10. Et sic Ciues insolidū astringi non debent, non enim quod debet Vniuersitas, singuli debent, vt ait text. in l. sicut, ff. quod cuiusq; Vniuer. Quid si Ciues obligati in instrumento censuali, vel simili ad Vniuersitatis beneficium mortui
30 reperiantur, an Creditor petere valeat, vt alij in locum mortuorum obligentur. Baro Auiliani prouisiones à Collaterali Consilio contra Vniuersitatem Castrouillari obtinuit, & dum Ciues renuissent, se in Ecclesijs celando, & fugiēdo, habita de diuitibus relatione, fuit prouisum, illos haberi pro obgligatis, dum prædecessorū onus omnes successores Ciues subire tenentur. Consilium enim, & Vniuersitatis contractus successores ad onera subeunda
31 obligat l. si ijs, qui bona, ff. de pignor. Doct. in l. Ciuitas, ff. si cert. pet. non dico personas, cum solum Vniuersitatibus liberis de iure sit talis concessa, nō autem priuatis, vt personas ad arresta obligare possint, Doct. in d. l. Ciuitas, Gaill. de arrest. quæst. 9. Sed Collat. Consil. decreuit illo modo, vt alij subrogentur, quia antea personalis obligatio cum Ciuibus contracta fuerat, & Princeps eo casu ad faciendam talem subrogationem in alios cogere solet, non quod regulariter pro vniuersali debito Ciues nō obligati teneantur, nisi in defectum realitèr tantum, causa tamen cogni-
32 ta, in casu extremę inopiæ Vniuersitatis, & non aliàs, permittendum; & D. Regētes in expediēdis his prouisionibus non procliui, sed accuratè, vt solēt, esse debēt cum aduersentur dicta superiùs n. 28.

Sed an de persona contra Syndicum, & alios de regimine pro Vniuersitatis debi-
33 to, ad quos sunt obligati, exequutio fiet? Bonad. in sua polit. lib. 3. cap. 8. ex n. 72. indifferentèr non solùm pro fiscalibus, sed etiam pro alijs Vniuersitatum debitis eos carcerari posse firmat, sicuti ipsi in Vniuersitatis debitores facere valent, ita ad imparia iudicari non debent, vt pro Vniuersitate soluant, & repetant, ex l. penult. C. de solut. Marsil. sing. 389. pecunia enim in eorum posse esse præsumitur, qui vel habent, & soluere tenētur, vel si in culpa, & sibi est imputandum, dum introitus exitui ęquiualentes non tenēt, collectas imponendo. Hęc sententia dura mihi visa fuit, & posteà vidi Felician. de cens. 2. par. cap. 3. n. 8. qui hanc proponendo quæstionē, & mētionē faciēdo de Bonad. & alijs, contra eos substinet, & rectè cum
34 iniquum sit, vt Administrator, seu Tutor de persona pro pupillorum debito teneatur, nisi quando ipse proprio nomine esset obligatus, l. si non subscripsisti, C. de admin. Tutor. l. Ciuitas, ff. si cert. pet. esset enim officium damnosum, quod ferēdum non est, contra regulam l. si seruus communis, §. quod verò, ff. de furt. idquè probat prag. 7. §. 7. de commiss. vbi pro fiscalibus functionibus commissarijs, exequendi, & Affictatores, & Vniuersitatum Gabellotos carcerandi facultas datur, & in defectum contra Ciues etiam de Regimine exequi mandat, sed de ipsorum carceratione non loquitur; inde videmus cōtinuò expediri prouisiones per Superiores, vt pro eo anno Syndicus, & electi personalitèr pro quauis causa non molestentur, limita tamèn, vt dixi, si Syndicum, & electos habere vnde soluerent, cōspici posset,
35 vel ipsi in exigendi moram fecissent, Felician. ibi in fine, Guid. Pap. dec. 8. fallit etiam, si ipsi Syndici fisci debitores essent, nam cum tales carcerari possunt ex dicta prag. 7. ex l. eum eo, ff. ad l. Iul. pecul.

36 Foculare, vt terminos ignores, dicitur vna familia, quæ simul viuit; licètq; plures sint personæ, vnum tamen constituūt foculare, veluti si pater plures habeat filios, & nepotes ex eis sub vno tecto viuētes, vnum constituunt foculare. Bal. in l. 1. ff. quod cuiusq; Vniuers. nom. Rip. in l. 4. §. actor. ff. de re iudica. quamuis omnes lucrē-
37 tur, habeantq; patrimonium, & bona, ex quibus viuere possent extra substantiam paternam, Bal. in l. etiam, C. de exeq. rei iudic. secùs si seorsum habitent, tunc enim licèt de paterna substantia viuant, separatum faciunt foculare; idē Bal. in l. 1. C. & in l. si cui dulcia, ff. de vin. & ole. leg. vers. amplias; & quando filiorum separatio singularè focum cōstituat, & quomodo procedat, vide Boer. dec. 21. n. 4. Capic. in Inuest. verb. collect. & fratrum vnio adeo est priuilegiata, vt patre immune mortuo,
38 ea immunitas in filios in communionem degentes continuetur. Menoch. cons. 486. n. 4. Guid. Pap. dec. 389. Surd. dec. 123. n. 8. Focum tamèn non constituunt milites ordinarij, nam Princeps, qui eos à solutionibus eximit, sibi excomputari de-
39 bet, l. actores, vbi Luc. C. de exactorib. Alex. cons. 130. vol. 2. Boer. dec. 213. Itē deduci debent immunes propter numerū duodecim liberorum, Viduæ, quæ solæ sunt, nam si filios habent, focum consti-
40 tuunt; Personæ inhabiles, & pauperes miserrimi, Capic. præcit. loc. Forenses, etsi ibi habitent, non ideo ibi numerari debēt, sed vbi domicilium habent, prout nec ipsi exteri

41 exteri extra suum domicilium collectari possunt, *l. vnica, C. vt nullus ex Vicar. l. prouidendum, C. de decur. lib.* 10. nam persona pro rebus est in munere, *l. libertus, ff. ad municip.* nisi respectu possessionum, quas in illo territorio possidet, *Gabr. Rom. concl.* 2. *de iur. immun, Tess. dec.* 149.

Indè continuò controuertitur, vbi quis collectari debeat in loco originis, domicilij, vel vbi incola habitat. Pro perfecta cognitione scias, Ciuium onera esse tripli-
42 cis generis, realia v3. mixta, & personalia. Realia sunt, quę rebus; Mixta, quæ personæ pro rebus imponitur, & nuncupantur collectæ; Personalia autèm, quę personę iniiciùtur, *l. fin. ff. de muner. Bar. in l. rescripto*, §. *fin. ff. cod.* Pro oneribus realibus semper quis tenetur, etsi non ha-
42 bitet, & maximè originarius, *l. fin. C. de municip. & orig. lib.* 10. *l. ordine Decurionum*, §. *ius originis, ff. ad municip*, sequitur enim possessorem, & dicitur onus rei intrinsecum, *l.* 1. *C. fine cens. vel reliq.* Pro mixtis, in loco originis, & domicilij quis collectari potest pro rebus in hijs locis residentibus, *l. assumptio*, §. *fin. ff. ad municip. Franc. de Leo. dec.* 159. Et etiam pro bonis extra Territoriū existentibus *And, in cap.* 1. §. *& plaustrorum, quæ sint regal. Luc. de Pen. in l.* 1. *C. de impon. lucrat. lib.* 10. *Tess. loc. cit.* dummodò tamèn in loco rei sitæ, bona, illa in libro Catasti posita non sunt, & collectam, vel bonatenentiam non soluant, nam aliàs duplici onere grauari non debent, *gl. in l.* 1. *C. de mulier. & in quo loco lib.* 10. *Sebastian. de Neap, in cap. Regni in singulis num.* 7. *Bald. conf.* 227. *lib.* 3. *Alex. conf.* 28. *lib.* 6. *Ann. conf.* 59. Et quando collectantur pro bonis extra territorium, intelligitur pro exoluendis functionibus fiscalibus ordinarijs, & extraordinarijs, non autem pro alijs oneribus Vniuersitatum, quorum ciues bona extra territorium obligare non poterant, *Bart. in l.* 1. *C. de mulier. lib.* 10. *Reg. Reuert. dec.* 387. Pro personalibus autē, quis non tenetur, nisi vbi habitat, *l. incola*, & ibi *Doct. ff. ad municip. & in l.* 1. *C. de impon. lucr. de scrip. lib.* 10. limita pro functionibus fiscalibus, nam etsi sint onera personalia, dùm imponuntur pro singulis focularijs, & per *prag.* 8. §. 7. *de commiss. & exeq.* mandatum fuit, foculare esse sol-
43 uendum, vbi quis fumat, seù habitat; cōtrarium tamē est vsu receptum, vt si quis post abscriptum in numeratione aliò se conferat; vbi fuit numeratus saluere tenetur, & Regia Camera continuò Perceptoribus, & alijs committit, vt ipsos absentes ad soluendum, vbi numerati fuerunt compellant, nam etsi onus personale, tamen quia post numerationem completā onus remanet Vniuersitati, in qua fuerūt illi numerati, illę Vniuersitates in damno esse non debent, & aliæ Terræ, vel ipsi absentes in lucro, fraus enim nemini patrocinari debet, & cum aliena iactura lucrari non conuenit vulgatis iuribus, & in terminis singularis est *tex.* 12. *l.* 1. §. *qui in fraudem, ff. de vacat. & excusat. muner.* Si autem originarius non sit abscriptus pro foculari in loco originis, iura fiscalia pro suo capite in loco domicilij, & in loco vero originis, bonamtenentiam, & debita habitationis paternæ tempore contracta, soluere tenetur, & vidi pluries per Regiam Cameram ordinatum, & nouissimè refert *Præs. Ganau. dec.* 46. Et aduerte pro oneribus mixtis, vti pro bonatenentia Vniuersitates debere esse diligentes in exigendo a collectatis, & à fructibus illorum bonorum, nam his alienatis, contra nouum possessorem bonamtenentiam à prædecessore debitam peti nō posse puto, non enim Vniuersitas in hoc tacitę hypothecæ priuilegium habere reperitur, vt probat *tex. in l.* 2. *C. de iur. reipubl. lib.* 10. nisi quando hi introitus fisco assignati, & inter illius nomina debitorum positi fuissent, iuxtà *gl. in l. aufertur*, §. *fiscus, ver. pignus, ff. de iure fisc. & in l.* 1. *C. in quibus cauf. pign. taci. contr.* Hæ inquam collectæ, & si naturaliter onera dicantur, formalitèr sūt personarum onera; *Ozasch. dec.* 95, *num.* 46. *Gaill. obser.* 52. *ex nu.* 10. vnde mutata persona, rei status mutatur, & rerum possessoris qualitas perpēditur, maximè si ad illum ex onerosa causa deuenerit, vt *in l.* 1. *C. de impact. lucra descript. lib.* 10. *Alex. conf.* 35. *num.* 16. *lib.* 4. &
44 conferunt notata per *Rouit. prag.* 2. *num.* 19. *de Cler.* proùt nec pro canone contra tertium agi posse fundat *Surd. dec.* 32. Verum discusso principali debitore, & nō reperto soluendo Vniuersitati personali actione contra tertios possessores agere permittitur ex singulari priuilegio ab Imperatore Antonino inducto in *l.* 2. *C. de debit. Ciuit. lib.* 11. & ibi *gl. verbo conueniatur*, & dicitur infra *sing.* 187. Non obstant adducta per *Boss. tit. de Prine. & Priuil. eius ex num.* 102. bona, s. in extimo descripta esse tacitè obligata, non tantum fisco, quam communitati, nam intelligi debet in oneribus realibus, vel in bonis, vt supra descriptis, cum consensu, & Ciuium obligatione, aliàs aduersaretur supradictis iuribus. Aliaq; multa essent dicenda, sed vltra susceptam prouinciam nolo progredi, sufficit enim terminos annotasse, & ad materiam vide *Affl. in cap.* 1. §. *plaustrorum, quæ sint regal. Bald. conf.* 139. *vol.* 3. *Soccin. conf.* 74. *Sese de inibib. cap.* 4. §. 1. *& dec.* 7. *cap. Regni porrecta*, *Rouit.*

in

in pragm. 1. de appret.
Hodie Princeps hæc ordinaria onera
exigit,& extraordinaria populi consensu
45 imponit,*Tap. & Capic. locis citat.* sicq;&
donatiua, etsi inquam de iure Regnum
collectis onerari non potest , vt diximus
supra *prag. 8. par. 2. nu. 50.* nisi in casibus
à Papa Honorio declaratis , & in Regia
Cam. registratis, *Andr. & Afft. in Constit.
quamplurimũ;* Romana enim Ecclesia,domina
proprietatis huius Regni , pro illo
capitulare,& declarare potuit,*Andr.in §.
nec Dominus, num. 45. de prohib. feu. alien.
& Capic. in inuest. verbo collecta*, adiutorij
casus enumerant pro redimenda s.persona
Domini, pro Regni defensione, pro filij,&
fratris militia , ac pro maritanda filia,vel
sorore,his casibus,Regnum vsq;ad
summam 15000. vnciarum collectari liget;
in alijs verò necessitatibus suis introitibus
vti, suumq; in marsupium manus
imponere debet, *Luc. in l.agros , C. de
fund. limitro. lib. 10. And. quæ sint regal.
vers. extraordinariæ collectæ, Capan. de iure
Adohæ cap. 16. cum seq.* & extra eos casus,
impositiones, exactiones, gabellas,&
alia onera Principi indicere non licet ,
quamuis Regnum nostrum , vt dixi supra
num. 20. in Regis tot bella substinentis
necessitate , quia vix suppetunt redditus,
ob tot impensas pro Regiæ Coronæ conseruatione,
sepæ sepius voluntariè noua
donatiua ei præstat per focularia repartiendo ,
vel per impositionem gabellarũ,
vel illas augedo,*R. Sanfelic. discept. vnica
quæst. 2. tom.decis.* ad quod solus sufficit
regius assensus absq, censuræ metu, ex adductis
per *Reg. Reuert. dec. 53.* Regi enim
47 donare,& succurrere licet,*Frec. auctor. 3.
num. 26. de subfeud. Tess. dec. 257.* Et redeundo
ad nostram *pragm.* vltima primis
coniungendo , nam satis *tex.* nostri conclusionem
firmauimus, ex prædictorum
probatione à maioritate rationis, vt si Re-
49 gi,qui personarum Dominus dicitur, nõ
liceat,vt infra *num. 63. & prag. 14. num.
81.* multo minus hoc , & eius Baronibus
inferioribus,& ab eo Inuestitis permittitur,
auth. multo magis , C. de SS. Eccl. &
nullo modo Baronibus collectare,onera
imponere,& adiutoria petere,nisi in casi-
94 bus à iure destinatis licere, dixi supra
*prag. 1. Crauet. cons. 132. num. 10. Natt.
cons. 406. Ioseph Sese de inhib. cap. 4. §. 3.*
Quid verò significent ista nomina posi-
50 ta in *tex.* nostro de gabella , collecta, datijs,
tributis,& impositionib⁹, vide *Gram.
cons.ciu. 69. Bertaz. de clauf. Petr. de pot.
Princ. cap. 4. ex num. 65.* qui omnia significata
recensent . Et pro terminorum
cognitione suas, Collectam à gabellis,seù
51 datijs, quæ idem important,differre;Gabella
enim,seù datium est,quod pro rebus
victualibus,seù fructibus,vel rebus mobilibus,&
industrijs imponitur,& idem etiã
importat, quod vectigal,cuius nomen generale
est,& sub eo cõprehenditur, peda-
52 gium quoq; nominari solet, *Bertaz. clauf.
30. gl. 11. cum seq. Boss. tit. de vectigal.*
Collecta est quod personæ pro rebus imponitur,&
dicitur munus mixtum,quia
persona obligatur pro rebus,*Bart. in l. 1.
C. de mulier. Bertaz. clauf. 21. glos. 9.* quãdo
tamen res non allibrantur,nec in extimo
ponuntur , nec habent perpetuam determinationem,
extraordinarium munus
dicitur , & bona non remanent pro colle-
53 cta , gabella , & datijs obligata , inde ad
quemcumq; immunem ea transeant , immunia
tractari debent,quod contrarium
esset,si bona essent in Catasto allibrata
quia tunc ad quemlibet etiam immunem,
54 cum onere suo transeunt , vnde Clerici
pro bonis ad eos,cum collectarum oneribus
realibus peruenctis tenentur, *prag. 3.
de Cler. sol. Reg. Tap. in Constit. Prædecessorum
num. 4. Azeued. lib. 1. tit. 3. l. 11.
ex num. 8. Sese d. dec. 7. num. 4. & 6. Reg.
Rouit. prag. 2. ex nu. 17. de Cler.* & infra
prag. 12. nu. 11. Idem in tributis, & censibus;
quæ imposita sunt pro regali seruitio,
alijsq; oneribus rebus impositis , nam
quia res sunt affectæ,cum suo onere transeunt,
*tot. tit. C. sine cens. vel reliq. cap. Regni
99. Carau. rit. 229. Marant. cons. 99.
Camp. de vit. & honest. Cler. num. 47. cum
seq.*
Differũt etiam gabellæ à collectis,quia
forenses à collectis de iure immunes esse
debent,iuxta eã,quę diximus supra *nu. 41.*
gabellis autem sunt obnoxij ,quia locorũ
statutis pro rebus,quæ ibi emuntur,& vẽduntur,
obligantur, *Bal. in l. 1. C. de contrahend.
emp. Bertaz. de gabell. num. 5.* Ab
his tamen gabellis eximuntur Ecclesiasti-
55 ci, *l. placet C. de S.S. Eccl. Auth. item nulla,
C. de Episc. & Cler. & cap. Regni Item
statuimus,quod Clerici,sic,*& milites in actu
seruientes,*Bertaz. vbi sup. num. 58.* prout
in praxi obseruatur etiam cum Castellanis ,
& regijs triremibus . Pariter ad
gabellas non tenentur Officiales iustitiã
in loco administrantes,*Luc. de Pen. in l. iubemus,
C. de prop. sacr. scrin. Capye. in inuest,
fol. 282.* vt obseruatum vidi cum Officialibus
in Regni Prouincijs, licèt in hac Ciuitate
Neapolis contraria inoleuerit consuetudo ,
ob eorum Officialiũ forsan multitudinem ,
& quia ferè omnes sunt ciues,
Barones insupèr hoc priuilegio gabellas
non soluendi fruuntur, *Auend. de exequ,
mand. cap. 14. lib. 2. num. 30.* pro burgensaticis
autèm ad bonamtenentiam tenentur,
pragm. 26. de vectigal. & dicam infra
prag.

prag.11.num.67.& prag.12.num.10. Princeps verò ab omnibus vectigalibus est immunis,l.eit.§.Fiscus, ff.de publ. & vectigal. vbi DD.Bonadill.in sua Polit.libr.2.cap.16. num.173.Gutier.de gabell.q.85. sic & eius Proreges, vti Capitanei generales militię,& vti Præpositi Officialium,ac quia vti Vicereges,& Locumtenentes gaudent omnibus priuilegijs, & prærogatiuis, quibus Rex fruitur,Frec.de subfeu.tit.Quis dicatur Dux,num.29. vltra quod Ciuitates Regni vectigalia sine speciali Domini licentia imponere non possunt,Luc.de Pen. in l.fin.C.ex quib.mun.lic.Sesc lib.10.Capy. in inuest.fol.283. & diximus suprà prag.8. par.2.num.49.& in generali concessione concedentis persona non comprehenditur l.inquisitio, C.de solut. In aliquibus enim locis viuitur per collectas, in alijs verò per gabellas, & an ordo contra solitum mutari possit? vide Camp.in cap.Reg.167. & in cap.In kalendis.

Si onera realia Barones imponere non possint, eò minùs personalia seruitia, & angarias,cum personæ sint rebus digniores,l.iustissimè, ff.de ędilit.edict. & angariæ sunt de regalibus, quæ sub generali concessione non veniunt, vt in cap.1.de regal. vers.angariarum,& perangariarum. Angariæ inquam,est munus operum personali-
56 tèr expensis Domini præstandum.Perangaria autèm quanpo quis munus suis,non autèm Domini expensis subire tenetur, glos.& Andr.num.52.in cap.1.§.angaria, quæ sint regal.glo.in l.neminem,C.de sacros. Eccles.Io.de Plat.in rubr.C.de cursu publ.& angar. Luc. de Pen.in l.cum te, C.de muner. Intellige si vasallus se alendi, & suis sumptibus seruitio iniungendo vacandi modum habeat, alias si nimis pauper, expensis Domini seruire perangarius tenetur, argum.l.suo victu,cum l.seq. & l.imponi,ff. de oper. liber. a liberto enim ad vasallum
57 validum est argumentum, etsi libertus ratione receptæ libertatis inextimabilis vasallum excedit, hic eum ratione iuramenti voluntariè pręstiti superat; vndè libertus ad maiora tenetur, quia maiora recepit;vasallus verò in eo,ad quod tenetur,strictiùs obligatur, quia illa præstare iurauit,quod libertus non fecit,& proindè substinetur argumentum Andr. in c.1. num.5.quib.mod.feud.amit.& in cap.1.ver. valuasores,num.9. de his,qui feud.dar.poss. Idem procedit, si seruitia extra territoriū
58 iniungerentur,nam expensis Domini vacare debet,argum.l.quod nisi fiat,cum l.seq. de oper.liber. Specul.tit.de feu.§.quoniam, vers.26.Iacobin.de feud.vers.& promiserūt, Ardiz.cap.5.& 6. & Mastrill. de Magistr. lib.3.cap.10.num.336. quę munera secundùm Capye. decis.118. & 168. fuerunt in
59 vsu etiam tempore;quo Romani imperabant post translatum Imperium, & post Imperatores etiam Baronibus fuit concessum habere vasallos,angarios,vel perangarios, qui vasalli vltra subiectionem opera vilia, & sordida præstabant, quę narrantur in l. maximarum, C.de excusat. muner. lib.10. nam vt dicantur munera angaria, ea vilia, & sordida esse oportet, alias munera personalia dicerentur,l.munera,ff.de muner.& Gram.cōs.ciuil.12.et 13.
60 & inter perangaria magnum onus est, quod a Terra sine Domini licentia recedere non possunt,& si recedant,per Superiorem reuocari poterint, iuxtà constitut. Quisquis burgensibus, & cap.Reg. Item statuimus, quod vasalli ad instar agriculorum, de quibus in l.omnes,& l.pen.C.de agric.& cens.lib.11. diximus,per Superiores, cum Domino propria authoritate non liceat, Luc.de Pen.in l.si coloni,num.19.C.de agric, & cens. & apparet ex const.Quo quis,& sic obseruatum fuit in Regia Audientia Calabriæ, vbi multi Barones, vti Principis Bisiniani successores has habent prerogatiuas,& pręcipuè Baro Rotę,ad cuius instantiam mediantibus Collateralis prouisionibus pro suis reuocandis vasallis, Cōmissarium expediuimus: tātò magis,quia ea Terra erat nimis exhausta,& omni fructu, & personis vacua; vnum tamèn in Terra Sancti Iacobi degētem, qui aliquas deduxit sęueritates sibi per Baronem factas,excusauimus; quando enim vasallus etsi angarius,& perangarius crudelitèr,& tirannicè a Domino tractatur,aufugere permittitur,& redire non tenetur,Bart.in l.cum satis, C.eod. Paris de Put.de sindic.§. excedunt autem Barones,num.27. ad instar vxoris à viro verberatę, §.quia verò,auth. vt cum de appell, cognosc. §. quia verò,arg. l.1.C.in quib.caus.col.& cens.lib.12.l.1.C.si qua pręd.potest, & l.vnic. C.si Rect.Prou.&
61 licèt aliqui voluerunt, hoc ius reuocandi vasallos, Baronibus competere, quamuis non angarios, & perangarios, qui ab eorum Terris discesserint, argum. l.fin. ff.de decr. ab ord.l.priuilegio, C.de incol.libr.10. l.vnic.C.si Curial.reli.ciuit. Bart.in l.incola, ff. ad municip. aliàs Baronum Terrę diminutionem paterentur,Gram.conf.ciu.2.n.8 & maximè,quia Vniuersitates sub pæna statuere possunt, nè quis territorium relinquat,Mastrill.lib.4.cap.18. nu.83. quem in hoc impugnat Oter. de pasc.cap.5.n.14. & hanc Oter.opinionem probat Const.Reg. Quia frequenter. Verùm text.supra cit. & Doctor. loquuntur de angarijs, & perangarijs;& sic intelligendi, vt infrà sing.14. & proindè dicendum est,vasallos non angarios nequaquam à Baronibus reuocari posse,vt ad eorum Terras redeant, prout

& no-

& nouissimè post hæc recensent *Reg. Merlin. controu. cap.* 83. *& Reg. Sanfelic. in prax. sess.* 8. imò *Reg. Reuert. decis.* 395. subiungit, vasallum, vt reuocari possit, non sufficere, esse angarium, sed requiri perangarium, si domicilium in Terram demanialem ille transtulerit; si autem ad Terras alterius Baronis, sat esse angarium, vt clariùs idē *Reuert. in decis. relata per Reg. de Marin. in suis resolut. cap.* 107. & hoc de stylo Regiæ Cameræ dicit, nam in *const. Quisquis burgensis*, non alitèr fit hæc distinctio, sed generalitèr mandatur, vasallos personalibus seruitijs obnoxios à Terris Demanialibus, & Baronalibus reuocandos esse, & interim quod non recedunt, eorum bona in iurisdictione illius Baronis existentia pro seruitutibus sequestrantur, contra alios non angarios recedentes, tantùm
62 bona Baronibus redditiia sequestrantur, *Camp. in cap. Reg. Item statuimus, quod si vasalli, Patis de Tut. loco supra cit. à num.* 36. An verò seruitia personalia à Baronibus consueta exigi à vasallis pro manutensione, & vtilitate feudorum sapiant angariam, vide infrà *pragm.* 16. *ex num.* 15. No-
63 biles verò ab istis eximuntur, cum sordida exercere non debeant, *l. munerum, §. patrimonium, & §. sordidorum, ff. de muner. l. humilioribus, C. de suscept. & aur. Iacobin. de feud. in fin. tract. tit. de Roidis Afflic. in const. Quisquis.*

Istas verò angarias Rex de nouo personis indicere non potest, *Luc. de Pen. in l.* 1. *C. de cap. ciuium, Capye. loco cit. num.* 10. *Afflict. in const. Adscriptitios*, nam et si personarum dominus dicatur, vt in *const. Qui frequenter*, non tamen eos seruos facere debet. Intelligendum est, esse dominum personarum, quoad dominium iurisdictionis in subditis, ac ad exhibitionem seruitij personalis in necessitatibus, non quoad libertatem personarum, vt in his, prout in seruis dominium consequatur, *Vasq. controu. cap.* 50. *nu.* 3. & latiùs *Horat. Mont. de regal. in prælud. ex num.* 6. *& in § angariæ, à num.* 3. Sic subditorum bona, quoad protectionem Principis esse dicuntur, vt vltrà adnotata suprà *pragm.* 1. *num.* 154. addo *gloss. fin. in cap. ius militiæ*, 1. *dist. Auil. in cap. Prætorum, cap.* 1. *num.* 116. dominus enim totius, non est singularum rerum dominus, *l. in rem, §. si quis rei suæ, ff. de rei vindic.* Angaria enim species seruitutis est, *Luc. in l. ne diutius, C. de agricol.* & licèt concessio fiat à Principe cum angarijs, & perangarijs, intelligitur clausula hæc, si hæ sunt, vt declarabimus infrà *pragm.* 16.
64 antiquitùs enim fuerunt introductæ hæ angariæ loco condemnationis pro pænis capitalibus, vel consuetudine, aut immemorabili præscriptione, *Capye. decis.* 168. imò neq; eum consensu vasallorum hæc iura sine Regio assensu quæri possunt, vt in *const. Quia frequenter*, cum sint supremi dominij, & de regalibus, & in hoc Regno Catholici nostri Reges his seruitutibus vsi non fuerunt, sed de ordinarijs, & extraordinarijs oneribus subditorum contenti remanserunt; nam si suprà *pragm.* 1. *num.* 112. Principem super iure gentium disponere non posse fundauimus, quantò minùs super iure naturali seruitutem inducere. Ex causa tamèn Princeps ad tempus, donèc alitèr mandare valet, nè vasalli discedant, vel redeant, nempè si vasalli non voluntariè pro eorum vtilitate, vel necessitate ad seductionē Baronis conuicini aufugiant: nam quod euiq. de iure licet, ad æmulationem tamèn non est permittendum, communitèr *DD. in l. altius, C. de seruit. Viu. decis.* 476. *num.* 7. sic pro bono pacis, & bono regimine ad euitanda scandala intèr Barones, & præcipuè Magnates, & rixosos ea mandata procedunt, iuxtà *text. in l. congruit, ff. de offic. Præs.* Idem si ratione functionum fiscalium id expedire videbitur, *Reg. Merlin. controu. cap.* 88. *num.* 24. cum legitima enim causa omnia Principi permittantur, vt dictum fuit suprà *pragm.* 1. *ex num.* 122. Vndè vt hanc primam partem absoluam, non est dubitandum, Barones onera indicere non posse, nisi legitimo titulo, vel immemorabili præscriptione essent muniti.

65 In secunda parte adnotatur, Barones vasallos cogere non debere, vt pro ipsis fideiubeant, nisi in casibus à *const. Reg.* præscriptis. Ratio est, quia contractus debent esse liberi, *l. sicut, C. de act. & oblig.* & proindè diximus suprà *pragm.* 1. Barones cogere non posse vasallos ad sibi bona vendendum. Nec aduersantur *Const.* quę incipit, *Si vasallus*, per quam vasallus pro Domino in ciuili, vel criminali fideiubere
66 cogitur; nam procedit in vasallo feudi, non in vasallo ciue, seù burgensi, quia multùm inter se differunt, *cap. in causis, §. vasalli, de pace constan. Capye. decis.* 162. *num.* 14. imò et si Baro esset in magna necessitate constitutus, vel carceratus, pro eo vasallus burgensis ad fideiubendum non tenetur, comprobat *Boer. decis.* 128. Solùm enim filius pro patre fideiubere in necessitatibus cogitur, aliàs licitè exheredari posset, *Auth. vt cum de appell. cog. §. causas*, ibi, *Si quilibet de prædictis*, quidquid alitèr priùs erat *de iure ff. Vrsill. decis.* 308. *num.* 25. è contrà pater pro filio, etiam pro munere publico suscipiendo fideiubere non cogitur, *l.* 3. *vers. si filius, & l. honor, §.* 1. *vers. si in numero, vbi glos. ff. de muner. & honor.* & limitatur solùm pro onere tutelę, *l. si quis, §.* 1. *ff. de excus. tutor.*

tutor.& l.fin.ff.de suspect.tutor.vbi glo.verf. posſit, dicit, *hoc ſpeciale fauore pupillorum*; aliàs ſi Baro vaſallum cogeret, nulla eſſet fideiuſſio, ſecùs ſi voluntariè, *Gram.conſ. ciuil.91.& 95.* & in dubio metu extorta præſumitur, ſi procederēt minæ, vel ſi corporis cruciatum expectarent ex qualitate Baronis, niſi obedirent, *Theſ.q.51. Reg. Reuert.& Dom.de Marin.decis.386.* Non omittam vnum notabile, quod certa die ſatis mihi deſeruit, metum videlicèt fide-
69 iuſſori illatum tertio creditori ignoranti, qui aliàs non contraxiſſet non nocere, ſi qui paſſus eſt metum, non interueniſſet, *Vrſill.decis.246. Crauet.conſ.221.* ſimulationis, vel fraudis inſtar: nam ſi de ea non
70 participat alter contrahens, ad annullādum, vel reſcindendum contractum eſt inapta, *l.eleganter, vbi gloſ.& DD.ff.de dol. l.qui autem, §.quare, & l. qui à debitore, ff. in fraud.cred. Afflict.decis.263.in fin. de Ponte conſ.2.num.85.* & iuxta diſtinctionē ſimulationis, & fraudis declaratam per *Farin.tit.de falſ.& ſimul.q.162.p.1.*

71 Tertiò principalitèr notatur, rem peſſimi exempli eſſe, vt Barones Sindicum, & Electos, aliosq; Vniuerſitatis Officiales ad eorum votum eligant, & eligi procurent, vel ſint perſonæ, quæ ex eorum arbitrio dependeant; nam maximi detrimenti Vniuerſitatibus eſſe ſolent. Et quando ſunt lites inter eas, & Baronem, nè Miniſtrorum à Barone dependentium ſequatur electio; ſolet Vniuerſitas adire Superiorem, vt Commiſſarium deſtinet, qui loco Officialis Baronis interueniat in dicta electione facienda, vt pluriès fuit à Sacro Conſilio ordinatum, & præcipuè inter Vniuerſitate & Ciuitatis Grauinæ cū eius Duce, & aliàs enunciat *Amend. ad Franch. decis. 210. num.24. Nouar.de grauam.vaſall grauam.301.nu.5.* ſi enim cauſæ à Baronum iuriſdictione auocari poſſint, quando in eis habet intereſſe, ſeù adeſt lis cum vaſallis, vt diximus ſupra *pragm.3. nu.168.* quantò magis prædictus da i poteſt ordo ad euitandum quod prohibetur in hac Pragm. nè Barones Sindicos ad eorum libitum eligi procurent mediante aſſiſtentia eorum Officialis, & conferunt notata per *Præſ.de Franch.dec.446.*

Sed ex verbis noſtræ Prag. oritur dubitatio, dum dicit, *Barones non eligant, vel eligi procurent, vt Officiales ad eorum libitum creentur*, & ſic videtur hæſitari, cui nā dictorum Officialium competat electio? Scias de iure nominationem, & ipſorum
73 Officialium electionem, ipſius Vniuerſitatis, ſuorumq. ciuium eſſe, *l.2.C.de decur. lib.10.* concordat *pragm.2.de adm.vniuers.* vt electiones Decurionum fiant liberè per ciues, & confirmatio exequatur per eos, ad quos de iure, & legitima conſuetudine ſpectat; multi enim Barones hanc ſibi electionem, & confirmationem vſurparunt, & ex conſuetudine antiqua hanc iuriſdictionem prætendunt; ſed dum in Sacro Conſilio mota fuiſſet lis inter Baronem, & Vniuerſitatem Balneoli, vbi Baro à ciuibus duos Sindicos, duoſq. Decuriones eſſe nominandos, de quibus ipſe aliquos ad ſui libitum, ſtante longa poſſeſſione eligere intendebat, fuit dictum, in dicta quaſi poſſeſſione Baronem eſſe manutenendum, *Franch. decis.210. à num.3. Rouit.in pragm.2.num.47.de admin.vniuers.* iuxta verba *d.pragm.2.* ibi, *Et confirmatio per eos, ad quos de iure ex legitima conſuetudine ſpectat, exequatur.* & hoc caſu quando Baro in Officialium noui regiminis
74 electione ius habet, in parlamentis interuenire, & ſe intromittere nequit, *Amend.ad d.decis.210.num.78.* nam aliàs, prout vnus ex ciuibus in opponendo, & nominando vocem haberet, *Ann.alleg.15.* & an valeat conſuetudo, vt Sindici, & Electi ſucceſſores nominent? pro negati-
75 ua refert deciſum ibi *Franch.* & ſequuntur *de Ponte tit.de aband.§.1.d n.5. Aemd. de exeq.mand.cap.19.num.23.* etſi contrarium ingenioſè defendere nitatur *Rouit. in d.pragm.2.ex num.23. de admin.vniuers.* eius enim opinio difficilitèr practicari poſſet, abſq; euidenti Vniuerſitatum dāno, niſi in ſimplici nominatione, poſtmodùm à ciuibus in publico parlamento eorum voto comprobata, & ſic videmus obſeruari. Verùm multæ populoſæ Ciuitates certum quinquaginta plurium, vel
76 minorum numerum eligunt, quibus conſilia faciendi authoritatem, & electiones præſtant, & non tota Ciuitas congregatur, cum omnes congregari, & totius ſētentias audiri eſſet impoſſibile, vt notat *gloſ.in l.aliud 121.ff.de regul.iur.* & ſeruari videmus in multis Regni Ciuitatibus, vbi eſt multitudo gentium: Vniuerſitas enim authoritatem certis perſonis in pertinentibus ad ipſam dare poteſt, & etiam ſi ſpeciale requirerēt mandatum, *l. item eorum, §.1.ff.quod cuiuſq.Vniuer.Maſcard.de prob. conclus.incip.Electi, Franch.dec.609. à n.4.*
77 & ſimilitèr practicatur in publicis Regni parlamentis, quæ ſiunt in hac Ciuitate, in quibus per Procuratores, ſeù Deputatos ab Vniuerſitatibus electos omnia peraguntur, cùm eſſet difficillimum omnium Regni ciuium ſuffragia conuocari, ex *text. notab.in l.item eorum, §.parui enim refert, ff.quod cuiuſq. vniuers.nom.* prout in
78 Imperatoris electione, quæ ſeptem Germaniæ Principibus tributa eſt, *Couar, pract.quæſt.cap.1.nu.4.* Verùm etſi hi Deputati ad Regimen electi de rebus Vniuer-

uniuersitatis disponendi ius habeant, ac si ipsa Vniuersitas, intelligitur tamèn, quotiès eamet Vniuersitas, congregatis omnibus suis ciuibus, alitèr in aliquo casu ipsa non disponat, *Abb. in cap. fin. ext. de Proc. Maur. alleg. 1. num. 5.* Solet etiam Ciuitas per quarteria diuidi, & omne quarterium habere solet certas personas, quæ pro eo compareant in consilijs, & in istis casibus in peragendis Vniuersitatis rebus non omnium ciuium, sed illorum Deputato-
79 rum tantùm, suffragia requiruntur. Verùm hæ diuisiones per Vniuersitates absque Principis permissu fieri non possunt, arg. *cap. cum tempore, ext. de arbit. Marc. Anton. Surg. de Neap. illust. cap. 12. num. 59.* & maximè si diuisio esset inter nobiles, & plebeios, cùm ius nobilitatis inter regalia computetur, *l. 2. & fin. ff. de natal. restit. Castil. de tert. c. 41. n. 9.*

80 Sed si Vniuersitas nouum nominet regimen, data facultate eligendi, an Baro impugnare valeat, vt iterum nominatio fiat, si aliqui ex nominatis sint contra formam Reg. Pragm. quia debitores, vel tẽpore à iure præfixo non vacauerunt, vel similibus ex causis, & an de inhabilibus nominatio ex integro fieri debeat, cùm casus acciderit. Baronis Aduocati dicebant electionem esse nullam, quia indiuiduus est talis actus, & vtile per inutile vitiatur, ad *text. in cap. messana, & cap. quia propter, de elect. vbi Card. Imol. & Alciat.*
81 *in l. 1. § si mihi Pamphilum, num. 4. ff. de verb. oblig.* Replicabatur, dictam opinionem procedere, quando statutum esset, vt electio de habilibus fieret, tunc forma esset præscripta, qua nõ seruata, totus actus esset nullus; secùs si non adsit iuris prouisio, vt talis congregatio, & electio de personis habilibus fiat, sed tantùm inhabiles exercere prohibeantur, vt *in prag. 5. n. 17. de admin. vniuers.* nam tunc iterum pro illis tantùm reprobatis facienda esset electio, *Cabed. decis. 84. num. 15. par. 2.* & ita fuit iudicatum. Et nota, quod quando ad Baronem spectat ius confirmandi illos de regimine, administrare nequaquã ij possunt, antequàm sint à Barone confirmati, cùm absq; ea confirmatione non dicatur actus perfectus, *Graff. cons. 2. de elec. tom. 2. Reg. Rouit. in prag. 2. num. 51. de admin. vniu.* & sic fuit iudicatum in Sacro Consilio inter Vniuersitatem Sancti Cypriani, cum
82 eius Barone. Verùm si Baro longè abesset, non relicta in sui locum persona legitima, confirmatio non esset expectanda, ex traditis in *cap. vnic. § fin. nè Sede vacan.* & facit *text. in l. sed si vnus, §. sed si pater, ff. de iniur.* quem adducit *Andr. in cap. Imperialem, num. 10. vers. dicitur in summa.* Et si sine confirmatione exercuerint, eorum gesta essent nulla, argum. ex *l. 1. & seq. C. de tutor. vel curat. qui sat. non ded.* & puniri possent. Et si Baro confirmare recusaret, Superior aditur, qui Electos confirmari mandat cum clausula, *Quod aliàs licitum sit illis administrare*, prout in recusante absq; legitima causa dare consensũ, Iudex eum haberi pro præstito ordinare potest, *Capyc. decis. 205. Montan. in cap. Im-*
83 *perialem, num. 159.* Et aliquando nec electio, nec nominatio fit per Barones, qui termini sunt diuersi; aliud enim est nominare, aliud eligere, *glos. in l. 2. C. de pericul. nom. lib. 11.* confirmatio non est contrarius, sed quandam ciuium obedientiam, & Baronis prærogatiuam designat. Vndè existente consuetudine, ea seruanda est, vt in *d. pragm. 2. & Franch. d. dec. 210. num. 3.* Dico de mera simplici confirmatione, secùs si confirmaret, & de nominatis eligeret, tunc licèt populus nominaret, quia
84 tamèn iurisdictionem Electi ab ipso Barone caperent, ab ipso esse creatos multi opinantur, vt infrà; actus enim à confirmante, non à nominante vires accipit, *l. testamenta, ff. de testam. tut. l. lege obuenire, cum glos. ff. de verb. signif. Marc. Ant. Surg. fol. 164. num. 41. Montan. in prag. 2. de adm. vniuers. num. 168.* confirmatio fit de electo, sed electio dat ius, *l. cuius, in fin. ff. de excus. tutor. & ibi Bald.* in actibus enim mistis, quod plus est, operatur, *l. quaeritur, ff. de stat. hom.* Quod conduceret etiam ad hoc; nam si dependeret ab ipso Barone, in emergentibus esset ad suos Officiales appellandum, quæ dubitatio non procedit, quando ab ipsamet Vniuersitate creantur, vt in materia appellationis factæ à Catapanis discutit *Præs. de Franc. dec. 511.* Aduertendum tamèn est, *Couar. pract. qq. cap. 4. num. 6. vers. secunda conclusio, Auend. de exeq. mand. cap. 19. num. 21. & Cancer. lib. 3. vers. res, cap. 9. num. 35.* asserentes, cõfirmatum dependere a confirmante, locutos esse in confirmatione Officialium iurisdictionem exercentium; & non mirum, quia dum Vniuersitates iurisdictione careant, & electi ad officia in confirmatione à Barone iurisdictionem consequantur, Officiales hi creati à Barone dici possunt, respectu iurisdictionis ab eo sibi communicatæ; quando enim quis actũ nullum, vel imperfectum confirmat, facit aliquid de nouo, in confirmatione concedit, tunc vendicat sibi regula, *Qui confirmat dat*, ex traditis per *Camer. in cap. Imperialem, fol. 4. lit. K. Anil. cap. Prætor, c. 17. glos. prouer. sub num. 12.* sed confirmando bonorum Vniuersitatum Administratores, in quibus Baro, vel qui confert, non dat esse, sed exercitium esse, nempè dat confirmationem debitam, quam recusarè

non potest; si non dat, sed soluit debitum, quomodo ex illa confirmatione dici potest, ipsos Administratores à Barone dependere, & non ab Vniuersitate, quæ dedit esse, nequaquàm, sic magistralitèr habetur ex *Bald. in l. ex placito, num. 12. C. de rer. permut.* prout in præsentato ad beneficium, illud dicitur habere à patrono, non ab Episcopo, qui confirmat, *Andr. in const. Cum circa, in fin.*

86 Limitantur tamèn prædicta non procedere in electione Magistri Iurati; eius enim electio semper ad Barones pertinet, ratione iurisdictionis, quam hi Magistri Iurati in denũciãdis criminibus, & capiẽdis malefactoribus habent, *Gram. in constit. Intentionis, Campan. in cap. Reg. Ad quietem, in cap. Etiam statuimus, & in cap. Subditorũ, Menoch. de arbit. iudic. cas. 323. num. 15.* vbi multa de pertinentibus ad hoc officium, & eorum punitione notantur, si ipsum

87 negligenter, & dolosè exercuerint, habetque etiam officium annexum Præfecti vigilium, circa excubias nocturnas; sic, & creatio Capitanei ad guerram pro custo-

88 dia Ciuitatis nocturna, vel diurna ad Baronem spectat, *Guid. Pap. decis. 631. nu. 10. Boer. dec. 214. Tap. in cap. Ad quietem, Ann. singul. 63.* & vbi adest Magistri Iurati officium, ipsi talis cura competit, & custodum creatio, nisi contraria adesset consuetudo; Vniuersitas inquam iurisdictionem conferre non valet, vt in *const. Cum satis*, & proindè istorum electio ad Barones om-

89 ninò pertinet, *cap. Reg. Robertus*, & nota pro regula, in omnibus vbi iurisdictio est conferenda, licèt Vniuersitates ius habeant eligendi, confirmationem tamèn per Baronem esse faciendam, *Rouit. in d. pragm. 2. num. 54.* Vniuersitatibus autèm

90 demanialibus est concessum, vt ipse hos Officiales eligere possit, *Franch. dec. 43.*

91 In concilijs verò Baro non solùm vt ciuis vocem, sed etiam authoritatem habet, vt sine sua, vel sui Officialis licentia, consilia conuocari non possint, aliàs congregantes essent puniendi, *l. 2. C. de Decur.* ibi, *In Curia conuocatis, & Bart. in l. conuenticula, C. de Episc. Paris de sindic. vers. pone*, licèt *Crauet. cons. 4.* quem sequitur *Vrsill. decis. 76. num. 5.* substineat, si congregatio pro vtilitate, vel publica necessitate fiat,

92 Baronis, vel Officialis licentiam essentialitèr non requiri, *Præs. de Franch.* tamèn *decis. 446.* Vniuersitates sine licentia congregari non posse refert, & ad *Crauet.* respondeti potest, illum actum substineri, vt non sit punibilis cessante dolo propter

93 illam necessitatem, non quod fuerit verè licitus, adeò vt si aliquid contra Baronẽ, vel eius Officialem tractandum esset, adhùc eorum licentia est imploranda, licèt non concederetur, *Ann. sing. 367.* vel à Superioribus requirenda, qui determinatas vices ad se congregandum pro dictis caussis concedere solent, *Franch. loco cit.* Itèm quando pro necessitatibus priuatis aliqua fit inter illos de regimine congregatio, fuit prouisum, licentiam peti necesse non esse, ità inter Vniuersitatem Pisticij cum Barone. *Act. de Felice*, & intèr Vniuersi-

94 tatem Vegiani, & Iacobum Dentice; ratio est, quia Decuriones ardua sine publico parlamento explicare non possunt, sed

95 solùm negotia parua, ideò in talibus non requiritur tanta solemnitas, *Marant. consil. 28. num. 10. Ozasch. decis. 95. num. 13. DD. in l. ambitiosa, ff. de decr. ab ord. fac.* sic & excusantur ciues, si consilij tempore

96 Officiales abessent, *Bart. in l. 2. C. de Decur. lib. 10. Maur. allegat. 1. num. 9.* Et similitèr nec Barones, & Plateæ Neapoli sine Pro-

97 regis licentia congregari possunt, *Minad. in const. In aliquibus*, sicq; nec se congregare valent pro mittendis ad Regem Legatis, sine Proregis licentia, siuè pro nego-

98 tiis contra ipsum, siuè pro negotijs Vniuersitatis, *Marc. Ant. Surg. de Neap. Illustr. cap. 25. num. 23. Reg. Reuert. decis. 500.* licẽtiam verò ciuibus an Iudex ciuilis, vel criminalis præstare teneatur? & quibus casibus non sint necessaria? vide *Franch.*

99 *decis. 388. Ann. singul. 368. & Vrsill. decis. 365.*

Vlteriùs *text.* noster postquàm expressit, non licere Baroni procurare, vt ad sui arbitriũ eligantur Sindici, & Electi, subiungit, *Nec alij Officiales.* Dixi aliàs *prag. 8. par. 1. n. 192. cũ seq.* Vniuersitatum regimẽ

100 in duas diuidi partes, quarum vna ad Regem, vel suos Inuestitos, quoad iurisdictionem pertinet, alia verò ad Vniuersitates, quoad administrationem, quæ suos Officiales pro regimine, & eorum conseruatione habent, *l. 1. ff. de decr. ab ordin. fac. Bald. in l. nulli, ff. quod cuiusq. vniuers. num. 3. Bart. in tract. de reg. vniuers.* Quæ Vniuersitates circa ea, quæ ad rerum suarum, in quibus quilibet est moderator, & arbiter, administrationem pertinẽt, nempè super victualibus, & similibus, quæ ad eorum statum, & bonorum Reipublicæ gubernationem spectant, statuta iuri consona facere possunt, *Bart. & alij in l. omnes populi, ff. de iustit. & iur. Aret. in §. sed ius ciuile, Instit. de iur. nat. Afflict. q. 3. in prælud. constit.* sicut consuetudinem inducere possunt, *l. de quibus, ff. de legib.* sic & ordinationes, vt ibi *Ias. ex num. 8.* Et ampliatur etiam absq; licentia, vel confirmatione Principis, vel Baronis in Terris infeudatis, quia confirmata sunt ex propria naturali iustitia, *Bald. in d. l. omnes populi, nu. 2. vers. modo restat, Auend. de exeq. mandat.*

cap.

cap.8.num.6. Auil.cap.Prator,cap.17.glof. prouer. num.2. Guttier. de iuram. confirm. cap.38.num.4. Sed difficultas eſt, an hæ Vniuerſitates pœnam contrauenientibus
101 dictis ſtatutis imponere valeant? videtur, quod non, quia iuriſdictionis eſt, pœnam imponere, *cap. ſiuè ſeculares, §.in hoc 33.q.5.* quod Vniuerſitatum non eſt, vt in *conſtit.Cum ſatis*, ſi in ijs locis non ſit conſuetum, talia ſtatuta pœnalia fieri, vt latè per *Rolan.à Vall.conſ.99.par.2.* Alij dixere, valere Vniuerſitates, his ſupra narratis caſibus pœnam imponere, in vim iuris ciues ad inuicem ſub pœna ad obſeruantiam ſtatuti obligando; nam ſuſtineri hoc poſſet in vim pacti; & ſic ſi Principi, ſeù Baroni in eius Terra ſtatuta, ſub certa pœna illi Baroni applicanda, obſeruare promittant, *Iaſ.in d.l.omnes populi, nu.35. Seſc decis.91.num.10.* quidquid tamèn ſit, bannorum ipſorum emanatio, & pœnæ exactio omninò ad Barones pertinet, vt infrà *pragm.14.num.64.* & in his, quæ ad vnum pertinent, alius ſe ingerere non debet, *pragm.1. de iuriſd.* & proindè Barones in Vniuerſitatum bonis adminiſtrandis ſe intromittere non poſſunt, imò nec dire-
102 ctè, vel indirectè gabellas, vel alios ſuæ Vniuerſitatis introitus conducere, vt in *prag.8.§.10.de commiſ.*

Hinc quoad Officialium Vniuerſitatũ electionem, ſimilitèr dico nominationẽ, & electionem Catapanorum, ſeù Graſſeriorum, qui dant aſſiſias ſuper rebus co-
103 meſtibilibus, quæ venduntur, de generali conſuetudine ad Vniuerſitates pertinet, prout in omnibus ferè Regni partibus practicari videmus; licèt de iu-
104 re ad Præfectum Vrbis ſpectet dare aſſiſiam, vt in *l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. Præfect. vrb.* & conſequutiuè in Terris infeudatis ad Barones, vt in *c.poſt natale*, & ibi *And. & Affl. de Pace tenen.* vndè ſi Vniuerſitas in Catapanos, vel ſuos Decuriones eligendi, & aſſiſam dandi, ex priuilegio, vel antiqua conſuetudine poſſeſſione non reperiatur, Baro in ſua Terra eam aſſiſam ponit, *Ann.alleg.52. n.78. & ſing. 60. Tapia in iure reg. hoc tit. de Baron. num.2.fol.431. Franch. dec. 511.* Non eſt mirum, talem conſuetudinem, ab Vniuerſitatibus adductam eſſe, cum ad ipſas præcipuè annonæ cura etiam ſpectet, vt nil ſuis Ciuibus de comeſtibilibus deficiat. Indè multi ſuſtinent, poteſtatem imponendi aſſiſiam de iure communi ipſis Vniuerſitatibus competere, *l. fin.* vbi *gloſ. & Bar. ff.ad l.Iul. de ann. Luc. de Pẽn. in l. nominationum, num. 14. C.de Decur. lib. 10. & Reg. de Pont. conſ. 105. tom. 2. in princ.* non negauit, & ſi contra Vniuerſitatem conſulerit, licèt enim propriũ ſit Principis, de Populorum vtilitate curã habere circa res neceſſarias ad victum, nõ tamèn negari poteſt, præcipuum onus eiuſmet Vniuerſitatis prò ſuis proprijs Ciuibus eſſe, *DD. in l. decuriones, ff. de ad. rer. ad ciu.pertin.* inde dictum eſt ſupra *num.99.* Vniuerſitates ſuper his, quæ ad ſuorum Ciuium victum ſpectant ſtatuere poſſe, commeſtibilia vendi præcipiendo, & illorum prætium ſtatuendo, nàm Caſtra, & Villæ, etiam earũ Rempublicam habent, *l. fin. in fine, C. de diuer. reſcrip.l.3. C. ad S. C. Trebell.* ſic *And. in proem.Conſtit.Regni verſ.legẽ ratio commendat*, & *in d. cap. poſt Natalem*, ibi (*& Dardanarij non vendant cariùs, vel emant vſq; ad certam horam, pro communi vtilitate ſtatuunt Rectores Vniuerſitatum ſingularum*) & ſic de ſimilibus ſtatutis, quę notat *Gabed. dec. 74.* Pœnas, ſeù mulctam imponere contrauenientibus non permittitur Catapanis, vt paulò antea fuit dictũ, & infra *prag. 14. num. 64.*

Solùm permitteretur his Catapanis in fraganti repertos carcerare, & Iudici immediatè tradere, *Gabed. dec.76.* ſi ex priuilegio, vel immemorabili præſcriptione Vniuerſitas non reperiretur in poſſeſſione, de per ſe emanandi banna, & pœnas exequendi, cum, & iuriſdictionalia etiam acquiri poſſe per Vniuerſitates, fuit dictũ *pragm.1. num.306.* Et licèt *de Pont. loco citato* limitet concluſionem hanc, alitèr procedere de iure feudorum ex *d. cap. poſt natalem*, vbi videtur hoc ius aſſiſæ attributum eſſe Baronibus in eorum Terris; cõſiderandũ eſt, hoc *cap.* iuri communi nõ derogaſſe, dum nõ dixit, nec erat prò feudorum iurium tuitione, vel declaratione neceſſarium, dùm ex hoc nullum eis præiudicium affertur, cum tractetur tantum de pertinẽtibus ad victum illorum Ciuiũ, quod proprium Vniuerſitatis eſt, & poſſe ſuper eo ſtatuere, ſuprà fundauimus, & ex *tit. ff. de adm. rer. quæ ad Ciuit. pert.* Nec Baronum iuriſdictioni præiudicatur, dũ Catapani pęnam imponendi, vel exequẽdi contentioſam iuriſdictionem nõ exercent, ſed prò eis adeunt Curiam Baronalem, vt diximus; vnde intelligendum eſt dictum *cap.* quò minus lædat ius commune, loquitur enim de imponenda aſſiſa ſuper victualibus, cum pęne exequtione, & ſic omninò ex ſupradictis dirigenda erat diſpoſitio, ad feudatarios habentes iuriſdictionem talia banna in eorum Terris promulgandi, & pœnas exequendi. Item mandat, vnũquemq; Comitem poſt 8. Septembris, quando recollecta ſunt victualia, ſibi ſeptẽ viros de diuerſis Prouincijs aſſumere, & attenta temporis qualitate diſponere quanti in anno victualia venden-
da

da sint. Hæc prætij victualium taxatio antiquitus obseruabatur, proùt & hodie practicari solet, iuxta *d. c. post natale*, per massarios in Apulea in Terra S. Ioannis Rotundi, & in Prouincia Terræ Laboris in Ciuitate Auersæ, publicari vocem, quãti eo anni victualia vendi debeant, quod deseruit eis, qui victualia anticipatè vendiderunt, iuxtà vocem publicandam, vt Mercatores, ac Venditores de iusto ipsorũ victualium valore certiorentur, nũquam tamen vidimus, nec obseruatum audiuimus super frumento, cęterisq; victualibus quolibet anno assisã imponi, sed semper p massarios, & dominos libere vẽdita fuere, proùt inter eos conueniri poterit, absq; vllo pęnę metu; satis enim ex contrario arceretur libertas, vt & notat *Auil. in cap. Prætor. cap. 17. num. 7.* solum penuriæ tempore, publicæ vtilitatis ratione, prætium taxari solet, & hoc non per Barones, ad quos alterare pęnas non spectat, & de non delicto, facere delictum, sed per Principem, cuius est, ex vbertate constituere pacificum Regni statum, *Franch. dec. 9.* vnde, dictum *cap. post natale* non esse trahendum ad regulam, puto, vti non receptum per contrariam consuetudinem, quæ est in Regno, qua Vniuersitates assisam, & prætium in rebus venalibus imponunt, de qua consuetudine etiam testantur *Borrel. de Magistr. lib. 3. cap. 14. num. 121. & Nouar. de grauam. vasal. lib. 1. grau. 120.* & subiugit *lib. 2. grau. 33.* Barones prò suarum rerum venditione, ad assisam per dictos Catapanos impositam teneri, & sic ad emendum iuxta assisam, deductis gabellis, & demum *Præs. Ganauer. dec. 16. à num. 25.* qui respondit obiectioni *tex. in l. Imperatores, §. item rescripserunt, ff. ad l. Iul. de ann.* Ius tamèn Superioritatis, & super intendentiæ in annona suarum Terrarum Baronibus non est exceptum, iuxta notata *tom. 2. huius tract. cap. 9.* & addo *Bouadil. lib. 3. polit. cap. 4. num. 69.* & nouissimè per *Tondut. de præuent. cap. 11. ex num. 28.*

Itèm custodum Portarum, & territorij, ac prò nocturnis, vel diurnis excubijs faciendis electio pro peste, vel alijs Vniuer-
105 sitatum interesse concernentibus ad eas spectare dixit, *Rip. tract. de remed. ad conser. vbert. num. 184.* Idem prò maritimis custodiendis, *Ann. sing. 63.* Item pro territorio custodiendo vltra *Rip.* vbi supra *Azeu. lib. 7. tit. 7. l. 15. n. 5.* quidquid dixerit *Guid. Pap. in dec. 631. n. 33.* & facit *Const. Si damna clandestina*, vbi pro dãnis in territorio illatis Vniuersitas de mala custodia tenetur.

106 Itèm ius Medicos, aliosq; artium liberalium magistros eligendi, dum de Ciuiũ vita, & bona filiorum educatione tractatur, ad Vniuersitates spectat, *l. 1. ff. de decur. Antibo. tract. de mun. vlt. par.* Verũ
107 Barones cogendi, negligentes priuandi, & contrauenientes puniendi authoritatem, & iurisdictionem habẽt, *Guid. Pap. loc. cit.* Hinc videmus, similes ordinationes à superioribus dirigi Vniuersitatibus *prag. 1. tit. de perseq. malef.* & licèt Ciuitatis, & murorum custodia, ad Vniuersitates spectet, *l. sacra, §. muros, ff. de rer. diuis. Vbald. tract. de collec. n. 39.* Castro-
108 rum tamèn, & fortalitiorum custodia ad Barones pertinet, quia eorum est dominium, vt diximus supra *prag. 8. par. 2. n. 9.* Itẽ Vniuersitates, Oeconomos, Pro-
109 curatores, & Confraternitatum, ac Hospitalium Rectores ereant; & licèt in hoc potiùs Episcopi, quàm Barones ius prętendant, nihilominùs si loca fuerint ab ipsa Vniuersitate erecta, ipsa creat Officiales, *de Pont. cons. 18. Montan. prag. 2. n. 104. de admin. Vniuer.* & proindè in hoc fundatio, vel consuetudo est attendenda, & an Episcopus vti Pastor visitare poterit? vide *Crau. cons. 238. n. 13. & Montan. loc. supra cit. n. 207.* & quę diximus supra *prag. 8. par. 3.* Multotiès verò Vniuersitates, etiam ex antiquissima memoria eli-
110 gendi Baiulos iurisdictionem habent, quorum electio ad feudatarios spectat, nõ autèm ad Vniuersitates, quibus statuta est pęna, ne iurisdictiones sibi vsurpent, *l. 3. in fin. ff. ad l. Iul. Maiest. & in const. Regni Cum satis*, de qua pœna ibi *Affl. n. 9. & Capyc. dec. 130. n. 27.* In diuersis locis vidi, Vniuersitates nominare quatuor, & horum duos per Baronem eligi; prout in multis Terris, aliàs ab antiquo iurisdictiones habent, licèt iure ordinario per ipsas exerceri non possint.

Vltimò non amittendum duxi, pro bono Baronum regimine, ad quod tendit scopus noster, vt aduertant in his officia-
111 lium electionibus, quas sic non sine iactura, & Vniuersitatum depauperatione desiderari videmus, ex malo enim regimine, & inordinata administratione, Ciuitates depauperantur, *l. 1. C. de frum. vrb. Cost. lib. 10.* prout priuatorum facultates ex imprudenti gubernio dilabuntur, *l. ius aliment. ff. vbi pupill. educ.* & proindè de-
112 siderantibus, non sunt concedendę, cupienti enim, non sine causa saltèm ambitionis, non est indulgendum, *ff. & C. ab l. Iul. de amb.* & obseruanda sunt aurea verba *tex. in l. scire, §. fin. de tutor. dat.* ibi (*obseruent Magistratus, ne creent eos, qui se ipsos volunt ingerere, ut creentur, quiq; pecuniam dant; hoc enim, & pœnę obnoxios esse lege promulgatum est*) sicq; vt idoneas eligant enim aduertere debent, & pręcipuè

in

in electione Sindici; in quo maius introitum Vniuersitatis versatur periculum, debent enim diuites eligi iuxta *tex. in l. ad subeunda si de decurs. lib* 10. *Affl. in Const. Magistri Camerarij*, nàm hi benè administrare coguntur, ne si malè versentur de suis rebus soluant, paupertas tamèn Iudicis arbitrio remittitur, multoties enim licèt persona sit pauper, dicitur idonea, nec refutari potest, attenta morum qualitate, & *in d. §. fin.* ibi *benigni mores*, & notat *Castr. in l. eum, ff. de verb. sign.* sic si alij sint magis idonei, & ditiores, *l.* 1. *C. de potior. ad mun. vacand.* Nobiles quoq;
114 in regendo, sunt similiter præferendi *Auth. de defensor. Ciuit. §. interim Capyc. in inuest. vers. Ciuitatem, & dec.* 26. & quod munera sint diuidenda inter Nobiles, & plebeios *Rouit. in prag.* 1. *de adm. Vniuers. à n.* 5. & quando nobiles in honoribus, vel
115 muneribus sunt preferendi? vide *l. vnica, ff. de offic. quæst.* & ibi *glos. & DD. Surg. de Neap. illustr. cap.* 17. *num.* 15. *Tiraquel. de Nobil. cap.* 20 *Franch. dec.* 253. *Auend. de exeq. mand. cap.* 19. *ex num.* 16. *Amaya in l. vnica C. de infamib. ex num.* 26. *lib.* 10. *Cast.* 3. *par. consid.* 36. *Mastrill. de magistr. lib.* 2. *cap.* 8. nec creari debent, quos lex prohibet, & refellit vti Vniuersitatis
116 debitoris, qui sua occupare præsumuntur, *C. de debit. Ciuit. lib.* 10. nisi esset debitores modica summa, *arg. Authen. minoris debitor. C. qui tutor. dar. posse, Frãch. dec.* 404. *num.* 6. limita etiam, si Vniuersitas approbaret eligendo in publico parlamento, *Bart. vbi sup. num.* 11. *Montan. in prag.* 5. §. 17. *de admin. Vniuers.* prout litẽ habentes repelluntur, nisi similiter Vni-
117 uersitas eos approbet, & eligat cõmuni cõsensu, *Mõtan. loco citato Frãch. dec.* 609. sicq; & gabellarum, aliorumq; introituum participes, *l. penul. §. conductores, ff. de iure immun.* Nec sunt eligendi forenses, & exteri, quibus lex, vt proprijs Ciuibus nõ confidit, *l.* 2. *ff. de offic. prætor Boer. dec.* 153. Et proindè à Sua Maiestate Ciui Neapolitano, vel ex Regno oriundo munus iniungitur, & pro Regente ad se in supremo Italiæ consilio accedat, ad audienda Regni negotia, *Surg. vbi num.* 19. officia enim, & Ciuitates beneficia naturalibus Ciuibus potius, quam alijs sunt iniungenda, *cap. nomine vers. eligatur* 23. *distin. l.* 3. *C. de defens. Ciuit. Mastrill. de Magistr. lib.* 2. *cap.* 7. etiam si sint absentes, & alibi habeant constitutam habitationem, nam
119 ad munera in loco originis subeunda retrahi possunt, *l. ordine decurionum, §. ius originis, ff. ad municip. Vrsil. dec.* 384. Et si eodem tempore ad vtrumq; locum erit euocatus, ad originis locum vti forum potentiùs accedere tenetur, *l. assumptio, ff. ad municip. Montan. super prag.* 2. *de admin. Vniuer. num.* 326. *Vbal. de collect. num.* 33. *Mastrill. lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 109. & diximus suprà *prag.*

Itèm, qui munera, & honores vno anno subicit, quinquennio ijsdem, diuersis verò
120 triennio vacare debet, *l.* 2. *C. de muner. non contin.* nisi quãdo alij non essent idonei, *l. honor. §. fin. ff. ad municip.* Sępiùs tamèn hæsitatum vidi, an hoc vacationis tempus detur in fauorẽ, vel etiàm, vt volens admitti possit? dubitatio orta est ex *l. spontè, ff. de muner,* ibi: *hæc vocatio in vtilitatem inducta esse videtur*, tamèn nec volentem admitti posse habetur ex *l.* 2. *C. de muner. & honor. non contin. lib.* 10. *& tex. in d. l. spontè* fuit intellectus procedi in officio, quod cum sumptu exercetur, *Franch. dec.* 264. *num.* 2. Et pendente discussione super inhabilitatione, vel aliqua
121 ex prædictis exceptionibus contrà electum, interim ab administratione electus se abstinere debet, ante tamèn officij susceptionem non, post *Franch. dec.* 419. & 609. *Bouad. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 57. Procedit tamèn, quod dixi, in munere cum honore, sed si quis vno anno suam inferendo
122 Aerariatus onere, vel huiusmodi operã præstiterit, sequenti anno Sindicus, vel Electus esse non prohibetur, *Franch. dec.* 210. *in fine.* Et similitèr idem fuit iudicatum in S. C. si quis vno anno fuerit Catapanus, nõ prohibetur anno sequenti esse Sindicus, vel Electus, quia Catapani non sunt de reginine, & separatum habẽt officium; Idemq; si essent Baiulorum Iudices, nàm sub vacationis regula stare nõ debẽt, vt fuit decisum prò Vniuersitate Oliueti cum Barone; licet enim dispositio *l.* 2. *C. de muner. non contin.* generalitèr loqui videatur, vt vacatio etiã ad alios debeatur, illud tamẽ relatiuũ (*alia*) similitudinem importat, & non diuersitatem. Item nominandæ, vel eligendæ non sunt personæ inha-
123 biles, & proindè infirmi morbo longo excusantur, & malè eliguntur, *l.* 2. §. *quemita, & l. pen. ff. de vacat. mun. Auend. cap.* 19. *num.* 16. *de exeq. mand.* similitèr senes decrepiti, *glos. l.* 2. *§ fin. ff. de Decur. Fontanell. de pact. claus.* 4. *glos.* 10. *par.* 1. *num.* 127. licèt à consilio non excusentur, *Bald. in l. decernimus, num.* 2. *C. de sacros. Eccles.* Idem si alijs officijs vacent, *glos. in l.* 1. *C. quemadmod. ciuil. mun. Bald. in l. sicut proponas, C. quand. prouoc. Antib. de muner. par.* 3. *num.* 60. *Cabed. decis.* 84. *num.* 21. Indè Fisci, & Vniuer-
124 sitatis Gabellarum conductores excusari possunt, *l. vnic. C. quib. mun. excus. lib.* 10. *Cabed. vbi supra num.* 26. & sic pauperes
125 tota die pro necessario victu elaborantes, vt probat *text. in l. fin. C. de his, qui fil. vel pauper. lib.* 10. *Antib. ibi num.* 46. *Mont. pragm.*

pragm.2.num.233.de admin.vniuers. similitèr inquisiti, *l.reus,ff.de muner.& honor.* filijfamilias autèm eligi possunt, *l. Lucius Titius, ff.de municip.* & ad suscipienda munera compelluntur, *l.honor,§.1. vers.plebei,ff.de muner.& honor.* sicq; idonei,& nō prohibiti sunt ad munera euocandi, & etiam omnibus remedijs oportunis cogi, iuxtà *text.in l.Imperatores, in fin.ff.de appell. l.si ad Magistratum, C. de Decur.lib.10,*
126 Nec pretio Baro redimere poterit,*l.extimationem, ff.de muner. & honorib.& cap.*
127 *Reg.35.*An Caporales litium cum Barone prohibeantur esse de regimine? Quod sic prouisum fuit inter Vniuersitatem Lauri,& Marchionem.Act.Cioffo,secus si cum Vniuersitate litigarent,tunc eligere, & non eligi possunt; si verò debitores es-
128 sent, eos non eligi, nec eligere permittitur,*l.rescripto,§.debitores, & ibi glos.ff.de muner.& honor.*ratio est,quia isti confederatos eligere possent, & per indirectum ab eis electi in litibus colluderentur, vndè est mala contra nominantes præsumptio,*Menoch.de arbit.Iud.cas.459.* Eadem-
129 què præsumptio militat,vt vocem actiuam confederati amici, & Baronum familiares,si lites adsint,non habeant; nam lites cęptas inuoluere,nedum remittere
130 possunt;litibus enim introductis, his de regimine renunciare non permittitur, & vno reluctante,remissio esset nulla, *Ann.*
131 *alleg.53.*Actiuam verò,vel passiuam vocem non habentes cumulat *Auend.d.c.19. Mastrill. lib.2. cap.4.cum seqq. Cabed. decis.84.Amend.loc.cit.* An quis in officium
132 sibi coniunctum nominare possit? Fuit prouisum inter Vniuersitatem Balbani, & Ducem Siciniani vtilem Dominum illius Terræ non licere, quia erat lis inter Baronem,& vasallos,vt dictum fuit supra *pragm.5. num.168.* nam alias de iure quis ad officium consanguineum eligere non prohibeatur, imò quis potest eligere, & sibi vocem dare, ad *text.in cap.cum iurepe-ritus, extr.de elect.lib.4. & ibi DD.ff.quod cuiusq.vniuer.Auend.de exeq.mand.cap.19. num.23. vers.& experientia,* & nouissimè sic tradit decisum *Reg.Sanfelic.decis.63.ex n.35.& dec.316.*

Hæcq; in foro fori considerasse sufficiat, in animæ tamèn iudicio videant Superiores,quantum errent eligentes minùs
133 idoneos,eos aptioribus præferentes: nā communis Canonistarum, & Theologorum opinio est, eos mortalitèr peccare, *DD.in cap.quoscumq.1.q.1. Couar.reg.peccatum,§.7. Vasq.controu.cap.27.Caiet.2.2. q.18.art.3.Scot. & Riccard.4.dist. cap.15,* diximus supra *pragm.3.num. 136.* & latè per *Castill.lib.7.de tertijs, cap.41.ex nu.19.* ob istam personarum exceptionem damnum Reipublicæ inferatur, eligentes ad omnia damna, & eorum restitutionem teneri firmarunt *Felic.in cap. si quādo,n.7. de rescript. Io.Lup.in cap. per vestras, §.28. num.11. Couar. ibi num.2. cum coacernatis* nam damni dans causam, damnum dedisse videtur, *cap.fin. de iniur.* Si verò nullum damnum fuerit illatum,quippè, quia indignum præposuit, adhùc mortale crimē contraxit,vt per *DD.supra cit.*nam qui meliore posthabito beneficium minus digno confert,gratis non dat,quia de alieno largitur , quod furto annumeratur, *l.si pignore,ff.de furt.* & inquitas consistit non solùm , quia prēmio, & emolumento dignior ille defraudatur, verùm ętiam quia impietatis est,& illius honor læditur: nā vulgò magis, aut minùs dignus iudicatur, iuxta dignitatem, modum, aut mensuram , quæ omnia tàm in profanis sęcularibus officijs,& dignitatibus,quam in Ecclesiasticis locum sibi vendicant , *Vasqu. contro u.cap.43. num.15. Viu.in decis.455. de Ponte tit.de elect.Offic.§.5.num.6.* Num verò eligens etiam ad emolumentorum, quæ dignior lucrari potuisset, restitutionem teneatur? in hoc articulo vide quæ refert *Didac. pracit. loc.6. conclus.* & latè *Palac.in cap.per vestras, de donat. §.26.ex num.12.* Sed difficultas est , quis dicatur
134 dignior? aduerte, digniorem circa officia illum non dici simplicitèr, qui est doctior,vel in maiori dignitate, nobilitate, vel prærogatiua positus,sed eum,qui iuxta munus,& rem,cui prǽficiendus, aptior eius ministerio apparet; nam vir doctus quoad Philosophiam , Medicinam, cæterasquè scientias , vel artes erit dignior, quoad illam scientiam; sed non dicetur aptior altero, qui in proposito officio maiorem experientiam , aptitudinem , & diligentiam habebit , *Couar. d.§.7.num.5. Viuius decis.455. Vasq. de controu.28. in princ. & Cęuall. comm. opin.659.* in foro
135 autèm fori minùs dignum eligens, nullam electionem non reddit , secundùm communem opinionem. Indè patrono minùs dignum eligente , præsentatio non per hoc nulla dicitur; sat enim erit dignum præsentasse , ad *text. in cap.Monasterium 16. quæst.7,* abundè *Cas. Lamber. de Iure patron.lib.2. par.1.quæst.10.nu.17. Franc.Marc.decis.48.*vbi etiam deducitur, an præsentans indignum præsentandi facultate pro illa vice priuetur?



SVM-

SVMMARIVM.

1 *Barones nouas in vasallorum bonis sine eiuium consensu, & Regis assensu defensas facere prohibentur.*
2 *Maior pars non sufficit in pertinentibus ad singulos vti singulos.*
3 *Testes ciues an sint idonei pro sua Vniuersitate?*
4 *Vniuersitas vtrum pascua, glandes, & similia omnibus non consentientibus vendere possit?*
5 *Decuriones arduis in negotijs sine parlamẽto decernere nequeunt.*
6 *Cõsensus ciuium in pascuis, & similibus num successoribus noceat?*
7 *Pascua à Superiorum origine Vniuersitatibus tradita fuere.*
8 *Conuentio inter Vniuersitates an dissolui possit, si pascua ciuibus non sufficiant?*
9 *Vniuersitas in destinatis pro suo victu sibi præiudicare nequit.*
10 *Dominium ab initio Reipublicæ fuit, post verò translatum in Reges.*
11 *Dotes à Principe cuilibet Vniuersitati traditæ fuerunt, & alienari non possunt.*
12 *Principis interest subiectos habere locupletes.*
13 *Princeps, nè quis sua malè vtatur substantia, consulere potest.*
14 *Princeps contra patrem auarum malè familiam agentem prouidere non prohibetur.*
15 *Princeps superfluas, elatasq; vestes moderare potest.*
16 *Princeps in pascuorum locatione pro menepecudum Dohanæ Apuleæ præfertur.*
17 *Caualiarij officium, eiusq. declaratur ethymologia.*
18 *Bona Vniuersitatis triplicia sunt.*
19 *Vniuersitates pro publicis oneribus communes introitus habere debent.*
20 *Demanialia Vniuersitatis quæ dicantur, & illa quoad nomen sunt ipsius, quoad vtilitatem sunt ciuium.*
21 *Defensæ Dominus sine seruitute plenum dominium habere dicitur.*
22 *Ius pascendi herbas, & spicas Baronis necnè sit Vniuersitatis in dubio.*
23 *Ius fidæ Baronis esse præsumitur cum alijs multis, in quibus fundatam ille dicitur intentionem habere.*
24 *Publica Baronum protectioni subsunt.*
25 *Vsum habent Barones de iure bonis Vniuersitatis demanialibus insitum.*
26 *Fidare solitus cogitur.*
27 *Bona particulari titulo Vniuersitati obuenta à Baronum vsus seruitute sunt libera.*
28 *Bona priuatorum subditorum sunt in eorum dominio liberè absq. Baronalis vsus seruitute.*
29 *Barones in priuatorum fundis ius vtrum fidandi detineant?*
30 *Herbæ sunt territorij domini.*
31 *Locus clausus, vel ad pratum reseruatus baronalis vsus seruituti non subest.*
32 *Defensam magnam in aliorum ciuium pascuorum præiudicium in suo quis facere nequit.*
33 *Vtilitas ciuium magnæ est considerationis, non tamen eum totali tertij interesse.*
34 *Ciues pro animalium commoditate locum claudere possunt.*
35 *Territoria pro pascuis destinata, ad culturã non sunt reducenda.*
36 *Legata ad vnum vsum an, & quando in alium conuerti possint?*
37 *Ius pascendi quanto possit tempore præscribi.*
38 *Quasi possessione data, incipit præscriptio.*
39 *Vasalli contra Barones ius fidandi præscribere possunt.*
40 *Baro in demanialibus an vsum vendere possit, si vasallis non sufficiat.*
41 *Quidquid est intra feudi fines, de feudo præsumitur, cum limitatione.*
42 *Titulum suæ possessionis quando quis ostendere cogitur?*
43 *Baro an bona, quæ de feudo præsumuntur, propria possit authoritate occupare?*
44 *Exceptio spolij non obstat, vbi de vitio possessionis apparet.*
45 *Assensus Regius, scriptura non autem testibus probatur.*
46 *Feudalia per alios possideri ius resistit.*
47 *Possessio nullo ex titulo non transfertur.*
48 *Regula Fur, & prædo sunt in possessione manutenendi, declaratur.*
49 *Titulum quando ostendere quis tenetur? distingue vt in n. 50. & 51.*
52 *Titulum allegare quando sufficiat?*
53 *Bona omnia à natura libera præsumuntur.*
54 *Limitationes proponuntur ad Regulam, Quidquid est intrà feudum, de feudo est.*
55 *Probatio quando à iure plena requiritur, præsumptiua non sufficit.*
56 *Res aliquid feudo reddens, feudalis non dicitur.*
57 *Redditus non, sed fidelitatis, & seruitij præstatio feudalem rem reddit.*
58 *Liber feudorum reintegrationis probationẽ in contrarium recipit.*
59 *Feudi præsumptiones quæ sint?*
60 *Contractus an in dubio cẽsualis, vel emphyteoticus præsumi debeat?*
61 *Censum non soluens, rem sicut emphyteuta non amittit.*
62 *Contractus censualis an vti emphyteuticarius scripturam requirat?*
63 *Scriptura de consuetudine non est in emphyteusi necessaria.*

Mm 64 Ba-

64 Barones subinfeudantès, quale transferant dominium, quodq. apud se remaneat?
65 Loci consuetudo legem alterat.
66 Ius laudemij quem contractum designat.
67 Bona feudo reddititia, an collectari possint?
68 Bona burgensatica si ad Baronem deueniant, feudo non vniuntur.
69 Successio in bonis feudalibus ad reditum concessis, an regulanda sit secundùm ius feudorum, vel const. Reg.
70 Assensus Baronis an requiratur in alienatione bonorum feudalium ad annuum reditum concessorum. Et quid de territorijs datis ad coloniam?
71 Territoria feudalia ad perpetuam coloniam concedi non possunt absq. assensu.
72 Coloniæ ius quanto tempore præscribitur, & territoria ad coloniam data, nisi per triennium colantur, amittuntur.
73 Bannum nè quis inaudito Barone frumenta colligat, an valeat?
74 Terragia vtrum vasalll ad Baronis domum portare teneantur?
75 Territorium pro quota fructuum ad seminandum concedi solitum, si plantatum fuerit, an eadem quota debeatur?
76 Mutari an, & quando rerum formę sine concedentis assensu possint?
78 Interesse voluntatis est in considerationе.
78 Fraus nemini patrocinari debet.
79 Demanialia feudi an concedi possint?
80 Baro num in feudi augmentum feudi bona alienare possit?
81 Baro an rustica sine assensu subinfeudare possit?
82 Feuda inhabitata an citrà assensum restaurari possint?
83 Infeudare non licet in Regno, licèt de iure sit concessum.
84 Vasallus vasalli mei, meus non dicitur vasallus.
85 Excadentialia an per Baronem concedi possint?
86 Baro solita dari, concedere tenetur.
87 Bona sterilia an in subfeudum dari possint?
88 Solita concedi per Barones, sine assensu dari possunt.
89 Feudalia cum assensu primo loco concessa ex solito per Baronem reconcedi poterint.
90 Res per duas vices concedi solita, dato triginta annorum cursu, sine Regio assensu dari potest.
91 Assensus Regius semel præstitus, an rem feudalem quaternet, ita vt semper Regis assensus requiratur?
92 Solitum dicitur ex bino actu.
93 Initium vitiosum reliqua inficit.
94 Assensus Pontificus, vel Regius præsumptus quanto tempore inducatur?
95 Bona quando per reincidentiam demensa dicantur effecta?
96 Excadentialia, pecunia, concedi nõ possunt.
97 Redditus etiam vnius obuli sine assensu remitti non potest.
98 Territorium coloni industria, & labore adauctum auferri nequit.
99 Feudalia, aut feudi, aut Curiæ sunt demanialia.
100 Patrimonialia à fiscalibus differunt.
101 Vsum habent vasalli in feudorum demanialibus.
102 Vsus, nisi domino suppetat, non debetur.
103 Animalia ad socidam vtrum vasalli in Baronis præiudicium capere possint?
104 Contractus ad socidam, aliàs alla gabella, an dominium in accipientem transferat?
105 Vsus Baroni, vel vasallis debitus qualitèr interpretetur?
106 Ligna vltrà vsum incidere non licet, nec arbores fructiferas.
107 Habitantes in terris, an vsum in demanialibus habeant?
109 Incola nùm fruatur vt ciuis?
110 Ciues allecti vtrùm vti veri ciues fruantur?
111 Fida, & diffida quanta sit, & vnde ortum habuerit?
112 Animalia longinqua si transeuntia aliquod inferant damnum, an pro diffidæ pœna detineri valeant?
113 Animalia an pro fida, & diffida detineri possint?
114 Personæ priuatæ ius fidæ non habent.
115 Destinata pascuis, ad culturam non sunt reducenda.
116 Defensæ venationum fieri nequeunt.
117 Defensa pro venatione concessa, an & fructus concessi videantur?
118 Consensus communionem habentium pro concedenda defensa requiritur.
119 Communio inter Vniuersitates sine Regis assensu contrahi non potest.
120 Communio an dissoluatur vnius Terrę populo adaucto?
121 Communio à iuris pascendi, & huiusmodi quæsita seruitute differt.
122 Præscriptio est stricti iuris, & de casu ad casum non extenditur.
123 Pascendi ius non ad glandes, sed ad herbas tantùm extenditur.
124 Præscriptio iuris cum aliquibus, an ad cęteros extendatur?
125 Possessorium ex quæsita particularibus actibus prescriptione, vtrùm contra Vniuersitatem dari possit?
126 Vniuersitas suorum territoriorum defensã facere potest.
127 Clerici an ciues dicantur, & parlamentis oppugnare possint?

128 Con-

128 *Consensus ciuium an successoribus praeiudicet?*

129 *Sententia lata num successoribus praeiudicium inferat?*

130 *Absentes parlamento non interuenientes, vtrùm se audiri petere possint?*

131 *Ciues ad parlamenta non venientes, vocatos esse sufficit.*

132 *Consilium qualitèr sit conuocandum, & quę sint solemnitates necessariae?*

133 *Ecclesiae an sine assensu, & cum ciuium praeiudicio desensas facere valeant?*

134 *Assensus Regius vtrùm Regis requirat subscriptionem, & latiùs n. 162.*

135 *Nihil, & nullum aequiparantur.*

136 *Rex Carolus an iustè hoc Regnum intulerit, & quamdiù in eo regnauerit?*

137 *Praescriptio immemorabilis deficit, cum de tituli nullitate constet.*

138 *Assensus praesumptus in Regno non sufficit.*

139 *Confirmationem priuilegiorum à Barone petentes an sibi praeiudicent, & illam inducere videantur?*

140 *Priuilegio abutens, & concessionis fines egrediens priuari potest.*

141 *Limitata causa limitatum producit effectum.*

142 *Tirannidem superior exercere dicitur quãdo publicum cum libetate defendi non permittit.*

143 *Quae sunt grauis ponderis, & difficilia altiori stilo sunt explicanda.*

144 *Praescriptio immemorabilis, & centenaria à Doctoribus confunduntur.*

145 *Immemorabilis praescriptio Regium assensum, caeterasquè solemnitates de iure debitas pręsumit, & innumeros producit effectus.*

146 *Praescriptio impium est refugium, nisi immemorabilis esset, quae est priuilegiata.*

147 *Titulus vitiosus erroneus, vel nullus an immemorabile data aduersetur, quando conualiditatem recipere nequit.*

148 *Nullitas tituli, & eius ex immemorabili validitas contraria non sunt.*

149 *L. vn. C. de rei vx. act. singulariter explicatur.*

150 *Assensus Regius feudalium alienationem praecedere, & subsequi potest.*

151 *Assensus Regius de iure communi annorũ triginta spatio praesumitur.*

152 *Scripturam penès se habens, eam approbare non dicitur.*

153 *Possidere in dubio quis dicitur ex titulo, quem habet, quod limitatur.*

154 *Possidere quis pluribus ex titulis potest.*

155 *Possessor variare, & titulo magis ei pro futuro inniti valet.*

156 *Solemnitas si de iure obtineri potuerit pręsumitur obtenta immemorabili data.*

157 *Clausula si, & in quantum, valdè prodest, licèt actum non approbet, nec improbet.*

158 *Assensus ante pragmaticam ex sola signatura per verbum, fiat, efficiebatur.*

159 *Assensus testibus olim, non autem hodiè, sine scriptura probari poterat.*

160 *Registratio antiquitus in assensibus necessaria non erat.*

161 *Priuilegia ritè, & rectè iuxtà currentem stylum expedita praesumuntur.*

162 *Pragmatica 1. de fide memor. circa assensuum solemnitatem interpetratur.*

163 *Principis subscriptio non est in priuilegio necessaria.*

164 *Registratio assensus, quando sit necessaria proponitur.*

165 *Solemnitas requisita si in ipso actu adimpleatur, sufficit, licèt postea de ea nõ cõstet.*

166 *Sigillum est de priuilegij forma.*

167 *Signa quando signatum arguant?*

168 *Priuilegium partibus tradi non solet, nisi eo totalitèr completo.*

169 *Inspiciendum est, quod euenire solet.*

170 *Amissio ex coniecturis praesumitur.*

171 *Sigillum positum, & ex temporis antiquitate praesumitur amissum.*

172 *Praesumptiones duae legitimae perfectam inducunt probationem.*

173 *Declarare aliquem Regem fuisse tyrannũ ad Principem spectat.*

174 *Administratores Vniuersitatis iuribus pręiudicare non possunt.*

175 *Confirmatio in forma communi nil tribuit, quod non est in forma speciali.*

176 *Praescriptio longa non interrumpitur per subauditos, sed per iudiciales actus.*

177 *Denominatio fit à parte potiori.*

178 *Boolare defensa vocatur in Hispania.*

179 *Verba in dubio demonstrationis, potiùs, quàm dispositionis causa posita censentur.*

180 *Priuilegium in concedentem est interpretandum.*

181 *Priuilegium dubium ex sequenti obseruãtia recipit interpretationem.*

182 *Obseruantia priuilegij longo praescribitur tempore.*

183 *Seruitutem feudo remittere, vel imponere possunt Barones in sui praeiudicium.*

184 *Remittere aliquod ius propriè alienare non dicitur.*

185 *Redimens sua alienata nouum dominium quaerere non dicitur.*

186 *Successor particularis per praedecessorem concessa seruare tenetur.*

187 *Verbum concedere, vel donare iuris translationem, quàm concedens habet, non autem dominium importat.*

188 *Legatum, vel totiùs rei donatio ad minimũ ius, quod habet donans, restringitur.*

189 *Bona eiusdem conditionis burgensatica, vel feudalia, secundum aliorum qualitatem praesumuntur.*

190 *Transitus est facilis in symbolũ habẽtibus.*

191 *Territorium allodiale potiùs, quàm feudale præsumitur.*
192 *Bona, licèt feudo, redditia feudalia non dicuntur.*
193 *Assertio concedentis de dominio illud non probat.*
194 *Fida est dominij præsumptio super territorio, in quo Baro fidat.*
195 *Fida tunc dicitur Baronis demanialis esse, quādo is demanialia habet feudalia, secùs super vasallorum demanialibus.*
196 *Fida, & fidæ servitus differunt.*
197 *Servitus fide prætensa per Barones iuris resistentiam habet, & allegans probare debet.*
198 *Ius pascendi quando sit Baronum, vel vniuersitatis? discutitur.*
199 *Fidare an possint Barones in vasallorum apertis fundis.*
200 *Fida servitutis titulo quæsita strictè est interpretanda.*
201 *Præscriptio odiosa est, vt extentionem etiā ex r ationis identitate non patitur.*
202 *Destinatio limitum, & bonorum ex possessione arguitur, & obseruantia.*
203 *Princeps post translatum Imperium Vniuersitati cuilibet viuere tradere tenebatur, quæ bona eius dotis existimantur, & sine eius consensu alienari non possunt.*
204 *Fructuum perceptione rem demanialem esse præsumitur.*
205 *Custodum appositio dominium arguit.*
206 *Demanialia Vniuersitatis, vel Baronis, quibus ex præsumptionibus probentur?*
207 *Difformitas solutionum, & recognitionis, rei naturam arguit.*
208 *Terragia rem feudalem non reddunt.*
209 *Baro super lite contra Vniuersitatem in territorio mota, pro suo est audiendus interesse, sic è contra.*
210 *Demanialium feudi natura cum eius substantialibus ponitur.*
211 *Liber feudi reintegrationis, & delegati pro illo faciendo sententiæ, an probent, & quando valeant.*
212 *Iurisdictio feudi inuentarium facientium, quæ sit, & circa quæ versetur?*
213 *Sententia in summario iudicio lata in plenario non nocet.*
214 *Ius sententiam exequendi annorum triginta spatio præscribitur.*
215 *Error an aduersus confessionem in reintegrationis libro factam opponi possit.*
216 *Principi est obstandum in nouitatibus, & oneribus imponendis.*
217 *Vsum, quam in Vniuersitatum demanialibus bonis Barones habent, vendere non possunt.*
218 *Vsus an Baroni non habitanti debeatur.*
219 *Patientia non præiudicat, nisi actus iure suo parte contradicente fiant.*
220 *Actus in dubio gratitudinis causa præstitus videbitur.*
221 *Murmuratio populi præscriptionē, & quasi possessionem impedit.*
222 *Præscriptio immemorabilis requiritur in discontinuis actibus.*
223 *Vasalli seruitys, vel oneribus sine Regis assensu Baroni obligari non possunt.*
224 *Introitus feudales, nisi in priuilegio destinati reperiantur, nec in præcedentibus releuijs ascripti temporis tractu vsurpati præsumuntur.*
225 *Violentus actus quasi possessionem non inducit.*
226 *Fida quando Baroni debetur de iure latus vsus Vasallis est relinquendus, sed quando seruitutis via competit latissimus debetur.*
227 *Alimenta hominibus, & animalibus Iudicis arbitrio sunt taxanda.*
228 *Immemorabilis non operatur primordiali causa deficiente.*
229 *Immemorabilis non operatur quando concessio contra concedentem operaretur.*
230 *Territorium, quid sit? ponitur.*
231 *Territorium locus arboribus plenus dici non potest, sed alio nomine nuncupandus erit.*
232 *Meliorationes quando rei valorem excedunt, locus à possessore, qui sua meliorauit industria, auocari non potest.*
233 *Maius minus trahit.*
234 *Ædificatum in publico quando sit diruendum, vel census pro solo imponendus.*
235 *Auocari non potest tota res ob minimum interesse, & leuem causam.*
236 *Preferendi sunt in re maiores partes habentes.*
237 *Minor pars in publicam concernentibus vtilitatem maiori præiudicat.*
228 *Nullitas negotium ad sua principia reducit.*
239 *Baro quale ius in bonis Vniuersitatis demanialibus habeat?*
240 *Pęnę cōtrouentionum in Vniuersitatis defensis ipsi Vniuersitati, non autem Baroni debentur, secùs in alijs bonis, in quibus sit diuisio.*
241 *Alienatio feudalium an sit nulla? si non sit præiudicialis.*
242 *Baro, & vasalli sunt correlatiui, & vicissitudinarium ius est inter eos seruandū.*
243 *Pertinentia ad iustitiam Baronis expensis fieri debent, & præscriptio immemorabilis ius non præstat, si origo à gratitudine incipiat.*
244 *Præscriptio per testes probatur, & per scripturas.*
245 *Possessio de præsenti in præteritum continuata præsumitur, dato ex titulo initio.*
246 *In dubio contra potentes est in possessorio decernendum.*
247 *Possessio etiā armata manu defendi potest.*
248 *Conseruatoria in possessorijs quando sunt concedenda?*
249 *Ciuis quilibet an pro sua Vniuersitate comparere*

parer e, & iudicium contra Baronem mouere possit?
250 *Defensor patriæ multum est honorandus.*
251 *Infidelis contra suam patriam suis cum descendentibus ab honoribus arceri debet.*
252 *Vniuersitas ad subministrandas expensas litis per Ciuem motæ si iusta fuerint petita cogi potest.*

PRAGM. XI.

CAROLVS QVINTVS.

Audiuimus insupèr, quamplures Barones, & vtiles dominos in dies territorijs ipsarum Vniuersitatum, vel communibus nouas defensas, siuè forestas, aut clausuras facere per Regni Capitula, & Pragmaticas prohibitas, alios etiam percepimus in territorijs, vel nemoribus vassallorum, vel communibus culturam agrorum, ita occupare, & pro suis gregibus, armentis, pascuis, spicis, glandibus, adeò immoderatè vti, & à cultura, à pascuis, & à nemoribus proprijs, aut communibus, pauperes vassalli prohibeantur in graue vassallorum, & vicinorum, communionem forsan, vel ius aliquod habentium, detrimentū: Nos salubritèr prouidere volentes: mandamus, vt in terris cultis, siuè incultis, aut nemoribus ipsarum Vniuersitatum, aut communibus Barones ipsi, aut alij vtiles domini nullas defensas, forestas, seù clausuras facere possint, sine expresso consensu vassallorum, & vicinorum communionē fortè, aut ius aliquod in territorijs, seù nemoribus ipsis habentium, & de licentia nŏstra, aut nostri generalis Viceregis, & si quæ fortè factæ sunt, volumus per Officiales nostros summariè, partibus auditis, prouideri de iustitia.

Comm. Pragm. XI.



Aec est vna de notabilioribus pragmaticis huius tituli, ex qua multa singularia eliciemus, Barones nouas defensas in Vniuersitatum territorij, vel communibus, seù particularibus, pro eorum gregibus, & armentis, pascuorum, spicarum, glandium, vel aliarum
1 commoditatū ratione, sine expresso consensu vasallorum, & communitatem habentium; ac Regio assensu facere prohibentur, vt omnibus fraudibus, quas contra subditos committere solebant obuietur, quod est confirmatum per *prag. 1. tit. de salar. eorum, §. & cum nec Comitibus*. Hæsitatur, an, vt legitimè fiant dictæ defensę in præiudicium iuris pascendi habentium omniū vasallorum consensus requiratur;
2 adeò vt vno dissentiente concessio rueret, etsi pprietas demanialiū Vniuersitatis sit, *l. in tantum, ff. de rei vend. §. Vniuersitatis Inst. eodem, l. sicut*, & ibi glos. *ff. quod cuiusq; Vniuers. nom.* vel maior pars ciuium sufficiat, iuxtà terminos *l. quod maior, ff. ad municip.* & videtur dicendum, omnium vasallorum consensū requiri, dum ad singulos Ciues vt, vniuersos pertinet, & si enim nomen solum est Vniuersitatis, effectus tamen est singulorum, cum herbarū dictorum territoriorum pastus, ab antiquo ad eiues pro eorum animalium pascuis destinatus. Ea enim demanialia, & nemora pro dote Communitatibus in alimenta ciuiū concessa fuerunt, & ne inermen vitā ducerēt, vndè dùm ipsorum vtilitatis effectus, in singulos distribui, & nō in bursam, & communem Vniuersitatis arcam conuerti solet; sequitur ius pascēdi, ad singulos, vt singulos pertinere: arg. à contrario sensu ex *d. l. sicut*, ibi. *Si quid Vniuersitati debetur, singulis non debetur*. & circa hæc pascua ciues testes esse non possunt, & si in eis, quę sunt communia, vt vniuersis admittantur, de quo per *Ann. sing. 81. Afflict. dec. 400. Sesse dec.*
3 *196. & 396. ex n. 22. Viu. com. opin. verbo testibus Vniuersitatis, Triuis. dec. 35. Couar. pract. quæst. cap. 18. n. 4. Farin. q. 60. ex n. 471.* Vnde militaret dispositio *l. per fundum, ff. de seruit. rustic. præd.* quod in his, quæ singulos, vt singulos tangunt, omnium approbatio requiritur, ex *cap. quod omnes de reg. iur. in 6.* sic *Rip. resp. 93. Surd. cons. 59. ex n. 23. Affl. dec. 400. n. 5.* ita quod nec per Vniuersitatem locari hęc pascua posse omnibus ciuibus non consentientibus, absq; assensu Regis, qui ad tempus, & ex causa necessaria concedere posset, ad quod conferunt infrascriptis inferius sub *n. 11. & Capic. in dec. 4. & dec. 152.* discutit, an Vniuersitas aliquo ciue dissentiente pascua, & alia pro ciuibus destinata vendere, seù locare va-
4 leat, & *Præs. de Franch. dec. 197.* concludit, Vniuersitatē, vt se ab ęre alieno sublevaret, pascua, in quibus ciues habent vsum, etiam aliquibus ciuibus reluctantibus, locare, & alienare posse, cū publica vtilitas præferatur priuatæ, quæ inest in publico, & sequitur *de Pōt. de pot. Proreg. tit. 10. §. de alien. &c.* sanius, & vtilius consilium attenditur, arg. *l. 1. C. de com. ser.*

fer. manum. Molfes. ad consuet. de seruitut. q. 12. à n. 12.

Nec decurionum, quibus, vt dixi in præcit. prag. data est facultas tractandi de rebus Vniuersitatis, sufficeret consensus, nam in
5 præiudicialibus nihil sine generali consilio, sed solùm parua negotia explicari possunt, *Bart. in l. ambitiosa, ff. de decr. ab ord. faciend. Marant. cons. 28. n. 10. Ozasch, dec. 95. n. 3.* Consensus verò ciuium prędictus adeò est necessarius, & formalis, vt
6 omnibus non consentientibus non obsit, neq; successoribus non hæredibus, *Auend. de exeq. mand. cap. 12. ex n. 30. lib. 1. Burgos l. 3. n. 498. Menoch. casu 245.* Vsus enim pascuorum a principio Vniuersitati destinatus, est quoddam dominium mediante tacita, vel expressa Principis donatione à primo tempore omnibus ciuibus in
7 perpetuum quæsitum; vndè effectus est irreuocabilis pro pręsentibus, & futuris omnibus, & tot donationes censentur, quod erunt personæ compręhensę, *Castr. in l. si pecuniam n. 11. ff. si cert. petat. Dec. cons. 498. n. 19. Tiraquell. de primogenit. n. 108.* vndè quilibet capit iure suo, & illis consilium prędicare non potest, *Couar. lib. 2. cap. 18. n. 2. var. res. Sese dec. 74. à n. 24.* Indè oritur, quod infra dicam *n. 120.* vt etiam absentientibus ciuibus,
8 & accedente Regis assensu, si communio inter Vniuersitates fiat, si pactus postea Vniuersitati deficiat, communio dissolui poterit, cum Vniuersitas sibi præiudicare non valeat circa ea, quæ ad hominum, & suorum animalium, viuere, spectat, nec pacta qualibet vim haberent, nam vltra,
9 non infra vsum ea communio, vel seruitus substineri poterit, *Couar. lib. 1. cap. 17. n. 1. Auend. cap. 4. n. 27. lib. 1. Plot. de in lit. iur. §. 49. n. 27.* Hinc est, vt necessario Regis assensus requiratur, cum pascuorum, & aliorum introituum Vniuersalium concessiones à primęua origine fuerint. Initio enim nascentis Regni regimen erat Reipublicæ, quæ posteà omne suum dominium in Reges transtulit, iuxtà *l. 2. ff. de offic. prætor.* & Princeps omnium vniuersale dominium, & iurisdictionem, quæ anteà penès Rempublicā existebat, fuit assequutus, *l. depracari, ff. ad l. Rho. de iac. Bald. in cap. 1. de feud. Marchiæ Auend. de exeq. mand. lib. 1. cap. 1.* & sic dominium, vel possessionem, sine sua concessione, vel immemorabili præscriptione nullus prætendere poterat, *Io-*
10 *seph Sese de inhibit. cap. 5. §. 10. n. 58. cum seq. Couar. pract. quæst. cap. 1. & 4.* Translato hoc dominio Princeps terris omnib9 particularia pro viuere vniuersali assignauit, prout etiā, & terminos vnicuiq; Vniuersitati pro suo arbitrio statuit, qui hodie ex antiqua destinatione, & præsumptionibus cognoscuntur. Istæ fuerunt dotes Communitatibus assignatæ, vt subditi
11 viuant, nam cum Princeps pater sit suorū subiectorum, *Auth. neq; virum, quod ex dote est, in fine, Bald. cons. 460. lib. 1. Crau. cons. 241. n. 8. Ias. in l. si quis filium, C. de inoff. testam.* alimenta illis statuere tenebatur, vt mediantibus alijs etiam laboribus, & commoditatibus assignatis substineri potuissent, *Doct. in l. in tantum, §. vniuersitatis, ff. de rer. diuis. & l. omne territorium, C. de cens. lib. 10. Suarez alleg. 7. num. 13.* & in specie de pascuis loquuti fuerūt *Bertran. cons. 51. vol. 2. Couar. pract. quæst. cap. 37. Soccin. cons. 125. vol. 2.* Cumq; dos data in præiudicium dotantis, cuius interest filiam dotem habere, alienari non possit, ideo Principis consensus requiritur, vt Vniuersitas sua bona demanialia, ad alteri vsum, quam quo destinata fuere, concedere possit. Interest enim
12 Principis, suas concessiones seruari, subiectos habere locupletes, & commodos, & vt moderatè, & iustè suis bonis vtātur. Hinc saluantur banna, quę per Principem fieri solent, ne quis aureis, & argenteis magni stipendij vestibus vtatur, ad *tex. in l. 1. cum seq. C. de vest. olober. & aur. lib. 11.* occurri enim potest, ne quis malè sua vtatur substantia, *l. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* ideò prodigo interdicitur bonorum suorum administratio, *l. his,*
13 *cui bonis, ff. de verb. oblig.* sic, & luxuriosè viuenti, *l. sed, & mulieri, ff. de cura, furios.* prout è contra succurritur in auarū suam familiam iniq; tractantem, *Doct. in d. l. sed & mulieri, Bald. in l. fin. C. de sent.*
14 *passis.* Et circà paramenta superflua auro, & gemmis contenta, non ne prouidit *tex. in l. vnica, C. nulli licere in fręn. & equest. lib. 12.* & sic circa currus, ne omnibus eos retinere licitum esset, *l. vnica, C. de honorat. Veh. lib. 10.* hęc omnia ema-
15 narunt, quia Princeps, vti pater, circa suos subditos se gerere, & eorum commodis prospicere debet.

Hinc quando pascua locari solent, quia Baro, vel Vniuersitas defensam vltrà vsum habet, & vendit, Princeps præferendus est, & & pro tali pretio ea recipit, & pro
16 animalibus, quæ in Regia Dohana fidātur, dispensat, & Curia percipit ex his tot introitus, quia Dominus concedens pręferri debet; *Doct. in l. 1. cū seq. C. de pasc. publ. lib. 10.* & custodiuntur, & pęna à damnificantibus, & contrauenientibus exigitur, pro quibus Cauallarij destinantur, qui dicta pascua per ipsam Regiam
17 Dohanam dispensanda visitant, & custodiunt. *l. 1. C. de fund. & sal. rer. dom. lib. 12.* & dicuntur Cauallarij, idest milites equi-

equitantes, & dicta loca circumeuntes, *de Pont. tit. de reg. imp. §. 8. ex num. 6.*

Sed sumpta hac occasione necessariò est videndum, quæ Vniuersitatis bona dicantur, & è contrà, quæ bona in feudo habeat Baro, & quod ius alteri in alterius dominio competat, qui termini valdè necessarij sunt, ac non omnibus cogniti, & cum ad nostram prag. nostrumq; institutum pertineat, dico, Bona vniuersalia esse publica, alia verò priuata.

Publica Ciuitatis bona sunt quędam authoritate tantùm, vt theatra, plateę, viæ, & alia, quæ honoris, pulchritudinis Ciuitatis causa sunt parata, *l. in tantum, §. Vniuersitatis, ff. de rer. diuis.* Alia dicuntur bona Ciuitatis, honore, & cõmodo dicuntur priuata, & multum differunt, nàm priuata vendibilia nõ sunt, alia vendi, & vsu capi possunt, *l. 1. C. de vend. reb. Ciuit. lib. 10. Luc. in l. nulli C. de fund. patrim.* alias differentias ad nostrum institutum non pertinentes, notat *Cępol. in l. inter publica, ff. de verb. signif.* Ista bona, quæ sunt honore, & commodo, sũt ea, ex quibus redditus, & introitus prò oneribus erogationum ad ipsas Vniuersitates pertinentium percipiuntur, qui introitus dictę Vniuersitatis marsupio applicantur, cum quælibet Terra in communi proprium habere de-
19 beat, *l. Ciuitatibus, ff. de legat. 1. l. omnibus, ff. ad Trebell.* nàm sine his substineri non possunt, & proindè omnes suos introitus, gabellas, datia, & alia onera, quæ Ciuibus imponunt, habent, ex quibus pęcuniam pro soluendis iuribus fiscalibus, Medicorum salarijs, & prò alijs artibus liberalibus, prò viarum, & pontium refectione, alijsq; ordinarijs, & extraordinarijs necessitatibus exquirunt; de quibus *Doct. in l. ambitiosa, ff. de decret. in l. 1. C. de præb. salar. lib. 10.* Quædam alia bona dicuntur Vniuersitatis quoad nomen, & proprietatem, sed quoad vtilitatem, singulis, Ciui-
20 bus sunt communia, vt pascua, glandes, spicæ, & aliæ Territorij commoditates Ciuium vsui paratæ, vt in principio huius pragmaticæ; quæ bona propriè Vniuersitatis demanialia nominantur, *Frecc. de subfeud. auctor. 46. n. 4. in fine*, & ità solita sunt teneri, nam solitum, & vsus dant nomina rebus; *Boer. dec. 125. Affl. in const. dignum, in fine*, & ibi multa notantur de natura istorum demanialiũ. Habentq; Vniuersitates defensas ꝑprias, quibus diuersimodè vtuntur, sed in his habent verum dominium, quod propriè est alios arcere ab ingressu, *l. diu, ff. de seru. rustic. pred.* Habet, & alia bona ex particulari titulo obuenta, vt ex legato, donatione, & similibus, & sicut ab Vniuersitate distribuuntur, ita prò vsu omnium, vel prò marsupio tenentur communi, & differunt ab alijs, vt infra dicemus *num. 27.*

In bonis istis demanialibus vtilitate cõ-
22 munibus, aduertas in dubio ius pascendi herbas, glandes, & spicas Vniuersitatis, nõ autem Baronis præsumi, & prò ea esse respondendum, cum prò ea sit iuris presũptio, iuxta *cap. cum personæ, de priuil. in 6. Crau. cons. 154. Couar. pract. quæst. cap. 37. Vrsill. dec. 190. num. 12.* & alios coaceruat *Rouit. in tit. de pasca. num. 8.* Nemora verò, eorumq; commissæ pęnę, quæ fida nominantur de iure, & antiqua consuetudine, in dubio Baronum esse præsumuntur, non autem Vniuersitatis, adeò, vt fundatã illi habeant intentionem ea esse de feudo, nisi contrarium appareat de centenaria, quæ titulum tribuit, vel de legitima concessione, *Luc. in l. quicumq; C. de fund. limitrop. Capic. in inuest. vers. & cum planis. Franch. dec. 183. de Pont. cons. 97.* ista enim presumuntur demanialia feudi, sicq; fida, & diffida; *Capic. in inuest. vers. fida, Ann. Alleg. 108.* Hæc dixi ad sciendum ista bona, quæ tenet Vniuersitas ex priuilegio esse, non de regula, quę ad euidentiã dicendarum præmisi.

In prædictis bonis Vniuersitatis videndum, quod Ius habeat Baro. Dic, in primis casibus de bonis, authoritate, vel honore, & commodo ad ipsam Vniuersitatem pertinentibus, nullum ius habere Baronem, nisi protectionis, prout nec alij ciues; publica enim licèt sint vni-
24 uersalia, sunt tamẽ sub Baronum iurisdictione, & protectione, *Andr. tit. quæ sint regal. vers. via*, In bonis verò demanialibus
25 vti pascuis, spicis, & similibus commoditatibus ipsorum ciuium; Baro ipse vsum habet, vti alij ciues, & bona prædicta semper cum hac seruitute intelliguntur, imò vti primo ciui maior commoditas debetur, vt latiùs dicam in *seq. pragm.* In defensis verò proprijs Vniuersitatis Baro nullum ius habet, nisi fidæ, & vt alij ciues admittitur; nec Vniuersitates ad fidandum cogere possent, nisi ab antiquo esset solitum, *Præs. de Franch. decis. 301. num. 4. Vr-*
26 *sill. decis. 290.* & in casu contrauentionis, pœnam prout alij soluere tenentur, cum hoc sit verè dominij signum, aliàs sub pęna arcere ab ingressu, vt in *cap. Reg. Magistri forestarum*, sicq; vidi obseruari in pluribus locis, Baronem fidam soluere pro pascendis eorum animalibus, in defensis
27 Vniuersitatum; in bonis Vniuersitatis, ex titulo particulari peruentis, vti ex donatione, vel legato, & in illis nullum ius Baro prætendere potest, cum originariè non sint Vniuersitatis, super quibus ius fundatum habeat, *Franch. decis. 197. in fin.* Quod intellige, nisi Vniuersitas ea ad ciuium

uium vsum parasset, tunc Baro vti ciuis vsum haberet, vt dixi in *praced.art.*

28 Secunda bonorum principalis species est illa, quæ, vt dixi, priuatorum, & singulorum ciuium bona comprehendit, quę burgensatica nominantur, *Luc. in l. quicumq. C. de omn. agro desert. Paris de reintegr. feud.q.95.* in his nec Barones, nec Rex ipse vllum ius habet, nisi iurisdictionis, protectionis; & ipsa territoria, & bona nullam de iure Baronibus seruitutem debent, ita vt sine vasallorum voluntate ingredi, pasci, spicare, aquam trahere, & similia fieri non possunt, etiam si nullum detur damnum; nam fundum alienum ingredi inuito domino quis non debet, *Inst. de rer.diuis. § ferè bestiæ*, & per Sacrum
29 Consilium fuit decisum contra Ill. Marchionem del Ziro, prætendentem post segetes posse eius animalia depasci, ac exteros per ipsum fidare, quia ius fidandi habebat, *Add.ad Franch. decis.301*, de quo latè per *Reg. Rouit.in pragm.1, ex num.13, de offic.Baiul.* etsi enim ius fidandi haberet, quid commune in fundo meo particulari depascendi posse, herba enim est domini soli, *l.pratum,ff.de verb signif.l.1.& 2.C.de pasc.publ.& priu.& l.solum*, ibi, *Meum esse, quod ex re mea superest, ff. de reivendic.* &
30 omne, quod ex solo nascitur, & solo cohæret, solo cędit, vulg. terminis *§.cum in suo solo, Inst.de rer.diuis.l.qua ratione,ff.de acq.rer.dom.* & neq; Rex dominium rei meæ mihi auferre potest, etiam pretio soluto, vt dixi supra *pragm.1.* & in terminis *Antib. de muner.§.4. & Frec.auth.46.* concordantes vnanimitèr, Barones nullũ ius fouere, prout nec Vniuersitatum Decuriones quicquam in territorium ciuiũ pascuis statuere posse fundat *Cabed.decis.151*, limitatur tamèn, si Baro contrariam consuetudinē, vel seruitutem legitimo tempore, vel priuilegio munitam habeat, & eo casu conseruandus est, iuxta terminos declaratos supra *pragm.1.* & verba *text.in l.1.in fin.ibi, Sed eam manere decernat, quam statuit antiquitas, C. de pasc. publ.* & vidi in multis locis seruatum, Barones post segetes fidare, Itèm limita, posse tàm Baronum, quàm conciuium animalia in locis alienis depasci, collectis fructibus, & segetibus, agris à cultura vacantibus, & territorium dominis non prohibentibus; quia herba ibi spontè
31 oriens suis forsan animalibus, vel alijs, quibus vendita fuisset, non deseruiat, & latè per *Conar.pract.quæst.cap.37.ex nu.2,* vel non esset locus clausus, vel ad pratum reseruatus, vt aduertit *Cępoll.tract.de rust. seruit. iur. pasc.* cum cuilibet liceat suum claudere locum, *l.per prouincias,C.de ędif. priuat,* imò pratum est in fructu, & proindè depasci non potest, *l.pratum 31. & ibi gloss. ff.de verb signif.* & ita fuit iudicatum in Sacro Consilio inter Vniuersitatem Pisticij, & Baronem. Et si in his territorijs ciues ex longa consuetudine ius pascendi haberent, in eis territorij dominus clausuram pro suorum animalium commoditate, & pro suo vsu facere potest, *text.sing.in l.venditor, §.fin.ff.de comm. prad.* & quilibet ciuium in demanijs Vniuersitatis, vbi similitèr constitutum est, idem ius pascendi, propè locum vbi colit, mezanas pro suorum bouum vsu facere
32 potest, & sic in loco quo animalia reducuntur, vulgo dicto, *alli Iazzi*, pro vsu fętuum, dummodo non sint species defensarum, fiantq. pro pręcisa animalium necessitate, arbitrio boni viri, non ad ęmulationem, malignitatem, vel negotiationē, *glos.in d.l.per prouincias, Vasq.controuers. cap.47. Lud.cons.38. Soc.cons.211. num.6. Rouit.post hac pragm. 1, num.32. de salar.* consideranda est enim euiuslibet ciuium
33 vtilitas, non tamèn cum totali alterius interesse, sed semper ius tertij saluum intelligitur, *DD.in l. vnic. §.fin. C.de caduc. toll. Crauet.cons.120*, indè *Sese decis. 74. num.2.* asserit, Hispaniæ consuetudinem esse, vt quilibet ad balistæ iactum boualare facere possit, quod boualare idem sonat, quod massarij nominant mezanam, & *num.29.* declarat, qualitèr talis vsus non
34 dicitur præiudicialis alijs habentibus vsum pascendi in territorijs. Et eadem inspectione dixi, licere ciuibus habentibus baccarum armenta facere pascuum clausum pro vitulis arcendis à lupis, non obstante Baronis contradictione, vt is locus restringi non posset. Indè territoria pro
35 pascuis destinata nec Vniuersitas, nec Baro ad culturam, vel ad alium vsum reducere valet, sine ciuium consensu, vel vrgentissima causa, & assensu, vt dicam infra ex *num. 115*, instar legatorum pio-
36 rum, quæ hæres, nec Episcopo assentiente ad alium vsum, quam destinatum conuertere potest, ex *Concil.Trid.sess.22.c.6.*

Et dum Barones istas seruitutes quærere posse diximus, hęsitatur, quantum temporis in hoc requiratur? & secundùm allegata in *pragm.1. ex num. 186.* & præcipuè *num.214.* videntur, Barones nullum
37 ius contra subditos, vel Vniuersitates minori spatio centum annorum quęrere posse; & quamuis aliqui in materia huius iuris pascendi respondissent, illud prout cætera priuata acquiri, iuxtà *l. 2. C. de seru. l.seruitutes,ff.eod.* communis tamèn opinio est, immemorabile tempus requiri, & maximè si seruitus non sit continua, sed discontinua, *Conar. 1. lib.var.resolut. cap.17.num.11. Gnid.Pap.dec.573. Cępoll.* de

*de seruit.rust.præd. tit. de seru.iur.pasc. n.*14. *Molfes. tit. de seru.q.*12. & decisum refert *Ann.sing.* 294. *& Surd.decis.*236. & istud ius, data prima quasi possessione, continuato animo præscribitur, *Vasq. cap.*83. *num.*41 *Mastrill.decis.*114.& proindè cautela est, vt per oppositionem interuertatur possessio,nè causetur præscriptio,iuxtà tradita per *Afflict.& Vrsill.*388. è contra autèm vasalli,ciuesq. Baroniæ conuicinæ an ex triginta, vel quadraginta annorum tempore ius fidandi in demanijs, & Baronum defensis quærere possint? pro affirmatiua videtur concludere *Afflict. decis.*290. si autèm hæc dicatur seruitus, & damnum inferat feudo, an ea opinio locum sibi vendicare possit? vide enarrata suprà *pragm.8.par.3. ex num.*191. limitat tamèn ibi *Afflict.* si vsus ille fidandi ob ciuium multitudinem auctam, Baronis & ciuium commoditatem destrueret; nam eo casu seruitus, & communio licèt præscripta, esset remouenda, & ad æquitatē reducenda, vt infrà *num.*120. Idem ius parilitatis seruari debet, nè Baro in dema-
40 nialibus Vniuersitatis omnia sua animalia fidare possit, si vsus ille ciuibus suppeteret.

Sed vtilitèr ex his quæritur, nonnè Baro habeat intentionem fundatam, territoria, quæ per vasallos possidentur, esse de feudo, super quibus ipse legem, quam velit, ponere poterit? Articulus ob varias opiniones profugus est. In dubio inquam videtur de feudo esse, quidquid est intra
41 fines feudi, ex *cap.omnes Basilicæ* 16. *q.*7. *Andr.in cap.*1.*num.*3. *de controu.feud.inter masc. & fem.* ita vt possidens bona in feudo, titulum quomodo possidet, ostendere teneatur, iuxta approbatam limitationē, ad *text.in l.cogi, C.de pet.hæredit. vbi DD. Soc.reg.*430. *Mascard.conclus.*217. *de prob.*
42 & si ordinariè repugnet regula, nemo suum titulum ostendere tenetur, & quilibet pro suo possidere præsumitur, adeò vt solidum videatur Baronum fundamentū, licitum videlicèt eis esse, propria authoritate bona intra feudi districtum contenta occupare; nam si vasallus legitimum possessionis titulum, quem exhibere tenetur, non ostenderet, notorius iuris defectus obijci posset, quæ exceptio obstat agenti remedio restitutorio spolij, *Andr. in cap.Imperialem,num.*68.*Crauet.cons.*302 *Vrsill.decis.*216.*Vasq.in præfat.contr.n.*25.
44 sic, si vasallus titulum non legitimum demonstraret, veluti territorium sibi sine Regio assensu concessum, cum nullitèr actum sit, ex *Const. Diuæ Memoriæ*, dum vitia oculo corporeo leguntur, & assensus non præsumitur, nec testibus, sed tantùm scriptura probatur, *Camer. in cap. Imperialem, fol.*8.*lit.k.* maximè si registrandus esset, *Vin.decis.*240. vndè vel de titulo non constat, & res feudalis de facto occupari potest, *Capyc.decis.*87.*num.*9. *de Pont.cons.*
45 *sil.*96. vel apparet titulus, sed non legitimus, seù non solemnis, & similitèr licita est occupatio, cum sola possessio non sufficiat, *Anchar.cons.*31. *Marc.de Maur.alleg.* 99.*num.*7.*Couar.pract.quæst.cap.*18. & diximus suprà *pragm.*1.*num.*231. Accedat,
46 quod cum ius bonorum feudalium alienationi resistat, licèt possessio translata
47 reperiatur, dum ex titulo nullo non trāsferatur vera, & realis possessio, nec dominium, sed solùm nuda tenuta, animalis instar, quod bardam tenet, vt per *Andr. vbi supra num.*69. ideò licitum videtur de facto occupare, & non admittitur spolij exceptio, vt vltra citatos suprà *DD.in l.*3.*§. si vir vxori, ff.de acq.poss. Rouit.de iurisdict. non turb.pragm.*2.*num.*31.*& prag.*9.*n.*42. *de feud.Sese de inhib. cap.*4.*§.*5. *ex num.*5.
48 licètq; prędo, & fur manutenendi sint in possessione, iuxtà vulgatam propositionē, id tamèn non procedit in feudis, quæ sine titulo possideri non possunt, & maximè quando possessio non coloratur, sed apparet euidens tituli iniustitia, *Franc.dec.*163 *Vasq. controu.cap.*8. Ex quibus, quemdam Baronem de facto aliquorum vasallorum, qui titulum cum assensu non ostenderunt, territoria occupasse, audiui. Alij responderunt, vasallos ad obtinendum in possessorio, debere colorare possessionem antiquam, eam asserendo, & titulum allegando, licèt eum non demonstrent; nam data possessione maxima diuturna titulum allegare sat est, *DD. in l.cum de in rem verso, ff.de vsur. & in cap.in literis, de restit.spol. Rot.decis.*16.*tit.de restit.spol. Cassador. eod. tit. decis.*4. *Reg.de Ponte cons.*92. *num.*19. Pro dilucidatione, semota diuersitate lecturæ, *l.Senatus, ff.de edend.* si speciale sit Fisci pro sua intentione fundanda, quemlibet teneri ad exhibenda instrumenta, & priuilegia: Distingue, aut tractatur de Castris, & Feudis, & qui ea possidet, ad omnē domini requisitionem titulum ostendere tenetur, quem non producendo legitimè spoliari potest, donèc possessionis sententia probetur, *Andr.in cap.Imperialem,§.illud,ex num.*67. *de probib feu.alien.per Fed.* & diximus suprà *pragm.*8.*par.*1. *num.*136. Idem de iurisdictionalibus, quæ à Princi-
50 pe, vel sua mediata persona conferuntur, nam procedit limitatio *l.cogi*, quod quilibet titulum ostendere tenetur, cum iurisdictiones semper præsumantur feudales, *Liparul.ad Andr.in cap.*1.*num.*2. *vers.libera, de controu. inuestit.inter masc.& fem. & ibi Aluar.& Afflict. num.*10. qui tradit viginti limitationes ad *d. l.cogi*, & latiùs in *const.*

Nn

*conſt. Ab Officialibus, Luc.de Pen.in l.2.C.
de fund.limitroph.Gram.conſ.9. Caſtill. de
tertijs,cap.16.*In his enim fundata eſt Prin-
cipis intentio, cum omnes iuriſdictiones
ab eo ſolo dependeant, & ab ipſo ſolo cō-
municari poſſint, & proindè exercenti-
bus iuriſdictionem dici poteſt, vt titulum
oſtendant, *cap.num is,de iureiur.l.t. §.cum
vrbem,ff.de offic.Præſ. Peregr.de iure Fiſei,
lib.7.tit.3.num.24. Afflict.in Conſt.Si dubi-
tatio,*& licèt data longa poſſeſſione alitèr
ſupponatur, ex *Conſt.Ab Officialibus*, vidi
tamèn ſeruari, ſemper fuiſſe citatos per
Regiam Cameram iuriſdictionalia poſſi-
dentes ad titulum oſtendendum, & abſo-
lutos non eſſe, niſi legitimo titulo exhi-
bito, vel immemorabili præſcriptione
probata, *Reg.Moles intus decis. manuſcript
tit.an Baro vocar.poſſ.ad exhib.tit,*licèt ho-
diè a non probis Iudicibus de hac etiam
centenaria, ſeù immemorabili præſcrip-
tione a *Conſt.Reg.*legibus feudorum,& cō-
munibus, ac ab omnibus DD. tàm appro-
bata,parùm curetur, contra ſanctam No-
ſtri Domini Regis mentem. Sed in oc-
caſu videbunt,ſi aliquod ex his ſibi ſuffra-
getur auxilium. Idem procedit in haben-
tibus iuriſdictionem in officium, *Capye,
deciſ.77.Franch.deciſ,165. num.4.* Aut tra-
ctatur de re feudali ad feudum ſpectante,
51 & ex inueſtitura, vel ex ſeruitij præſtiti
demonſtratione, ſiuè huiuſmodi rem eſſe
feudalem conſtat, & tunc exhibito legi-
timo titulo, de facto Baro ob aliquā præ-
tentionem non notoriam quem ſpoliare
non poteſt;eò maximè, quia non amittū-
tur, niſi certis culpis à iure deſignatis,
tot.tit.de feud.ſine culpa non amit. & culpæ
non præſumuntur, niſi probentur, *cap.1,
§.ſi verò,de milit.vaſall.*& ſpoliatus erit in
ſua poſſeſſione reſtituendus, *Menoch. de
recuper. poſſ. remed.15, num.461. Paris de
reintegr.q.22.Free.auth.17,Capyc.in inueſt.
verſ.feudorum editiones,* & ſi non exhibea-
52 tur titulus,ſed allegetur,& conſtet de an-
tiquiſſima poſſeſſione, eſt dandus termi-
nus congruus ad producendum, & poſſeſ-
ſor in petitorio audiendus, cùm regulari-
tèr non detur hodiè præſumptio occupa-
tionis à vaſallo contra Baronem, qui au-
diendus non eſt in ſpolio de facto, *Andr.
in cap.1,§.illud,de probib.feu.alien.per Fed.
Harthm. Piſtor, q.46. de Curt,in ſuo diuers.
feud.fol.73.ex num.101, Maur.allegat.35.*
ſpolium enim de facto etiam in feudis nō
poſſe legitimè fieri eſt dicendum, niſi per
liquidiſſimas probationes de notorio ex-
cipientis defectu,ex tituli demonſtratio-
ne,culpa,viſibili, vel generatione finita,
appareat, vt in *cap. Reg. 225. Ex præſum-
ptuoſe, Ann.alleg.1. Crauet.conſ.5. num.3.
Peregr.de fideicom.art.52. num.138. & de
iure Fiſci, lib.7, artic. 3.*
53 Vel tertiò tractatur non de iuriſdictio-
ne, vel de rebus euidentèr feudalibus, ſ.d
de rebus particularibus infra feudum poſ-
ſeſſis, hucq; pertinet prima quæſtio pro-
poſita, & iſta bona in dubio libera, & al-
lodialia præſumuntur, & pro obtinendo
in poſſeſſorio, & in petitorio poſſideri
ſufficit, cum iuris præſumptio præſtet ti-
tulum,quemlibet poſſidere iure ſuo, *l.1.
ff.probat.* ac quælibet res præſumitur li-
bera,*l.altius,C.de ſeruit.* & Baro iſta bona
vti feudalia occupare non poterit; nec
iſto caſu requiritur, vt poſſeſſor poſſeſ-
ſionem coloret, vt in diſtinctione dixi-
mus,nec titulum oſtendere tenetur, cum
ius non refragetur, ſed ſuffragetur, iuris
præſumptione res à primæuo fuiſſe libe-
ras,*DD.in d.cap.1.§.ſi verè, de milit.vaſall,
& in cap,1. §.callidis, de probib.feud.alien,*
pro regula enim traditur, quamlibet rem
allodialem, & liberam præſumi, *Maſcard,
q.29.de prob.*Nec repugnat dictum *Andr,
in d.cap.1. num.3. de controu.inter maſc.&
fem.*quidquid eſt intra fines feudi, de feu-
54 do præſumitur, nam plures habet intel-
lectus,*Afflict.decis.267.* dicit intelligen-
dum, ſub iuriſdictione feudali manere
quidquid eſt intrà feudi fines, non quod
bona præſumantur de feudo, vel ei reddi-
titia, & ità interpretari *d.cap,omnes baſi-
licę* declarat *Andr.in cap.1 num.7. qualit.
vaſall.iur.deb fidel. Maur.alleg.35. num.5.
Medic.conſ.9. num.3. & Afflict.in dec.237.*
deciſum refert, Baronem aſſerentem rem
ad feudum pertinere, vel ei reddititiam
eſſe, ex pleniſſimis probationibus hoc de-
monſtrare teneri, cum ius reſiſtat, & pro
libertate præſumat; vndè licèt pluſquàm
ſemiplenè eſſet probatum,hoc ei non pro-
ficeret;nam cum à lege plena,vel perfecta
probatio requiratur, præſumptiones non
ſufficiunt, *Andr. in cap.1. ſub num.de con-
trou.inueſt.& in cap.1 num.3.& 7. de con-
trou. inter maſc.& fem.* Item quicquid eſt
intra fines feudi,de feudo præſumitur,in-
tellige Barone poſſidente, ſecùs ſi tertius
poſſideat, tunc allodialia præſumentur,
prout ipſemet *Andr.d.num.3.* ſibi declarat
ibi,*Semper inſpicitur,an ſit in poſſeſſione,vel
quaſi tenendi ſicut allodium,vel feudale,Reg.
de Ponte conſ.11.d num.5.* multas autèm
præſumptiones, quando ſint burgenſati-
ca,vel feudalia,recenſet *Reg.Rouit.in rubr,
de feud.ex num,1, Seſe de inbib.§.10,cap.5.
fol. 481.* Imò quod fortiùs, & notabiliùs
56 eſt, licèt territorium, vel res aliqua quid
in pecunia,vel ſpecie feudo reddat, nihi-
lominus in dubio quando de originali
conceſſione non conſtat, feudalia non di-
centur,& conſequentèr diſpoſitioni natu-
ræ,legibuſq; feudalibus non ſubijciuntur,
&

& sic feudatariorum culpis non sunt obnoxia, vt assensum, & alia, quæ leges feudorum dictant, requirant, *Paris. de reinteg. feud. cap. & aduertendum, q. 19. num. 3. Vin. decis. 515.* nam pensio rem feudalem non
57 reddit, sed substantia, fidelitas, & seruitiũ, & dixi suprà *pragm. 8. in princ.* vndè errant rem esse feudalem asserentes, eam, quę par caponum, vel gallinarum, vel porci spatulam, aliquodue simile reddit in signum subiectionis alicuius territorij, quod possident, etsi redditus dicatur feudalis; aliud enim est, redditum esse feudalem, aliud rẽ esse feudalem, vt declarat *Camerar. in cap. Imperialem, fol. 39. lit. L. Vrsill. dec. 123. & Paris. loco cit.* feudum enim est quid vniuersum facti vniuersale, sub se feudalia, censualia, allodialia, & redditus cuiusq. speciei continens, idem *Camer. f. 38. lit. A.* adeòq; pro rerum libertate præsumitur, vt licèt in inuentario, & in feudi reintegratione bona, vti feudi reddititia reintegrata appareant, si dominus, seù possessor contrarium per alia probauerit instrumenta anteriora, ipsam rem esse francam, & liberam, & tentam pro franca enũciatia, est ad oneris, & redditus exceptionem admittendus, *Paris de reintegr. feud. q. 74. Cravet. cons. 293. 2. dub.* Et etiam si
58 partes reintegrationis libro se supposuerint, asserentes contra se, suum territoriũ esse censuarium, vel emphyteoticarium, adhùc erint audiendi, si de errore dixerint, *Guid. Pap. decis. 282.* notabilitèr *Afflict. decis. 164. Mascard. de prob. concl. 280.* interim tamèn liber probationem facit, *Franch. decis. 103. num. 5.* saltim in possessorio, *Ant. alleg. 94. num. 7.* nam inuentarij reintegrationis liber vrget, prout & releuiorum designationes, *Mascard. conclus. 280. Gram. decis. 76. Afflict. decis. 324. n. 14.* & si quis aliquid intra aliquod tenimen-
59 tum, & corpus feudi particulare possidere reperiatur, an præsumptionem habeat in contrarium, illud esse feudale, cum reperiatur intrà latitudinem, & illius corporis feudalis longitudinem, pro affirmatiua adducitur *text. in cap. 1. in fin. de controu. inter masc. & fem. & ibi Andr. num. 7. circa fin. cum seq.* latè *Parid. de reinteg. feud. q. 12. & 13. cum seq. Surd. cons. 151. ex n. 26.*

Sed quotidiè controuersum est ex istis præstationibus censūs, redditus, vel alte-
60 rius speciei, quis contractus in dubio præsumatur, censualis nè, an emphyteoticarius? Alij dixerunt, esse emphyteoticariũ, cùm censuarius stare non posfit, dum natura census sit, vt ex eo vtile, & directum dominium transferatur, *cap. constitutus, de relig. domib.* Barones non habent, nisi vtile dominium, cùm remanserit directum penès Regem, & sic quia nemo plus iuris in alium transferre potest, quàm ipse habet, *l. nemo plus iuris, ff. de regul. iur.* meritò cùm contractus censualis stare non posset, in emphyteuticarium mutatur, arg. *l. vbi ita, ff. de donat. caus. mort.* & in hanc opinionem videtur inclinare *Afflict. decis. 129.* Ex aduerso *Paris. de reintegr. q. 10. vers. quid si Comes, & q. 291. ac Capyc. decis. 103.* sustinent, præsumi censualem, vt sequamur, quod minùs noceat, *l. semper in obscuris, de regul. iur.* dum ex non præstatione censūs non caditur in commissum,
61 etiam si per mille annos census non soluatur, *glos. & DD. in cap. constitutus, de relig. domib. Bart. in l. 1. §. 1. ff. de publ. vectig. Vrsill. decis. 80. num. 5.* non obstat, Baronẽ plenum dominium transferre non posse; nam aliqui respõdere cum *Vrsill. ibi*, aliud esse cẽsus contractum, ex quo plenum dominium transfertur, aliud constituere reditum super re; tunc enim vtile dominiũ transfertur, imò non requiritur scriptura, prout est de essentia in reali contractu censuali, *glos. cap. 1. de censib. in 6.* nam has concessiones sine publicis cautelis fieri seruari videmus, *Paris. de reintegr. feud. q. 8. num. 9.* & si emphyteuticarius esset,
62 omninò scriptura in eius concessione requireretur, *l. 1. C. de iur. emphyt.* licèt alitèr
63 de consuetudine asserat *Vrsill. decis. 365. num. 6.* vel potest dici apud Baronem (directum dominium in feudis non habentem) subinfeudantem tamèn, vel censum dantem, remanere quasi directum dominium, loco scilicèt directi dominij, directam, & loco vtilis, vtilem actionem ei cõpetere, *Paris. loco cit. num. 7.* vel vt *Capyc. in inuest. ver. feudorum dominia, & de Curt. in suo diuers. feud. fol. 16. num. 4.* penès in-
64 feudantem remanere vtile dominium supèrius, & penès subfeudatarium vtile dominium inferius, *Petr. de potest. Princip. cap. 23.* Imò etsi totius corporis feudalis ratione, dicatur Baro vtile habere dominium, circa res tamèn particulares plenum dominium habet, secundùm *Capyc. in cap. Imperialem, fol. 27. vers. sexta conclusio, Paris. de reintegr. feud. q. 5. vers. quæ bona, num. 3. & de Curt. loc. cit. n. 7.*

65 Alij dixere, seruandam esse loci consuetudinem, quis contractus ibi obseruetur, *Afflict. vbi supra, Mascard. conclus. in cap. ecusu, Iacob. Ant. de Maur. alleg. 14.* & vbi reputatur emphyteuticarius, soluitur laudemium, quod diuersimodè alij ius degradatis, alij quartariam, vel tertiariam
66 nuncupant, *Frec. subfeud. lib. 2. author. 1. §. regnicolis, num. 80. Foller. de censib. vers. huiusmodi censualia, num. 50.* & vbi assensus in alienatione non requiritur, nec laudemium debetur, *Clar. §. emphyteusis, q. 30.* Cæteri huiusmodi contractum, nec

censualem, nec emphyteuticarium esse asseuerarunt, sed ab alijs distinctam, & separatam naturam habere, solùm possessores ad redditum, & pensionem obligantē, in reliquis res, vel territoria libera, & allodialia præsumi, nec in eorum alienatione assensum requiri, nec ob pensiones non solutas amitti, ait *Andr. in cap. 1. §. 1. de eo, qui sibi, & hæred. ius*, ita vt licèt collectæ
67 non soluantur de bonis feudalibus, ex *cap. Reg. Porrecta, Capyc. in inuest. ver. collecta, & verb. feudatariorum immunitas*; prædicta tamèn bona, quia reputantur burgēsatica, tenentur ad collectas, *Luc. de Pen. in l. litibus, C. de agric. & cens. & in l. quicumq. num. 13. C. de omn. agr. deser. lib. 10. Nap. in consuet. In bonis quemdam mariti, tit. in quib. reb. hab. loc. quor. vers. sed in bonis, Afflict. in §. plaustrorum, quæ sint regal. Viu. dec. 515 num. 2. Camp. de vit. & honest. cler. nu. 126.* adeò vt si Baro bona prædicta à vasallis,
68 deuoluto feudo emerit, feudo non accedunt, sed vti burgensatica separatim ab hæredibus teneri poterint, iuxtà adducta per *Andr. cap. 1. de controu. feud. apud var. term. num. 12. vers. & si inter Barones*, & infra *pragm. 12. num. 10.* Quid dicendum? distinguendum puto, aut de concessione, vel aliundè dicta bona fuisse de feudo non apparet, & tunc contractus censualis erit iudicandus, iuxta *decis. Capyc.* quem sequūtur *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 3. de elect. Official. §. 4. ex num. 16. Sese decis. 33.* quia possidente alio, quàm Barone, bona illa allodialia, & libera præsumuntur, vt diximus suprà *num. 55.* potest inquam Baro in suo feudo habere etiam bona allodialia, & illa dare ad censum, cùm feudum vti Vniuersitas facti omnia comprehendat, iuxtà adducta suprà *num. 57.* in dubio quod minimum, & minoris præiudicij est, sequi debemus, *l. semper in postulandis, ff. de regul. iur.* quod intelligendum est, respectu debitoris, vt illi minùs noceat, *l. veteribus, ff. de pact.* minùs nocet debitori, quod sit contractus censualis, dum ex eo habet vtile, & directum dominium, & nō cadit à concessione per non solutionem, vt diximus. Nec præsumptiones, quod in regione illa sit solitum concedi in emphyteusim, vel ex modica pensione sufficiunt ad censendum contractum emphyteuticū, iuxtà adducta per *Io. Fabr. in l. 1. C. de iur. emphyt. & Sese d. decis. num. 28.* nam plenæ requiruntur probationes, ex *Andr.* diximus suprà *num. 55.* Aut verò ex inuestitura, vel validis constat præsumptionibus, & alijs adductis per *Parid. de reintegrat. feud. q. 12. Rouit. in rubr. de feud. & infra pragm. 8. par. 2. num. 22.* dicta bona, ex quibus soluitur census, esse feudalia, tunc si redditus sint in pecunia, & appareat de Regio assensu non exprimente, an concessa dicta bona sint in subfeudum, vel sub natura feudali, sed pro se, & hæredibus quibuscumq. tunc quamuis dubitari posset, an dicatur contractus censualis, dum eius natura, & substantia est, transferre in cessionarium omne dominium, & in feudatario aliud non sit, nisi vtile: tamèn, quia consentiendo dominus ea dari ad censum, illa bona feudalia facere allodialia videtur, quasi subrogando censum loco illorū bonorū, vndè bona illa reddititia feudo dicuntur allodialia: redditus verò feudalis iuxtà notata per *Camer. in cap. Imperialem fol. 39. à lit. M.* & hoc casu iudicatur similitèr censualis contractus, vti super allodijs, *Camerar. fol. 40. lit. L.* & idem si dicta bona fuisse feudalia constet, sed de concessione, vel de assensu non appareat, assensus iste tamèn ex temporis cursu præsumatur. Si autèm redditus sint ad portionem fructuum, sub cuius natura tantùm permissum est, Baronibus sterilia, concedere ad meliorandum, & tunc dicetur contractus emphyteoticus, vt inferiùs; si autèm expressè bona dentur in subfeudum sub annuo redditu, vel in pecunia, vel specie, & cum assensu Regis, dū ex *const. Diuæ Memoriæ* denegetur Baronibus subinfeudare, & in hoc casu non immoror, cùm habeat sui naturam subfeudi.

Deseruit hæc cognitio, an sit censualis, vel emphyteoticus contractus concessionis bonorum feudalium, ad dignoscendū qualitèr de eis disponere valeant possessores, & qualitèr successio in eis regulan-
69 da sit, secundùm ius ciuile, vel feudorum. In his inquam bonis redditítijs, quæ fuerunt de corpore feudi, & postea legitimè sub annuo redditu concessis, secundùm ius ciuile, non autèm feudorum succeditur, *Frec. de subfeud. lib. 2. tit. de differ. feud. quatern. num. 3. Staib. cons. 91.* & latè per *Capan. de iure adhoę q. 7.* Deficientibus tamèn collateralibus, non dicuntur bona vacantia, sed excluso Fisco aperiuntur domino feudi, ex *const. Si quando contigerit, Montan. in cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, num. 116. & controu. 29. sub num. 7.* & licèt idem *Montan. ibi, & Lanar. in addit. ad rep. cap. 1. de his, qui feud. dar. poss. sub n. 175* asserant ex *glos. & Andr. in d. const. Si quā-*
70 *do*, in ipsorum alienatione Baronis assensum requiri, tamèn *Camer. in cap. Imperialem, fol. 39. ex lit. S.* dicit, de iure feudorum esse clarum, in his non requiri assensum, & in Regno idem dicere titubat ex authoritate *d. glos. & Andr.* sed *glos.* loquitur in alienatione feudi, vel tenutæ feudi; qui habet tenutam, non habet dominium, vt habet censuarius, sed tantùm potest dirigi ad emhyteutam, augetur argumentum, quia

quia glos. illud innuit ex text. d. constit. in ea dicitur vasallus Baronis absq; illius consensu liberè alienare, quæ sine ipsius licentia iure licito comparauit; bona sita in tenimento feudi, quæ villanus emit cum assensu Baronis, sunt quæ stant sub natura emphyteutica, vel præsumuntur talia, quia redditus præstantur in fructibus, vt diximus, ergo in his potest figere pedes dictum à text. & glos. & non in alijs, quæ etsi reddititia in pecunia, habentur tamèn, & sunt burgensatica, & libera, vt exposuimus, & proindè Reg. de Ponte in d. §. 4. se restringit, vt requiratur assensus in casu, quo territorij concessio à Barone sub annuo redditu simplicitèr, absq; verbis translatiuis omnis iuris, & dominij facta fuerit; si enim omnia iura, & dominia non sint translata, non est contractus censualis, sed emphyteoticus, & proindè nimirùm, si tunc concedentis requiritur assensus, vt est iure communi; vndè putarem, non esse sumendam regulam generalem, in alienatione scilicèt bonorum feudo reddititiorum Baronis assensum requiri, sed iuxtà præfatam distinctionem; verùm cùm casus occurrat per vos adducta per Camer. meliùs intueantur.

Et consequentèr eiusdem naturæ solent esse bona, seù territoria demanialia Baronis, quæ ad perpetuam coloniam traduntur: nam per concessionarios de generali consuetudine alienantur. Solùm possessori onus rei infixum de soluenda parte, & quota fructuum, iuxta solitum, vel regionis morem remanet; alij enim septimam, alij octauam fructuum partem, alij capacitatem seminis territorij reddunt, & debetur etiam de paleis, cùm dicantur in fructu, l. si vsufructuarius messem, ff. quib. mod. vsufruct. amit. Ann. alleg. 94. Franch. decis. 103. regionis enim consuetudo est attendenda, & si malis moribus regatur, dummodò peccatum non inducat, Frecc. auth. 46. num. 11. & vulgaritèr dicti redditus terragia nominantur, Paris. de reinteg. q. 5. cum seq. & q. 209. Ann. in rep. cap. 1. de vasal. decrep. ætat. ex num. 65. & licèt ista territoria ad coloniam in perpetuum concedi non possint, vt infrà d. nu. 79. tamèn
71 possunt præscribi, & possessores, & eorum successores ab eis expelli non debent, si territoria coluerint, & pensiones fructuum soluerint, sed iterum illis sunt concedenda, l. congruit, cum l. seq. C. de loc. præd. ciuil. libr. 11. dicam infrà num. 97. sat est enim domino habere pensionem, Vrsil. decis. 365. num. 17. Crauet. de antiqu. temp. fol. 218. num. 10. Gram. decis. 297. Magon. decis. Floren. 2. & Lud. decis. Perus. 106. num. 22.
72 Verùm etsi de iure, vel facto res ad coloniam datæ auferri non possint, ex negligentia tamèn amittuntur, veluti si possessor per triennium à territorij cultura defecerit, illudq; incultum deseruerit, nè Baro priuetur parte, quæ sibi ob coloniam debetur, prout fuit decisum in Sacro Consilio intèr Vniuersitatem Biccari, & Marcellum Caracciolum. Act. Figliola. Hæcq; obseruantia in multis reperitur locis, & orta est ex singulari text. in l. qui agros, §. C. de omn. agr. desert. lib. 12. cuius ratione respondi, iusta esse banna, quæ Barones promulgant, vt sua territoria colantur, alias vnicuiq; vltrà triennium ea occupare, & colere liceret, Menoch. tract. recup. remed. 13. num. 76. Castill. de vsufruct. qu. 67. Peicra decis. 37. Montan. de regal. §. argentariæ, sub n. 11. Gasp. kloc. de Ærar. lib. 2. c. 48. à num. 4. Similitèr iusta sunt banna, nè coloni triturent sine licentia Baronis frumentum, nè iure suo fraudetur, Ann. alleg. 94. num. 10. Franch. dec. 117. Couar. var. resol. cap. 17. lib. 1. vers. 8. Caball. resol. crim.
73 cas. 168. Cabed. decis. 54. Cancer. var. resolut. cap. 13. num. 255. Guttier. quæst. can. lib. 2. & cap. 21. ex num. 46. Verùm facta per colonos denunciatione in tempore, vt Baro hominem pro exactione mittat, nè messis & fruges corrumpantur, licebit vasallis messem colligere, & in præsentia duorum mensurare. Partem autèm coloniæ an
74 vasallus vsq; ad domum Baronis asportare teneatur, vel in area tradere sufficiat? Ann. alleg. 94. num. 11. decisum refert, vasallum teneri in domum Baronis eam asportare, nisi alia adsit consuetudo in contrarium, decimæ prædialis instar Sacerdotibus debitæ, iuxta glos. in cap. reuertimini 16. q. 1. verb. in horreo, & sequitur Franch. decis. 124. Paris. de reintegr. q. 34. Cepol. tit. de mess. & vendem.

75 Quid si quis territorium quotam seminis Baroni reddere solitum possideat, an illud mutare possit plantando, & Baro quotam fructuum de plantarijs, prout de de satis percipiebat, petere valeat? Ad primum, rei forma mutari non posse videtur; emphyteuta namq. vsufructuarius, vel feudarius licèt vtile dominium habeat, rei tamèn formam traditam mutare non potest, l. 3. §. reficere, ff. de itin. actuq. priuat. l. sed si quid, §. proprietatis, & l. seq. ff. de vsufruct. Tiraquell. de retract. conuent. §. 3. glos. 1. num. 23. Cepoll. cap. 9. de seruit. rustic. Basil. de vsufruct. q. 25. & Guttier. vbi supra num. 94. Petr. Frid. Mindan. de process. lib. 3. cap. 41. à num. 18. concludentes, prędij seruientis dominum pascua, siluamuè mutare non posse, ea ad culturam reducèdo, vel è contra, sine consensu eius, cui seruitus debetur, & si factum fuerit, agi po-

te-

terit, vt res ad pristinum reducatur, licèt fundus fuerit melioratus; satis enim deterior respectu domini dicitur effectus, cum sine eius consensu hoc sit factum, ex *text.*
77 *in l.fin.ff.de vsu.& habit.Gaill.obseruat.67. lib.2.*& latè *Barbos.in l.diuortio, §.si vir, à num.31. ff.solut.matr.* imò ex rei commutatione præfatos possessores priuari posse substinent *Valasq.consult.50. Cępol.tit. de montib. num.10.* sed tacitè domino consentiente, an ei quota fructuum de plantatis, prout de fatis debeatur? & arguendo ex illa notabili *glos. in l.certo generi, ff. de seruit.rustic.præd. verb.actum est*, vbi debitor quotæ de vinea, etiam de omnibus arboribus ibi plantatis talis esse videtur, & sequuntur *Bart. & alij in d.l.certo generi, eamq.glos.*commendat *Ias.in l.si fundum, §.qui fundum, ff.de legat.1.*& quamuis aliqui eam *glos.* de loco dato ad fructuum plantatorum partem loqui asserant, & a casu nostro differre; idem tamen, imò fortins
78 est dicendum; nam est coloni fraus, quæ ei patrocinari non debet, *l.ita demum §.si quis doli sui premium ferat, ff. de arbitr.* nec dominus defraudari debet: vndè colono fatis erit, dominum plantatorum recipere quotam, imò & quovsq. ea reducuntur ad fructus, dominus quotam percipi solitam, prout quando seminabatur, petere potest, *Alberic.in d.l.certæ, Paris. de reintegr.feud. num.48. Valasqu.consult.58. Ann.alleg.94.Reg.Tap.in cap.Reg. 92.n.18.sub tit.de decim.*

Vlteriùs non te pigeat ad materiam, & terminorum cognitionem audire, quo-
79 modo feudalia prædicta annuo censui, canoni, vel redditui, perpetuæq; coloniæ submitti possint, cum per *cap.Imperialem, & constit. Diuæ Memoriæ* quælibet alienatio, & ad longum tempus locatio prohibeatur. Distingue, aut Baro vult feudi demanialia, vel corpora feudalia ad censum, vel canonem cōcedere, & nullo modo absq. assensu potest, ex dictis Iuribus, *Paris.de reinteg.feud.q.6.num.12.& q.seq. num.6.& 9.* & ampliatur etiam, si in feudi fiat augmentum, ita vt Baro aliquod territorium feudi cum alio burgēse pro eius
80 maiori vtilitate, & cōmoditate absq; alio assensu commutare non valeat, vt docet *Camer. in d.cap.Imperialem, ex lit.L.Capye. in eod.cap fol.36.2.conclus. Vinc.de Ann.in constit.Diuæ Memoriæ, ex num.174.* & licèt *Ann.filius conf.51.num.4.* generalitèr asserat, omnem alienationem in Regno in feudi augmentū absq; assensu valere, nō tamē rationib9 per *Camer.*ad ductis satisfacit solùm se fundat in authoritate *Andr. in cap.1. §.præterea, de cap. cor. in cap. Imperialem n.13. vers. item secùs, & in cap.1. in fin. de ill.qui interf.fra.* in quibus locis non adeò clarè loquitur, vt hoc carpi possit, vt dixere vltra *Camerar. Lipar. in d. §. præterea, vers. in augmentum, Capie. dec. 156.n.23.* vndè in dubio non facilè à *Camerar.* post *Andr.* maximo feudista recederem, prout nouissimè *Horat. Mont. in d. cap. Imperialem ex n.123.* discutiendo concludit *n.129.* cum opinione *Camerar.* & licèt subiungat, & qui vult contrariū sequi, respondeat ad *Constit.* quæ commutationem simpliciter prohibuit? *Const.* à iuris communis regula declarationem recipit, scilicèt à *c.1.§.è contrario de inuest.de re aliena*, vbi feudatario feudi conditionē meliorem facere permittitur, & contrarium non est præmittendum ex legum sequentium dispositione, nisi expresfè correctio fiat. Aduertatur responsionem nō subsistere, nam in *§. è contrario* loquitur de augmento feudi intrinseco, non distincto, & inseparabili ab eo; secùs si augmētum sit distinctum, vt esset territorium commutatum, sicut ex verbis *d. tex.* fundant *Capie. in inuest. vers. feudorum augmenta, Reg. de Pont. conf. 11. n. 11.* Insuper idem *Andr. in Const. Diuæ memoriæ; ver. iure proprio, vers. item per const. istam*, satis se declarat; excitat ibi, dum *Const.de feudi*, & rerum feudalium diminutione loquitur, an si non diminuatur possit à cōtrario sensu concedi, si sit in augmentum? concludit non valere commutationē tam rei, quam personę ex eadem ratione, quia quo ad dominium feudi intelligitur diminui, quod est etiam in melius contra suā voluntatem, & in *cap.1. n.10. circa finem,* ibi: *Excadentia potest locare, demania non tangat.* Per *const. Diuæ memoriæ* Baronibus permissum tantum est, excadentia sub annuo seruitio, & consueto redditu locare. Vnde indistinctè tali commutatione absq; assensu fieri non posse concludo.

Excadētię autē sunt bona feudalia, quę ad annuum redditum cōcedi solent, quæ à Barone se excadūt, scilicèt deuoluunt per lineam finitam, & verbum *locare*, est impropriè, & accipitur pro iterum concedi sub eodem annuo seruitio, vt declarat *glos. in d. const. verbo locare.* Post dictam *const.* superuenit alia Imperatoris Federici dispositio, quæ in eius registris habetur, per quam permissum Baronibus fuit, terras parum vtiles de demanijs feudorū steriles, seù incultas, absq; assensu ad certam annuam fructuum portionem, non autem in pecunia, nec sub modica portione concedere, ne rationabilitèr fraus pręsumatur, iuxtà verba *Andr. in §. secundū vsum, in fine in d. §. prætereà,* & in supracitata *constit. verbum minuendi*, nam hæc bona sterilia ab excadētialibus differunt, vt per *Præs. Lanar. in addit. ad cap. primū de*

de his, qui feu. dar. poss. n. 138. ratio, quare hæc bona sterilia in pecunia non sint concedenda, est, quia dum territorium ad meliorãdum datur, fructus deindè ex meliorationibus satis augeri possunt, quod augmentum eessaret, si in pecunia esset, & quamuis *Freee, de subfeud. auth.* 19. fuit opinionis, quod si concessio in pecunia fieret, & equiualenti valori fructuum, qui ex tẽpore crescere, & decrescere possent, corrisponderet, adhuc substineretur, cum omnia pecunia extimentur, non tamen recepta fuit, cum dicta Federici dispositio vti prohibitiua, & generalis, strictè in casu suo est intelligenda, non extẽdenda. *Ann. in rep. cap.* 1. *de Vas. deer. etat. ex n.* 71. *Franch. dec.* 561. ad quam se remittit *De Pont. de potest. Proreg. tit. de elect. offic.* §. 4. *n.* 3. *Giurb. dec.* 50. *n.* 16. & decisum refert *Lanar. vbi supra n.* 156. *& Montan. in cap. Imperialem n.* 129 *lit. D.* Sed sub qua forma hæc sterilium concessio sit per Barones facienda? *And. in d.* §. *præterea, & in eap.* 1. *n.* 10. *de contr. feud.* dixit, excadentias Baronem locare posse, quod de perpetua locatione intelligi potest, iuxtà *const. Authoritatem, sub tit. de locat. de man.* *Camerar.* autem *in eap. Imperialem fol.* 15. *lit. A. Frecc. de Pont. locis citatis, & Mõtan. n.* 132. aiunt, dictam concessionem intelligendam esse, vt sub natura emphyteotica, non autem censuali fiat, ne omne dominium in concessionarium transferatur, vt supra *n.* 60. & sic esset proprietatis alienatio Baronibus prohibita; Item intelligendum esse mihi persuadeo, dictã concessionem esse faciendam de portione fructuum quotatiua, non autem numerali, scilicèt, de portione fructuũ, qui pro tẽpore ex eo territorio colligerentur, non autem in alia specie, nempè si in tot frumenti modijs concedatur, & terra ad plãtandum vineam detur, nam si hoc permitteretur, eadem ratio militaret, ac si cõcessio esset in pecunia, dùm spes augmenti fructuũ eessaret, & videtur innuere *And. in d.* §. *secundum vsum*, ibi (*vt plantentur, & certa portio fructuum indè reddatur*) quod enim ex mente comprehenditur, non extenditur, nec excluditur, sed includitur, iuxtà notabilem *glos. in eap.* 1. *de tem. ordin.* & reditus in pecunia, quod permittatur, dicetur infra *num.* 94.

Neq; feuda temporis tractu inhabitata, ad habitandum, sine Principis assensu cõcedi possunt, vt in *const. Castra*, & quando impartitur assensus, fit eum clausula, *dummodò veniant ad habitandum exteri de Regno*, vt Albanenses, in quibus Reg. Curia potiùs augmentum in functionibus fiscalibus recipit, quod cessat, si veniant alij eiusdem Regni, vt diximus supra.

Nec bona feudalia à Barone in subfeudũ concedi possunt, nam, etsi antiquitùs esset
82 permissum, & subinfeudatio sub alienationis nomine non comprehenderetur, vt *in eap.* 1. §. *personam, per quos fiat inuest.* In Regno tamẽ subinfeudare ex *d. const. Diuæ memoriæ*, & burgensatica in feudum dare prohibentur, *And. in eap.* 1. *n.* 10. *in fine, & n. seq. de contr. feud. apud par. term. & in eap.* 1. *n.* 16. *vers. sic non potest. An ille, qui interf. & in eap.* 1. §. *si verò contingat, de pact. iur. firm. & in d. constit. Diuæ memoriæ. de Curt. in suo diuers. fol.* 12. *n.* 27. ratione esse mihi persuadeo, quia cum Rex in Regno sit personarum dominus, & omnes sumus ligij, alterius vasalli absq; Regis consensu fieri non possumus; Baro enim mihi allodium suum particulare in feudando, Iurisdictionem in personam meam acquiret, non tanquam Baro, sed tanquam Titius, nam Vasallus Vasalli
83 mei non est meus Vasallus, nisi legitimè sit infeudatus de re mea, quam in feudum infeudans vasallus meus tenebat, iuxtà verba *Andr. in eap. illud, n.* 62. *de probib. feud. alien. per Feder.* & in *Const. Dominũ*
84 *à Vasallis*; vndè Baro vasallum nomine proprio, non autem Regis haberet, & sic vasallus Regis ligius in Regis prẹiudiciũ, & contra dispositionem *const. quia frequẽter*, alterius vasallus fieret.

Bona verò excadentialia per Baronem in subfeudum concedi solita, si ad eum de-
85 uoluantur, iterùm ab eodem absq; alio assensu sub eadem forma, & redditu saltim antiquo reconcedi possunt, vt in *const. Diuæ memoriæ, Andr. in cap.* 1. *n.* 8. *de his, qui feud. dar. pos. & de probib. feud. alien. n.* 53. *Camerar. in eap. Imperialem, fol.* 69. *lit. C. Affl. in const. Diuæ memoriæ n.* 67. *de Curt. in suo diuers. feud. fol.* 13. *num.* 38.
86 vbi etiam ex *n.* 35. quando res infeudari solita dicatur, & qualiter feudatarius subinfeudare valeat, directum dominium non habens? diximus supra *n.* 64. Bona autẽ excadentialia concedi solita si ad feudum deuoluantur, an Baro ea in demanium retinere, seù incorporare possit, vel de no-
87 uo vasallis reconcedere debeat, & maximè vltimi possessoris coniunctis, & videbatur dicendum, illa bona esse vasallis reconcedenda, ex communi inuestiturarum clausula, scilicèt, *concedimus de demanio in demaniũ, & quæ in seruitio in seruitium*. Et ne vasalli inermen vitam ducant, *Luc. de Penn. in l. fin. C. de locat. prad. ciui. Bald. in eap.* 1. § *si verò qual. olim feud. pot. alien.* est enim natura cum solito dandi seruãda, aliàs iniurias faceret, *l.* 1. §. *permittitur, ff. de aqua quot. & est. Paris. q.* 20. *de subfeu. Affl. in const. Mulier*; sed *And. in cap.* 1. *n.* 10. *in fine de contr. feud. apud Par. ter.* de his

his excadentialibus loquendo, subiungit,
quando excident alij, cui volet dabit, &
probatur in *const. Vt de successionibus,
vers. in omnibus autem*;& sic est in Baronis
arbitrio concedere, cui voluerit, vel pe-
nès se retinere, si tamen alteri concedere
velit, rationabile est, vltimi possessoris,
Agnatos pro eodem pretio, quod ob alijs
offertur præferri, *Paris de reintegr. feud,
q. 7.* Quæ *const*; circa prælationem, & si
loquatur in Rege, idem dicendum esse de
Baronibus, explicat *Reg. de Pont. de pot,
Proreg. tit. de elect. offic. §. 3. ex n. 40.*

An autem bona sterilia a principio in
subfeudum, absq; assensu dari possint? dic,
prout diximus supra de bonis feudalibus,
88 generalitèr prohibitum Baronibus esse,
ea in feudum dare, & per *const. Diuæ me-
moriæ* præscriptus est modus huiusmodi,
sterilia concedendi, solùm in excadentia-
libus in Regno, ea, quæ solita sunt ab an-
tiquo, vel quæ prima vice cum Regio as-
sensu in subfeudum dandi concessa fuisse
89 constat, subinfeudari non vetantur, *D.D.
in cap. 1. de his, qui feud. dar. poss. Præf. de
Cur. in suo diuers. fol. 13. n. 38.* vbi etiam
nx *n. 40. cum seq.* quando res solita, &
infeudari cõsueta dicatur, latè pertractat.
Et si à principio Regis assensus in subin-
feudatione interuenerit, & feudum illud
quaternet, itaut deindè dicatur feudum
90 planum secundū quid, & semper vtriusq;
Regis, & Baronis assensus in alienationi-
bus inde deueniendis necessarius sit? vide
notata per *Camer. in cap. Imperialem, fol.
68. ex lit. M. & Rouit. in rub. de feud. ex
n. 49.* Si tamen cõstaret primam subfeu-
di concessionem fuisse nullam, tunc seque-
tes essent etiam infectæ, cum ex primiti-
91 ua deueniatur ad deriuatiuā, vt diximus
supra *prag. 1. n. 299.* Si verò essemus in
antiquis legitima præsumptio de solemni-
tatibus esset; Sed difficultas erit quanta
debeat esse ista temporis antiquitas? Ca-
nonistæ tradunt ex quadriginta annorum
tempore Pontificis assensum præsumi in
92 *cap. sicut de re iud. Quarant. ver. alienatio,
Rota dec. 379. par. 2.* Alij annos triginta
sufficere supponunt, *Affl. decis. 305. &
Capic. in inuest. fol. 142. vers. 2. conclusio.*
Communis tamèn opinio est, tempus im-
memorabile requiri, *Bald. & Aluar. in
cap. 1. de his, qui feud. dar. poss. Lanar. cõs.
94. in fine, de Curt. loc. supra cit. fol. 13. à
n. 41.* Item nota subfeudum legitimè con-
93 cessum ad Baronem ob lineam finitam,
vel subfeudarij culpam reuersum, si Baro
per triginta annos illud in demanium te-
neat, vel illud territorium incorporare,
& alijs feudalibus bonis vnitum se habere
velle declaret, non posse deinde absq; no-
uo Regio assensu concedi, vti feudo in-
corporatum, *de Curt. vbi supra ex n. 54.*
sed quid si illud subfeudum ad Baronem
particulari successionis, vel emptionis ti-
tulo perueniat, an illud, vt à priuato ha-
beri videatur? vide *Cons. Marcian. cõs. 34.
Montan. contr. 20.*

94 Insupèr est aduertendum, quod etsi
bona sterilia sub annuo redditu in pecunia
dari prohibeatur, vt supra diximus, si ta-
mèn ad ædificia construenda cõcedantur,
tunc sufficiens erit redditus in pecunia,
cum ea illius sit territorij fructus, verba
enim quando ad sensum adaptari non
possunt, impropriantur, & secundū con-
95 tractus naturam sunt intelligenda, *l. si sti-
pulatus, ff. de vsur. l. si vni, ff. locati*; sen-
sus enim, non autem verba attenduntur,
l. si quis filium, C. de liber. præter. Ex istis
tamen redditibus, licèt minimis, aduerte,
dùm ex pluribus, & singulis feudum per-
fectum fiat, Baronem vnum granum, &
96 vnius gallinæ, ceræ, fabarum, & similiū
redditum sine assensu remittere nõ posse,
Frecc. auth. 5, vbi etiam *n. 8.* qualitèr hi
excadentialium redditus taxari debeant,
si ab antiquo taxati non reperiantur; &
vltimò nota, si dicta bona sterilia ad certū
tempus concessa fuerint, & coloni indu-
stria, eiusq; maximis expensis territoriū
sit deindè expurgatum, & meliorationi-
97 bus auctum; nullo modo etiam finito tē-
pore ab eo auferri posse, *tex.* est singula-
ris *in l. fin. C. de allu. & palud. Vrsill. dec.
129. Ann. sing. 461, Gamm. dec. 297.* &
diximus supra n. 71.

Restat è contra videndum, vt præmisi,
quæ bona in feudo Baro habere dicatur, &
quod ius in eis Vniuersitates, ac singuli
ciues habeant? Dic, Baronem in feudo
habere bona, quorum alia demanialia
98 Curiæ dicuntur, & sunt introitus pro eius
victus destinati, vti baiulationes, actua-
riæ, & alia tenta, & in demanium pro
feudi demanio teneri solita, hæc præci-
puè sunt ipsius, & in eis aliquam seruitu-
tem, vel ius aliquod Vasalli non habent,
& propriè dicuntur de demanio, quasi de
vero dominio, vel dependētia à manibus,
licèt hæc designatio nõ cõuertatur, quic-
quid sit in dominio, sit de demanio, sed at-
tenditur natura, & solitum, in quam spe-
ciem teneantur, *Andr. in cap. Imperialem
§. Nec dominus, de prohib. feud. alien. Affl.
in const. dignum.* Alia sunt bona feudi de-
manialia, vt nemora, montes, pascua,
& cętera, quæ feudi territorio inhęrent,
quæ bona secundum locis, & regionis cō-
suetudinem cognoscuntur. *And. ibi n. 48.*
& in dubio Curiæ, non autèm feudi de-
manialia præsumuntur, *Luc. in l. quicumq;
C. de fundis limitrop. lib. 10.* & differunt
ista bona, sicut patrimonialia à fiscalibus,

Pa-

Parif. q. 6. & 229. Habet etiam, prout
99 Vniuerfitates, defenfas, quæ nullam Vafallis feruitutem debent, quilibet enim fua territoria claudere poteft cũ temperamento, vt fupra dixi, ac illa feruituti non obnoxia defendere, l. per Prouincias, C. de ædif. priu. Solum fi alijs locare velit, Vniuerfitati, & ciuibus prælatio datur, Parif. q, 227. Ann. fing. 80. In demanialibus verò feudi Vafalli vfum tantùm pro eorum commoditatibus, & animalib⁹ habent, ne inermen vitam, locorum ho-
100 mines ducant, l. vfum aquæ, vbi Luc. de Penn. C. de aquæ ductu lib. 12. fi enim plenum dominium Barones haberent, vix Vafalli viuere poffent, Frecc. auctor. 46. Reg. de Pōt. cōſ. 97. Ann. alleg. 48. Vndè eorum animalia in montibus, & nemoribus Baronis demanialibus depafci valent, fic & ligna, & fpicas colligere, & aquam ducere, non tamèn vltra vfum, ne hoc colore Baro fraudetur, cum vltrà ciuium vfum exteros fidare poffet, Luc. de Penn. & Frecc. locis citatis, Capic. dec. 188. & ifte vfus adeò feudo naturalitèr dicitur infi-
101 tus, vt fi conceffio liberaliffima, ab omni onere, & feruitute exempta facta effet, non tamèn de ifto vfu ciuibus debito, gratia fui victus intelligeretur, Ann. loc. fupracit. Rouit. prag. 1. à n. 20. de falar. & exindè debitę cōmoditates fubditis à Baronibus debentur.

Indè vfus ifte non ftrictè pro feruitute, fed pro commoditate ponitur, & proptetea fi aliquod ex iftis feudi corporib⁹ vix
102 ipfius Baronis vfui fuppeteret, eius vfus commoditatem fubditis pręftare non tenetur; procedunt enim fupradicta vltrà vfum Baronis, vndè ciues animalia ad focidam ab exteris capere nō poffunt, nam excederetur vfus, & quendam ciuem, qui animalia à quodam extero acceperat, alla Gabella, ad fidam, & diffidam obligatum
103 effe confului, quia animalia non erant ipfius, cum ex eo contractu dominium
104 non transferatur, Doct. in l. fi pafcendi pecora, C. de pactis, Crau. conf. 145. Carrocc. de locat. tit. de collect. Viu. dec. 142. Lud. dec. Peruf. 10. & fic pro illis vti ciuis in fui Baronis feudi demanialibus vfum non habebat Frecc. de fubfeud. auth. 46. nu. 4. & maximè pro parte, quæ extero ex inita focietate deberetur. Limita, fi ea animalia pro colendo territorio Baroni redditio deferuirent, nam tunc liberè in eius territorio dicta animalia depafci facere poffet, Cancer. var. refol. lib. 3. cap. 4. n. 64. vltrà enim vfum fi ciues eorum animalia depafci, vel ligna in Baronis demanialibus facere velint, fidam foluere deberent: Et fi cōtrauenerint, ad diffidam, & bannorum pęnam tenentur, vfus inquā ciuibus non conceditur, nifi ad fuftentationem, fructuum, & lignorum in dictis demanijs exiftentium ratione, & proindè intelligitur, vt poffint ad quotidianum, & neceffarium proprij victus vfum, non vt vendant, & lucrentur, ad tex. in l. plenum autem, ff. de vfu. & habit. & ibi glof. verbo compendium, fubiungit, non ad lucrum, & probat tex. in l. cenforia, ff. de verb. fignif. & vfus eft feruitus indiuifibilis, & re perfonę debetur, nec cedi poteft. Aret. in §. 1. ff. de vfu, de Pont. tit. de elect. offic. §. 2. Et dato vfu lignandi, arbores fructiferæ cędi non poffunt, exemplo fructuarij, l. diuortio, §. fi fundum, ff. folut.
106 matrim. Franc. Marc. dec. 552. par. 2. Clar. §. feudum, q. 47. & 56. & proindè fępius per S.C. fuit iudicatum, ea, quæ ex vfu in Baronum demanialibus percipiuntur, ipfos ciues vēdere non poffe, nifi intèr conciues, non autèm exteris non foluta fida, vt plura talium Sacri Confilij decretorum exempla vidi producta in proceffu inter Philippum Grimaldo Baronem Montis Sancti Angeli, cum dicta Vniuerfitate, ex fol. 1629. cum feq. Act. nunc Paulino de Fufco. Nec aduerfantur dicta per Præf. de Franch. decif. 489. in fin. vt ciues ea exteris pro emendis fibi alijs neceffarijs pro victu vendere poffint, nam vltra adducta per Ann. fing. 80. & de Ponte in d. §. 2 ipfemet Franch. ibi fe declarauit, eam opinionem, vt Aduocatum tenuiffe, fed in facto deindè iudicando, alitèr decidiffe in anno 1573. inter Petrum Terrazzano, & Baronem Terræ S. Felicis, licere fcilicèt dicto Petro tenere animalia in dicto territorio, pro vfu eius domus, & ciuium dictæ Terræ, ità tamèn, vt exteris non vendat, & in cafu contrauentionis exteris vēdendo fe obliget ratione contemptus de foluendo vncias quinquè Curiæ Baronali vltrà pœnas fidæ, & diffidæ animalium venditorum, cuius tenor decreti fuit fimilitèr in dicto proceffu Baronis Montis Sancti Angeli præfentatus fol. 1633. in quo proceffu vidi etiam decifum, nullum ius competere ciuibus Montis S. Angeli lignandi, & pafcendi vltrà vfum in demanijs eorum Baronis, & refert Reg. Rouit. conf. 30. tom. 2.

107 Sed quid fi quis habitationis caufa ad Baronis Terram fe conferret, an iftis pruilegijs gaudeat? videtur ciuis non dici, qui domicilium per decennium eum familia non conftituerit, iuxta l. ciues, C. de incol. & fic ad fidam, & diffidam teneri, fi fine licentia pafcua fumpferit; hæc enim feruitus debetur vafallis, à quibus multas alias commoditates Baro recipit, c. 1.
108 de form. fidel. fecùs ab extero, qui ad libitum recedere poteft. Alij dicunt, domi-

Oo cilium

cilium expressa animi destinatione constitui, etiam si decennio quis non habitauerit, *Gram.conf.23.Carauit.Rit.301.Vrsil.decis.384.Gaill.obser.25.lib.2.Marant.conf.103.Rouit.tit.de immun.Neap. pragm.1.*& in terminis incola si domicilium destinatione constituerit, iuxtà ea, quæ dixi in *2.par.8.pragm.in fin.* vti ciues pascendi, lignādi, & huiusmodi commoditate gaudere fundat *Surd.conf.59.volum.1.* sicq; &
109 ciues recepti, vti naturales ciues gaudeant, *l.ciues,C.de incol.lib.10.l.1.ff.ad municip.Bald.conf.409.volu.5. Surd.conf.313.& 437.volum.3.Molfes.super consuet.Neap.tom.2.tit.de person.quæst.1.par.2. Gratian.discept.559. Reg.Sanfelic.dec.75.* & dictum fuit supra *pragm.8.par.2.num.230.& 239.*

Sed tàm subditi, quàm exteri in Curiæ demanialia vetita, vel defensas introeuntes ad fidæ, & diffidæ pœnam tenentur, quæ fida hyemalis, vel æstiua propriè est Baronum, & pro authoritate Baronali notauit *Frec.auth.46.de subfeud.* licèt diuersimodè exigatur; nam in demanialibus, Baiuli damni pœnam pro qualibet vice carolenos quindecim exigere solent, *Gram.decis.67.num.3.* in defensis solitis fidari, diffida sólita exigitur, & an alterari possit? vide *Bursat.conf.330. Franch.decis.101.* & in hoc de damno dato Iudicis arbitrium versari debet, & sic si ille ibi posteà pro fidato remaneat; nam in diffida est habenda consideratio fidæ, quæ pro exigenda totali pœna remanet; licèt enim Baro sub pœna statuere possit, & suum bannire territorium, dum iurisdictio datur ad territorium ad terrendum, *l.pupillus,§.territorij, ff.de verb.signific.* boni tamen Iudicis arbitrio est exigenda, *l.eos,C.de modo mul.Capyc.vers.fidis,in inuest.* ista
110 inquam pœna ortum habuit à bannis M.Curiæ, & aliarum emanatis, vt nemo pascua in talibus territorijs sumat, *Vrsill.decis.290. Reg.Sanfelic.decis.8.* & ratione contrauentionis, & contemptus pœna indicta exigebatur, etiam si tantum interesse passum non concurrebat, *Gram.dec.63.num.30.* hodiè tamen solita pœna, quæ in regione exigi solet, attenditur. *Marant.disput.3.in fin.* non autem pœna banni, quæ ad Baronis libitum alterari poterit, *Luc.in l.insignis, C.de pasc.publ.lib.10. Antibol.de muner.vlt.art.num.196. Gram.decis.50.num.3.* & in omnibus ferè locis seruatur, pœnam diffidæ, quæ exigitur, aliud non esse, nisi duplum, idest fida, & aliud simplum pro pœna, vt meminit etiam *Frecc.auth.46.num.3.* nec ignorantiæ allegatio exteros excusat, cum eis aliena esse prohibita scire sufficiet, *Vrsill.decis.290.nu.5.* sed vbi fidare non est solitum, quia forsan sunt forestæ pro vsu proprio tentæ, tunc pœna iuxtà solitum, vel moderatè iuxtà bannum exigi solet. Nota istam diffidam, quæ vt diximus, ad duplum illius, quod ab exteris solui solet pro fida pascendi, per menses, vel annum reducitur, deberi tantum quando in Baronum defensis damnificatur, secus si in Vniuersitatum demanijs; nam tenetur tantum ad damnum, vel fidam, non ad diffidam, ad quod facit notabilis *text.in l.vnic.C.de grege dom.* & notat *Cancer.var.resol.lib.3.cap.13. nu.179.* hoc enim ius diffidæ in feudorum iuribus referuari videmus, & ponitur in inuestituris, & cum fidis, & diffidis, *Capyc.in inuestit.hac clausul.* limita tamen si Vniuersitates hoc ius diffidæ sibi quæsierint per priuilegium, consuetudinem, seù præscriptionem, vel per bannia à Baronibus, eorumq; Officialibus obtenta, quorum tantum est, pœnam ex meri, & misti imperij concessione indicere, vt dixi mus supra, *pragm.8.* nam tunc Vniuersitati diffidæ pœna deberetur, comprobat *Auend.de exeq.mand.c.13.p.1.*

111 Aduerte etiam ad *Constit.Reg.Cum per partes Apulea*, quæ seruanda est in toto Regno; non enim est localis in Apulea, vt multi dixerunt, *Afflict.d.constit.& Vrsill.decis.290.* dico, animalia per loca prohibita transeundo, pro diffidatis, & interceptis haberi nō posse, si de longe venerint; nam vna die, vel nocte in cuiusuis Baronis territorio, sine solutione aliqua demorari poterint, iuxtà *d.constit.* dummodo propè viam depascantur, iuxtà *text.in cap.1.§.fin.de pac.ten.vbi Andr.*eam *Const.* malè à Baronum baiulis seruari, secùs autèm si in locis particularibus, vel bannitis, vt in defensis pascua sumerent; nam custodes ad damnum, & diffidam tenerentur, *Affli.in d.§.fin.Molfes.ad consuet.Neap.tit.de seruit. q.12.à num.20.* & sic si essent de loco vicino, nam custodum dolus præsumi posset, *Afflict.in d.const.Rouit.de offic.baiul.num.3.* si verò grex ouium per loca destinata ad culturam pertransierit, seù per dies permanserit, pœna cum vtilitate stercus compensatur, ad *text.in l.in omnibus,C.de curs.publ.lib.12.* Et existente controuersia inter Baronem, & diffidatos, an animalia retineri possint, donec non sit
112 soluta diffida, quæ est liquida, & certa, vel an habeat locum cautio de soluendo quicquid fuerit iudicatum, & animalia relaxari, *Capyc.decis.45.* refert decisum, præstita cautione ea esse relaxanda. Sed aduerte, eo casu interceptionem non in demanialibus Baronum locis factam fuisse, sed in priuatorum, in quibus Baro fidam non habet, vt dixi supra cum *Frecc.author.46.* solùm enim fundi Domino ad damnum tenentur, & proindè cautionem suffi-

sufficere dictum fuit; sed fida, & diffida certa existente, animalia retineri posse cre-
113 do, donec reale depositum non fiat. Priuati verò ius exigendi fidam in suis fundis non habent, nisi pœna per banna, & statuta à Barone, vel Officialibus, qui iurisdictionem habent, in loco edicta esset, & tunc tota pœna sibi applicari non solet, sed cum Curia Baronali pro rata damni diuiditur, *DD. in l. agraria, ff. de term. mot. Viu. decis. 59.* Verùm etsi Vniuersitates, &
114 priuati regularitèr ius exigendi fidam, & diffidam non habeant, sed ad banni pœnam pro damno dato, & pascuis in eorum locis clausis, vel reseruatis sumptis agere debeant. Limita si essent defensæ, vel loca cum tali priuilegio concessa, vel pœnas defensæ Domino applicari sit consuetum; nam tunc ei deberetur, *DD. in cap. Reg. Magistri forestarum, Capyc. in inuest. vers. fidis, propè fin. f. 105. Sese dec. 75.*

Et postremò his sic cognitis, ad *pragm. text.* regrediendo, postquam ex ipsius verbis notauimus, quæ sint Vniuersitatis, & priuatorum bona, & quod ius alter in alterius dominio habeat, & quod defensæ in vasallorum præiudicium fieri non possint. Amplio, nec destinata ad vnum vsũ, Baronem in alium conuertere posse, nempè si demanialia, in quibus ciues, vel alij ius habent pascendi, in eorum præiudicium ad culturam concedantur, talitèr quod impediat vsum ciuibus, *l. si eo loco,*
115 *ff. si seru. vend. l. si domus, ff. de ser. rustic. præd. Hieron. de Mont. tract. fin. regun. fol. 6. num. 14. Cepoll. de seru. tit. de ser. iuris pasc. ex num. 42. Couar. pract. quæst. cap. 37. nu. 7. vers. 4. & var. resol. cap. 17. num. 11. vers. sed & quoties, Sese dec. 74. à num. 52. Reg. Sanf. decis. 76. num. 7.* Hoc tamèn intelligendũ est, si ius pascendi ex pacto, seu seruitute legitimè per contractum constituta competat; tunc enim inuitis eis, quibus debetur, quicquam alterari non potest, cum pacta ad vnguem sint seruanda; secus autèm si ciues ius pascendi habeant ex lege, vel statuto, sicut Baro in Vniuersitatis demanialibus, & vasalli è contra in Baronis demanialibus, vt hic, & in *pragm. seq.* nam hoc casu Baro, vel Vniuersitas demanialium Domina, illa territoria pro sua maiori vtilitate liberè absq. alia solemnitate ad culturam reducere potest, seminando, vites, & arbores plantando, etiam si ciuium pastum lędant, seu impediant, permisso tamèn pastu, tempore quo fructus sunt collecti, & quotiès damnum seminibus, & arboribus animalia pascentia inferre non possunt; intelligitur inquam ius pascendi permissum in incultis, & sterilibus in eodem statu permanẽtibus; cum alias libertas, & feudi augmentum tolleretur, & magni esset præiudicij feudatarijs, quibus demanialia sunt liberè concessa. Et sic Vniuersitati, cui demanialia data sunt, nè ciues inermem vitam ducant, & ipsa ex eis suis succurrat necessitatibus, prout meliùs in eius augmentũ, & vtilitatem sibi videbitur. Imò Vniuersitati in casu necessitatis is locare permittitur, etiam Barone, vel aliquibus ciuibus dissentientibus, dictum est superius *num. 4.* Mitiùs enim agitur quando ius aliquod à lege, vel statuto competit, *glos. in §. fuerat, vers. creditoribus, Instit. de act.* vt in hoc casu, ratione incolatus, vel vicinitatis: nam per indirectum absq. fraude præiudicari potest, & hanc distinctionem comprobat *Couar. pract. quæst. d. c. 37. num. 4. Cancer. var. resolut. lib. 3. ex nu. 75. Sanfelic. vbi supra num. 9. Sese decis. 187. num. 14.* idem etiam sibi vindicare locum firmat *Crauet. cons. 292. num. 4. circa fin.* in seruitute iuris pascendi, ex aduersarij patientia præscripta, quæ ad suos limites est restringenda, scilicèt stante pascuo inculto, non autèm ad quod non fuit cogitatum, & præscriptum est extendenda, vti quando Dominus sua territoria colere vellet, quod nunquam fuit intentatum; & eo non obstante interdictum, ad quod facit *text. in l. si domus, ff. de seruit. vrb. pręd.* vbi quando vni plura iura competunt, vno sublato, aliud illęsum remanet; sublatum est, vt præscriptione te exterum a iure pascendi in incultis repellere non possim, at mihi illęsum ius illa colendi remanet, & *Crauet,* sequuntur *Sese vbi supra, num. 94. Costa de port. rat. quæst. 159. nu. 10.* præscriptio enim de vna re ad aliam, vel de vno iure ad aliud non extenditur, *Bart. in l. 1. §. si quis, ff. de itin. actuq. priu.* & tacitum non extenditur, sicut expressum, *glos. in clement. quæ sæpè, verb. partibus, de verb. signif.* quotiescumq. contraria præteriti vsus ratio superuenit, cõsuetudo, vel præscriptio inducta non nocet; & eò magis supradicta procedunt, si non totum territorium, sed pars ad culturam reducatur, secundùm *Io. Koppen. decis. 15. Molfes. ad consuet. de seruit. q. 12. nu. 10.* & sic quando pascua ciuibus non sufficiunt, vel Dominus ea ad culturam reducere opus habet, ad *text. sing. in l. venditor, § fin. ff. comm. præd.* vbi consuetudo inducta cędendi lapides in territorio alieno, non vendicat sibi locum quando vsus, vel commoditas Domino adimitur, & facit *text. in l. si quis per diuinam,* ibi, *Ex aqua superflua debet impartiri, C. de aquęduct. lib. 11. Auend. de exeq. cap. 4. num. 27. Azeued. lib. 4. tit. 15. num. 67. Cancer. loco cit. n. 52. Surd. dec. 236. ex n. 13.*
116 Amplia etiam, Baronem in Vniuersitatis territorijs, vel communibus n

Oo 2 si

solùm defensas pro suis animalibus, pascuis, & spicis facere non posse, verùm etiam nec venationum forestas; foresta enim propriè dicitur locus siluestribus animalibus reseruatus, *Capye.in inuest.ver. foresta*; nam in subditorum præiudicium venatio prohiberi non potest, cum ea de iure gentium sit, adeò vt nec Princeps generalitèr, vel particularitèr hoc posset, *DD.in l.vnic. C.de venat.ferar.lib.12. Boss. tit.de regal.* solùm enim accedente ciuium consensu,& Regio assensu permitteretur, vt dictat nostra *pragm. & alia sita in tit.de salar.* §.*& cum infra.* Et si Baroni concessus fuerit locus pro venatione, an etiam

117 ipsius loci fructus videantur concessi, si tractu temporis ille sit factus fructerior propter venationis custodiam, vide *Gaill. obseru. 66. & 68.libr.2.* Nec etiam piscationum defensas Barones facere poterint, nisi in proprijs defensis, *Nigr.in cap.Regu. Magistri forestarum,num.16.Boss.tit.de aqu.* & dicemus infra *pragm.14.* Amplia etiam

118 secundùm hanc Pragm. pro concedendo Baroni aliquo loco in defensam, non solùm vasallorum consensum, & Regium assensum requiri, sed exterorum in ipso territorio communionem habentium, argum. *l.Sabinus,ff.com. diuid. Larrea allegat.110.ex n.8.*

Solent inquam Vniuersitates conuicinæ earum territoria vicissim communicare pro pascendis animalibus,ad vberiorem ambarum partium commoditatem; vndè audiendi sunt,qui territorij communionem in pascendo,spicas colligendo, ligna incidendo,& similia habent, dummo-

119 do communio fit legitimè facta; nam in feudi præiudicium Vniuersitates sine Barone,& Regio assensu communionem facere non valent, cum alienationis speciē contineat, vt in *cap.Reg. Pondus æquum*, ita vt longa possessio non sufficiat, nisi cētenaria,vt ibi *Nig.num.4. Afflict.dec.254.* Dico ad obtinendum in petitorio, nam circa possessorum longa possessio ad manutenendum prodest, iuxtà notata per *Capyc. decis.189.* & dicta superiùs *prag.1. ex num. 229.* Et communionem dissolui

120 posse,si Vniuersitas sit aucta, ita vt pascua suis ciuibus non suppetant. Arguo à *text. in d.l.venditor,§.fin. & ex d.cap.Reg. Franch. decis.301,num.6. Surd. decis.236, Thes.decis.71.Couar.var.resol.cap.17. Boss. tit.de pascuis,& supra num.8.* Imò Vniuersitatem absq. dicta necessitate ad libitum à communitate iuris pascendi, & aquam ducendi recedere posse, quamuis tempore immemorabili, vel cum Regio assensu fuerint acquisita, firmant *Vrsill.decis.254. & Io.koppen.decis.12. & Rouit.in rubr.de pascuis,num.18.* sed in *pragm.1.num.31.de salar.* dicit contrarium, sine causa communitatem legitimè contractam dissolui nō posse, & hanc vltimam affirmat *Nig.in d. cap.Pondus æquum, num.3. in fin.* sumitur etiam ex *text.in eod.cap.& seq. Auend. de exeq.mand.cap.4.nu.21.Cancer lib.3.cap.3. Medic.consil.21. à num.30.* & nupèr *Consil, Marcian.disp.25.*

121 Nota verò, aliud esse habere communionem in terra conuicina, aliud habere seruitutem lignandi,& similium: nam diuersimodè inducuntur, & præscribuntur, *Cepoll.vbi supra,Couar.d.q.37.num.6.Surd. d.decis.236.Koppen.loco cit.& decis.57.* Et similitèr aduerte,communionē dici, quando vtraq. Vniuersitas ad inuicem sibi aquā ducendi, lignandi, & similium commoditatem confert, aliàs si vna tantùm ius pascendi, & lignandi pateretur, non communio, sed seruitus inducta dici poterit, maximè cum de titulo non constet, *Cepol. de seruit.tit.de pariet.num.17.Vrsil.dec.290 num.8.* In materia enim seruitutis,& præ-

122 scriptionis strictiùs proceditur, & proindè de casu ad casum non fit extensio, *Gabr.conclus.2.tit.de præscript.*& sic etiam in consuetudine stricta fit intepretatio, *Molfes.par.1.cap.5.num.9.* & proindè *Reg. Rouit.in pragm.1.de pasc.* fundat, data communione, seù pascendi seruitute, ius aquā ducendi non venire, cum alia sit seruitus pascendi, alia verò aquam ducendi, & sic acquisita iuris pascendi seruitute, ius pernoctandi non venit, ex *l. si communem, §. fin.ff.quemadmod.seruit.amitt. & l.si prius, ff.de aqu.plu.arc.* de quo latè per *Reg. Reuerter.decis.68.* vndè vna præscripta, non

123 includitur alia, nec dato iure pascendi ad glandes, prata,& alia, quæ sunt in fructu, extenditur.

Limita verò ad casus, & personas in eadem specie contentas; si enim quis iurisdictione ciuili, vel criminali contra aliquos vasallos in aliquibus casibus longissimo tempore vsus fuerit, præscriptio

124 contra alios vasallos, & in alijs causis similibus extenditur; nam dùm publicè in eos casus fuerit, tanquàm in corpus mysticum, præscriptio de casu ad casum similem,& de personis, cum quibus aliàs vsus fuit, contra alias extēditur, *Capye.dec.152, Ozasch. decis.17. Rip.resp.22. Couar.pract. quæst. cap. 37.* & ex hoc remedia dantur

125 possessoria contra eos, cum quibus aliquod ius possessorium actum non fuit, *Auend.de exeq.mand.lib.1. cap.12.* vndè si Baro modò vni, modò alteri seruitia indicere soleat, tempore debito præscripto, aliæ personæ, & familiæ se tueri non poterint, nunquam contra se fuisse præscriptum, nisi talia seruitia semper personis aliquibus ex illis designatis iniuncta fuissent,

sent,tunc ad alias, & ad publicandum trāsitus fieri non posset,secus si indeterminatè,(*Garz. de expens.cap.9.num.41. Boer.decis.271. Cravet.consf.55.* quod in omnibus casibus, vbi quid in genere praescribitur, procedit, dummodo actus iure suo fiant, vt dixi ad *pragm.1. & 161.* quod actus ad hoc demonstrandum requiratur, *Garz. d. cap.9.ex num.47.Molin.de primogen. libr.2. cap.6.ex num.25.* & sic collectam pro vna causa indicere solitus,poterit ex alijs etiā eam imponere,nam ius in vniuersali colle standi quaesiuisse sufficit, vt suis speciebus postea vti possit; nam dicetur potiùs comprehensio,quàm extensio,*Oldrad.consil.267.* & id maximè in Principis concessionibus procedit, cum eius priuilegia latissimam habeāt interpretationem, *l.fin. ff.de constit.Princ.*& latè per *Ioseph.Sese de inhib.cap.6.§.2. num.57.* limita conclusionem,defensas absq; assensu fieri non posse,
162 si tota Vniuersitas concluderet pro maiori eorum commoditate,eas fieri,& cum consensu singulorum, quibus ius competit,*Rouit.in d.prag.1.n.29.de salar.*

Vltimò restat notandum ad id, quod nostra Prag.dicit,vasallorum requiri cōsensum, si Barones defensas facere velint. Quid si subditi consentiant,Clerici tamē, & alij Religiosi in parlamento dissentiāt,
127 an obstet? Dic, Clerici licèt vocem in concilijs non habeāt, cum saecularibus negotijs se intromittere non debent, *tot.tit. ne Cleric.vel Monac.* vt per *Abb.in cap.non minus,de immun.Eccl.num.14.Castr.in l.placet,num.3. C.de Episc.& Cler.* in praeiudicium tamèn eorum commoditatum contradicere possunt; ipsi enim quāuis à laicali foro, quoad iurisdictionem sint separati, nihilominus ciues sunt, & vti tales omnibus praerogatiuis, & ciuium commoditatibus gaudent, *Bertr.consf.92.vol.3. Prec.auth.46.in fin.Valasc.consul.100.Ann. sing.136.Surd. decis.129.* adeò vt ciuium appellatione veniant, *Surd. decis.139.* & exindè ciues laici curare solent, vt compareant Clerici ad se istis concilijs opponendum,nè ipsi cum Dominis inimicitias contrahant.

128 An verò ciuium consensus successoribus praeiudicet, vide *Afflict.in constit.Authoritatum,Pinell.de bon.matern. l.1.par.3. num.49.*vbi actus voluntarij non nocent, secùs necessarij,vt iudiciales, *Peregr.de fideicom.fol.527. num.60.* regula enim est, mutatis partibus manente eadem forma, res dicitur semper eadem, & non diuersa; & ideò mutatis, vel mortuis omnibus ciuibus, Vniuersitas est semper eadem, *l.si Praetor,§.Marcellus,ff.de iudic.Milan.dec.2. num.27.* vndè idem dicitur populus hinc ad centum annos, licèt nullus supersit, & priuilegia in eorum beneficium durant, sic videntur & obligationes contra eam, *Azeued.l.5.tit.15.in 2.verb.sin viuos*, nam sunt corpora ficta, quae subiecta comprehendunt, *l.mortuo,ff.de fideiuss. Rom.consf. 436.num.8. Guid.Pap.dec.279.*& sententia
129 contra ciues, alios etiam non haeredes ligat,*Ceuall.com.opin.657.*licèt,vt dixi supra a *num. 8.* concessio si omnes in perpetuum respiceret, tunc praedecessores successoribus praeiudicare non possunt, nisi obligatio ex necessitate fieret; tunc enim
130 obligati semper erunt successores. An absentes reuersi,(vel qui per negligentiam in parlamentis non interuenerunt, contradicere,audiri, & dissentire valeant, vide *Capyc.dec.152.Frāch.dec.2.Mōtan.super pragm.1.num.290.& pragm.2.num.290.* regula enim est, sufficere omnes esse vocatos ad parlamenta per edictum,vel sonum campanae, prout in illa Terra moris est; nam licèt aliqui non veniant, non ideò desinit esse parlamentum, *glos.in l.sed & ex dolo, verb.facere, ff. de dol.mal. & in l. aliud 121.ff.de regnl.iur.* *Dec.consf.151.Rip. in cap.1. de iudic.* minor enim pars sufficit
131 data contumacia, & vocatorum negligentia, *Bellug.rubr.45.* dummodò praesentium maior pars interueniat, *Mastrill. de magistr.lib.5. cap.15.num.40. Franc.Marc. dec.1336.cum sequ.1341. Napod.in proem. num.14.* Qualitèr verò concilium in similibus actibus praeiudicialibus conuocari debeat,vide *text.in l.nominatorum,C.de de-*
132 *cur.Capyc.decis.4.n.5. Montan.loc.precit. num.359.* nam modica solemnitas in praeiudicialibus momenti est ad irritandum actum, *Bart.in l.nulli,ff.quod cuiusq.vniuer.* An verò Ecclesiae, & Ecclesiasticae personae in Baronis, vel ciuium praeiudicium
133 in suis terris,& nemoribus vsum habēt, defensas facere possint, vide *Cap. Reg.99. Rouit.pragm.1.de salar.eor.Thes.decis.234.* Quid si ciues in dictis territorijs vsum habeant, vide *Petr.ad Gram.dec.100.n.13.* Cumq; ad huius Pragm.materiam sequentes pertineant allegationes, quas mihi in causa graui occurrerunt,eas hic vti vtiles inserere volui.

Diuini Numinis adiutorio implorato.

QVaedam Vniuersitas, cuius nomen ex legitima causa praetermitto, sinè onere, vel aliquo redditu, pacificè, & quietè annos suprà centum quandam defensam possedit, eius ciuibus in ea lignantibus, pascentibus, fructusq; ad libitum vendentibus,ad praesens eius Terrae Baro dictam defensam nullitèr,iniustèq; detineri,& ex in-

infrascriptis causis feudo reintegrari prętendit.

Dicit enim constare, eam à principio ab vtili prædecessore Domino, qui tam dę iure feudorum, quàm Regni, feudalia sine Regio assensu alienare, vel diminuere nō poterat, concessam fuisse, imò *Const. Diuæ memoriæ* virtute, tam ipsi, quàm successoribus alienatorum competit reuocatio; cumq; in ea concessione legitimus non apparet assensus, titulus nullus ipso iure remanet.

Et si Vniuersitas prædicta in quodam assensu per Regē Carolum in anno 1495. concesso, quem in suo Archiuio conseruat, se fundare vellet: is pariter nullius est probationis, & momenti, tùm quia Regis
134 subscriptionem, & sigillum, quæ sunt de substantia priuilegij assensus non habet, vndè nihil, & nullum æquiparantur, *l. non putauit, §. non quæuis, ff. de honor. poss.*
135 *contr. tab. Tiraq. de retrac.* §. 1. *glos.* 2. tùm etiam, quia illius Regis dominium momentaneum fuit, dùm post circitèr annum
136 extitit, secundùm historias, expulsus; vndè tyrannicè visus est possedisse, & proindè eius tempore gesta fuerunt nulla, *l. decernimus, C. de sacros. Eccles. cum similib.*

Nec sibi obstare prætendit immemorabilis temporis lapsum, vndè præsumptus assensus allegari posset; talis enim regula locum haberet, quando de titulo non constaret, sed cum titulus extat, & non solem-
137 nis, tunc præsumptio veritati cędit, *Ozasch. dec.* 102. *num.* 27. *Fontanel. de pact. nupt.* 4. *glos.* 13. *num.* 47. Quarè monendi sūt Aduocati, nè titulum ostendant, quando intētionem habent ex immemorabili fundatam, cum vitiosus titulus legitimam præsumptionem, quę de iure ex tanto oritur tempore, destrueret.

138 Et eò fortiùs prędicta procedere dicit, quia in Regno præsumptus non sufficit assensus, cum *præcit. const.* expressum illum requirat, vt aduertit *Frecc. de subfeu. q.* 28. Itèm talis immemorabilis præscriptio, nec allegari potest, quia dùm Vniuersitas à successoribus Baronibus dictæ conces-
139 sionis confirmationem petijt, à prima recessisse, suamq; cęptam possessionem interrupisse fuit visa, vt innuit *Ann. sing.* 586

Insupèr ius reuocandi sibi competere prætendit, quia concessionis fines excessit Vniuersitas: ea enim defensa pro bouum, ciuium vsu concessa fuit, & Vniuersitas gratia abutens, eā ad omnium animalium
140 vsum destinauit, fructusq. vendidit, cūq; limitatum priuilegium limitatè sit obser-
141 uandum, *l. magis, ff. de acq. rer. dom.* & excedens priuari potest, *cap. vt priuilegia, de priuil.* Ex prædictis ergo omnibus reuocationem sibi competere, nullamq; prędictā concessionem esse, Baro supponit.

At cum præfata Vniuersitas instantissimè me rogasset, vt suam defenderem iustitiam, & in iure allegarem, eiusq. Dominus se tanquàm rectum Principem, non autèm vti tyrannum exhibens; nam tyrā-
142 nus dicitur, qui publicum liberè defendi non permittit, *Bald. in l. decernimus, n.* 6. *C. de sacros. Eccles. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de abund.* §. 7. *num.* 17. contentus fuisset, sine iudicij strepitu, huius cōtrouersiæ veritatem esse cognoscendam.

Factaq; matura eorum, quæ proponebantur, consideratione, iustitiā pro Vniuersitate vndiq; conspiciens, dico eam legitimo iure in possessione, & defensæ dominio manutenēdam esse, oppositionibus præallegatis non obstantibus, quas primò resoluemus, post verò alias pro ipsius Vniuersitatis iurium fundamentis considera-
143 tiones supponemus, quæ omnia cum granis sint ponderis, altiùs duxi explicanda, vt I.C. docet in *l. legaui, ff. de lib. leg.*

144 Primò pro dictarum obiectionum solutione, de iure receptissimam suppono conclusionem, præscriptionem videlicèt immemorabilem, seù centenariā, vt DD. confundunt, munitissimi tituli loco haberi, & Regium ex ea præsumi assensum, *Afflict. decis.* 254. cæteræq; præsumuntur solemnitates, *DD. in cap. 1. de præscrip. in 6. Borrell. ad Bellug. rubr.* 14. *vers. nunc videamus, in fin.* & supèr præsumptis est iuris, &
145 de iure præsumptio, quæ bonam fidem, priuilegium, & Superiorum scientiā supponit, & innumeros pducit effectus, *Gabr. conclus. 1. tit. de præscript. Bald. de præscript. 2. par. 3. par. Crauett. de antiqu. temp. par. 2. fol.* 213. *Auend. cap. 1. ex num. 19. par. 1. de exeq. mand. Reg.* hæc enim præscriptio non est odiosa, vel vt cæteræ aliæ impium re-
146 fugium, *Vrsill. decis.* 329. *Reg. de Ponte cons.* 48. sed est fauorabilis, quæ tamdiù sic permanserunt, immutanda non sunt, *Gutt. lib. 3. q.* 14.

Non obstat ex aduerso limitatio in dictam conclusionem apposita, vt non procedat, si de tituli nullitate constaret; nam hæc opinio communitèr impugnatur, maximè quando quis non in solo titulo, sed se in immemorabili fundat; pòt enim aliquid ex diuersis causis acquiri, *Andr. in cap. 1. sub num. 6. de controu. inuest.* vndè & si titulus sit nullus, vitiosus, & erro-
147 neus, data tamèn immemorabili, non aduersatur, quia ex ea nouus datur titulus, dominium transfertur, cęteraq. omnia inutilia excluduntur, & purgantur, *Bald. in l. Celsus, notab. 2. & 4. ff. de vsucap.* & nos diximus in *pragm. 1. ex num.* 215. vitium enim ex sequenti voluntate purgatur *l. 2. ff. quod met. caus. Andr. in prælud. feud. num.*

num. 56. ideò quæ is nullitas opponenda non obstat, *Vasq.controu.cap.*81. vbi cæteri coaceruantur DD. nam cuius non desideratur solemnitas, inutilis interuentus non nocet.

Secundò distinguo, aut titulus solemnitatis non existentis respectu deficit, & tūc data immemorabili, ius statuit omnia concessa,& obtenta præsumi,quę necessaria erant, & ideò *Auend.cap.*1.*de exequēd. mand.Reg.num.*11.*vers. & non sunt aduersantia*,dicit,cōtraria non esse, titulum apparere nullum, & validitatem ex centenario cursu allegari; hæc enim omnes ti-
149 tuli nullitates supplet, & defectus, ad *text.in l.vnic.C.de rei vxor.act.* qui statuit, dotis fauore stipulationem pręsumi.Quid si interuenerit,sed nulliter? dicit *text.Eodem modo,si inutiliter facta sit,adiuuare eam oportet.*Ratio per DD.ibi traditur,quia donèc ius pro solemnitate statuit, nullitas opponi non potest, idem probat *text. in l.fin.C.de fund.patr.lib.*12. vbi si Principis patrimonialis fundus ab eo alienatus fuerit, verùm absq; debitis solēnitatibus, nempè subhastationum, & huiusmodi, si possessor longissimam habeat possessionē, tutus erit, quia talis possessio cæteras fingit solēnitates præcessisse, *Dec. cons.* 342. *Mascard. de probat. concl.*1322.*n.*22.

Aut titulus est vitiosus, & nullus, & sui facie, & substantia erroneus vti vsurarius, vel à non habēte dominiū, & facultatē concessus, & sic non solemnitatis, & formæ ratione deficit,nempè si laicus spiritualia, vel similia conferret,tunc posita limitatio sustineri posset, *Bal. in d. tract. par.* 2. 3.*partis n.*22. *Crauet. de antiq.tēpor. par.*4. *n.* 12. *Auend. loc. cit. nu.* 12. nam quando concessio conualidationem vndequaq; recipere non posset,tituli nullitas obstat.

150 At cum huius concessionis titulus validitatem recipere potuisset, quia regius assensus feudalium alienationem pręcedere, & subsequi potest.*Andr. cap.* 1. *de prohib. feud. alien. per Federic. Camer. in cap. Imperialem* 87.& *lit.B.* si in ea concessione de assensu non appareat, non ideo ea nulla dici potest,dato immemorabili cursu. Sic *Andr. Aluar. Bald. in cap.*1. *de his, qui feud. dar. poss. de Pont.cons.*81. qui dicit, assensus solemnitatem formalem non esse, dum ea præcedere, & subsequi poterit, sed effectualem, solemnitas enim deficiens tempore suppleri potest, *Cancer. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 104. sicq; fuit hæc prima oppositio resoluta.

Nec alia refert obiectio, in Regno videlicèt præsumptum assensum non suffi-
151 cere, nam id in longissima præscriptione procedit, nam de iure annorum triginta spatio præsumitur assensus, *Frecc.* ex aduerso citatus, sed idem *n.*4. dicit in immemorabili secùs esse, nā ea expressi priuilegij loco habetur, *de Pont. cons.* 95. Itam Regni *constit.* in feudis nobilibus, & quaternatis,non autem in alijs feudalibus procedit, *Ann. in ead. const. Diux memoriæ n.* 118.& latiùs *n.* 143.

Minusq; obstat,quod opponitur,assensum Regium ex immemorabili pręsumi non posse, cum de eius expeditione, sed nulla constet, & quando solemnitatem adhibitam non esse constat, legitima ex tempore præsumptio dari nequit, *Affl. dec,* 107. cumq; Baro dicti assensus Regis Caroli, sine requisitis solemnibus copiam habeat,vt ex *prag.*1.*de fide memorial.* ergò Vniuersitatis responsio cessat.

152 Nam multifariam replicatur. Primo licèt assensus in cōmunitatis arca, in qua omnes eius scripturæ continentur, conseruaretur,non ideò Vniuersitas eligendo dicit, se ex eo titulo possidere, nam licèt in dubio quis ex præcedenti titulo possidere videatur, iuxtà *glos. notab. in l.quedā mulier, ff. de rei vend,Bald, cons.*190.*lib.*1.
153 Verùmtamen hoc procedit, quando expresse postmodum eò quis vtitur titulo, illum iudicialitèr exhibendo, tunc enim approbari scriptura dicitur, *l. publica*, §. *final. ff. depositi, Doct.* omnes *in cap. venerabilis, de excep.* cumq; quis pluribus ex
154 titulis cum detinere possit, *l.* 3. §. *ex pluribus, ff. de aqua,* post *Crauet. cons.* 16. *n,* 6. *Ann.cons.* 53.*n.* 52. electio est possessoris dicendi, qua ex causa possidere is intendat, *Crauet. cons.* 171. inò quousq;
155 suā in iudicio non declarauerit causam, variare potest,nā si titulo innitatur inhabili, efficaciori adherere potest, *Doct. in l.* 3. *ff. de acquir. poss. Burs. cons.* 8. & singulariter *Ioseph Sese dec.* 25.

Cumq; Vniuersitas immemorabili mediante, titulum omni solemnitate vallatū habeat, nil potest assensus minus solēnis prætensa nullitas obesse; nec refert hinc inferri, solemnitatem non esse adhibitam, & iuris presumptionem cessare, nam cum
156 spatium vltrà cētum annos post dictum intercesserit assensum, ex tanto tempore, stat supra firmata regula, solemnitèr eum post impetratum,& obtentum fuisse,licèt primus informis, quod omninò negatur, existeret; nam licèt Vniuersitas vi centenariæ se possidere eligat, non ideò dictum priuilegium impugnare videtur, cū quis pluribus titulis,vt dixi,se adiuuare possit, & clausula *si, & quatenus* vtendo, impugnata dicitur scriptura nocens, & appro-
157 bata iuuans,secundum communem opinionem *Felin. cap. cum venerabilis, de except. Grat. cons.* 101, *vol.* 1. cum mille, & exinde.

Se-

Secundario principaliter supponimus dictum assensum validissimum esse; enim antè *prag. 1. de fide memor.* in anno 1510. promulgatū esse in hac assensuum materia, quę solēnitatē statuit, fuit expeditus,
158 & antea nulla erat necessaria solemnitas, sed qualitercumq; de assensu, & Principis beneplacito constabat, sat erat. Vndè sola secretarij signatura super supplicationis memoriali per verbum, *fiat*, sufficiebat, *Affl. dec. 257.* Imò solo verbo sine scriptura, habita per duos testes Principis volūtatis probatione, legitima erat concessio, *Affl. in alia dec. 398. Ann. in const. Diuæ memoriæ n. 66.* & propterea
159 nec registratio in quinternionibus necessaria erat, *Paris. de reintegr. feud. q. 230.* Cumq; hic assensus in cartam pergamenā redactus signatus, & a Secretario, & Officialibusq; videatur subscriptus, sufficit ex signatura ad perfectam assensus probationem, nàm priuilegia ritè, & rectè ad for-
160 mam, & stylum eo tempore currentem semper expedita pręsumuntur, *Andr. in cap. quoniam de prohib feud. alien per Lotarium, Auend. de exeq. mand. Reg. cap. 1. n. 4. in fine partis 2.* Vndè stat prò assensu solemnitas. Et si replicetur *prag.* illam statuisse, præterita informium assensuum
161 memorialia esse insinuanda iuxta formam ibi traditam, sub nullitatis pęna; respondemus, dictam *prag.* nullam aliam indixisse solemnitatem, nisi scripturæ, & sigilli appositionis, & finalis ratio sigillum fuit, ne Regia Curia eius fraudaretur emolumentis, & ex legis narratione constat, & ibi notat *Reg. Ronit. & in prag. 9. tit. de feud.*

Et proindè vanum est asserere, Regis
162 subscriptionem, & registrationem necessariam esse, nàm subscriptio vti de iure communi non est necessaria, *Rom. cons. 308. & Franc. Marc. dec. 992. par. 2.* itā nec *prag.* hoc requirit. Neq; registrationis solemnitas obseruari nouissimè solet, vbi esse potest fisci interesse, poni clausulam, *vt registretur assēsus, aliàs prò concesso*
163 *non habeatur*, & non alitèr *Reg. de Pont. cons. 2. num. 32. Ronit. prag. 1. suprà cit. num. 12. & prag. 26. de feud. nu. 8.* sed circumscripta ea clausula, non est de solemnitate registratio.

Cumq; in hoc priuilegio solemnitates essēt p *prag.* post inductę, ergo cessat omnis difficultas, nam adest in scriptura officialium signatura ibi (*Bertelot. cum suo signo*) alia dicit vita, & cętera alia per Regē ad relationem concilij: constat ex dictis sigillū appositum fuisse; vnde omnis debita solemnitas inducta extat ad perfectā probationem, & assensus requisitam solemnitatem.

Nec refragatur modo sigillum non videri appensum, nam nisi, nùnc non extat,
165 tunc appositum fuisse constat, & solemnitatem actus tempore adimpletam fuisse sufficit, *Iason. in l. 1. C. de test. in princ. Bald. l. vnum, §. si omissa ff. de legat. 2.*

Et sigillum traditum fuisse, suadetur
166 primò, quia assensus hoc enunciat ibi (*& nostro sigillo magno munitum*) & verba signati priuilegij enūciatiua, quod enunciant probant, *Doct. in l. qui aliena, ff. de acq. hæredit. Crauett. de antiq. temp. par. 1. art. 4. de Pont. cons. 96.* Accedant foraminum signa in cartæ pergamenæ solito
167 loco, vbi sigilli fila appendi solent, quæ signa signatum arguunt, ex regula *leg. stigmata, C. de fabricen. lib. 12. Auend. de exeq. mand. Reg. cap. 2. par. 2. lit. A.* Adstipulatur tertiò, nam lex, & consuetudo nunquam partibus priuilegium tradi dictant, nisi omni solemnitate absolutum,
168 vndè postquàm traditum reperitur, stat legitima iuris præsumptio, omnia adimpleta fuisse, *tex. est in l. 1. C. de donat, & l. labeo, ff. de pact. l. elauibus ff. de contrah. empt.* Prædictis centum viginti annorum adnectitur cursus, ex quo antichissimo tempore fida, quibus sigillum erat appensum, corrosa fuisse, vel illud deperditum dici potest, quod quotidiè ob diuersos casus accidere solet, ac vt actus substineatur, inspiciendum est, & iure ar-
169 guitur, quod euenire solet, *l. 3. §. quod si nummi, ff. si cert. pet.* maximè quia huiusmodi priuilegiū in Communitatis manibus fuit, totq; Administratorum, quos, quod commune est, despicere pro regula
170 habetur, *Menoch. de præsump. lib. 2. præsump. 98.* Et amissio coniecturis existentibus de iure præsumitur, quando allegatur, *l. fin. C. de fide instrum. Mascard. concl. incip. amissio*, & in terminis data antiquitate, si debitum sigillum, in scriptura nō
171 reperiatur, deperditum præsumitur, iuxtà singularem doctrinam *Abb. in cap. innotui de elect. num. 16. Innocent. in cap. inter dilectos de fide instrum. Paris. de reintegr. feud. quæst. 34.* eò magis quia non est verisimile, ea supina ignorantia eum fuisse innodatum, qui procurauit assensum, & illum in solemni forma redigendum non curauit, *Bald. in l. generalitèr quæst. 7. C. de non num.* nam, qui vult consequens omne id, per quod ad perfectam deuenitur, consequutionē de iure præsumitur voluisse, arg. *l. oratio, ff. de sponsalibus, l. 2. ff. de iurisd. omn. Iudic.*
172 Quibus tot legitimis præsumptionibus existentibus sigillum oppositum fuisse, non est hęsitandum, nàm si duæ præsumptiones probationem faciant, eò fortiùs multæ, *Crauet. cons. 143. n. 12. Mascard.*

scard. de probat. in prohemio q. 10. *n.* 40. quibus solemnitatibus stantibus dictus assensus, siuè ante, siuè post pragmaticæ tempora consideremus, validissimus est dicendus.

Nec alia nobis refragatur oppositio, tale priuilegium Regis Caroli, qui non diù in Regno fuit dominatus, sed ab eo expulsus, tempore expeditum fuisse; nam Historiæ nō dicunt, eum tirannicè Regnū inuadisse, sed ob ius ab eo prætensum dominium legitimè tenuisse, & dùm sequētes pragmaticæ eum tirannum non declarauerunt, hoc disputare, nostra non interest; *Affl.* ac *Gram. in constit. Regni priuilegio la* 2. *& const. seq.* vbi nulla declarā-
173 tur priuilegia facta ab illis a *l. & const.* declaratis, nisi à legitimis successoribus confirmationem habeant; cumq; dictum Regem Carolum talem declaratum fuisse non constet, cessat obiectio. Vel si casus esset dubius, cum hoc decernere non sit priuatorum, iuris, vel dubij facti error, immemorabili præscriptioni non refragatur; *Bald. in l. Celsus, ff. de vsucap.* 2. *&* 4. *notabili, Vasq. controu. illust. cap.* 81.

Et postremò prò coronide dicimus, & si verùm foret, Regem tirannum fuisse, vel aliquam in assensu deesse solemnitatē, post pragmaticæ promulgationem, quæ omnia negantur, cum tàm pragmatica, quàm cōstitutio præcitata nouā requirāt priuilegiorum confirmationem, stante cursu suprà centum annos post dictas promulgationes, oritur regula in principio posita, denuò scilicet assensum impetratū, & obtentum fuisse, præsumi, nam hic est immemorabilis effectus, vt iuris, & de iure sit præsumptio, omnem conualidationis solemnitatem cuislibet tituli nullitèr obtenti superuenisse, vt dixi ex *Auend. & alijs, & Rip. responsu* 14. *num.* 25. *par.* 1. cum alijs ab eis coaceruatis, & ita in terminis notabilitèr *Reg. de Pōt. cons.* 155. *ex num.* 8. *cum seq. vol.* 2.

Nulliusq; considerationis est alia ex aduerso obiectio, immemorabilem dare non
174 posse, cum à successore huius concessionis petita fuerit confirmatio, & exindè Vniuersitatem sibi præiudicasse, suamq; certam præscriptionem interrupisse videri, nam *Ann. & Doct. ab eo citati in sing.* 586. hoc non dicunt, sed contrarium, & *Reg. Rouit. de priu. num.* 22. in terminis ait tales confirmationes à Baronibus post petitas, eorum præcedentia iura valida, & præscriptionem nō infringere, neq; Administratores Vniuersitati præiudicare potuisse, si ex tali petitione illi præiudiciū afferri possit, *l.* 1. *§. sed nullos, ff. de tut. & ratioc. distrah.* & confirmatio in forma communi nil concedenti præiudicat, &
175 in nihilo recipientem iuuat si prima concessio esset nulla, *Camerar. cap. Imperialem fol.* 90. *lit.* K. & latè *Gabed. dec.* 2. *cum seq. par.* 2. nec interrumpitur longa, vel annorum triginta lōgissima præscrip-
176 tio, nisi per citationem, & actus iudiciales *Surd. dec.* 5. *Fontanell. de pact. nupt. concl.* 4. *glos.* 18. *ex nu.* 23. nec per actus tacitos, & subauditos *Tiraquel. de præscrip. glos.* 2. *Boer. dec.* 333. *Guid. Pap. dec.* 416. cumq; à successoris confirmationis tempore plures, quàm anni quadraginta essēt elapsi, vndiq; frustatoria est hæc interruptionis, & ipsius possessionis transuersionis ad immemorabilis Vniuersitatis præscriptionis impugnationem oppositio. Vndè legis, & Regis in hac concessione assensū adesse, & iure ex solemnitatis defectu eam impugnari non posse liquet.

Nec vltima vrget oppositio, concessionem ad Ciuium bonum vsum limitatam fuisse, & Vniuersitatē ea fuisse abusam prò omnibus animalibus defensam destinantē, eamq; locantem, & sic à concessione cadere ex *glo. in marg. in l.* 15. *qui duo, ff. de seru. rust. præd.* nam replicatur, concessionem prædictam in narratione, & substantia liberā apparere, & sic fit assertio (*vt sit franca, & immunis ab omni onere, & ad libitum vti, & defendere liceat Vniuersitati*) & licèt postea ad bonum vsum subiūgat, *hæc non fuit limitatio nec finalis causa, sed impulsiua potiorem facultatem demonstrans, vndè ipsa defensa constituebatur*, denominatio enim fit à potiori parte, *l.* 3. *§.*
177 *hæc verba, ff. quod quisq; iuris*, & vt plurimum defensæ totalium animalium cōmoditate constituebantur, vt pingues prò cultura cōseruarentur, & proindè Hispania boolare defensa nuncupatur, *Auend.*
178 *cap.* 1. *num.* 13. *par.* 1. & post eum *Sese dec.* 74. & sic verba prædicta demonstratiuè de iure posita censentur, proùt regularitèr in dubio interpretantur, non autèm
179 taxatiuè *l. quidem testamento, ff. de legat.* 1. *ibi; verisimile est testatorem voluisse, l. firmiorem ff. quan. dies legat. ced.* & ibi *Doct. Franch. dec.* 721. *Garf. de expensis cap.* 4. *num.* 34. *Surd. de elementis tit.* 5. *q.* 26.

Suffragatur nobis lex disponens, beneficia, & priuilegia latam recipere interpre-
180 tationem ex regula, *l. fin. ff. de const. Princip.* & verba contrà concedentem sūt præsumenda, *l. veterib. ff. de pact. Franch. dec.* 116. *num.* 8. & eò magis in casu nostro, in quo cōcessio dictat, verba eius dubia ad Vniuersitatis fauorem semper esse declaranda, vndè partis, & legis intentio concurrit, & proindè latissima est facienda prò Vniuersitate interpretatio, duo enim vincula magis ligant, *Doct. in l. filius familias, §. diui, ff. de legat.* 1.

181 Alia prædictis iuris cõclusio confert,
dubium,scilicèt, priuilegium ex obseruā-
tia interpretationem recipere,*l. cum fun-*
dus, *ff. de legat. 2. cap. cum dilectus*, *de*
*consuet.*vbi communitèr *Doct.*adeò vt etiā
si concessionis verba à significatione, &
proprietate extranea essent, obseruantia
tamèn, quæ ex longo tempore præscribi-
182 tur,erit attendenda, *Franch. dec. 56. de*
Pont. cons. 57. num. 46. Guttierez. quæst.
62. lib. 4. cumq; non longissimo tempore,
sed immemorabili hac defensa Vniuersi-
tas prò bouum, aliorumq; animalium vsu
fuerit, ipsis Ciuibus eam in necessitatibus
locando,quia antiquam habuerunt inter-
pretationem,non sunt mutanda,*l. minimè*
ff. de legibus,& in terminis *Auend.de exeq.*
mand. cap.12. quia ad libitum vti frui do-
minium denotat, & sic hæc postrema di-
luitur oppositio.

Quibus omnibus oppositionibus sic re-
solutis, inconcussè remanent positę con-
clusiones, vt defensæ concessio solemnis,
& valida sit asserenda, & proindè Vni-
uersitas in sua possessione, & dominio
molestari non debeat, sed vt eius magis
elucescat iustitia vltrà præallegata, alia
iuris fundamenta supponemus, vt cuncta
exarentur,& nihil irresolutum relinqua-
tur. Et sic. Tertiò principalitèr adducē-
do, dato non autem concesso,legis,& Re-
gis assensum deficere, ex alijs adhùc vi-
uis rationibus concessionem reuocari non
posse substinemus.Et sic Barones Vasallis
concessa impugnare non posse, si quam
debitam feudo seruitutem remiserint, vel
imposuerint, nàm in eorum incommodū,
183 & preiudicium sibi onus addicere pos-
sunt; sicuti enim feudi fructus alienare,lo-
care,& in eorum vita perdere, ita & ser-
uitutem concedere possunt,quòd sibi tan-
tum,non autèm directo Domino nocebit,
ad *tex. in cap. 1. §. quid ergo,de inuest. de*
re alien. & ibi communitèr *Doct.* & non
repugnat *Const. Diuę memor.* quæ diminu-
tionem prohibet, vt dicit ibi *Affl.* & sic
Gramm. dec. 67. Clar. §. feudum, & Vrsill.
dec. 380. qui ad partes hunc disputat ar-
ticulum,*Frecc.* contrarium sententis opi-
nionem confutando, & hanc esse commu-
nem refert *Pinell. de bon. mater. l. 1. par.*
3. num. 70. Peregr. de fideic. art.40. diff.4.
num. 115.& Ann. cons.51 num.21.& alios
coaceruauit in*prag. 8. par. 3.* & licèt idem
184 videatur alienare, & remittere, vt *Affl.*
dec.232. impropriè tū hoc dicitur,*l.Iulia-*
nus ait, ff.de cond.& demonst.Rom sing.605.
& talis impropria alienatio, sine regio
assensu permittitur ad vtilis Domini, &
successorum præiudicium, & proindè in
casu nostro vtilitatem, quam ex eo terri-
torio Baro habere poterat. Vasallis eam
concedendo ex prædictis reuocari non
posse liquet. Et si replicaretur hodier-
num Baronem primi concedentis, & suc-
cessorum heredem nō esse, quià singulari
titulo feudum possidet,cum ab Auia, quæ
pro suo credito eum sibi adiudicari fece-
rat emisset,respondetur, dictum feudum
vti antiquum suæ Vxori, vel sibi iure di-
recto competere, & ipsi sunt de acquiren-
tis linea, vndè cum in continenti vnico
contextu ex concordia ipse ab ea emerit,
185 de iure nouitèr acquirere non dicitur,
sed eorū ius cōseruare, ex legis præsūp-
tiones, ad *tex. in l. fin. §.quatuor, ff.de leg.*
2. Tiraquell. de retract.§.32.glos.1.Frāch.
186 *dec. 39.& 450.* Imò, & si particularis
esset successor pactis, & à suo Authore
concessis stare tenetur,*Rout. in prag. 1. de*
priuil. Capyc. dec. 20. num. 29. dec. 22.
Affl. dec. 101.

Sed si rursus opponeretur,hanc conclu-
sionem nostri casui adaptari non posse,
quia concessio iuris, vel seruitutis remis-
sionē,sed territorij quantitatis alienatio-
nem, vti concessionis verba demonstrant,
& minimum quidem vnius gallinæ, vel
obuli Baro remittere non potest. *Afflic.*
d. dec. 232. Replicatur, & plenè hanc re-
soluemus obiectionem,non tàm prò istius
oppositionis absolutione, quàm pro se-
quētium suppositorum explicatione. Et
sic aduertatur,Baronē,quando ab ipso di-
cti territorij concessio facta fuit. Vniuer-
sitati, rei dominium,quod ipse non habe-
bat,non tribuisse, & propterea nemo plus
iuris in alium transferre potest,quam ip-
187 se habebat,*l.nemo plus,ff. de reg. iur.* nec
verba, *concedere*, & *donare*, vim faciunt;
sunt enim verba generalia, quę plus, vel
minus secundùm concedētis potentiam in
accipientē, transferunt *DD. in l. quis ergò.*
ff. de pecul. Paris de reintegr. feud. de verb.
signif. verbo concedere, & Affl. dec.305.n.
2. cum seq. indè licèt quis donet, vel totā
rem alicui leget,donatio, seù legatum ad
ius, quod dans habet, non autem ad totū
restringitur, ad *tex. in l. serui electione, §.*
cum fundus, ff. de leg. 1. & Afflict. loc. cit.
188 Cum ergò Baro in districtu demaniale
feudi territorium non habeat, cum cultū
Vniuersitatis sit, & ciuium, vt infra de-
monstrabimus, idem ergò ius, quod est in
toto, vel minori parte, in reliquo de iure
189 præsumitur, vulg.*l.quæ de tota, ff.de rei*
vend. & *tex.* est particularis *in cap. 1. de*
controu. inter masc. & fœmin. ibi: *Vt ma-*
gna eorum pars tenebatur; quem communi-
ter sic intelligunt *Andr. Alua. Beluis. ibi,*
& Ruin. cons. 107. vol. 1. Natt. cons. 46.
lib. 2. quia ex maioris partis qualitate ad
reliquorum naturam infertur, *Anchar.*
cons. 422. in habentibus enim simbolum
idem

190 idem transitus iudicatur, *l. in rem, §.itē ff. de rei vend. Mascard. de probat. concl.* 79. *n.* 17. *&* 24.

Prædictis cōfert legis præsumptio, quę arguit, territoria potiùs Vniuersitatis, quàm feudi esse demanialia, vndè Vasalli fundatam habent de iure intentionem, ea libera, & allodialia, non autem feudalia
191 censeri, *Afflict. dec.* 277. & post eum *Capy. in inuest. verb. feuda allodialia, Gab. tit. de feud. concl.* 3. *& Mascard. loco citato*, & quamquàm bona essent feudo reddititia, non ideò ea esse feudalia inferri potest, sed
192 solùm illum redditum, *Frecc. de subfeud. Auth.* 5. *Affl. dec.* 129. Et proponitio ea vulgi, quid quid est intra feudi fines, de feudo dicitur, quoad iurisdictionem intelligitur, non autem circa bona, *Affl. dec.* 267. solùm enim quædam particularia feudi esse dicitur à *Luc. de Penn. in l. quicumq; C. de omni agro desert. lib.* 12. Neq; concessio concedentis dominium ita pro-
193 bat inter partes, vt in contradictorio postea impugnari non possit illa dubia assertio, intentionem scilicèt, nisi de seruitutis concessione habitā non esse, *Mascard. concl.* 546. *n.* 6. *de Pont. cons.* 30. *nu.* 16. sicq; constat ex prædictis posita suppositio, hanc dationem seruitutis vsus, qui cuilibet Baroni in Vniuersitatibus demanialibus de iure competit, remissionē importasse, vt in *prag.* 12. dixi, quo attento potuit seruitus illa concedi, & à successoribus iure reuocari nequit.

Minusq; obstaret, si in facto negaretur, territoria, & Vniuersitatis nemora esse demanialia, & per Baronem esse feudi demanialia assereretur, cum in maiori parte Barones exterorum animalia pascenda
194 fidauerint; nam vbi ius fidandi competit, est dominij præsumptio: arcere enim ab ingressu, vel illum permittere, Dominorum est, *l. Diuus, ff. de seruit. rustic. præd.* Eo magis, quia ius pascendi Dominorum esse præsumitur, *Frecc. auth.* 46. *de subfeud.* Itèm ex antiquo reintegrationis libro bona omnia communia, & particularia stabilia feudo, ex illius delegati sententia esse reintegrata constat; nam iuris terminos distinguendo respondemus. Fida enim
195 dominium arguit, & de Baronum demanio dicitur esse, *Capye. in inuest. verb. fidæ, & Frecc. auth.* 46. quando supèr feudi demanialibus exercetur, sed quando supèr subditorum demanialibus datur, tunc fidæ seruitus, quæ immemorabili consuetudine quæri potuit, dicetùr, *Frecc. ibi num.* 1.
196 & magna est inter prædicta differentia, quia fida feudo cohærens iuris assistentiā habet; seruitus verò fidæ, quæ per Baronem supèr communitatis, vel ciuium bonis prætendi posset, iuris habet resisten-
197 tiam, & qui se in ea fundat, eam probare debet, & interim pro libertate est iudicandum, *l. pen. ff. de aqua quotid. Ann. alleg.* 48. *de Pont. cons.* 96. *num.* 15. hinc differentes opiniones conciliantur, dum alij DD. ius pascendi Baronum esse tenent,
198 *Vrsill. dec.* 296. *in fin.* & alij negant, vt firmat *Couar. prac. qu. c.* 37. & dixi in *prag.* 11. & notat *Rouit. tit. de pasc. & de Franch. decis.* 301. *& Add.* dicunt, herbas fundi Dominorum esse, & Barones in apertis va-
199 sallorum locis post segetes de iure fidare non posse, nec ipsis non satis, nisi seruitutis ius legitimè quæsiuissent, solùm id eis in feudi demanialibus licet, etiam si locata essent, in quibus fundatam habent intentionem, & tunc affirmatiua procedit opinio, vt ius pascendi Baronum demaniale dicatur.

Et eò redeundo, vndè digressi sumus, ius fidæ seruitutis via quæsitum, a fida iure feudi debita differt; nā ista habet iuris assistentiam, & sic largam interpretationem, ad *text. singul. in l.* 1. *C. de mancip. & colon.* cuius non meminit *Franch. deć.* 489.
200 qui hunc vsum deseribit, sed quando vt seruitus debetur, strictam habet significationem: seruitus enim est stricti iuris, &
201 eius præscriptio est odiosa, & exorbitans, *Ann. alleg.* 48. & ideò etiam ex rationis identitate de casu ad casum, vel de loco ad locum non extenditur, *Crauet. cons.* 292. *Gabr. Roman. conclus.* 2. *de præscript.* & propterea concludimus, etiam si in casu nostro ius fidandi supèr Vniuersitatis bonis Baro quæsisset, non ex hoc iure inferri posse, Baronem super his habere dominium, & posse dici bona feudi demanialia, non autèm communitatis esse.

Et ad maiorem huius articuli elucidationem, cum vt benè explicetur, vrgeat, etiam in facto hoc probari asserimus, nemora videlicèt, montaneas, & territoria Vniuersitatis esse demanialia, & quamquam nemora, & montaneæ in dubio ex solito Baronum demanialia præsumantur, *Luc. de Pen. in l. quicumq. C. de fund. limitroph. lib.* 12. *Frecc. auth.* 46. & diximus in *prag.* 8. *p.* 2. *n.* 22. multotiès tamèn ad Vni-
202 uersitatum beneficium hæc destinata fuere, quę destinatio ex antiquissima possessione, quæ titulorum determinationem arguit colligitur, *Auend. cap.* 4. *par.* 1. *de*
203 *exeq. mand.* Princeps enim post translatum imperium, necnon successores, subditis viuere, & dotem in stabilibus Vniuersitatibus dare tenebantur, qui terminos diuersimodè diuiserunt: vndè destinatio erit attendenda, cum natura distingui nō possint, quę sibi, vel suis concessa fuerunt, *Bald. in cap.* 1. *de cap. qui Cur. vend. Decius cons.* 517. Cùmq; sempèr ab origine ex im-

memorabili nemorum, & montanearum
204 Vniuersitas Domina fuerit, fructus percipiendo, glandes vendendo, introitusq; consequendo, ergò hæc fructuum perceptio dominium designat, *DD. in l. cum res, C. de probat. Andr. in cap. Imperialem, §. nec dominus, de probib. feud. alien. Mascard. conclus.* 549. illa sempèr elegit, suoq; sumptu
205 custodes dictis tenet in locis, quod similitèr dominium probat, *l. si ita, §. 1. ff. de fund. instruct. Afflict. decis.* 167. ipsa accusat, & damnificantes intercipit, pœnarum partem, damniq; consequitur emendationem, quæ omnia ad veros dominos pertinent, *Auend. cap. 1. par. 1. de exequ. mandat.* territorium verò arboribus priuum si-
206 militèr Vniuersitatis esse demaniale probatur; illud enim ipsorum ciuium, tàm pro cultura, quam pro vineis, castanctis, & similibus, quę subditorum dominiũ esse arguunt, est proprium, *Ann. conf. 59. n. 36.* multę possessiones sunt ab omni redditu liberę, aliquę Episcopali Mensę, Monasterijs, Capitulo, ac multis beneficijs: alię verò feudo ius terragij reddunt, quę diuersitas ciuium, non autèm feudi territorium esse demaniale demonstrat, dum discretam, & vniformem naturam non ha-
207 bet, quod feudalis demanij proprium est, *Garf. de expen. cap. 9. num. 26. cum seq.* & vna res singularitèr diuerso iure censeri non debet, *l. eum, qui, ff. de vsucap.* Itèm sinè Baronum assensu semper ad libitum, sinè laudemij recognitione alienatæ fuerunt, vndè territorium Vniuersitatis esse demaniale arguitur, singularitèr *Afflict. decis. 305. nu. 12. cum seq.* Nec terragiorum,
208 quæ à DD. etiam denominantur, vt *Paris de reintegr. feud. de verb. signif. verb. terragia,* solutio rem reddit feudalem, sed ille redditus dicetur feudalis, & bona libera, & allodialia censentur, *Afflict. & Vrsil. decis. 129.* Probatur etiam ex processibus litium, quas Vniuersitas in Sacro Consilio supèr communitatis territorij controuersijs cum conuicinis habuit, in quibus plenissimè de suo docuit dominio sciente, & in ipsis causis Barone coadiuuante; nam
209 regularitèr Baro suo pro secundario interesse, siuè agat, siuè sua cõueniatur Vniuersitas, est audiendus, aliàs sententia illi non noceret, sicq. ille litibus astitit, *Auen. cap. 5. num. 9. de exeq. mand.* Quæ omnia tàm iuris præsumptione, quam facti asseuerarione allodiale territorium esse manifestè probant, eò magis, quia Baronum dema-
210 nialia diuersam à supra assertis naturam detinent; nam hæc concedi non possunt, nisi ad tẽpus, nec sinè Baronis, & Regis assensu alienantur, *Afflict. decis. 305. num. 8.* tuncq; est exoluendum laudemium, *Paris de reintegr. feud. q. 28.* sempèr enim ea sub posse, & Domini mensa stare debent. Sicquè vltimis prioribus coniunctis ex his est probatum assumptum, Baronem in territorio concesso solùm vsum habere, quem ipse in vasallorum beneficium, & in suæ, eiusq. successorum vtilitatis, & cõmoditatis remittere potuit, vt dixi.
211 Nec referunt reintegrationis liber, & delegati Commissarij ad dictum inuẽtarium faciendum sententia, qua declaratum fuit, omnia bona communia, & particularia feudo esse reintegranda; nam il-
212 li, decernendi iurisdictionem, non habẽr, nisi facultatem, quæ sunt notoriè de feudo describendi, vel ea inquirendi, & subditorum redditus, & census ad feudum pertinentes notandi confessiones, *Paris de reintegr. feud. q. 28. num. 12.* & propterea ex inquisitione à talibus formata, sententia nasci non potest, etiam habita iurisdictione, partibus tamèn suis in iuribus plenariè non auditis, alias ij maiorem haberent authoritatem, quam Rex, qui indefensa parte iudicare nequit, *l. defensionis facultas, C. de iure Fisci, lib. 11.* Itèm sentẽ-
213 tia incidentèr, vel summario lata iudicio, negotioq; haud plenè discusso, licèt ab ordinario promulgata, non præiudicat, quin opponens ex integro audiri possit, *Franch. dec. 289.*

Accedat, quia ea nunquam fuit obseruata declaratio, etsi lex per contrarium tollatur vsum, *DD. in l. de quibus, ff. de legib.* quo fortiùs tollitur huiusmodi prætẽsa sententia, ex qua ius non transfertur, nisi exequutioni demandata, *glos. in §. fin. Instit. de offic. Iudic. Gram. conf. ciuil. 81.* Ad-
214 stipulatur etiam, quia exequutionis sẽtentiæ ius annorum triginta spatio præscribitur, *Io. Andr. ad Specul. tit. de exequ. sent. §. fin. vers. vltrà, Afflict. decis. 245. in fin. Tiraquell. de retract. consang. §. fin. n. 31.* Cùmq; dictum inuentarium ab hinc annos supra triginta factum fuerit, vndequaq; hæc diluitur obiectio; nec præterea adeò debilem esse iurisdictionem ad
215 talia inuentaria conficienda delegatã, vt confessio partium bona sua redditiria esse enunciantium ab eis reuocari possit, de errore dicentibus, *Paris. q. 74. & Affl.* notabilitèr *decis. 305. num. 11.* huiusmodi sententias sempèr opponente parte, retractari ait.

Vlteriùs nè ex supradictis ex Baronis parte dubium oriri, & prætendi possit, nos implicitè asseruisse, ipsum saltim habere seruitiũ fidãdi in Vniuersitatis bonis demanialibus, cumq. vt hoc explicarem, instatum esset, dico verum esse, illum animalia pascenda exteros fidasse, sed in facto aduersatur, hanc fidam principium habuisse, quia prædecessores Barones nũ-

quàm

quàm animalium industrias tenuerunt, &
vsus in Vniuersitatis territorio de iure
debiti ratione exteris hunc vendere prætenderunt, licèt de iure seruitus personalis existat, & Vniuersitas grata dùm territorium capax esset, conquesta non fuit, sed simul exterorum, & ciuium animalia pascebantur, quo permisso, idem deindè pro vsu in nemore lignandi prætenderunt, quia ipsi non residebant; & dùm conuicini aliqui ad lignandum duabus cum bestijs per triennium, certa pecuniæ oblata quantitate, se fidari tractassent, Vniuersitas ad vexationem redimendam, & exteros expellendos, tantumdem pro tali tēpore soluere voluit, vt est notorium, & factum non est antiquum. Indè in decima
216 Pragm. principijs obstandum esse notaui, cum postmodum qui imposita onera reuocet, non adsit, *Crauet.conf.238.nu.10.*
Dico similitèr, idem postea eos prætendisse, quando Vniuersitas nemorum, & montanearum pascua vendebat: nam quia Barones animalia non tenebant, suum vsū locare prætendebant, sed Vniuersitas ex affictus quantitate decem pro centenario percipi posse permisit, hoc fuit illatum præstationum initium. Et primò quoad
217 prætensæ fidæ seruitutem nullum ius fuisse quæsitum, nullamuè quasi possessionem Baronibus acquisitam dicimus: dictum enim principium est iniustum, quia vsus ex resoluta opinione Baronibus vendi nequit, cum sit personalis seruitus, vt iā firmauimus in *pragm.* 12. sicq; postea per *Reg.de Ponte de potest.Proreg.§.2. de elect. Official.* imò *Auend.de exeq.mandat. cap.4. num.25.par.1.* est opinionis, neq; ipsi Ba-
218 roni eam Terram non habitanti prædictum vsum deberi; ista ergo permissio, & gratuita patientia, etiam si mille esset annorum, ius non tribuit, nec Baroni quasi possessionem præbet; tunc enim patientia,
219 & actus præiudicant, quando suo iure, contradicente, & opponente parte fiunt, & habita patientia, vnico actu post incipit quasi possessio, *DD.in cap.cum Ecclesia, de caus.pos.& propriet.Tiraquel.de primog. cap.38.* in incorporalibus; sed simplex pa-
220 tientia, & scientia potiùs gratitudinis, & familiaritatis gratia, vt quod minimū est sequatur, præsumuntur, *l.in obscuris, ff. de regul.iur.* & si cum potenti tractetur, so-
221 la murmuratio, vel verbo, aut facto explicita contradictio sibi possessionem cōseruat, *Rouit.pragm.1.de iurisdict.non turb. in fin.* & reuerentialis metus ratione consensum patientia non inducit, & murmuratio sufficit, *Vrsill.decis.282.num.12. Capyc.in inuest. verb.collect. Menoch.tract.retin.poss.remed.5.* & proindè si quasi possessio fundari non possit, nec opponi potest præscriptio, quæ, posito, non autèm concesso, principium habere posset longa, vel longissima, & maximè in discontinuis
222 actibus, & contra Vniuersitatem minori centum annorum tempore non inducitur, *Anchar.conf.255. Dec.conf.483.nu.26. Mising.in terminis obser.53.centur.4.Vasq. contron.cap.83.num.26. Doct.in l.2.C.de seruit.* imò per *const.Quia frequenter* vasal-
223 los, nec tacitè, nec expressè contra publicam vtilitatem sine Principis assensu obligari posse statuitur, *Luc. in l. 1. C. vt rustic.ad vll.obseq.lib.12.*

Immemorabilis verò allegari non potest, cum de his recens sit memoria, & vltra testium probationem hoc intueri potest ex præcedentibus releuijs, cæterisq.
224 antiquis scripturis, in quibus huiusmodi præstationes, feudiq. introitus, quæ est iusta violentę possessionis pręsumptio, positę non reperiuntur, *Bart. in l.1. C. de exact.trib.lib.11. Ann.conf.19.num.56. &*
225 *Gram.conf.ciuil.98.* dicit, Baronibus existentibus his legitimis iniusti tituli pręsumptionibus, legem resistere; vndè longissimum tempus, priuilegio non exhibito, a possessorio excludendo est sufficiens, & dixi in *prag.1. DD.in cap.quod latenter, de regul.iur. Gattier.q.92.lib.1.pract.quæst. Ioseph.Sesse in proœm.de inhib.num.9. Borgn. decis.28.* Eadem obseruatio in iure lignādi procedit, cum eadem origo, & causa fuerint.

Postremò etsi immemorabili spatio hę essent seruitutes pręscriptę (quod à vero prorsus est alienum) hic suprà posita distinctio, fidam scilicèt de iure debitam à
226 seruitutis iure acquisitā longè differre; quando enim ea pręter ius Baroni debetur, ad fidandam tantam quantitatem extendi non potest, vt largè ciuibus prout de iure etiam in Baronis demanialibus sibi debetur, relinquatur vsus, *Franch.dec.489.* sicq; decisum vidi pro Vniuersitate Sanctę Mendæ cum Cardinali Iesualdo, illius tunc vtili Domino Terrę. Act.Figliola. Sed quando fida supèr ipsiusmet Vniuersitatis bonis quęsita esset, tunc alia repartitio, vel diuisio est de iure facienda; & ità Sacrum Consilium obseruat ex suprà positis rationibus, quia seruitus est exorbitans, & strictissimam patitur interpretationem, nullamq; extensionem recipere debet, *Rouit.de pascuis, num.20.* eòq; magis, si initium sit iniustum, *Frec.d.auth.46.n.10.* Quo casu Iudicis arbitrio erit hanc taxare fidam, territorij capacitatem, & ciuium omnium animalium quantitatem considerans, & commoditatem dare pingnem, *Auend.cap.4.num.25.par.1.* non enim eius conditionis est seruitus, quàm dominium. *Castrens. & Alberic. in l.sicut, §.1. ff.qu*-
cu-

cuiusq. vniuersitat. nomin.

227 Alimenta enim tam hominibus, quàm animalibus sunt Iudicis arbitrio taxanda, ad *text. in l. 2. C. de pasc. publ. libr. 12.* & Sacrum Consilium Regiæ Dohanæ Menepecudum delegasse vidi, vt in controuersum territorium expertes mitteret, & de quantitatibus relationem faceret, cum in eo Tribunali sit continua de similibus practica, vide *Menoch. de arbit. Iud. cap. 245 num. 14. Thes. decis. 71. cum seq.* notabilitèr *Auend. loco præcit. num. 21. Capyc. dec. 45. in fin.* Insupèr licèt immemorabilis adesset præscriptio, nil tamèn Baroni suffragare-

228 tur; cessat enim eius effectus cessante causa; nam si fuerit promissa fida, quia illi territorio non vtebantur, & sui vsus ratione hoc sunt pasti vasalli, cessante primordiali causa, euanescit præscriptio, *Ioseph. Sesse de inhib. cap. 4. §. 3. Fontanell. de pact. nuptial. clauf. 4. gloſ. 1. num. 56. cum seq. Borgn. decis. 28. num. 16.* cum ergo Baro hodiè non vtatur, sed territorio vltrà quadruplicatum vsum abutatur, omnis præ-

229 tensio cessat; eò magis, quia seruitute in forma validissima concessa, si ampla vasallis commoditas non remaneret, sed ea deficeret, seruitus cessat, vel ad æquitatē est reducenda, quauis immemorabili non obstante, & secundus est notabilis casus, vbi immemorabilis non operatur, ad *text. in l. si quis diutinas, C. de aqueduct. lib. 12. Affl. decis. 290. Auend. in d. cap. 4. n. 21.* Quibus ex suppositis declaratis, inconcussum remanet hoc tertio loco fundatum assumptum.

Quartò, & fortiùs supposito, concessionem esse nullam, adhuc possessionem reuocandi locum non esse, alia ex ratione sustinemus. Considerentur quæso dictæ concessionis verba, quæ territorij dationē

230 enunciant, & de iure territorij designatio est agrorum Vniuersitas, *l. pupillus, §. territorium, ff. de verb. signif.* cumq; tale territorium post concessionem Vniuersitas arborum plantationi destinauerit, suisq. cura, custodia, sumptu, & diligentia, nunc arboribus floreat, & defensa non solùm herbæ pascuorum, verùm etiam glandium, ac lignorum euaserat, quod concessionis tēpore non erat, si concessionis verbis velimus, prout stare cogimur, *l. non aliter, ff. de legat. 3.* vbi à verborum proprietate recedendum non esse dicit *text.* nam si locus tunc arboribus esset plenus, nemus, silua, vel huiusmodi nomine nun-

231 cupatum esset, non autèm territorium, *DD. in l. si quis in fundi vocabulo, ff. de leg. 1.* sic in terminis *Paris. de reintegrat. feud. q. 332.* omnia enim nomina distinguuntur, *l. si idem, C. de codicib.* Et in facto constat, aliquam territorij partem ciuium seminatoriam fuisse, aliam verò Episcopalis, Mensa ab ipsa, concessam fuisse prætendit, pro cuius indebita prætensa concessione lis in Sacra Congregatione mota fuit; sicq. locus iste ex tanto temporeélioratus Vniuersitatis, suorumq. ciuiū facto, nullo iure quauis ex prætensa nullitate, vel iniustitia posset à possessore auocari, sic probat *text. in l. fin. C. de alluu.*

232 *l. quicumq. C. de omn. agr. deser. lib. 12.* vbi locus possessoris diligentia melioratus auferri non debet, *Vrsill. decis. 128. Gamm. decis. 297.* Indè statutum est, quando meliorationes rei valorem excedunt, ita rei naturam mutari, vt si fundus dotalis esset, talis esse desineret, si valdè per maritum fuisset adauctus, *l. si is §. quod dicitur, ff. de iur. dot.* huius formalia verba sunt, *Sed si tantum in fundum dotalem impensum sit, quantis fundus est, desinere eum dotalem.* &

233 ratio est, quia maius dignum, minus trahit, *l. cum quæritur, ff. de stat. hom.* & quando magna materia speciei accedit, species materiæ cedit, *Condan. lib. 3. comm. cap. 6.* & in territorio defensæ possessoris industria arboribus plena, ex quauis prætensa legitima causa, ab ea auocari non potest, *Auend. de exeq. mandat. cap. 12. ex num. 23. par. 1.*

Prædictis conferunt *text. in l. 1. §. si quis à nemine, ff. ne quid in loco publ. & l. 1. C. de diuer. præd. lib. 12.* quibus cauetur, *Si quis*

234 *in publico, sine licentia ædificauerit ædificium, quamquam solo cedere debeat*, ex *§. cum in suo solo, Inst. de rer. diuis.* nè Vrbs attamèn deformetur, suoq. labore priuetur possessor, allegata iura dictant, potiùs censum pro solo proportionabilitèr imponi, quàm ædificia corrui; vndè si hoc procedit in mala fide ædificante, ac nullitèr sine Principis assensu, qui omninò requiritur, *Reg. de Pont. de abund. §. 4. num. 5.* & nè ciuium aspectus ob locum dirutum infestetur, ædificium non est auferendum, quò fortiùs in casu nostro, vbi bona concessionis fides, immemorabilis consensus, maximaq; melioratio adsunt, & non de publica deturpatione, sed de publica vtilitate, & necessitate tractatur, quæ causæ voluptati præponderant, *l. voluptariæ, ff. de impens. dotalib. Petr. de potest. Princ. c. 4. p. 3. n. 48.*

Erit ergò concludendum, nostrum assumptum nullam à rationis maioritate difficultatem pati, *Euerard. loco Topic. 81.* cuius conclusionis ampliatio & in priuatis causis procedit, vt excessiuæ meliorationis rōne res auocari nō debeat, *Franch.*

235 *decis. 110.* Insupèr est aduertendum in casu nostro de melioratione in Vniuersitatis solo, non autèm alieno facta tractari, cum suprà probauerimus, territorium eius

eius esse demaniale, & Baro ob minimum
ius pro sui vsus seruitute totam rem ci-
236 uium respectu vendicare non potest,
Afflict.decis.80. Sed maiores in rei adiudi-
catione partes habentes sunt præferendi,
*l.sancimus,§.ne autem,C.de donat.Capyc.de-
cis. 36.* & maximè pro publica vtilitate,
237 *l.1.C.de com.seru,* vbi minor pars in pre-
latione præfertur ex publico fauore,licet
maior dissentiret.Vndè èx hoc tantùm as-
sumpto omnis cessare debet difficultas.

Remanet obiectioni, quæ ex hoc as-
sumpto fieri posset,satisfaciendum, vt si
res auocari non posit, saltim proportio-
nabilitèr vsus in censu Baroni correspon-
dere deberet, vt præallegata iura induere
videntur, quæ solutio cum ex *seq.art.* de-
pendeat, nè idem repetamus, ibidèm op-
positionem sic explicabimus.

Quintò semper à maiori arguendo, vt
omnis dubitatio, & hesitatio tollantur,
suppositum sermonem continuando,con-
238 cessionem videlicèt esse nullam,pro co-
ronide consideremus, hanc prætensam
nullitatem nil aliud, quàm ad pristinum
reductionem denotare posse, *cap. ab exor-
dio 23.dist,l.quod si minor, §. restitutio,ff.de
minor.* Cum ergo territorium concessum
Vniuersitatis esse demaniale, vti sunt &
cætera, & præcipuè nemora,suprà plenè
demonstrauerimus, aliud per Baronem
prætendi nòn posset, quàm vt hæc defen-
sa, vt Vniuersitatis demanialis locus te-
neatur, vti sunt montaneæ, & nemora ar-
boribus plena publico ciuium,& commu-
nitatis vsui destinata, & hoc casu vsus vti
primo ciui Baroni competit,quando Vni-
uersitas vtitur,seù ad ciuium commodita-
tem dicta nemora destinat;sed quando pro
publicis necessitatibus fructus vẽdere vel-
let,tunc Baro nil prætendere potest, & ab
vsu arcetur, & pecunia in communem ar-
cam est conuertenda, vti sempèr sic in
ista Terra seruatum fuit, quando Vniuer-
sitas ad liblitum pascua locauit, & suos in
vsus seruata iuris communis, & Regni
forma introitum conuertit, & sic de iure
239 respondet *Frec. auth.46.* cuius verba vti
necessaria sunt hæc: *In demanialibus Vni-
uersitatis Baro habetur vt ciuis, & non vt
Dominus, & vti talis potest commoditatibus
vti,sed si Vniuersitas eligeret vendere glan-
des, herbam, aquam, & reliqua non poterit
Baro se intromittere, sed pecunia conuertere-
tur in oneribus Vniuersitatis,* & ità posteà
decisum fuisse refert *Franch. decis.* 197.
cùmq; Baro vti cęteri ciues, quando eorũ
animalia certis temporibus pascuntur
hac vtatur defensa, & solùm quando Vni-
uersitas eius fructus vendit pro eius one-
ribus,pecunia in publicum conuertitur,
ergo conqueri Baro nequit,dùm vllum ex
facta concessione damnum sentit, & pro-
indè nil remisisse, & Vniuersitati dedisse
dici potest,nisi defendendi prerogatiuam,
& pęnas contrà damnificantes consequen-
240 di, quorum pænę in istis locis integrè
Vniuersitatis esse debent, *Auend.cap.13.
par.1.num.6.& cap.1.num.13.* Sed in cæte-
ris Baronis respectu ea est demanialis, cũ
vsum habeat,qui de iure in defensis Baro-
ni non conuenit, sed in demanialibus tan-
tùm, *de Pont.cons.97.*

Quo assumpto sic fundato,obiectioni in
præcedenti oppositæ articulo, vbi hic eã
explicare promisimus, ex prædictis re-
spondemus. Adduximus ibi,magna melio-
ratione in re facta rem auocari non pos-
se, sed potiùs proportionabilem censum
supèr ea insigi, & dum iste locus contro-
uersus erat; defensa Vniuersitatis indu-
stria, & facto arboribus euasa florens, ex
quo pretium in summo fuit adauctum,
nullo iure ex quauis prætensa causa de
loco auocando tractari poterat;objici po-
tuisset saltim habito respectu ad tempus,
quo fuit facta concessio, pensionis onus
Vniuersitati supponendum,vt quid solue-
ret annuatim, sed ex hoc quinto princi-
pali supposito hæc tacita tollitur obie-
ctio; nam in casu nostro, vt demonstraui-
mus,Baronis interesse cessat, quia nullum
sibi,ex hac territorij commoditate Vni-
uersitati concessi, fuit præiudicium illa-
tum, ergo onus imponendi causa cessat,
Afflict.decis.135. & consequentèr nullita-
tis oppositio fundamentum non habet;
nam damni, & præiudicij ratione feuda-
lium non permittitur alienatio, vt in
Const.Diuæ Memoriæ, ibi, *Minuendis,* vt cõ-
241 siderant ibi DD. ad *text.in l.scio,ff.de
restit. in integr.* vbi minor pro minimo dã-
no non restituitur, & *glos.* damni quanti-
tatem Iudicis arbitrio remitti explicat, &
Afflict.decis.305.num.6. esse in hoc perso-
narum qualitates attendendas declarat, &
singularitèr ad casum nostrum *Paris. de
reintegr.feud. q.5.num.7.* qui Barones ali-
quod de feudi demaniale pro subditorum
commoditate concedere posse concludit,
maximè si in alijs vasalli correspondeant,
allegat *Andr. in Const.Dignum,* ibi, *Et quod
Baro concedit de seruitio demanij compenset
in alio.* Hinc est, vt de iure Baro, & vasalli
242 correlatiui dicantur, & vicissitudinariũ
intèr eos, & ius dispositum, *Afflict.dec.265*
vndè parilitas intèr præfatos sempèr es-
se obseruanda dicitur, & pro conclusione
posuit *Capyc.in inuest.ver.parilitas,* & ideò
limitatur regula feudalium alienationis
in vasallos factæ, si aliundè feudum vtili-
tatis recipiat correspondentiam, vt iure
substineatur: quia non minuitur feudum,
si quid vasallis in eorum gratitudinis re
tri-

tributionem concedatur, *l. munerum, §. preterea habeat, ff. de muner. & honorib.* ibi, *Quod genus collationis munus est.*

Gratitudines, & donatiua continuò præsenti, & prædecessoribus Dominis ab Vniuersitate præstita longum esset referre, sicq. vtilitates, & commoda, quæ quotannis Barones in strenæ donatiuis percipiunt, & in expensis, quas vasalli circa
243 pertinentia ad feudum, & iustitiæ ministeria ad Barones spectantia præstant, vt dixi *pragm. 19.* & refert *Auend. cap. 10. par. 2.* seruitia personalia, & realia, quæ subditi ad hoc de iure non obligati, sed ex gratitudine præstant, tot grauamina, & afficiatorum extorsiones sufferre, patientia hæc operatur, vt feudales introitus duplicatè vendantur, quæ omnia correspondētia merentur, cùm nec ius, nec immemorabile, vel mille annorum tempus obligationem pariat, nec ius Baronibus tribuat, vt DD. concludunt, & dixi suprà *pragm. 1. par. 3.* & nunc addo *Auend. cap. 5. par. 2.* gratitudo enim præiudicium non parit.

Hæc omnia omnem in summo prætensionem ex aduerso superant, & nobis ad propositum redeuntibus ex his benè constat, istud quintum suppositum firmissimum esse, & concessionem, quę controuertitur, nil officere feudo, & vanam esse omnem ex aduerso prætensionem, etsi cōcessio nulla esset.

Quibus omnibus sic explicatis, qualitèr omni via iustitia pro Vniuersitate fiat, lucidè constat, & legitimæ in eius defensę dominio inquietari non potest, non dico in eius possessione, cum vanum mihi de possessorio verba facere videatur;
244 constat enim tam per prędictam concessionem, quā per assensum, aliasq. scripturas de immemorabili: nam non solùm per testes, sed fortior est probatio per scripturas in antiquitate probanda, *Gabr. concl. 1. num. 38. de præscript. Gram. cons. ciuil. 135.*
245 & ex tituli initio allegata de pręsenti possessione in preteritum continuatio præsumitur, *DD. in l. si possidetis, C. de prob. Gabr. concl. 10. de præsump.*

Vltrà quod sola suffragantis iuris pręsumptio cum possessionis allegatione est ad contra Barones decernendum sufficiēs, vt abundè dixi in *pragm. 1. par. 3.* & nunc addo in dubio semper contra eos in pos-
246 sessorio esse decernendum, ob difficultatem, possessionem à manibus eorum in plenario iudicio auocandi; nam authoritas, potentia, & subterfugia, quibus Barones vtuntur, vt communitèr ex accidentibus videtur, operantur vt miseri vasalli aut duriùs eorum iura exequantur, vel ea ob difficultatem multotiès relinquant, vt in simili notant *Bart. in l. 2. ff. de appellat. Boer. decis. 238. Auend. de exeq. mand. cap. 4. n. 14. par. 1.*

Et propterea vndequaquè possessionē suam vasalli defendere debent ad damnosum circuitum euitandum; melius est enim antè tempus occurrere, quàm post
247 remedium quærere, *l. 1. C. quando liceat sin. Iud. se vind.* & etiam armata manu resistere possunt, quia armorum vsus in casibus istis, si vera sit eorum possessio, est permissus, *Bald. in l. 1. C. vnde vi. Auend. loco præcit. num. 25. in fin. & cap. 10. par. 2. num. 2.*

Vel si scandala timeant, & potentiam, nè sibi pręiudicium fiat, Superioris officium pro conseruatorio, nè turbentur, implorent, de qua materia dixi in *prag. 1.* & latè *Valasc. consult. 69. Ioseph. Sese de inhib. cap. 6. §. 1. & Doct. in l. si super possessione, C. de transact.* & hęc satis, dùm contrà meum solitum extiti prolixus, vt supplicantibus, & omnia singula per me explicari petentibus morem gererem.

248 Postremò consultus sui, vt responderem, an in turbationum, & Communitatis iurium vsurpationis casibus non solùm Vniuersitas, sed quilibet ciuis apud Superiores pro conseruatorio comparere possit? dico, populares actiones per quem-
249 libet ciuem proponi posse; ille enim singulis vt singulis competunt, *l. eum, qui, §. in popularibus, ff. de iureiur. tot. tit. ff. de popular. act. Ancb. cons. 26.*

Imò huiusnodi suscipiens actionem dignè Pater Patrię vocetur, & honoretur, ad *text. in l. 3. C. de his, qui spontè pub. mun. suscip.* ibi, *Eum pro sua liberalitate Patrem*
250 *vocari mereatur*, & talia gesta perpetuę ciuium memorię sunt mandanda, & hi, eiusq. posteri vti de fideli, & zelanti stirpe in honoribus, & prerogatiuis sunt pręferendi, prout è contra infideles ciues cōtra publica commoda laborantes, & ma-
251 chinantes sunt perpetuò notandi, & ab omnibus muneribus, & honoribus cum descendentibus arcendi, ad *text. in l. si cohortalis, C. de cohort. lib. 12.* ibi, *Cui maiorum suorum exempla præiudicant, ita quod omnis honor, atque militia contagione huiusmodi segregentur.* & ciuis, qui hoc munus
252 Patriam defendendi assumpserit, nè suo sumptu laboret, vt Vniuersitatem ad subministrandas litis expensas cogere possit, de iure conceditur; quod enim commune est, iustum, ac congruum reputatur, vt ab omnibus approbetur, & communibus expensis sustineatur, *Bald. in l. ab omnibus, §. si Titia, ff. de legat. 1.* & in indiuiduo *Auēd. cap. 10. num. 19. par. 2.*, qui subdit, Superiores ex officio Communitatem cogere posse iustis coràm eis propositis ad se defen-

den-

dendam, quia Principis interest, suos subditos non vexari, & dotem eis traditam, vel auctam non minui, vel ad alios transferri, *Suarez allegat. 7. Couar. pract. qq. c. 37.*

Credo (ni fallor) huius negotij me veritatem demonstrasse, mihiq. pro certo persuadeo, dictæ Vniuersitatis Baronem his perpensis, nil aliud, quàm Iustitiæ causam inuestigare prætendentem, vti eius generosos prædecessores, tanquàm humanissimum, & omni virtute præditum faciliorem esse in obseruando, & singularem vasallorum in ipsum deuotionem non despicere, ac pacis vinculum inuiolatum non frangere, sed maiores gratias conferre, vt tantum virum decet; cùm Principum magnificentia circà liberalitates, & beneficia subditis conferenda versetur, vt dixi in *Rubric. comm. de Baronib.* & ità indubitati iuris esse censeo.

Io. Franciscus Capiblancus.



SVMMARIVM.

1 *Barones sunt primi ciues, & omnium ciuiū commoditatibus, moderatè tamen, vti possunt. Non autem vti ciues teneutur ad onera, & gabellas.*

2 *Barones, an ciues Neapolitani dici possint, pro sortiendo Neap. foro?*

3 *Barones eius Prouinciæ Præsidis forum sortiuntur, vbi contrahunt, siuè delinquunt.*

4 *Ciuis assumptus, vel à iure allectus, licèt iurisdictionis priuilegium alio trahere possit, forum tamen, vbi absumptus existit, sortitur.*

5 *Archiepiscopus in suffraganei loco delinquens eius forum sequitur.*

6 *Officiales perpetui in Magna Curia omnium ordinario Iudice, conueniuntur.*

7 *Neapolitani oriundi, vel in alio loco contrahentes, an ibi forum sortiantur?*

8 *Episcopus, Abbas, Officialis, Miles, cæteriq; religiosi, tanquam alij ciues existimantur.*

9 *Barones, an priuilegijs ciuibus particularitèr concessis fruantur?*

10 *Barones vti ciues ad collectas, & bonam tenentiam suis in terris pro burgensaticis tenentur.*

11 *Rex à collectis pro burgésaticis nō est liber.*

12 *Barones pro ijs, in quibus in suis terris commodum habent, contribuere tenentur.*

13 *Immunes ab onere non eximuntur pro causa, ex qua aliquod habent vtile.*

14 *Barones collectis, vel gabellis pro mercib⁹, & negotiationibus obnoxij sunt.*

15 *Fructus feudi collectis non subiacent,*

16 *Merces, & industriam exercere differunt.*

17 *Populi murmuratio pro dissensu habetur.*

18 *Baro an pro feudi fructibus ab exiturę iure, quod Vniuersitas habet, sit immunis?*

19 *Emptores à franchis ementes, an à gabellis existant exempti?*

20 *Barones an vti eiues impertinentibus ad Vniuersitatis regimen se interponere valeant?*

21 *Baro pater, eiuiumq; dicitur protector.*

22 *Baro, vt Sindicorum rationes cum sui Officialis interuentu reuideantur, num petere possit?*

23 *Rationales Sindicis dare de iure Baronum erat.*

24 *Administratio iustitiæ ab Vniuersalium bonorum administratione differt.*

25 *Zelus Baronis iugitèr est per superiores inspiciendus.*

26 *Qui prohibere potest, & non prohibet, culpa non caret.*

27 *Baro vti suorum vasallorum protector, ipse citatur, comparetq; in parlamentis, in quib⁹ tot habet vices, quot detinet terras.*

28 *Baro quòt in Vniuersitatis demanialibus animalia tenere poterit?*

29 *Pascui qualitas, & quantitas iustum est arbitrium, Baronum vsum indicandi.*

30 *Pascua an intèr Baronem, & Vniuersitatē, diuidi possint?*

31 *Aqua vsus quomodo intèr Baronē, & Vniuersitatem diuidatur.*

32 *Subditi, Baroni exteros fidare volenti, præferuntur.*

34 *Barones, an vsum sibi in Vniuersitatum demanialibus debitum vendere, vel cedere queant?*

34 *Seruitus vtrum diuidi, & cedi possit?*

35 *Vsus qualitèr diuersimodè interpretatur?*

36 *Vsus vltrà proprium negotium aliàs subditi necessitates comprehendere dicitur.*

37 *Vsusfructus non vt commoditas cedi, vendiq; potest.*

38 *Locata terra Baronis vsus personalis translatus non censetur.*

39 *Baro criminalis an ciuis dicatur, à prærogatiuis, vt ciuilis Baro fruatur?*

40 *Baro ciuilis dominus dicitur, & ei sua arma depingere competit; quod non est in criminali.*

41 *Vsum in re, vel rem ad vsum concedere, multum differunt.*

PRAGM. XII.

CAROLVS QVINTVS.

Volumus etiam, ut ipsi Barones, & alij utiles Domini Terris, & nemoribus communibus,

uel demanio moderatè utantur, & quamuis uti primi ciues, ciuium priuilegijs, & bonis uti possint, debent talitèr uti, ut suis commoditatibus satisfiat, & Vasalli à pascuis, & nemoribus, ac cultura non arceantur, quod ubi casus euenerit, nostro, aut nostri Viceregis arbitrio, reseruamus pœnam.

Comm. Pragm. XII.



1 ONTINVATVR hęc pragmatica cū dictis in præcedenti, licèt enim Barones, vt primi ciues priuilegijs, suarumque terrarum commoditatibus in pascuis, nemoribus, & similibus vti possint, moderatè tamen eis vti debent, adeò vt Vasallorum commoditatem non absorbeant, vndè notatur primò, Barones ratione dignitatis dici ciues in eorum terris, & ipsorū priuilegijs gaudere, *glos. in l. ciues, & in l. seq. C. de Incol. lib.* 10. *Marc. Anton. Surg. de Neap. Illustr. fol.* 299. & est singulare, Baronem in omnibus suis feudis dici ciuem, cum regulariter in loco originis, & domicilij, quis tantùm ciuilitatem consequatur, vt in *d. l. Ciues, Gaill. obseru.* 36. *lib.* 2. *Frecc. de subfeud. auth.* 46. *n.* 4. quia sicut Officialis est ciuium caput, vbi præest, vt inferius *n.* 8. sic & Baro; & sicut miles vbi militat dicitur ciuis, *l. municeps, la* 2. *§. fin. ff. ad municip.* ità Baro, qui miles dicitur iuxtà *tit. de milit. vass.* & dicūtur ciues quo ad honores, nō quo ad onera, scilicèt, gabellas, *gl. in d. l. Senatores*, dùm subeūt onera maiora regiminis, *Fontanell. dec.* 513. *n.* 6. & eisdem prerogatiuis gaudet eorum familia, *glos. in marg. in l. ad personas, ff. de Iure iur.* Item Barones etiam ciues Neapolitani dici possent, nam dùm
2 Ciuitas Neapolis est caput, & Regis Metropolis, & Barones realis corporis membra nuncupantur, vt diximus supra in *prag.* 3. *n.* 6. ac Regij Consiliarij *in rub. n.* 55. proindè vti de gremio Vrbis, & fori prærogatiuis eius officialibus concessis potiri deberent, vt infra *n.* 8. & diximus supra *prag.* 8. *par.* 2. ex *n.* 262. *& in rub. n.* 19. Et sic per S. C. fuisse decisum in anno 1619. refert *Thor. in suo comp. dec. verbo Baro externæ nationis*, & declaratur *to.* 2. *cap.* 85. sine tamèn difficultate magnæ Curiæ forum sortiuntur ex *rit.* 46. & ibi *Carau. n.* 16. Regis enim officiales dicuntur, *Affl. in cōst. Capitaneorum, & cōst. Pœnam eorum, Franch. dec.* 211. *n.* 7. *& dec.* 274. *n.* 3. & ratione feudorum, Barones ad decimas tenentur, *Doct. in cap. Regni,* 93. scilicèt ad decimam personalem, si ibi diuina audiant, ad prędialē verò, vbi redditus burgensatici percipiuntur, *Rebuf. de decim. q.* 5. *n.* 25. *Reg. Tapp. in cōstit. Quanto, n.* 19. *de decimis.* Nec repugnat, Barones contractus, & delicti ratione in suis terris ordinarij Præsidis Prouinciæ
3 forum sortiri, vt per *Capie. dec.* 59. qui iudicatum refert, Regiam Audientiam Calabriæ legitimè contra Baronem circa expositam quærelam de spolio processisse, & sic obseruari, ait *Carau. in d. rit. n.* 6. *&* 8. *in fin.* & sequitur *Ann. singul.* 57. Nam Regiæ Audientiæ in eorum Prouincijs, ordinarij Iudices dicuntur, vt in *const. Iustitiariæ per Prouincias*, & in eas sunt M. Curiæ prærogatiuæ transfusæ, vt diximus supra *prag.* 5. *n.* 70. vndè nimirùm, si in eorum districtu contra Barones ibi commorantes procedant, & alias rationes adducit *Frece. tit. de offic. Mag. Cancel.* licèt enim quis sit à foro exemptus, si tamèn alicuius loci ciuis efficietur, illius ordinarij Iudici subijcitur, ex *tex. notabili in cap.* 1. *§. fin. de priuil. in* 6. secùs si in terra,
4 in qua ipse non esset Baro, delinqueret, tunc forum ratione contractus, vel delicti sortiretur, licèt posteà remittendus esset, *Franc. Marc. decis.* 218. *par.* 2. & est *text. in cap. cum inferior, de maior. & obed.* vbi
5 Archiepiscopus in suffraganei loco delinquens, eius forum non sortitur, secùs si in alterius Diœcesi loco delinquat, nam ab ordinario cognosci valet, *l.* 2. *in fin. C. vbi senat.* vndè si Neapolitanus, vel alius priuilegiatus degat, & domicilium extra
6 Ciuitatem habeat, in loco, vbi commoratur, conueniri poterit, *Gram. dec.* 81. *Vrsill. dec.* 384. prout Regij Consiliarij, qui licèt sint in magna dignitate positi, tamē in ciuilibus forum Mag. Curiæ sortiuntur *l. Curiales, C. de decur. lib.* 10. *& Add. ad Capyc. dec.* 9. Indè oriundi Neapolitani, vbi degunt, sine immunitate contribuere
7 debent, *Rouit. in prag.* 2. *de immun. Neap.* & proindè commoditatibus, vsu, & priuilegijs, vti alij subditi, & ciues fruuntur, nam, & Episcopus, Abbas, & miles simi-
8 litèr pascuorum cæterorum commoditatibus fruuntur, *DD. in l. assumptio, ff. ad municip. Ann. sing.* 365. gaudentq; societate, & cōmunione cū alijs Vniuersitatibus conuicinis inita, *Paris. d. verb. ciuilitas, Guid. Pap. dec.* 631. Sicq; & officiales dicuntur ciues, & ciuium capita, *l. senatores, C. de incol. lib.* 10. *Bal. in l. obseruare, §. proficisci, n.* 12. *ff. de offic. procons. D. Anton. Surg. de Neap. Illust. cap.* 17. *n.* 18. *Paris de sindic. verbo ciuilitas, Frāc. Marc. dec.* 217. *Carau. rit.* 301. *n.* 21. sic & clerici, & Religiosi, ex *gl. in d. l. ciues, Mastr. dec.* 49. *Ann. sing.* 185. licèt exteri, *Boer. dec.* 240.

240. Episcopi Vicarius, *Surd. dec.* 129. vndè notatur, non solùm natales, verùm
9 etiam assumptionem, & officia ciuilitatē conferre, *Add. ad Capic. dec.* 209. Idem intelligo de Barone criminali, vt infrà *n.* 39. Et an Barones priuilegijs ciuibus ex particulari priuilegio concessis etiā gaudent? vide *Rouit.* hic *n.* 5.

Et tandem Barones, etsi pro feudalibus sint ab oneribus immunes ex *cap. Regni Porrecta*, debent enim seruitium pro feudis, vndè non sunt duplici onere grauandi, *And. in cap.* 1. *§. & extraordinaria collatio ex n.*55 *in fine, quæ sint regal.* & sic pro muneribus personalibus, *Boss. tit. de Princip. n.* 101. pro burgensaticis tamen, ad onera, vt bona tenentes tenentur, prout soluunt exteri, *Antib. de muner. & honor. par.* 3. *§. quaro, Luc. de Penn. in l. cum*
10 *dinus, C. de omni agro desert. lib.* 10. *Frāch. dec.* 197. *n.* 19. *& in prag.* 26. *de vectigal.*
11 imò & Rex burgensaticorum ratione, non est exemptus, *Capic. in inuest. verb. collecta, vers. Princeps & vers. Domini*, prout inter Vniuersitatem Cotroni, & eius Baronē Actuario de Ferrarijs decisum fuit, sed si Baro ciuium bona in catasto posita emat, pro eisdem oneribus contribuere tenentur, & non vti bona tenens, ex quo bona oneribus realibus affecta in quemcumq; immunem successorem, cum eisdē pensionibus transeunt, maximè si ea sint certa, & perpetua, & iuxtà imminentem necessitatem non varientur, *Nigr. in cap. Regni* 198. & in *rub. de vit. & honest. cler. n.* 76. *Petra de pot. Princip. cap.* 4. *Graß. de effect. cler. eff.* 3. *ex n.* 154. *Reg. de Marin. resol. cap.* 47. & dixi supra *prag.* 10. *n.* 54. Asserunt, & aliqui Barones ad murorum refectionem, Medicorum salaria, & ad alia teneri, de quibus participant ex *text. in l. fin. C. de quibus mun. vel præst. nemin. lic. se excus. lib.* 10. prout etiam Clerici, licèt exempti, ad talia sunt obligati, do-
12 nec de beneficio participant, *l. ad instructionem, C. de sacros. Eccles.* & ibi *Doct. Mastrill. dec.* 49. *Reg. Reuert. dec.* 36. *&* 439. & dixi supra in *prag.* 8. *par.* 2. sic & contrà patrem onustum, *Tess. dec.* 267. *Marāt. consf.* 81. *Campa. in clemēt. de vit. & honest. cler. n.* 115. *cum seq.* & an Barones ad territorij custodiam contribuere teneantur, & an pro bonis demanialibus? vide *Cāp. cap. Regni Porrecta*, & in *cap. Clandestini, n.* 33. *Rip. in l. si se nō obtulit, n.* 33. *ff. de re iud.* Item ad gabellas, & collectas de lucro, quod ex negotiatione extrà feudi fru-
13 ctus percipiunt, tenentur, nam de frumētis, ouibus, & porcis, qui ex nemoribus suis impinguantur, Baronibus mercari, permutare cum alijs mercibus absq; ga-
14 bellæ onere licet, secùs si ad feuda nō pertineant, vt pro industria ex pecunia, ex feudi fructibus redacta, & pro animalibus, quę nō sunt ad vsum feudi destinata, *And. in cap.* 1. *§. & plaustrorum. n.* 58. *quæ sint regal. Luc. in l. si quot. C. de bon. patrim. lib.* 10. *Marc. Anton. Surg. in add. fol.* 384. feudales enim introitus Barones negotia-
15 ri possunt, & immunes sunt, *Capic. in inuest. verb. feudorum immunitas, Franch. dec.* 128. non inquam dicitur mercator, qui de suis fructibus negotiationem gerit, *Bart. in l. legatis seruis, ff. de leg.* 3. *Cancer. var. resol. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 12. *Carau. rit.* 45. se-
16 cùs de alijs negotijs extra feudum, *Rosental. de feud. cap.* 5. *concl.* 78. *Maur. alleg.* 16. *vol.* 1. *Mastrill. de Magistr. lib.* 4. *cap.* 17. *n.* 73. & ità vidi decisum in S.C. pro Vniuersitate Lauri cū Marchione, Actuario Cioffo, licèt de facto Barones hoc parùm obseruent, sed in animæ iudicio, non sunt securi, cum pauperes subditi nō obstent,
17 sed eorum murmuratio dissensum inducit, & præscriptionem interrumpit, *And. in cap.* 1. *quæ sint regal. vers. extraordinaria.* Sed quid si Vniuersitas priuilegium habeat exituræ, & platearum, & ius exigendi gabellam, vel aliquod vectigal de animalibus, vel frumētis emptis, cęterisq; quæ foras venduntur, an fructuum feuda-
18 lium emptores ad gabellæ, vectigalis, & exituræ solutionem cogantur, & per prędicta emptores immunes esse videntur, quia immunitas in Baronis, qui eò magis
19 uictualia uendit, redundat beneficium, dùm sine onere illo emptores emūt, *Bald. in cōs.* 31. *Peregr. de iure fisci tit. de cōduct. gabell. n.* 21. *Capic. in inuest. ver. feudorum immunitas*; contrarium tamèn est dicendū, exemptionem, & immunitatem ad emptores nō transire, licèt ipsi à personis immunibus, & Ecclesiasticis emerent, ad *tex. in l. locatio, §. fin. ff. de publ. & vectigal. glos. in dem fin. ver. non negotiandi de cens. Camp. indem. de vit. & honest. cler. n.* 123. *Archid. in cap. pen. de cens. Bald. cons.* 31. *Boer. dec.* 213. *n.* 19. *Rolan. cons.* 61. *lib.* 4. & latè *Fōtanell. dec.* 300. *cum seq.* priuilegiū enim personale illius personam, cui concessum fuit, non egreditur, vulgata *l. quia personale, ff. de sol. matr. Reg. Reuert. dec.* 18. 32. *&* 192. *Reg. Tapp. in l. fin. de const. Princip. par.* 2. *cap.* 3. *à n.* 73. Imò immunitas Baronibus pro feudalibus fructibus concessa, eorum conductores nō comprehendit, si in pecunia soluant, & si ad partem fructuum colant, immunitas pro ea tantùm parte, quæ datur Baronibus præstatur, ut ex multis comprobat, & decisū refert *Reg. Rouit. dec.* 71. *& Reg. Reuert. locis citatis*; à Regiarum autèm Dohanarum iuribus Barones pro feudalibus fructibus ex obseruantia immunes non esse

tradit *Reg. Moles in suis decis. q. 20.*

Sed an Barones uti ciues non solùm dictis commoditatibus gaudeant, sed etiam
20 ad Vniuersitatem statum pertinentibus se audiri petere ualeat, & uti alij ciues, se interponere, & legitimè comparere possint, Sindicorum, aliorumq; officialiũ Vniuersitatum computa reuideri petẽdo, & mandare computis assistere suos officiales. Dixi in præcedẽti *prag.* Baronẽ uti primum ciuẽ cuiusdam Vniuersitatis nemoris venditioni contradicere posse, *Franch. decis.* 147. vndè vti talis etiam supradicta gerere posse videtur, vltra quod
21 ipse dicitur protector, & defensor, & eius interest, vt sua Ciuitas benè regatur, & vti defensor suorum vasallorum pro eis comparere potest sine mandato, *l. nam postea, § iusiurandum, ff. de iur. iur.* & etiam vasallorum pater nuncupatur, ad *text. in l. 2. in fin. C. de debit. ciuit. lib.* 11. & sicuti pater subiectorum salutem inuestigare tenetur, argum. *l. 3.* ibi, *Nam salutem, ff. de offic. Praefect. vigil.* & in his terminis firmat *Guid. Pap. decis.* 631. *ex num. 29. vers. ad quartum dubium*; ità & Baronis interest videre, nè pauperes opprimantur, quod potissimè ex malo regimine prouenit, & de iure diuino illi custodes reputantur, qui super oues inuigilare debent, *cap. oportet* 81. *dist.* vndè Psalmista, *Ecce non dormitabit, neq. dormiet.* & custos furtis, rapinis, & damnis resistere
22 tenetur, & omni via lupos baculo, vel canum latratu, quæ iustitiam designat, arcere debet, *Genes.* 32. & in Regno est statutum in *prag.* 5. *§. pen. de admin. Vniu.* Barones præcipuam habituros esse curam, vt Vniuersitatum introitus per Sindicos, &
23 Electos benè erogentur, & administrentur, ac eorum rationes reuideantur, cum onus eis, vti primis ciuibus competat. Imò eos audiri, & Rationales dari dixerunt *Ann. alleg.* 130. *num.* 15. *Auendan. de exeq. mand. par.* 1. *cap.* 9. *Bouad. lib.* 2. *Polit. cap.* 16. *num.* 50. *Escobar. de ratioc. cap.* 42. *Cancer. var. resol. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 451. contrarium tamèn substinent *Crau. cons.* 238. *Vrsill. decis.* 265. *num.* 15. ista iura ad Decuriones pertinere, vt introitus rectè dispensentur, & prædecessores Sindici rationes reddant; nam vt dixi suprà *prag.* 3.
24 vnum est regimen ad Baronem circa iustitiam ministrandam pertinens; aliud verò Vniuersitati competens, cui Barones se ingerere non debent, cum sub charitatis zelo vtrumq. sibi vsurpare possent. Vndè distingue, aut Baro rationes per prædecessores reddi petat, vt soluant quod debent, & est iusta petitio; interest enim Baronis, nè vniuersitates depauperẽtur, ac ad suam administrationem pertinet, iustitiam ministrari, vt debitores soluant, aut expeditas rationes per suos Officiales reuideri prætendit, & quia hæc ad suam iu-
25 risdictionem non pertinent, non poterit, cum vt plurimum hoc faciant, vt ex ijs aliquod maleficium, vel erogatum contra Pragmaticas pro eorum marsupio inquirant, & hoc casu renuente Vniuersitate non poterit: verùm si apud Superiores Rationalem petierit suis, non autem Vniuersitatis expensis permitteretur, *Frecc. auth.* 18. *de subfeud. Rouit. in pragm.* 2. *nu.* 2. *tit. de admin. Vniuer.* vbi etiam habetur, Fisci, nec nè Baronis sint Sindicorum contrauentionum pœnæ. Imò existente lite inter Vniuersitatem, multotiès impeditur Commissarius, quando Superiores non ex charitatis affectu hoc peti intuentur, & notant *Doct. in l. contra, vbi Luc. col. pen. C. de re milit. lib.* 12. dicens multa esse Baronibus ex bono zelo, & pro Vniuersitatum vtilitate comparentibus concedenda; verùm si ob calumniam, etiam in licitis denegandus est assensus. Et si hoc pietatis officium verè per Barones exerceretur, vtiq. tot ciuium latrocinijs obuiam iretur, & Vniuersitates non depauperarentur, & negligentes apud Deum non excusarentur, cùm per diuinam, & humanam legem bono plebis regimini præesse
26 sint obnoxij; qui enim prohibere, & non prohibet, vel subuenire potest, & non subuenit, in culpa est; ipsi enim membrorum caput dicuntur, cuius est alia tueri, & gubernare, *Frecc. fol.* 214. nam Deus Superiores creauit, nè otientur, sed vt præsint subiectis, & abundè dixi *pragm.* 3. quò enim maiorem dignitatem habent, eò magis sunt Deo, & hominibus debitores, cũ Principatus ad aliud non sit inductus, nisi ob ciuium vtilitatem, *Vasq. in præf. contr.* sicq; concludendum videtur, Barones omnibus priuilegijs, cõmoditatibus, & actionibus, tanquàm ciues vti posse, dummodò se compatiantur, & manum in vsurpanda iurium, & officiorum ad Vniuersitatum regimen pertinentium iurisdictione non extendant; licèt enim vti ciuis Baro aduersus parlamenta oppugnandi ius habeat, *Ann. allegat.* 15. quia vti pater, vt suarum terrarum bona rectè gubernentur, & conseruentur curare tenentur, nè in collapsum cedant proptèr commune
27 interesse: vndè consuetudo inoleuit, vt ipsi pro suis terris in generalibus parlamentis pro donatiuis conuocatis compareant: & quot terras Baro possidet, tot voces pro illis habet, *Reg. de Ponte de regal. impos. num.* 24. *&* 35. *Capan. de iure Adhoæ, cap.* 34. *ex num.* 23. Respectu administrationis tamèn patrimonij Vniuersitatis suos habentis administratores, quibus regitur, Baro verè ciuis non dicitur, *Frãch.* de-

decis. 197. num. 19. de Ponte vbi supra n. 35. & propterea intuendus est zelus; nam aut sui, & suæ iurisdictionis ratione comparet, & non est audiendus, aut recta intentione, vt Vniuersitatis bona videantur, ex solita vsurpatione, quæ fit per potentes ciues, & bono, & sancto desiderio non sunt defraudandi, quæ omnia ex Baronis qualitate rectè Superiores arbitrari poterunt.

Tertiò notantur ex Pragm. Barones istius ciuilitatis ratione vsum in bonis Vniuersitatis demanialibus, & communibus habere, non tamèn vt aliorum ciuium commoditatem absorbeant, nam vt dixi in
28 præced. vsum tantùm habent in his bonis, & tanquàm boni socij vti debent, Guid. Pap. decis. 231. dicens, ipsos magnam animalium quantitatem committere non posse; si enim pascua, spicæ, vel glandes mille animalibus sufficiant, dimidiam, vel maiorem partem Baro immittere non debet, cum transcenderetur vsus, sed vti ciuis, & primus tantam immittere debet quantitatem, quantam duo ex ditioribus, Frec. de subfeud. auth. 46. Beltrad. consi. 211. Docto. in l. Imperatores, de seruit. rustic. præd. illius enim prioritatis ratione aliquid plus est eis concedendum, vt hęc qualitas aliquid tribuat, l. si quando, de legat. 1. benè verum, quia duo ita ditiores esse possent, vt cum Barone totam commoditatem absorberent, receptum est, vt fit boni viri;
29 & recti Iudicis arbitrio relinquendum, & cum expertis, pascui capacitate, qualitate, & quantitate consideratis, sic ciuium animalia repartire, vt pro omnibus commoditas diuidatur, Alber. in l. Imperatores, ff. de seruit. quæst. cap. 37. Ann. singul. 80. Franch. decis. 301. in fin. Escobar. de ratioc. comput. 7. Medic. consi. 146. & sic fuit decisum in Sacro Consilio inter Vniuersitatem Vallis Vitulani, & Baronem. Act. Figliola.

31 Sed an aquæ vsus intèr Baronem, & vassallos diuidi possit? seruitus vti indiuidua diuidi non posse videtur, ex l. vsus pars, ff. de vsu. & hab. contrarium tamèn fuit iudicatum inter vtilem Dominum, & vasallos Terræ Solofræ, & pro Marchione Lauri cum Vniuersitate. Act. Cioffo. nam existente discordia circa vsum aquæ fontis demanialis Vniuersitatis, vbi Baro vsus sibi debiti ratione aquæ partem ad palatium ducere prætendebat, & fuit decisum, in aquæ receptaculo tria fieri foramina, & tres fistulas ęneas, in vnoquoquè foramine poni, vt ex duabus aqua ad Vniuersitatis fontem, ex tertia verò ad locum defluat Baronis, qui ad sui libitum eam claudere possit, & expensæ pro tali opere pro duabus partibus ad Vniuersitatem, pro tertia verò ad Baronem pertinere debeant, & hæc fuerunt formalia verba decreti roborati, vt credo ex dispositione text. in l. si quis per diuinam, in fin. C. de aquęduct. lib. 11. & l. si partem fundi, ff. de seruit. rustic. præd. Similitèr an pascua in partes diuidi possint? Nonnulli negarunt ex eadem ratione, quod seruitus diuidi non potest, ex d. l. vsus pars, ff. de vsu. & hab. contrarium verò refert decisum Thes. decis. 71. nam etsi seruitus diuidi non possit, commoditas tamèn per camporum regiones diuiditur, argum. ex l. comm. diuidun. §. cum ex vsufructu, ff. comm. diuid. Cępoll. de seruit. rustic. præd. cap. 9. ex nu. 22. Menoch. de arbitr. cas. 245. Franch. dict. decis. 301. in fin. & Berlich. conclus. 49. ex num. 16. tom. 2. Ex quibus habes, Baronem pro suis mercibus aliorum commoditatem non absorbere, prout correlatiuè, è contra dixi in præced. pragm. ciues similitèr in Baronis demanialibus vsum habentes, ad socidam animalia capere non posse, cum
32 esset vltrà vsum, & Baronis fidam exteris concedendam impedirent, quæ fida est feudi emolumentum, nisi ipsi ciues præferri, & vltrà vsum soluere vellent, Frecc. d. auth. 46. & 41. Ann. d. sing. 80.

Dubitatum quoq. fuit, an pascendi, lignandi, & similium vsus, quem Barones in
33 Vniuersitatis bonis habent, cędi, locari, vel exteris vendi possit pro commoditate ad se spectante, quia forsan ipsi animalia non habeant? & non posse videtur, §. 1. Instit. de vsu, & habit. nam seruitutem locare nemini permittitur, iuxtà verba tex. in l. locare, ff. de locat. & conduct. seruitus
34 enim personam sequitur, vt in d. l. vsus pars, & personalia priuilegia personas nõ egrediuntur, l. quia tale, ff. solut. matr. & similitèr in pragm. 1. num. 157. diximus, Barones prælationis iura, quæ in fructuum emptione, in venditionibus, & alijs multis habent, alteri cędere non posse, Guid. Pap. decis. 411. Ozasch. dec. 156. Franch. dec. 220. sequeretur enim inconueniens, quo omnes ciues, qui animalia non haberent, hoc ius alijs cędere possent, quod nunquam obseruatum vidimus; & si pro Barone dici posset, quod quamuis habeat vsum, non
35 tamèn intelligitur de illo vsu stricto, de quo Doct. in l. 1. ff. de vsu. nam verbum, vti, hic ponitur pro vtendi commoditate, non pro vsus seruitute, Ann. allegat. 84. num. 8. & vsus diuersimodè capitur, l. si quis binas ędes, l. si alij, ff. de vsufruc. Cępoll. tit. de vsuf. 3. declar. & cum pro commoditate vtendi, tam in Vniuersitatis, quàm feudi demanijs interpretari patet; nam animalia nõ solùm pro vsu victus, verùm etiam pro cõ-
36 moditate tenentur, non tamèn pro magna negotiatione, sed pro industria exer-

ce-

cere, quos terminos notat ad multa *Campan.de vit.& honest.Cler.num.128. Marant. in sua praxi*, ibi, *Iudicium mercatorum*; si enim cuius aliqua iumenta, vel animalia teneat, fructusq. & ipsorum partus vendat, vtiquè mercari non intelligitur, sed de ijs industria exercere, & *Franch. decis.489.in fin.* notat, vsum intelligi, non quoad illam negotiationem tantùm, sed vt animalibus venditis, alia, quæ sibi ad victum suppetunt vendere valeat, & *Ann. allegat.48.num.8.* ait, aliquid iure seruitutis habentem, illud locare posse. Vndè etsi commoditas iuris vtēdi in totum cędi nō possit, ad tempus esset permittenda, sic & vsufructuarius cedere non potest, alias vsumfructum amitteret, commoditatem
37 tamèn locare poterit, *l.arboribus, §.vsufructum, ff.de iure dot. Gomes. tit.de seruit. num.17. var.resol.* Verùm non est a prima opinione discedendum, hunc videlicet vsum Barones cedere, vel locare non posse, prout è contrà nèc Vniuersitati licere, ob parilitatem seruandam, & adeò iste casus est personalis, vt ad feudorum condu-
38 ctores non extendatur, *Reg.de Ponte de potest.Proreg. tit.de offic. §.2.ex num.6.* & conferunt notata supra *pragm.8. par.1. ex num.155.*

39 An autèm criminalium causarum Baro hoc ius ciuilitatis priuilegio fruatur, aliàs dixi in *pragm.1. num.64.* Baronem
40 ciuilem dici verum dominium, & arma in suo feudo depingere posse, nèc sub Baronis criminalem iurisdictionem tantùm habentis appellatione venire, *Gramm. cons.ciuil.68.* & proindè beneficio *Constit. Quamplurimum adiutorijs petendis* non gaudet; contrarium tamèn sentio, Baronem criminalem ciuilitatis priuilegio gaudere; nam miles, & Abbas licèt exteri, dum resident in loco, reputantur vti ciues, sic & Officiales, & Episcopi eò fortiùs, qui militat, & Præses est iustitię pro coercendis criminibus, *Bart. in l. assumptio, ff.ad municip.Doct.in l.ciues, C.de incol. lib.10.*

41 Nota etiam, aliud esse habere vsum in re, aliud habere vsum ad rem. De primo casu hic loquuti sumus. Secundus verò casus plenum denotat dominium, *Doct.in l.donationes, §.species, ff.de donat. Capyc.decis. 188.* vbi concessa defensa ad vsum pro ciuium bouum commoditate, quòd vltrà dictum superest, Vniuersis prout & Baro, locare potest, iuxtà notata in *pragmat.11. num.101.*



PRAGM. XIII.

CAROLVS QVINTVS.

In anno 1536.

Graues insuper querelas accepimus, quod Barones, & vtiles Domini cogunt vasallos suos, aut eorum aliquos ad emendum, seù conducendum ipsorum Dominorum gabellas, furnos, dohanas, bailationes, defensas, molendina, tapetos, passus, & terragia, & alios eorum redditus, & iura pretio ipsis Baronibus, & vtilibus Dominis benè viso; quod quidem ab omni iure, & æquitate alienum esse cognoscimus. Vendendi enim, & emendi vsus cuiuslibet liber esse debet. Mandamus igitur, ne de cætero per Barones, aut alios vtiles Dominos vasalli possint cogi ad tales emptiones faciendas, seù vendant, aut locent suos redditus, & iura; volentibus conuenire poterunt, & non aliter. Si quis autem huic nostro mandato contrafecerit, venditio, & locatio sit nulla, & Dominus taliter vendens pœnam nostro, aut Viceregis nostri arbitrio reseruatam incurrat: vltra quod volumus, ipsum perdere pretium, seù mercedem talis coactæ venditionis, aut conditionis.

Haec Pragmatica fuit declarata, & commentata suprà *prag.1.nu.115.cum seq.* & propterea alia me ad ibi scripta remittentem, hic addere non oportet.



SVMMARIVM.

1 *Libertas hominum adeò inæstimabilis est, ut nec ipse Deus eam arctare uoluerit.*
2 *Dona ab origine libera præsumuntur.*
3 *Dominij effectus est, ut re sua quis liberè utatur.*
4 *Barones Vasallis prohibere non possunt, ne panem, nisi in suis furnis coquant, uel ne frumentum, nisi suis molant in molēdinis.*
5 *Barones nullū onus Vasalli indicere possūt.*
9 *Priuilegium cum furnis, & molendinis cōcessum ius prohibendi non tribuit.*
7 *Princeps iuri quærendo, non autem quæsito præiudicare potest.*
8 *Baro ius molituræ, uel furni in aliorū fraudem remittere non debet.*
9 *Banna, vt valeant, iusta non autem alteri debent esse præiudicialia.*
10 *Quota olei Baroni detraptorum oleo debita, vtrum*

PRAG.

PRAGM. XIV.

CAROLUS QUINTUS.

Audiuimus etiam, quamplures Barones, & vtiles Dominos, vasallos suos cogere, nè panes coquant in alijs furnis, quàm in furnis ipsorum Dominorum, certum quid pro iure furni accipientes. Item etiam mandant, nè triticum ad moliendum in aliorum molendinis conducant, præterquàm in molendinis ipsorum Dominorum: Multi etiam mandant, vt oliuas eorum tappetis terendas, & non aliorum conducant: quamplures etiam prohibent vasallos, & alios in eorum Terris habitantes, nè possint aduenas, aut alios in eorum domibus hospitari, neuè vasalli ipsi tabernas, vel hostiarias in eorum domibus, vel aliorum teneant, & si qui tenent, prohibent nè hospites recipiant, donec hostiariæ, seù tabernæ Dominorum sint plenæ, quæ omnia contra subditorum nostrorum libertatem, in quam illos diuina, & humana Iura conseruari mandant. Et nos, qui iustitiæ cultores semper extitimus, & Deo dante erimus, ea non patiemur. Volumus igitur, atq. mandamus omnibus Baronibus, & alijs vtilibus Dominis, vt liberè permittant, vasallos suos in ipsorum vasallorum, aut aliorumlibet furnis panem coquere, & similiter possint granum ad moliendum, & oliuas terendas ad quorumlibet molendina, vel tappetos conducere, & possint in domibus proprijs, vel aliorum hostarias, aut tabernas facere, & tenere, hospites recipere, etiam quod Dominorum hostariæ non sint plenæ, nec possunt præfati aliqualiter impediri, seù prohiberi; exceptis illis, qui furnos, molendina, tappetos, tabernas, & hostarias, seù hospitia, cum huiusmodi iure prohibendi vasallos particulari priuilegio, aut legitima præscriptione, vel consuetudine legitimè præscripta habent. Nos enim, sicut vasallorum libertatem retinere quærimus; ita iura, quæ Barones, & alij vtiles Domini habent, conseruare intendimus.

Comm. Pragm. XIV.



1 Vetur hic Imperator subditorum libertatem, quã diuino, & humano Iure tàm circà personas, quã bona conseruandam esse dicit; libertas namq. res est inæstimabilis, *l. libertas, ff. de regul. iur.* quam nec ipse Deus arctare voluit, liberam in hominum consilij manibus reponendo, & nonnulla circà hæc congerit *Luc. in l. 1. C. ne quis lib. inuit. actum ger. cog. lib. 10.* & infinita cumulari possent libertatis fauorabilia, quæ omnibus fauorabilior est, sed peculiare nostræ Pragm. institutum est, vt hic de bonorum libertate tractemus, cum de iure omnia libera esse præsumantur, & cui-
2 libet sit liberum, in suo facere quicquid velit, *l. altius, C. de seruit.* & sic omne artificium excogitabile, furnum videlicèt, & tappetum, licèt furnus, & similia alijs noceant; nam hoc importat dominium, vt li-
3 berè quis agat in rebus suis, *l. in re mandata*, C. mandat. & multa recensent *Viu. decis. 306. Gaill. obseruat. 69.* & pro regula est constitutum, bona præsumi libera, cum ab origine libertatis præsumptionem habeant, vt abundè *Mascard. de probat. conclus. incip. seruitus* 1305. Ex cuius inspe-
4 ctione sancitur, Barones vasallis prohibere non posse, nè panem, nisi in suis furnis coquant, frumenta nisi in suis molendinis molant, nec hospites nisi in suis hospitijs recipiant, quæ omnia sunt contra libertatem, & seruitutem inducunt, *Bald. cons. 410. volu. 5.* & in terminis furnos, & molendina constitui posse fundat *Guid. Pap. q. 298. Franc. Marc. decis. 223. Boer. dec. 125. Afflict. decis. 388. Capyc. decis. 209. Clar. §. feudum, q. 30.* nam aliàs magnum vasallis
5 onus imponere esset, & vt dixi in *prag. 1.* Barones nullam collectam, nullumq. personale, vel reale onus subditis adijcere possunt, & si addita fuerint, eis non est parendum, *l. Quintus, §. Pomponius, l. Cerdonẽ, ff. de oper. liber.* Idem tenendum est in hospitijs, macellis, trapetis, & similibus; quilibet enim ad libitum ea tenere, & construere poterit, *Paris de reintegr. feud. q. 15 Iacob. de feud. vers. & cum molendinis, Ann. alleg.* 116. Quæ adeò vera sunt, vt licèt in inuestitura sit clausula, *Cum molendinis, furnis, hospitijs, & alijs*, non ideò videtur
6 concessa Baroni facultas prohibendi constructionem, & vsum constructorum; priuilegium enim in Terræ præiudicium concessum non præsumitur, vulg. *l. 3. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publ.* dicta enim clausula interpretatur in prædictorum concessione, si fundo insint, *Iacob. d. vers. & cum molendinis, & dictat seq. prag. 16.* vel dicimus, clausulam illam esse potiùs de stylo, quàm de mera concedentis voluntate, *Vrsill. decis. 388.* quicquid in contrarium dixerint *Guid. Pap. quæst. 289. Ias. cons. 161.* quos confutat *Crauett. de antiq. temp. 4. par. §. circa*, istas clausulas nil
7 inducere, nec ius prohibendi tribuere fundans; Princeps enim seruitutem inducere, nec ius quæsitum tollere præsumitur, *Gabr. conclus. 1. tit. de iure quæsit. Petr. de potest. Princ. cap. 26*, licèt futuras constru-

ctio-

ctiones impedire possit, *Brun. cons. 131. Iacob. loco pracit. vers. præsertim si Princeps,* neq. per indirectum hoc Baroni licebit; si
8 quid enim pro furni, & molendinorum, iure solui solet, hoc ipse tributum in aliorum præiudicium relaxare non poterit, vt ciues ad sua concurrant, *Rip. in l. quominus, ff. de flum. num. 131. Anchar. cons. 155 Ozasch. decis. 17.* nam statuta, seu banna, iusta, honesta, & rationabilia esse debent, *cap. erit autem lex 4. dist.* & ipsorum vno deficiente, dicentur iniusta: hoc casu deficit iustitia, cum bannum alterum lædat,
9 satisq. collusio, & fraus arguuntur, quæ cuiquam patrocinari non debent, et si suũ relaxando, alteri præiudicare non licet: eò magis si Baro molendini, furni, vel trapeti ius alterare vellet; nam solitam quotam exigere debet, nec vnius molendini Domino censum in alterius damnum minuere permittitur, nisi immemorabile tempus esset elapsum, *Guid. Pap. decis. 398. Boer. decis. 125.* Itèm in facto pluriès controuersum vidi de Barone, qui in eius trapetis vltra solitam olei quotam molituræ
10 ratione debitam, oliuarum nucleos, ex quibus etiam pars olei exprimitur, sibi
11 deberi prætendebat, & iniquam, talem esse prætensionem, dixi; nam sicuti palea est in fructu, & de ea debetur quota, & reliqua fundi Domino remanere debet, *Afflict. in cap. 1. §. post natalem, num. 14. de pac. ten. Franch. decis. 103.* sic in hoc casu, nam oliuarum nuclei sunt in fructu, & de fructu quotam præstari sufficit, & ità pro Vniuersitate Oliueti cum Barone iudicatum vidi, vt nuclei supprimantur, & sicut oliuæ reprimantur.

Ampliatur nostra conclusio: vasalli enim licèt per immemorabile tempus ad molendina, furnos, vel Baronum tapeta, tantùm accesserint, non ideò tamèn Baro prohibendi ius habere præsumitur, nè va-
12 salli alia construere, vel aliò accedere possint: nam hoc meræ fuit facultatis, & quæ facultatis sunt, nunquam præscribũtur, *l. qui iure familiaritatis, ff. de acqu. vel amit. poss. & ibi Doct. l. si in meo aqua, ff. de aqu. plu. arc. Gabr. de præscript. conclus. 10. Castill. de tertijs, cap. 32.* vbi & quæ dicantur meræ facultatis. Verùm hoc ius acquiri potest, & quasi possessio incipit à die, ex quo vasalli ad alia molendina accedere fuerunt prohibiti, & acquieuerũt, ex *l. hac autem, ff. de seruit. Couar. in regul. possessor, 2. par. §. 4. num. 6.* latè *Oter. de pasc. cap. 21.* probata tamèn immemorabili, quę titulum præbet, *vulg. text. l. ex hoc iure, §. ductus aqua, ff. de aqu. quot.* metus, & violentia excluduntur, & præscriptio locum sibi vendicat, *Rodriqu. de ann. reddit. libr. 1. cap. 5. num. 67. Amaya in l. vnic. ex n. 35. C. de anno coron. lib. 10.* aliàs in dubio
13 iure facultatis accessus præsumeretur, *Rip. cap. 3. de caus. poss. num. 43. Crauett. de antiq. temp. fol. 221. Pras. de Franc. dec. 166.* Verùm si cum longissimi temporis præscriptione aliæ etiam præsumptiones concurrent, vti Regionis consuetudo, vbi Barones sunt in hac prohibendi possessione, ac clausulam supradictam habent, tunc pro eis præsumeretur, *Rip. in d. l. quominus, Capyc. in inuest. vers. cum furnis, Thes. decis. 16. num. 23.* Idem præsumitur, si vnus
14 furnus, vel duo solius Baronis essent, *Cassan. in consuet. Burg. rubr. 13. §. 9. num. 2. & Cancer. var. resol. lib. 2. cap. 2. ex num. 98. & lib. 3. cap. 13. à num. 202. & Clar. §. feudum,*
15 *q. 30.* vbi dicit, licitè Baronem prohibuisse nouum fieri hospitium, dum ipse solus alterum habebat, *Franch. dec. 380. Guttier. lib. 4. pract. q. 32. & Ann. sing. 557.* vbi etiã
16 notat, quis his casibus sit in possessione manutenendus? dum ius Baronibus resistit, & *Rolan. cons. 91. volu. 2. Ann. in cap. 1. de vasal. decrep. ętat. & num. 69.* Itèm si omnia alia molendina, furni, & similia illius Terrę Baronem recognoscant in soluendo aliquid tributi, ius prohibendi præsumitur, *Vin. decis. 495. Fontanell.* autèm *de pact. nupt. claus. 4. glos. 17. cap. 1.* diffusè fundat, Baronem iuris prohibendi, vel legitimę præscriptionis titulum allegantem, & ad eius comprobationem immemorabilem præscriptionem inducentem, ex ea solùm in ijs etiam, quę sunt meræ facultatis, adhuc in petitorio obtinere debere, & ad contraria accuratè respondit, cui addo *Io. Harp. rec. par. 7. disp. 10. n. 28.*
17 Amplia etiam, si Baro ius prohibendi in furnis, molendinis, & cæteris habeat, intelligi intra territorium, secùs si aliò vasalli accedere velint, vbi meliorem forsan farinam habent; tunc enim accessus eis prohiberi non potest, *Rip. de remed. ad conseruand. vbert. num. 301. Soc. cons. 272.* Alij tamèn hoc substineri posse (in casu proposito iuris prohibendi) intellexerunt, quando ob legitimam causam fieret, puta si Baronis molendina non sint apta, & sufficientia, quia fortè malam producant farinam, vel aqua non est sufficiens, maximè æstiuo tempore, ad tot moliendas quantitates; tunc quia ad æmulationem fieri nõ videtur, & quilibet suam vtilitatem procurare tenetur, vasalli non sunt prohibẽdi, vt refert decisum *Ann. in rubr. de vasal. decrep. ętat. num. 69. & singul. 557.* Verùm si Baro ius prohibendi non habeat, at in sua Terra solus molendina habeat, & sufficientia possideret, & vasalli absq. legitima causa, cum maiori eorum incommodo, & damno molendina externa peterent, prohiberi possent, *Frece. de subfeud. auth. 41. in*

fin. non solùm ex ratione ibi adducta, quia dum nemo est in damno Iudicis officio succurrendum est; verùm etiam quia tunc ad ęmulationem fieri videretur, quod non est permittendum, etiam si ei libertas assistat, ad *text. in l. opus, ibi, Præterquam si ad ęmulationem, ff. de oper. publ.* prout in eo, qui in re propria ad ęmulationem alterius tollere, vel ędificare velit, *Doct. in l. Altius, C. de seru. & aqu.* vel in proprio fundo animo nocendi vicino foderet, *l. 1. §. idem aiunt, verf. deniq. & l. 2. §. idem Labeo, ibi, Si modo non hoc animo fecerit, vt illi noceat, sed ne sibi noceat, ff. de aqu. plu. arc. Menoch. de arbitr. conf. 156.* indè dictum fuit supra *pragm. 1. num. 160.* Baronem vasallos ad suos introitus, & territoria conducendum cogere posse, si ex ęmulatione se excusarent, & infra *pragm. 16. num. 26.* & demùm, quia vasalli ex fidelitatis forma Domini vtilitatem, sinè eorum damno procurare tenentur, vt in *pragm. 1. de forma fidelit.* & vasalli sempèr quæ eis nō nocent, & eorum Domino prosunt, gerere debent, vt notabilitèr fundatur in simili per *Harthman. Pistor. q. 25. tit. 3.* & in terminis *Io. Koppen. decis. 19.* Et hoc prohibendi ius regularitèr extenditur, nè vasalli pro suo vsu centimula, furnos, & tapeta in suis domibus habere valeant, &
18 maximè si ita sit consuetum, vt in simili docet *text. in l. si publicanus, §. 1. ff. de publ.* vide *Guid. Pap. decis. 4. Marsil sing. 86. Bertaz. tract. de gabel. p. 8. art. 2.*
19 Consequutiuè iniustissima reputantur mandata, nè vasalli aliquam artem, vel negotiationem exerceant, quam forsan Baro ipse fieri procurat, *Paris de reintegr. feud. q. 15. Capyc. decis. 209. num. 10.* commercia enim sunt de iure gentium, quæ nullo modo prohiberi possunt, vt dixi suprà *pragm. 1. in fin.* sicq; nè macella exer-
20 ceantur, iniustum est mandari, nisi ob publicam causam, in certo loco prohibeantur, veluti nè ob aeris salubritatem, & sanitatem in platea fiant; tunc enim permittitur, *Afflict. in Const. Salubritèr, Rip. in tract. de peste*, prout & lini, aliorumq. fætidorum curatio intra Ciuitatem, vel in certis Vniuersitatis fontibus prohiberi potest, *Rouit. in rubr. de salubr. aer.* nam Baro, & in publicis iurisdictionem exercet, dummodò in sui commodum non tendat, *Iacob. de feud. vers. & cum molendinis, And.*
21 *tit. Quæ sint regal. verf. via*, vbi viæ licèt sint publicæ, & de regalibus, adhuc tamèn sub Baronum, in quorum districtu sunt iurisdictione permanent, & maximè in publicæ vtilitatis disponentium fauore.

Prædictam tamèn conclusionem, vasallis panis coctionem, vel frumenti molituram, nisi in Baronis, vel Vniuersitatis furno, vel molendina prohiberi non posse, si iure prohibendi ciues non sint astricti, limita si Vniuersitas molendina, ad quæ ab antiquo solùm dicti ciues accedere soleant, habeat; nam prohibendi ius habere præsumitur, quod in alijs non procedit, *Boss. tit. de regn. num. 41. Thes. vbi supra, num. 13.* Itèm limita, si in contrariū publica concurrat vtilitas, quia proptèr
23 publicam vtilitatem à priuata receditur, *l. munerum, §. itidem, ff. de muner. & honorib.* Vndè si Vniuersitas alieno ęre opprimatur, statuere poterit, nè quis ciuium aliò ad molendum, vel coquendum accedat, nisi in ipsius molendino, furno, vel trapeto, vt lucrum publicis vtilitatibus deseruiret, & maximè pro fiscalibus functionibus exoluendis, *Vasc. decis. 17. Cancer. lib. 3. cap. 13. num. 204. & Præs. de Franch. decis. 380.* dixit, idem etiam si Ecclesiastici molendini concurreret interesse; attendēdum enim est potiùs publicum, quàm priuatorum interesse, maximè ad certum tempus. Limitatur etiam posita conclusio si ex priuilegio appareat, concessionem Baroni fuisse factam, cum iure prohibendi supèr furnis, molendinis, & cæteris, vt
24 *d. nostra pragm. hic in fin.* Et si priuilegium deficiat, iuris prohibēdi concessio ex multis præsumitur, vti ex releuijs præsentatis, *Ann. d. sing. 557. Franch. decis. 103. nu. 2.* ex Aerariorum libris, & Baronum inuentarijs, quæ introitus feudales probant, *Sum. Ardiz. tit. quib. mod. feud. amit. Viu. decis. 125. num. 15. Afflict. & Vrsill. decis. 83.* & terragiorum libros etiam in possessorio probare, ait *Ann. singul. 317.* Sed aduerte, releuiorum notam non sempèr efficacem esse præsumptionem; nam Barones aliquando dubios supponunt introitus, & forsan in feudi releuium ad Vniuersitates pertinentes, vt suo tempore, ex hac assignatione probationis beneficium recipere valeant; vndè cum contigerit, considerandum est, an aliqua collusio esse possit, *Ann. in repet. Const. Diuæ Memoriæ, num. 12.* Itèm est aduertendum, hāc cum iure prohibendi concessionem in specie, & in dispositiuis futuram esse, secùs si apposita esset clausula solita, *Cum furnis, & molendinis in exequtiuis, seù ampliationibus, Franch. decis. 6. Peregr. de fideic. art. 52.*
25 *nu. 43.* Et quamquàm multi dixere, Principem has concessiones libertatis priuatiuas facere non posse, cum supra ius gentium disponere non possit, vt exemplis, & authoritatibus demonstrauimus; consuetudine tamèn, & ratione istæ concessiones substinentur, *Paris de reintegrat. feud. q. 15. Guid. Pap. q. 298.* Dico, *in construendis*, nam in constructis concessionis tempore ius prohibendi non procederet, cum ta-

inquirẽdis, non in quæsitis Princeps præceps præiudicare poterit, *Crauet. de antiq. temp. 4. par. §. circa, Boer. decis.* 125. Limitatur adhùc, nisi aliud ex pacto intèr Baro-
26 nes, & Vniuersitates esset conuentum, *Boer. loco vbi supra, Afflict. decis.* 388. quod non procedit in Regno, nisi concessio esset Regio assensu roborata, cum Vniuersitas nullam obligationem, & seruitutem sibi imponere possit, nisi præuio Principis beneplacito, vt dixi in *pragm. 3. à num.* 8.

Insupèr pro limitatione aduerte, suprà positam conclusionem, molendina, ferreras, battinderia, & alia opera ex aquis cuiquam construere liberum esse, de iure communi procedere, non autèm in Re-
27 gno, vbi aquæ sunt Baronum, & ex antiqua consuetudine de eorum demanio, vt diximus *pragm. 8. par. 2. num. 26. & 33.* Dico non de fluminibus nauigabilibus, quæ sunt de regalijs, sed de alijs publicis, quæ sunt Baronum, & sic aquarum ratione, molẽdinorum, & aliorum opere constructionem Baro prohibere poterit; licèt enim flumina sint quoad vsum publica, hodiè tamèn cum mare sunt de regalibus,
28 *Doct. in l. quominus, ff. de flumin.* & diximus *supra loco cit.* Et an Barones hortorum irrigationem prohibere possint? *Franch. decis.* 183. pro Baronibus inclinare videtur. Contrarium tamèn refert decisum per Sacrum Consilium, & in reclamatione confirmatum, *Reg. Rouit. in rubr. num. 8. de aqu.*
29 Baronem hortorum irrigationem prohibere, & aquam pro eo vsu vasallis impedire non valuisse, ex *l. 1. C. de mancip. & alim. lib.* 10. & sic licèt flumen per locum priuati transiret, & de iure licitum esset molendina construere, non tamèn procedit in Regno, secùs si molendina aquas,
30 vel alueum non tangerẽt, *Capyc. in inucst. verf. & cum molendinis, Franch. Marc. decif. 270. cum seq. par. 2. Cepol. tit. de aluco.*

Limita etiam ex hac Pragm. nisi Baro hoc ius consequutus fuerit, ex legitima præscriptione, vel consuetudine. Quid autèm sit præscriptio, quid consuetudo, & quomodo differant, dixi supra *prag. 1. ex num.* 186. Quando autèm præscriptionis
31 tempus incipiat currere, restat videndũ? Dic, præscriptionem à die prohibitionis incipere, vel publici banni, nè quis nisi ad Baronis furnum, molendinum, trapetum, & alia accedat, & ex eo tempore, quasi possessio incipit, vt in terminis *Vrsill. decis. 388. Capyc. decis.* 209. & sequuta patiẽtia continuatur possessio, *Doct. in l. 1. C. de seruit.* nam per vnicum actum ius possessionis in iurisdictionabilibus quæritur,
32 *Lanar. conf.* 32. nisi esset actus violentus; nam tunc ius non tribueret, vt in exactione banni dixere *Bertaz. conf. 418. nu. 8. Dec. conf. 11. num. 12. Gram. vot.* 12. Sed si Vniuersitas se opponeret, vèl etiam aliqui ciues, qui pro publica vtilitate legitimam contradicendi, & opponendi pro sua Vniuersitate personam habent, *Crau. conf. 195. in fin.* tunc quasi possessio contra
33 eos fundari non posset; si tamèn reuocetur, vèl appelletur, possessio, & præscriptio interrumpuntur, *Iacob. de feud. vers. & cum venationibus.* & quomodò vasalli contradicere debeant, & quãdo quasi possessio quæratur, vide *Petr. de potest. Princ. 6. par. Sese decif.* 396. Dixi banna publica futura esse; nam si aliquibus personis pri-
34 uatis tantùm facta sit prohibitio, publico non præiudicatur. Consuetudo tamèn proclamata non requirit, sed tacitus populi consensus sufficiet, vt dixi in *d. prag.* 1. vbi notauimus, tàm per consuetudinis, quam præscriptionis viam, Barones ob præsumptum metum, & coactam voluntatem minori tempore centenario non præscribere, & *Thes. decif. 16. num.* 7. alios coaceruat, quamuis alij quadraginta annorum tempus sufficere dixerint, prout notauimus supra *pragm. 11. num.* 37. In possessorio qui in terminis obtinebit? vide *Capyc. decif.* 209. hęcq. itidèm adnotanda sunt pro omnibus Baronum prohibitionibus; Vniuersitates enim in actibus præiudicialibus contradicendo, & appellando se interponere deberent, vt docet *Franc. Balb. de præscript. f.* 179.
35 Idem erit obseruandum in prohibitione, nè vasalli in Baronis territorio venẽtur; hęc enim banna iniustissima sunt, cum libera de iure gẽtium sit venationis materia, *l. 1. & 3. ff. de acqu. rer. dom. §. fin. Inst. de rer. diuif.* & proindè ea vasallis interdici non potest, *Ann. sing.* 59. nec enim Principi venationis vsum prohibere licet; nã & iure gentium hę venationes publicę sunt, *l. nemo, ff. de rer. diuif. l. 2. §. si quis, ff. nè*
36 *quid in loco publ. l. iniuriarum, § fin. ff. de iniur.* sed hoc in Principibus inferioribus procedere magis communis opinio est, nõ in Principe absoluto, cuius est id, quod iure gentium erat licitum, coarctare tàm ex iusta causa, quàm ipsius recreatione, argum. *l. 2. ibi, Nisi Imperator vetet, ff. de flumin. Azeued. lib. 7. tit. 8. in rubr. num. 14. Cabed. decif. 95. & par. 7. decis. 89. num. 5. Petra de potest. Princ. cap. 7. Guttier. quæst. canon. libr. 2. cap. 28. Molin. de iustit. & iur. tract. 2. disp. 43. cum seq. Gasp. Thes. quæst. 22 lib. 2. Cancer. var. resol. lib. 2. cap. 2. à nu. 75. Bouadill. lib. 2. Polit. cap. 16. nu. 138. Amaya in l. vnic. ex num. 43. C. de venat. fer. libr.* 10. & latè per *Aucnd. post tract. de exeq. mand. tit. de venat. & per Io. kapper. par. 1. disp. 10.*
37 *tit. de venat.* licèt diuersimodè detur intel-

tellectus ad cap. 1. §. nemo retia, de pac. ten. iuxta tamèn magis germanum sensum in locis priuatis sibi locum vindicat, vt in eis cum retibus venari non possit, Andr. ibi, & Gram. decis. 67 num. 10. Iacob. d. feud. vers. & cum venationibus, & sic feudorum Domini in suis, non autèm in publicis lo-
38 cis retia tendi prohibere poterunt, Vin. commun. opin. 311. par. 2. Limita, si immemorabili praescriptione Baro ex emanatis bannis hoc ius prohibendi, & paenam à contrauenientibus exigendi sibi acquisierit, vt notat Franch. decis. 158. Cancer. loco cit. num. 79. Sese decis. 396. Gram. dec. 67. vel à Principe in concessione hoc ius prohibendi obtinuerit, argum. l. 2. in prin. iuncto §. si quis à Principe, ff. ne quid in loc. pub. Thes. d. q. 22. d. num. 3. in suis tamèn defensis Barones venationem prohibere, & paenas exigere possunt, vt in Cap. Reg. Magistri forestarum, nam etiam priuatis in eorum fundis venationem prohibere licet, l. diuus Pius, ff. de seruit. rustic. praed. l. 4. ff. de acqu. rer. dom. Imò furti paena tenetur, qui ex
39 alienis piscinis, & columbarijs animalia aucupatur, & per pragm. 1. de aucup. triremium poena imposita fuit; ferae enim reclusae sunt in recludentis dominio, & proindè furti poena datur, l. naturalem, ff. de acqu. rer. dom. l. 3. §. item feras, ff. de acq. pos. & quod venantes in locis prohibitis criminalitèr etiam puniri possint circumstantiarum, & reiterationis ratione fundat Kapper. loco cit. d. num. 31. Ex iniuria enim, quae fit Domino, cuius est venatio, poena criminalis subingreditur, l. fin. ff. de iniur. Ex causa tamèn venationis modus per Barones prohiberi potest, veluti nè scoplis fiant, si locus sit practicabilis, & personarum insit periculum, vt aduertit Franch. loco cit. & fuit decisum in Sacro Consilio inter Vniuersitatem Lauri, & Marchionem, Act. Cioffo. Itèm ex publicae
40 vtilitatis causa, nè cum aliquibus instrumentis, quibus nimis, & excessiuè animalium species deuastantur, venatio fiat, Rebuff. in l. fin. C. de venat. ferar. lib. 11. sicquè nè venationes tempore, quo lepores, vel alia animalia sunt praegnantia fiant, aliosquè casus notant Couar. in regul. peccatum, §. 8. & Azeued. loco cit. Petr. de pot. Princ. cap. 7.

Hecquè de venationibus dicta sunt, & in piscationibus, in quibus idem ius est seruandum, locum sibi vendicant, dum flu-
41 mina sunt publica, & sic eorum piscationes, vt diximus supra pragm. 8. par. 2. n. 25. quod adeò verum est, vt licèt inuestitura de aquis, & fluminibus, ac piscationibus facta sit, intelligatur tamèn si ius prohibendi ex praescriptione, vel titulo insit, non quod nouitèr ius prohibendi sit constitutum, Boss. tit. de aquis, Capyc. in inuestit.
42 vers. & in pischerijs, Cepoll. tit. de pischer. Exteri tamen sub paena arceri possunt, nè intra territorium piscentur, dum flumi-
43 na sunt Baronum, & ciues in eorum commoditatibus, & vsibus turbantur, vt similitèr de vsu calcis in alieno feudo coquēdi, & lignandi dicimus, etiam si damna non inferant; nam seruitus alieno feudo induceretur, si haec permitterentur Cepol. tit. de seruit. calcis coquend. Franc. Marc. de-
44 cis. 74. & 215. Guid. Pap. dec. 208.

Sed hic congruit dicendum, an, & quādo edicta, bāna, & Baronum rescripta pro
45 sua iurisdictione, vel introitibus feudi tuendis subsistant? & videtur cuilibet Iudici hoc permissum, l. 1. ff. si quis ius dic. non obtemper. nam in concessis vtilitatem fieri non dicuntur, quando licito iure promulgantur, Doctor. in l. ambitiosa, ff. de decr. ab ord. fac. & videtur de iure non so-
46 lùm banna Barones constituere posse, sed statuta condere, dum merum habent imperium, Andr. quae sint regal. num. 3. Iacob. de feud. vers. & cum mero imperio, num. 7. si enim Vniuersitates, quae nullam iurisdictionem in pertinentijs ad suam regimen habent, statuere possunt, vt diximus supra pragm. 10. num. 99. quantò fortiùs hoc dignitate, & iurisdictione fulgentibus debetur. Verùm hoc intellige secundùm glos. Paris. §. 1. glos. 5. num. 57. & Reg. Tap. de constit. Princ. in l. fin. cap. 2. num. 51. circa iurisdictionalia in suo statu; vndè
47 vt valeant, distinguendum est, aut banna, vel edicta sunt secundum ius, vel praetèr, aut contra, vel in fraudem iuris, seù aberrantia ius scriptum. Primo casu non est dubitandum, nam si secundùm ius robur legis ea viuificat, & potiùs ex confirmato, quam confirmante viuunt, Rip. & alij in l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de leg. & ibi Maran.
48 in suo repert. aut praetèr ius, & ex causa substinentur, vt nè quis de nocte post duas horas ambulet, hoc non est de iure prohibitum, nec ius renititur, tamèn ex causa, nè delicta fiant, vel aliqua scandala occurrant, penalia edicta valent, dummodo hora certa ponatur, & vt possit ab omnibus intelligi, pulsanda est campana, vt adnotat Marc. Anton. Surg. de Neap. illustr. fol. 73. nam noctis iter est mali praesumptiuum, & adduco text. in l. 1. §. tria lumina, ff. de ventr. inspic. & glos. insignem in l. iter, ff. comm. praed. quam extollit Castr. & non meminit Paris. verb. praeceptum, qui
49 banno mentionem facit, & abundè per Borrell. de Magistr. libr. 3. cap. 9. Muta super prag. Sicil. tit. 82. Giurba cons. 11. & Franch. decis. 521 num. 15. notat, ignorantiam allegari posse in ijs, & similibus, cum ius non resistat, & in Sacro Consilio fuit iudicatum

tum tale bannum valere, dummodò per plures ictus anteà campana pulsetur, ne ignorantia allegari possit, vt intèr Vniuersitatem Hostiliani, & Principem. Et nè tale bannum resultaret ad subditorum iniquitatem, conquerente Vniuersitate, fuit prouisum pro Terra Pisticij contra Baronem. Act. de Felice, aliam pœnam non exigi, solùm inuentum carcerari per illam noctem, si sine igne, vel lumine ambulauerit. Idem si cum bestijs extrà veniat, & sequitur *Polidor. Rip. tract. de nocte, cap. 5. & cap. 7.* vbi eatenùs quis pœnam
50 incidit, quatenùs erit captus. Et armorum asportatio de nocte cum pœnæ adiectione, & armorum amissione prohiberi etiam permittitur, *Rip. loco citato, cap. 8. respons. 26. Baiard. ad Clar. quæst. 82. nu. 63. Specul. tit. de constitut.* Ex eadem origine euitandi scandali prohibitio substinetur,
51 nè mascaræ sinè licentia fiant, *Rouit. tit. de personat.* Et sic in bannis, vt nemo cum
52 carceratis loquatur *Vrsill. decis. 290. Crauet. consf. 3.* Verùm intellige, antè datas defensiones, non post; vt reus cum omnibus
53 alloqui, & se defendere valeat, vt fuit iudicatum in Sacro Consilio inter Vniuersitatem Hostiliani, & Principem. Itèm nè chirurgi vulnera, nisi data Curiæ notitia curent, *Foller. cart. 20. num. 36.* Idem si ex causa, proptèr aeris salubritatem, fætida, macella, & lini curatio intrà Ciuitatem exerceri prohibeantur, *Rip. art. 1. de peste, & Franc. Marc. decis. 23. 1. par. Rouit. tit. de salubrit. aer. pragm. 1.* & infinita exempla adduci possent, in quibus ius non resistit, & *Tiraquell. de retract. in præfat. num. 17. cum seq.* latè quando disposi-
54 tionis ius resistere, vel non assistere, vel contra bonos mores dicatur. Verùm in bannis, vbi ius non resistit, pœnæ nequè exorbitantes sunt imponendæ, *l. fin. C. de modo mulct. Bertazz. consf. crim. 418. Thes. quæst. foren. 91. lib. 3. & infra num. 79.* Aut
55 sunt contra ius, & non valent: nam inferiores legem superiori imponere non possunt, *l. pacta, quæ contr. C. de pact. l. nam Magistratus, §. 1. ff. de recept. arbitr. cap. veniens, de iur. iur.* Idem si pœna alteretur, vt vidi, certos Iudices in bannis ictuum cordæ, ac fustigationis pœnam imponentes, quod ridiculum est; solùm enim Re-
56 gis est pœnam iuris alterare, *Afflict. in prælud. Constitut. 7. quæst.* diximus supra *prag. 8. p. 1. n. 257.*

Ius enim naturale, gentium, vel positiuum nequaquam alterare valet Barones, *Camp. in cap. Regni, vt intèr subiectos.* Et procedit non solùm in criminalibus, verù etiam in ciuilibus, *Marant. in sua praxi verb. vt iudicium mere. in princ. & in tract. de multipli. cien. Doct. ad tit. C. comminat. vel epist.* Notes verò etiam inferiores ex publicæ vtilitatis causa in aliquo, pœnas iuris transigendi, & banna, ad reprimendàm audaciam, & delictorum frequentiã
57 tollendã alterare posse. *Petra de pot. Prin. cap. 7. n. 69. & Gramm. consf. 314.* vbi licèt milites arma deferendi ius habeant, ex causa tamèn prohiberi possunt, & licèt
58 extrà habitatum arma nõ prohibeantur, cum ad se defendẽdũ à prædone deseruiãt, *Andr. in cap. 1. n. 30. de pac. tenend.* & fuit decisum pro Vniuersitate Montis, cũ Barone Andrea, Pisanello Act. de Ferraris, tamèn ex iusta causa aliquando prohibitio substinetur. *Menoch. caf. 394. Polid. tract. de noctur. cap. 8.* Et habentes cõmissionẽ de armis non posse illam in pro-
59 pria patria exercere; statutum est per *pragm. 1. de armis.* Dixi, posse excedi pœnam pecuniariam graue, non corporale impositã, & multa alia notant, *Petra vbi supra, & cap. 11. Mastrill. de mag. lib. 4. cap. 18. Bouad. lib. 2. pol. cap. 16. n. 128. Surd. consf. 152. n. 40. Ann. consf. 94.* Habentes verò ciuilẽ iurisdictionẽ pœnam vltrà augustalẽ excedere non possunt, *Affl.*
60 *in consf. Reg. Iustitiarij, n. 22. Mastrill. vbi supra n. 16. de Pont. tit. de elect. offic. n. 43.* & latiùs *consf. 53. vol. 2.*

Aduerte postremo, cuiquam pro tuenda iurisdictione licere, multam in bannis
61 apponere, nàm multa est coërctio pecuniaria, ratione contemptus ad differentiã pœnæ, cuius verbum est generale, ad delicta coercẽda potiùs, quàm ad contemptus defensionẽ, *l. aliud est fraus, §. 1. ff. de verb. sign.* & ibi *Doct. l. fin. C. de modo mult.* vbi notatur, mulctã impositam Iudicis arbitrio refrenari, *Alc. d. §. 1. Dec. & Felin. in cap. 1. de constit. Alex. consf. 35. lib. 2. Rol. consf. 47. lib. 2. n. 14.* Sed cui mulctare
62 posse competit, *tex. in l. 2. §. fin. in fin. ff. de Iudic.* dicit, solùm ei, qui publicã authoritatẽ ius dicẽdi habet, vbi *DD.* & præ-
63 cipuè *Barbos.* variè dixère, sed vera expositio est, multam esse de regalibus, vt *in cap. 1. ibi: Multarum pœnarumq; compendia, de regal.* & sic ad Regẽ, eiusq; officiales, & ad alios, quibus expressè sint concessæ, vel merum, & mixtum Imperium sit datum spectant, nam sub Imperij concessione pœnę compẽdia vti fructus Imperij veniunt, *glos. in rubr. C. de modo mulct. Capic. in inuest. verbo cum mulctarum, Thess. lib. 3. q. 91. Ripol. & Montan. de regal. §. & multam, & pœnam agere.* Vndè cum Barones in Regno, merum, & mistum habeãt Imperium, sub eo venit ius imponendi mulctas. Inde habentibus alias iurisdictiones particulares, nisi concessa sit talis prerogatiua, mulctam indicere non permittitur, *Alex. in l. 1. ff. si quis ius dicẽ: nõ*

ob-

obtemp. Et sic Decuriones, & alij officia
habentes pro eorum officio conseruando
64 à Prætore mulctæ impositionem obtine-
re debent, *l. defensores l. 2. C. de defens.
Ciuit.*

Idem obseruatur in Catapanis, & simi-
libus pro defendendis bannis prò publica
Ciuium vtilitate emanandi, *de Pont. cons.
105. tit. 2. Rouit. in prag. 1. in fine de annona,*
65 *Barbos.* ibi *num.* 49. Imò neque Delegati
mulctam imponere debent, *l. fin. ff. de of-
fic. eius*, nisi pro suæ Iurisdictionis defen-
sione ex verbis generalibus, *l. 1. ff. si quis
ius dic non obtemp. Io. de Plat. in l. 1. num.
3. C. de vsur. fisc. lib.* 10. vel si delegatus sit
a Principe, *Farinac. q. 18. num* 49. ex per-
sona tamèn delegantis permittuntur, *Me-
noch. q. 74. Capp. Thol. q. 274. Balb. dec.
155. Barbos. loc. præcit. num.* 85.

Itèm neque in iuris fraudem banna va-
lent, vt dixi de edictis factis, vt nemo ali-
quem iniuria afficiat, vel conuitio lædat,
nec rixam, & similia, sub pœna faciat de
iure inquam Regni statutum fuit. Iudi-
ces ex officio procedere non posse, nisi in
pœnis vltrà regalationem, & per talia bā-
na iuris dispositio fraudabatur, dùm ban-
ni vigore in iniuriarum, querelis, & alijs
priuatis delictis procedebatur, quod ma-
nifesta in iuris fraudem sapiebat, *Doct. in
l. non dubium, C. de leg. Marant. in art. in
quis num.* 31. Sic quando decem personæ
simùl sunt criminalicèr citatę, procurato-
rem constituere poterunt, & in iuris frau-
dem Iudex separatim ad informandum
tres, vel quatuor citare non valet, cum es-
set fraudare intentionem *Constit. Regni
Generalia iura*. Quæ banna, vel edicta si
66 per locorum officiales fiant, scias ea offi-
cio durante effectum habere *Aret. insti. de
perp. & temp. actio. Matthes. sing. 192. Af-
fl. dec.* 388. idem respondeas in bannis
Regentis M.C. quæ finito officio expirāt,
solùm Proregis cum Cons. Coll. banna,
67 determinatam causam non habentia, du-
rant. *Capic. de probib. feud. alien. coll.* 147.
68 vt tamèn sint perpetua, multi laudant,
sub Baronis nomine ea promulganda esse,
quia cum ipsorum perpetua sit iurisdi-
69 ctio, perpetuò durant, *Straec. tract. de
mercat. tit. quomodo in causis sit proced. Vr-
sill. dec. 290. Bellug. rub. 11. §. compen-
diosè*, sed non seruatur, forsan quia Baro-
nes in iustitiæ exercitio se intromittere
non possunt, vt diximus suprà *prag.*

Itèm est aduertendum banna, vt ligent,
& firma remaneant, solemnitèr esse pu-
blicanda, & in locis publicis, & solitis af-
70 figenda, cum contumaciarum incusatio-
ne, *Vrsill. loc. cit. Franch. dec. 204. num. 18.
Foll. in sua praxi crim. vers. banniatur*, &
quando ligent exteros? vide *Franch. dec.*
521. & multa ad excusationem pro igno-
rantia præsumenda notat *Ozesch. dec.* 71.
Et quomodo exequutiuè ad pænę in bāno
72 incursæ exactione sit procedendum, *Ma-
rant. de multipl. Alien. fol. 38. Paris ver-
bo præceptum*, omnes tamèn pœnæ exe-
quutiuè exequuntur, præuia citatione ad
dicendum causam, quarè exequtionem
demandari non debeant, *Carau. tit. 133.
Farinac. vbi suprà num.* 44. Nec pœna cō-
minata tota est exigenda, sed Iudicis ar-
bitrio minuenda, vt diximus suprà *num.*
61. & in Regno pro comminata pęna ino-
73 bedientię citationis ciuilis vnus tarenus,
& minùs, secundùm loci consuetudinem
exigi solet, & pro mandatis decisiuis ab
inobediētibus tarenus pro vncia commi-
nata, *Carau. d. rit. Viu. comm. opin. verbo
præceptum, Gramm. cons. ciuil.* 73. Pænę
verò, quæ in actis iudicialibus in manda-
tis, & prouisionibus comminantur, exigi
non solent, sed in pænam expletur actus
74 in illius contumaciam *Carau. Rit.* 158.
num. 4. In pœnis verò instrumenti liqui-
dati, vel obligationis penès acta, modera-
75 ta est pæna vnius caroleni pro ducato, &
sic seruatur, sed si obligationes pro feudo-
rum, vel prouenctuum causis essent, tùnc
quia potiùs in fraudem pro spe consequē-
dę pęnę in casu inobseruatiæ factæ viden-
tur, cum exequtiuè sine obligatione exe-
qui possint, Baroni non debentur, vt plu-
riès fuit decisum, cum pęna pęnę non de-
76 beatur, *l. 1. C. de vsur. fiscal. lib.* 10. nec
debetur quādo de iure est cautum, vt exe-
cutiuè agi possit, *Bald. in d. l.* 1. etiam si
pœnæ illæ essent in sortem deductæ; nam
lucrum de lucro, interesse pro interesse,
vel accessio pro accessione de iure non
debetur, & attenditur quod principalitèr
est, licèt in sortem poneretur, *Peregr. de
iur. fisc. & debit. fisc. num.* 30. primarum ve-
77 rò contumaciarum pœnæ, vt dixi ad ra-
tionem tareni pro qualibet contumacia
exigi solent, sed porrecto grauamine de
excessu ab Vniuersitate Pisticij, fuit per
Sacrum Consilium moderata ad carolenū.
Act. de Felice. Et si vsq. ad mediam noctem
reus comparuerit, iuxta ritum immunis
erit; verùm dum fuisset grauata Vniuersi-
tas Lauri, quia Officialis emiserat banna,
78 vt purgationes sinè præsentia sua ad eui-
tandas collusiones, quæ per Actuarios
committi solent, fuit prouisum pro Mar-
chione, vt non reciperentur. Act. Cioffo.
Pœna verò contumaciæ causarum crimi-
nalium est arbitraria, *l. vnic. ff. si quis ius
dic. non obtemp.* & in Regno in causis ca-
pitalibus est tertia pars bonorum mobi-
lium, vt in *Const. Grandis vtilitas*, & spe-
ctat ad Baronem, *Montan. de regal. §. bona
contrahentium, num. 18. Capyc. Latr. dec.* 77.

Et

79 Et an Officialibus maximè Regijs graue pecuniarum pœnam in mandatis ex aliqua iusta causa subditis faciendis, imponere liceat, negari haud potest mandata à Iudicibus pro tuenda, & exercenda eorum iurisdictione sub pœna fieri posse, *l. vnic. ff. si quis in ius voc. non obtemper. & tit. si quis ius dic. non ier.* nam sinè coërctione iurisdictionis dignitas conseruari non posset, *l. fin. ff. de offic. eius.* Verùm ipsa pœna, seù mulcta tres vncias auri excedere non debet, vt in *l. eos, C. de mod. mulct.* & si talia præcepta absq. legitima causa, & sub pœna excessiua, & non consueta fiant, sunt nulla, & eis non obtemperantes excusantur, *Cancer. var. resol. lib. 2. cap. de iurisdict. omn. Iudic. à num. 189. Farinac. d. q. 18. ex num. 50.* vndè prudentes Iudices si pro inferendo terrore in pœna imponenda excesserint, eam non exequuntur, sed ad iuris terminos eam limitant, & moderant, vt diximus suprà *num. 61.* & dum Ciuitatis Altęmurę Gubernator aliquibus ciuibus mandasset, vt se in parlamento sub pœna ducatorum mille per quemlibet, &c. congregarent, & pœnam incusasset, habito ad Sacrum Consilium recursu, me f. rente fuit dictum, illos ciues ob excessiuam pœnam impositam, & incusatam non esse molestandos. Officialibus verò in suprema dignitate constitutis pœnas augere pecuniarias permittitur, ad *text. in l. 2. C. de sport.* sed non generalitèr, at in causis tantùm vrgentibus, & grauibus, vt per *Luc. de Pen. & alij in l. certa, C. de iure Fisci, lib. 10.* & in exequutione etiam cum moderamine personæ, causæ, & actus inobedientiæ qualitate inspecta procedi debet, *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 1. à num. 20.* Permittitur inquam Iudicibus non solùm pro suę iurisdictionis tuitione, verùm etiam pro bono pacis ad scandala vitanda interdicere, & prohibere, quę obstare eis videbuntur, iuxta *text. in l. moris est, ff. de pœn.* & præcipuè nè quis sub pœna à domo discedat, ad *text. in l. fin. ff. de inter. & releg.* vndè inoleuit practica, vt quando pugnæ timor intèr nobiles adest, mandata pœnalia fiant, nè domo exeant, illamquè loco carceris habeant, & si de persona non reperiantur, citantur domi, eorum familiaribus citationis copia relaxata, & in defectu in domus ostio citatio affigitur, vt per *Reg. Sanfelic. decis. 102.* & in casu inobedientiæ, seù contrauentionis pœna incusatur & Regio Fisco applicatur, *l. 1. ff. de iur. Fisc.* & dicitur hæc pœna iudicialis, *Rip. in rubr. de damn. infer. n. 26.*

Solent adhùc talia mandata pœnalia etiam delinquentibus fieri, ad euitanda maiora scandala, nè videlicèt domibus proprijs discedant. Et licèt illi ad obtemperandum obligati non esse videantur, nec se mandatis Iudicis carceribus tradere, ex *text. in c. ex parte sua, extr. de appellat. in clem. Pastoralis, de sent. & re iudic. in 6. & in cap. accedens il 2. extr. vt lit. non contest.* vbi quis non tenetur Iudicis mandatis parere, nec in loco Iudicis comparere, si ad eum locum non sit tibi tutus accessus, & *Papin. in l. si cum dies, §. si arbiter, ff. de recept. arbit.* idem dicit, si causa honestatis ad locum Iudicis accedere non valeat, & à contumacię, & spreti mandati pœna excusatur, & *Foller. in sua praxi crim. tit. vel eos verbaliter citare faciat, num. 31.* fundat, bannitum à Iudice, & ab eo iterùm pro alio delicto citatum comparere non teneri, dùm in eo loco non sit ei tutus accessus. Verùm obseruantia est in nostris Tribunalibus, in talibus casibus fieri præcepta, cum delicti assecuratione, & sic quando Rei aliàs inquisiti citantur ad informandum, citationes eum aliorum assecuratione delictorum, de quibus aliàs citati, seù banniti fuerunt, expediuntur: nam aliàs contumaces reputari non possent. Limita tamèn, si delinquens mandatum sibi factum, nè domo neinpè discedat, acceptauerit; nam tunc etiam si non fuerit factū cū securitate, contraueniendo pœnā soluet, prout pluriès fuit practicatum, me Fisci Patrono M. Curiæ Vic. & præcipuè contra Actuarium Panzera, quia mandatum acceptando se pœnæ submittere, & cum Fisco quasi contrahere videtur, dùm in iudicijs etiam quasi contrahitur, *l. licèt, §. idem scribit, ff. de pecul.* Quid si post mandati incusationem inobediens se præsentet, an pœnam ipsam pecuniariam euitet? Distingue, aut pœna est imposita loco Rei, quando videlicèt alicui mandatur sub pœna, vt ob delictum ei imputatum se præsentet, vel nè domo discedat, & tunc pœnā, ad quam fuit incusatus, exequi nō debet, quia durum esset hominem habere, & pœnam petere, iuxta *text. in l. apud Celsum, §. Labeo ait, ff. de dol. mal. & met. except. & in l. & si post tres, ff. si quis caut.* & maximè si post paucos dies antè pœnæ exequutionem se præsentauerit, *Carauit. rit. 163. Reg. Tap. in cap. Reg. Legem veterem, Gizauer. decis. 26.* Aut verò pœna loco inobedientiæ imposita fuit, vbi non est delictum, sed vt aliquid quis faciat ex causis Iudicis mentem legitimè mouentibus, & tunc semper pœna debetur; ratio est, quia quando pœna principalitèr loco Rei imponitur, tunc eum à delicto ille non veniat ex præsentatione absoluendus, durum esset criminalitèr eum puniri, & mandati pœnam etiam exigi; duplici enim onere quis grauaret, & afflicto adderetur afflictio; sed quando pœna impo-

posita est loco inobedientiæ, tunc cum ipsamet inobedientia fit delictū, *l.omne delictum, §.contumacia, ff.de re milit. Farinac. cap.18. n.26.* & ex eo delicto pœna debetur, perpetua efficitur, vt ex *Abb.& Imol. Foller.in pract.can.cap.33. ex num.91.* vbi enim in morę delicto sumus, purgatio nō admittitur, *l.1.§.si rem, ff.depos.* & magistralitèr per *Bart. in l.vbi pactum 40. nu.5. de transact.* Benè verum si ille iustam habuerit causam non comparendi, vel punctualitèr obediendi, excusatur, quas causas recenset *Nigr. in cap. Reg. Post commissum, Farinac. quæst.18. num.42.* & singularis est *glos. in l.vnic. verb. hoc iudicium, in fin. ff. si quis iudic. non obtemp*, ibi, *Satis est vbi quis non venit, venire tamen non contendit, quia absens, vel præsens, habeat tamen causam, licèt iniustam, quare non veniat.* Quando verò obedire dedignatur, Iudicem contemnendo, secus est, quia miseratione dignus non est, & pœnam subire meretur.

80 Iniustis tamèn bannis, & ordinationibus vasalli consentire, vel cędere non debent; nam licèt subditi ligij essent, homagiumq. iurassent, indebitis tamèn obtemperare non tenentur; non enim hoc fidelitatis, vel homagij capitula dictant, *cap.1.*

81 *de forma fidelit.* nec leges iniustæ obligāt, *Doct. in l.nemo potest, ff. de legat.1. Vasq. controuers. cap.1.* nam Rex licèt personarum Dominus dicatur quoad iurisdictionem, & seruitium, vt supra *pragm.10. num.63.* supèr inordinatis tamèn potestatem non habet, *l.si vendicari, C.de peric.dot. l.duumuiri, C.de decur. lib.10.* vbi Ministri supersedere, & rescribere debent, si iniustum aliquid esset à Principe rescriptum, *Bald. cons.55. Marant. disp.1. Afflict. Constit. Pacis cultum*, latè *Ceual. com. contra comm. q.960.* & maximè in actibus irretractabilibus, *Paris. de sindic. verb. resistentia, Soc. reg.442. Gram. cons. crim.51.* tam iudicialibus, quā extraiudicialibus, *Rip. in cap. si quando, de rescript.* & an Iudex cognoscere debeat, num ordinata sint iusta, & recta, vide *Capye. dec.132. & 69.*



SVMMARIVM.

1 *Principis iurisdictio summa est, sed voluntas præsumitur minor, nè alteri præiudicet.*

2 *Principis concessio in alterius damnum strictè interpretari debet, & verba sunt impropriãda.*

3 *Princeps circumuentus præsumitur, vt eius rescriptum saluetur, nè alteri præiudicet.*

4 *Clausula ex certa scientia, vel de plenitudine potestatis in tertij præiudicium non operatur.*

5 *Cui plus creditur, plus ab eo exigitur.*

6 *Concessio facta cum furnis, tapetis, & similibus nil noui tribuit.*

7 *Princeps contra libertatem disponere non valet.*

8 *Angariæ an dici possint?*

9 *Clausulæ in priuilegij, vel contractus exequutione parùm operantur.*

10 *Angariæ quo tempore ortum habuerunt?*

11 *Clausulæ solitæ de stylo non operantur.*

12 *Renunciationes in fine contractus, data magna lesione non substinentur.*

13 *Concessionis interpretatio magna est prædecessorum solitum, & obseruatio.*

14 *Clausula alienis saluis semper subintelligitur.*

15 *Barones an subditos ad Ærariatus, & caterorum onera cogere possint?*

16 *Vasalli ex debito feudo insito illius onera subire tenentur.*

17 *Operæ semper Baroni à vasallis præstandæ concessæ præsumuntur.*

18 *Operę non perpetuę non dicuntur angariæ.*

19 *Operum præstatio angaria non dicitur, sed onus.*

20 *Salarium Ærarijs, iuxtà administrationis magnitudinem, Barones dare tenentur.*

21 *Ærarij vltrà feudi fructus administrare nō tenentur, & si curam gerant, prouisio competens est eis præstanda.*

22 *Princeps vasallos ad sibi inseruiendum extrà Regnum cogere non debet.*

23 *Princeps an cogere possit, vt milites ex terris pro Regni tuitione eligantur?*

24 *Soliti, & habiles operas Baronibus præstare debent.*

25 *Seruitia non pręstantur Baroni, dùm quis suis necessarijs vacat.*

26 *Barones vasallos cogere possunt, vt potiùs feudi, quàm aliorum territoria locent.*

27 *Vasallis potiùs, quàm exteris Barones feudalia bona ad colendum concedere debent.*

28 *Malitijs vasallorum non est indulgendum.*

29 *In dubio præsumitur pro Barone, vt non grauet.*

30 *Principi soli seruitiorum iniungendorum ius competit.*

31 *Pragm. tit. de salar. seruit. perfectè declaratur.*

32 *Proęmium legis causam designat.*

33 *Lex eatenùs valet, quatenùs vtilis est populis.*

34 *Salarium pro seruitijs quātum vasallis pręstari debeat.*

35 Ba-

35 Baro si propria habeat animalia, an alijs vasallorum vti possit?
36 Salarium an æquale sit præstandum pro bestia magna, vel parua?
37 Pragm. de salar. vti exorbitans, strictè interpretari debet.
38 Salarium an pro accessu tantùm, vel etiam pro recessu debeatur?
39 Salarium non est præstandum dietę milliariorum consideratione, si magna præstentur opera.
40 Soliti, & habiles, sed non continuò ad seruitia cogi possunt.
41 Baro si plures habeat Terras, seruitia non sunt inter eas repartienda.
42 Seruitia secundùm personarum qualitatem sunt iniungenda, aliàs denegari poterunt.
43 Seruitia insolita vasalli ferre non tenentur.
44 Bestiæ ad aliquem vsum destinatę, ad alium grauari non possunt.
45 Dieta est viginti milliariorum.
46 Salaria sunt inter ciues extrà itineris materiam exoluenda.
47 Seruitia intrà territorium solui debent, prout inter ciues.
48 Barones intrà Regnum, non vltrà seruire tenentur.
49 Liberti vasallis ęquiparantur, & argumentum de vno ad aliam valet.
50 Vasalli iniustis seruitijs obtemperare non tenentur.
51 Seruitium manè iniunctum pro tota die est soluendum, licèt non integrè quis laborauerit.
52 Labor quando diuisionem patiatur?
53 Salarium duarum dietarum debetur, si quis iter ad locum destinatum 21. milliarijs distantem fecerit.
54 Seruitia saltèm precedenti die sunt indicenda.
55 Labor diuisionem recipere non debet, si per laborantem non steterit, qui continuò laboraret.
56 Salaria sunt per manus Ærarij, non Baronis soluenda.
57 Vasalli an mensatim seruire cogi possint?
58 Seruitia pro vsu Baronis extrà feudi materiam an iniungi possint?
59 Baro an animalia pro suis gustibus capere valeat?
60 Seruitia animalibus ad sellam destinatis iniungi nequeunt.
61 Equi Nobilium datia, vel gabellas non soluunt.
62 Salarium integrum an sit soluendum, si homo eum animali non accesserit?
63 Verba cum effectu sunt intelligenda.
64 Salarium, vt inter ciues solui debet, si causa Baronis vltrà iter destinatum vasallus moratur.
65 Mulionibus Baro ius pascuum soluere tenetur.
66 Seruitia, non vasallis indici non debent.
67 Seruitia illi, qui illud seruitium alteri locauit, iniungi non possunt.
68 Seruitia vltrà feudi necessitatem extrà territorium sunt soluenda, prout inter ciues.
69 Salarium an totum sit in principio soluendum?
70 Seruitia an redimi, vel per substitutum pręstari possint?
71 Seruitia Baroni debita, an alij demandari valeant?
72 Operæ obsequiales cędi non possunt, secùs artificiales.
73 Dies vna pro qualibet laboris hebdomada quietis causa debetur.
74 Pœna spreti mandati quanta sit?
75 Officiales an hac ad seruitia cogendi prærogatiua gaudeant?
76 Barones an sibi iustitiam in causis ad se pertinentibus ministrare valeant?
77 Barone suspecto, an sint eius Officiales suspecti?
78 Barones an in locum Principis per omnia in Terris subintrent?
79 Barones suorum vasallorum Reges dicuntur.
80 Barones in liquidis sibi ipsis ius dicere possunt.
81 Barones suos Ærarios an significandi iurisdictionem concedere valeant?
82 Affictatores introitum Fisci an in exigendo, vt Fiscus prærogatiuam habeant.
83 Significatoriæ Baronum exequutionem paratam, vt illæ Vniuersitatis, non habent.
84 Rationes qualitèr sint videndæ.
85 Significatorię ex introitu superante exitum, an exequutionem habeant paratam.
86 Apodixa recognita an paratam habeat exequutionem.
87 Ærarij nominantur in Iure Questores.
88 Ærarij officium durat anno, non vltrà.
89 Ærarij legitimam exigendi procurationem à lege habere dicuntur.
90 Ærarij de negotio gesto, ab eorum Domino non tenentur.
91 Nomina debitorum inexigibilia reddita eius periculo cędant.
92 Ærarij an Baronis negotiorum curam habere teneantur.
93 Ærarij an fructus extrà feudum collectos administrare teneantur.
94 Ærarij an extrà territorium seruire sint obnoxij.
95 Ærarij electio ad quem pertineat?
96 Ærarij an sine Officialis licentia exequi, & debitores carcerare valeant.
97 Vniuersitas Ærarium eligens pro eo in subsidium tenetur.
98 Officium Ærarij habili est iniungendum.
99 Ærarij quinternos lucidos, vt alij Administratores facere tenentur.

100 *Ærarij bona an tacitè pro administratione sint hypothecata.*
101 *Ærarij an, & quando ex mora ad interesse teneantur.*
102 *Baro infrà mensem significādos esse Ærarios suos curare debet.*
103 *Salarium Rationali an Ærarius soluere teneatur.*
104 *Rationum reuisionem an, & quando Baro, vel pars petere possit.*
105 *Calculi error semper proponi potest, sed nō per hanc exceptionem partitæ iterùm erunt significandæ, sed prius de errore erit recognoscendum.*
106 *Libris semel præsentatis, an iterùm ad exhibitionem teneatur Administrator?*

PRAGM. XVI.

CAROLVS QVINTVS.

Ad nostras etiam aures peruenit, quod Barones, & alij vtiles Domini, vt noua seruitia, nouasq. angarias vasallis imponant, eo se velamento excusant, quod in priuilegijs, quæ de Ciuitatibus, Terris, Castris, Casalibus, & Villis *tenent, concessio facta est cum angarijs, perangarijs, furnis, tappetis, hostarijs, Asserentes in omnibus in dicta clausula contentis titulum habere: Et quia intentionis nostræ non fuit, neq. est, per tales clausulas nouas inducere angarias, aut perangarias, aliauè populo inferre noua grauamina, sed talis clausula de antiqua huius Regni citerioris Siciliæ consuetudine, & stylo procedit: Nec debet priuilegium, aut concessio nostra aliquid vltrà concedentis intentionem inducere, declaramus, vt iura etiam volunt, & mandant, per talem clausulam, vt videlicèt, cum angarijs, perangarijs, furnis, tappetis, &c. Nostræ Regiæ intentionis non fuisse, neq. esse, nouas inducere angarias, aut perangarias, nec nouas defensas, aut ius probibendi aliorum furnos, tappeta, molendina, aut alia in eadem clausula contenta, sed eas, & ea tantùm sub tali clausula, & concessione comprehendi, quæ tempore dictorum priuilegiorum, & concessionum, aut iusto titulo, aut legitima præscriptione erant in Ciuitatibus, Terris, Castris, & Casalibus, taliter concessio acquisita per alios Barones, qui Ciuitates, Terras, Castra, & Casalia ipsa tenuerant talitèr priuilegia, & etiam concessiones nostras, & venditiones, & donationes nostro cum assensu factas, & firmatas, faciendas etiam, & facienda declaramus.*



Comm. Pragm. XVI.



Icèt Principis potestas summa sit, secundùm ea,
1 quæ notauimus in *pragmat.* 1. voluntas tamèn eius inferior, & stricta de iure præsumitur, vbi interesse tertio, ex eius rescriptis, & concessionibus afferri posset. In præiudicium enim concedentis latè fieri debet interpretatio, *l. fin. ff. de const. Prin.* non in alterius præiudicium, vulg. *text. in l. 3. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loc. pub. l. nec auus, C. de emancip. liber.* Indè infertur,
2 concessionis verba impropriari, nè alteri præiudicium parari intelligatur, *cap. super eo, de offic. deleg.* sicq; notat *Ann. alleg. 69.* Principe in alicuius beneficium
3 disponente, non obstante priuilegio alteri concesso, talem dispositionem interpretandam esse, si prima facta concessio sit nulla, nè primò præiudicetur, & consequentèr dicendum est, Principem circumuentum fuisse præsumi, vel per importunitatem aliquid concessisse, ex quo tertio damnum generatur, ad *text. in l. 1. C. de petit. bon. sub. lib. 10. Reg. de Ponte cons. 55. n. 6.* quę omnia procedunt, etsi Princeps, clau-
4 sulis absolutam potestatem designātibus, vtatur, nempè *Non obstante, vel motu proprio, seù ex certa scientia, & similib.* non enim in tertij præiudicium operatur, vt singularitèr *Gram. cons. ciuil. 100. Afflict. decis. 334. Reg. Tap. de constit. Princ. 2. rubr. Petra. cap. pen. de potest. Princ.* nam vbi ma-
5 gna sublimitas, magna prę sumitur in concedendo cautela, & cui plus creditur, plus ab eo exigitur, *l. si quando, C. de inoff. testam.* ibi, *Nec credendum, Romanum Principem, qui iura tuetur.* Constat igitur ex tali propositione iustè per hanc Pragm. sancitum
6 esse, nouam seruitutem, & nouum onus vasallis initum nequaquam dici ex Castri, vel Ciuitatis concessione, cum angarijs, furnis, molendinis, hospitijs, & alijs facta; nam priuilegium vni cōcessum, alijs obes-
7 se non debet, & maximè in præiudicium personarum libertatis, contra quam Prin-

ceps

ceps disponere nullo modo poterit, *Gram. cons. ciuil.* 147. *& decis.* 65. & in terminis huius clausulæ *Vrsil. decis.* 334. ait, concessionem de angarijs, furnis, tapetis, & alijs non operari, si talia onera antea ex iusto titulo, antiquissima præscriptione, vel consuetudine vasallis non fuerint indicta,
8 nec titulus ex tali clausula fundari poterit; potiùs enim de stylo, quàm ex specifica Principis voluntate apposita censentur. Eò magis hoc suadetur, nam etsi Princeps in ea Terra angarias haberet, sub hac tamèn generali clausula illa non venirēt, cum intèr regalia hæc numerentur, quæ specificam requirunt concessionem, & per clausulas generales in exequutiuis positas non comprehenduntur, *Afflic. in cap. 1. tit. quę sint regal. & in constit. Quia frequen-*
9 *tèr*. Accedat etiam, quia in Regno extant capitula cum Rege nostro facta, quibus nouæ angarię indici non possunt, sed vt ei iurium fiscalium solutio sufficiat, vt refert *Gram. vot. 33. num. 35. Luc. per eum tex. in l. 1. C. ne oper. à collat. lib. 12. Vrsill. loco cit. num. 8. Pinell. de rescin. vend. cap. 2.* Non obstat, in multis Regni Terris talia adesse onera diuersarum angariarum, de quarū cognitione, & effectibus loquuti fuimus supra *pragm.* 10. nam hę ex antiquissima
10 memoria quęsitæ fuerunt, cum tali tempore præscribi possint, non quia fuerint per Principem inductę, *Capyc. decis.* 118. Insupèr hæc clausula nil noui tribuit, *text.* noster aliam rationis causam addu-
11 cit, quia clausulæ istæ potiùs de stylo, quàm de sensu disponentis apponi solent, *Capyc. decis.* 159. & clausulę solitę nil operantur in contractu, cum de Notariorum stylo, non autèm de partium consensu pręsumantur, *Doct. in l. fin. C. de fideiuss. Tiraqu. de const. vlt. limit. & in tract. de retrac. consangn. §. 1. glos. 18. num. 16. Rip. in l. si vnquā, in fin. C. de reuoc. don. Gabr. Rom. tit. de consuet. conclus.* 3. & sic concludimus his clausulis titulum inuestitis, huius Prag. vigore, non tribui, nisi insimul de illius possessione regalię, de qua controuertitur, doceat Baro, quia ex pręcedenti possessione possessio pręsumitur, & tunc inuestiturę clausulę titulum ex hac Prag. probant.

Dico de clausulis in parte exequutiua positis, secus quando in dispositionis corpore apponantur; tunc enim de vera mente expresè pręsumuntur, *Franch. decis.* 6. clausulę enim illę antè finem illius partis, *pro quibus omnibus*, apponi debent, *de Pōte cons. 54. à num.* 10. Quod adeò verum est, vt renunciationes, quę sub ampla forma in actus expletione fiunt, data lęsione non
12 operentur, secundùm ea, quę tradit idem *de Ponte cons. 30. num.* 25. eò magis enormissima lęsione concurrente, *Franch. decis.* 247. Vndè iterum repilogando asserimus, siuè personalia, siuè regalia onera in Baronis inuestitura in vasallos tributa de Principis mente indicta non pręsumi, nisi
13 feudo insint, & hoc ex statu, & prędecessorum possessione, introituum libris, reliquijs, Administratorū adnotationibus, & similibus est inspiciendum, *Vrsill. dec. 122. Alciat. resp. 37. Tap. in l. fin. cap. 2. num. 25. de const. Princ. Franch. decis.* 102. alias semper alienis saluis clausula subintelligetur, *Capyc. in inuest.* Ex qua firma maiori pro-
14 positione, onera per Principem vasallis indici non posse constat, & proindè neq; inferioribus vllo iure licebit, *l. 1. vbi omnes, C. ne rus ad vllum obseq. lib.* 12.

Sed hac amplissima conclusione attenta, quā comprobauimus, & ampliauimus supra 1. *&* 10. *prag.* vasalli, hoc clypeo ab omnibus oneribus se liberos, & immunes esse, prętendunt, dicentes, ad Barones seruitia personalia, vel onera aliqua realia subditis imponere non pertinere. Et exin-
15 dè antiquitùs valdè fuit controuersum; an iure Barones, aliquam ex vasallis ad suscipiendum Aerariatus, vel Camerlingatus, & similium ad iurisdictionis, & feudi introituum administrationem pertinētium, onus cogere potuissent; multi enim asserebant, hanc esse angariam, quę est seruitium personale, expensis Domini pręstandum, iuxta tradita in *d. prag.* 10. & hāc opinionem sectati sunt *Paris. de sind. tit. de excessib. Baron. Camp. in cap. Reg. Grauamina, Vrsill. decis.* 388. dicentes, vasallos talia onera suscipere non teneri, etiam volentes, sine Regio assensu legitimè non abstringuntur, ex *const. Reg. Quia frequentèr, Frec. autèm auth. 37. de subfeud.* contrariū,
16 & rectiùs defendit, vasallos onera ad feudum spectantia subituros esse; aliàs esset inutile, argum. *text. in l. opera, ff. de oper. libert.* feudi enim vitia sempèr a Principe concessa, & indicta præsumuntur, cum sinè eis feudum commodè stare non possit, ad *text. in l. fructus, §. hominis, ff. de oper. libert.* nam concesso principali, quæ confe-
17 runt ad antecedens concessa præsumuntur, *l. 2. ff. de iurisd. omn. Iudic.* operę enim insunt feudo, & naturalitèr à vasallis, secundùm eorum qualitatem debentur.

18 Nèc ideò angarij vasalli dici possunt, cum hæc seruitia non sint perpetua, dùm anno tantùm quis munus exercere teneatur, *C. de muner. & honor. non contin. lib.* 10. & quia Aerarius plus in solicitudine animi, quàm in labore personæ consistat, *Capyc. decis. 168. num.* 5. Neq; nouum onus vasallis imponi est dicendum, cum tacitè constituto feudo insint, *Afflict. in cap. Reg. Pro seruitio, & in const. Si nostra seruitia*, fuit constitutum, seruitia esse præstanda;

durum namq; ac ridiculum fuisset, Baronem vasallos habere, & homines ex alijs Terris pro debitis feudi seruitijs quære-
19 re, & *Capye. vbi supra*, ait, potiùs muneris, quam angariæ nomen esse dicendum, prout sunt alia personalia munera, *l. munerum, ff. de muner.* & ita decisum testatur *Franch. dec. 128. & 526.* Vniuersitates Camerarios suis dare Baronibus obligatos
20 esse; & eò magis suadetur, dùm Baro salarium Aerario, vbi non adest consuetudo in contrarium, soluere tenetur, *Doct. in l. salarium, C. de mand. Gratian. cap. 257.* quod Sacrum Consilium taxare solet, secundùm laboris magnitudinem, & administrationis quantitatem, vt prouisum intèr Vniuersitatem Contròni cum Barone. Act. de Ferrarijs, vbi cõsuetum salarium fuit auctum; concinnitur etiam, Actuarium suo sumptu ad nihil teneri, & dum Baro Pisticij prætenderet, vt in curandis linis,
21 caseis, cernendis frumentis, & similibus pro fructuum feudalium conseruatione, Aerarium ipsum suo sumptu curam habiturum esse prætenderet, fuit iudicatum id Baronis expensis fieri. Act. de Felice, cum suis sumptibus quis seruire non debeat, vt inferiùs dicam, & si Aerarius de his onus suscipere vellet, proptèr hãc curam vti ab Aerariatu diuersum salarium consequeretur, *Guid. Pap. dec. 68.*

Et consequentèr notatur, neq; Principem, Regni vasallos ad sibi seruiendum
22 cogere posse, ex causa tamèn vrgenti, & pro ipsiusmet Regni tuitione mãdare valet sibi tot milites ab vnaquaque Terra assignari pro seruitio militiæ, si voluntariè habiles non inueniat, & reditus Regni non sufficerent, quo casu vasalli ad serui-
23 tia personalia sunt obnoxii, *Capye. in inuestit. fol. 101. Ayell. de iur. Adh. nu. 43. Luc. de Penn. in rubr. C. de tyron. lib. 12.* & latè *Montan. de regal. §. angariæ, sub num. 3.* & dicam *singul. 111.* non tamèn per hoc Regnum angarium dicitur, dum ad tempus, & non perpetuò seruitium præstabat. Indè seruitia personalia pro commoditate, & causa feudi subditis iniungi poterunt, vtputa ad colendum territoria, fodiendas, & vineas potandas, & ad alia opera rustica mediante salario, & non ex hoc dicuntur vasalli angarij, sed potiùs locasse operas suas; nam alias fructus ex feudo non perciperentur, & Domini duram vitam agerent, atq; directus Dominus læderetur, argum. *text. notab. in l. is cui, §. qui legatorum, ff. vt in poss. legat.* Esset q; indecentia
24 subditorum, dum alijs operam locant, eas eorum Dominis solitum salarium soluentibus denegare, maximè in solitis, & habilibus, argum. *tex. in l. hæc demùm, vers. si tamen libertus, ff. de oper. libert.* iuxta tamèn personarum qualitates onera, & munera sunt indicenda, & præcipuè sordida, vt sumitur ex *cap. Reg. 121. & 114. Luc. de Penn. in l. 1. C. de censit. lib. 12.* & post hæc *Montan. loco cit. num. 5. & 6.* & passim quotidiè decernitur in Sacro Consilio, & tẽpore habili; nam dum quis vacat suis, alijs
25 operas conducere non tenetur, *Bald. in l. Præses, C. de seruit. Doct. per illum text. in l. cursum, C. de curs. public. lib. 12. Gram. decis. 67. num. 3. Gaill. obser. 62. lib. 2. num. 12.* Ac tandèm Barones vasallos cogere poterint, vt potiùs sui feudi territoria colãt, quam alia conducant, vel ad coloniam re-
26 cipiat, nè feudum sit inutile, *Luc. in l. generali, C. de cursor. lib. 11. & in l. quisquis, C. de metall. lib. 12. Paris de reinteg. feud. fol. 107 & Andr. in cap. 1. de vasal. decrep. ætat. n. 68* refert, sic fuisse prouisum per Sacrum Cõsilium, & suprà *pragm. 1. num. 160.* dummodò vasallorum non fiat deterior conditio, quia Barones fortè maiorem vellent pensionem, vèl territoria non essent ita apta, & fructuosa; nam his casibus, & similibus alijs eorum conditionem deteriorem facere non tenentur, Barones solùm prælationem habent, *Frec. auth. 41.* & fuit decisum intèr Vniuersitatem Biccari, & Mar-
27 cellum Caracciolum. Act. Figliola. Quæ conclusio confirmatur etiam ex eo, quia è contra, Barones potiùs vasallis, quam extraneis feudi territoria ad coloniam, vel affictum concedere tenentur, *Franch. decis. 301. Frecc. vbi supra, & extat cap. Reg. Itèm quod prædicti massarij, num. 73.* quod licèt de territorijs Fisci loquatur, eadem est iuris dispositio cum Baronibus, cum eadem sit iuris ratio, & subrogatio. Sicq;
28 ad propositum nunquàm vasallorum malitijs est indulgendum, neq; eis nimia audacia est prestanda, vt Dominis æmulentur, qui multotiès varias molestias in casibus liquidis Superioribus inferunt, vt aduertit *Gaill. pract. obser. lib. 1. obser. 17.* &
29 in dubio pro Magistratibus præsumitur, *l. 2. C. de offic. ciuil. Iud. lib. 10.* ibi, *Quod non arbitrantur.*
30 Hæcq; intrà feudum procedere diximus, vt seruitia pro feudo præstentur, sed an extrà, personis, & animalibus seruitia Barones iniungere valeant? De iure, Principi, eiusq. Præfecto Pretorij ius capiendi animalia, currus, naues, plaustra, & alia, ac personas eis inuitis transmittere erat permissum, *l. 2. cũ seq. C. de curs. pub. lib. 12. Andr. in vers. & plaustrorum, quæ sint regal. Capyc. in inuest. ver. iumentorum, Mastrill. de Magistr. lib. 3. cap. 10. ex num. 293.* prætèr quos, alijs quacumq; præditis potestate, ac magna constituta mercede non licebat, *l. 1. C. vt rustic. ad vll. obseq. lib. 10.* At quia ferè omnes inuestituræ communitèr cum clau-

clausula fiunt, videlicèt *cum iumentorum, plaustrorum, & aliorum seruitiorum præstatione*, propterea Barones intrà, & extrà feudum seruitia iniungere valent, cum limitationibus tamèn infrà notandis, & sic adest *const. Reg. Sic ad nostra seruitia*. Verùm quia vasalli quotiès seruitia præstare tenentur, non eorum sumptibus, sed Baronis ea exequi debent, argum. *text. in l. opere 21. ff. de oper. libert.* propterea pro salarij talium seruitiorum taxa ad subiectorum releuamen promulgata fuit *pragm. 1.*
31 *de salar.* circà quam aliquas quæstiones, & decisiones Sacri Consilij supèr ea latas adnotari conueniens est. Primò dico, taxam factam per *d. pragm.* iustam, & legitimam ipsius promulgationis tempore fuis-
31 se, vt constat ex proœm. quod causam legis demonstrat, *l. fin. ff. de hæred. inst.* asseritur ibi, eam *pragm.* ad subditos releuandos ęditam fuisse, & verum, & iustum salariũ pro seruitijs esse indicendum, sed crescente ętate hac nostra tempestate, quando rerum prętia sunt aucta, illa Prag. ad maximam vasallorum iniquitatem erat redacta, & quia lex quamuis dura, seruanda erat, *l. prospexit, ff. qui, & à quib.* ideò multis annis ęgrè lata fuit; at quia solida est
33 conclusio, legem tanti valere, quantum vtilis est populo, *l. de quibus, ff. de legib.* cum leges vt suffragentur, fuerint introductę, *l. 1. ff. de negot. gest.* si posteà mutato statu noceant, reuocari debent, ad *text. in l. 2. C. de priuil. scholar. lib. 12. Vasq. controu. cap. 30.* meritò deindè fuit emanata alia *pragm. 2. eod. tit.* per quam fuit duplicatum salarium, & sic solutio, quæ erat denario-
34 rum quatuor pro milliario, personę itinerantis pro Baronis seruitio denariorũ sex cum animali, & granorum quinque cum curru est aucta; quia adiunctum fuit aliud simplum, & adhùc dictum salarium vix pro alimentis suppetit.

35 Et quæri posset primò, an *d. pragm.* sit in subsidium inducta, ita vt si Baro propria habeat animalia, multos boues, & alia seruitijs apta, suis, non autèm alijs vti debeat? Videtur, quod non, cum arbitrarium sit Baroni ea, nec nè tenere velit, & si ad antecedens non tenetur, nèc ad cõsequens præsumitur obstrictus, *l. si cui, ff. de iurisd. omn. Iudic.* & priuilegium in fauorè inductum odium saperet; tamèn contrariũ fuit decisum in Sacro Consilio, nam quãdo quis commoditatem habet, & ea non vtitur, ęmulari videtur, quod iura abhorrent, *Doct. in l. Altius, C. de seruit.* sic *Frãch. decis. 211.* alias si vasallorum animalibus
36 vti voluerit sua habens, salarium vti intèr ciues soluere debet, *Add. ad d. dec.* Sed an salarium *d. pragm.* pro animali misso pro seruitio debeatur vniforme tàm pro magno, quàm paruo? Videbatur dicendũ, salarium esse minuẽdum pro bestijs paruis; quia labor, & pręmia diuisionem recipiunt, & maiorem vtilitatem maioris, quàm ex minoris summæ asportatione, quis consequitur. Verùm quia Pragm. est
37 exorbitans, non fuit extensa, sed generalitèr intellecta tam pro animali magno, quam paruo: nam si voluisset, dixisset; non dicit, ergo generalitèr est intelligenda, vulg. *l. de pretio, ff. de public.* & odiosa sunt restringenda, & non amplianda, *cap. odia, de regul. iur. l. commodissimè, ff. de liber. & posthum.* sic decisum refert *Franch. dec. 152.* Verumtamèn in causa Vniuersitatis Biccari, & eius Baronis Marcelli Caraccioli. Act. Figliola. fuit declaratum, salarium esse præstandum, tàm pro asinino, quàm pro equino animali, dummodo maiorem quantitatem duorum modiorum frumenti, vel duorum cum dimidio ordei
38 non asportent. Sed in contrarium mihi vim facit *text. in l. publici cursus, & ibi Io. de Plat. C. de curs. pub. lib. 12.* vbi quod animalia oneranda sunt secundùm consuetudinem ponderis, quod sufferre solent; vndè si tàm pro paruo, quàm magno animali sit soluendum, cessaret illa declaratio, dum animalia sunt oneranda iuxta eorum solitum.

An verò salarium pro accessu, & recessu, vèl accessu tantùm debeatur, dum Pragm. dicit, solutionem esse faciendam attenta ratione milliarij? Videtur etiam pro recessu solutio esse præstanda, quia casus omissus in iuris dispositione remanet, *l. si extraneus, ff. de condit. ob cau.* & statutum licèt exorbitans a iure recipit interpretationem, *l. 2. C. de noxal.* propterea quia lex accessum tantùm, & sic illum actum, non autèm recessum considerat, *Bart. in l. vtimur, ff. de sepulchr. viol.* Idem per Sacrum Consilium fuit decisum, solùm accessum esse considerandum in seruitiorum præstandorum solutione, nisi animal ad Baronis instantiam oneratum rediret; nam tunc soluendum est salarium accessus, & recessus, *Franch. dec. 152.* & similitèr fuit decisum intèr Vniuersitatem Vallis Vitulani, & Baronem. Act. Figliola. Quid si mittatur currus, nimis onera-
39 tus, ita vt boues, vel muli tota die vix decem milliaria peregerint, vel si molas, vèl magnos lapides trahant, an milliariorum computatio attendi debeat; quia ratio est anima legis *l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de legat. 3.* decisum fuit, esse attendendum seruitium per totam diem præstitum, *Franch. decis. 526. nu. 3.* Sed an omnes subditi, ac eorum animalia per Barones ad
40 prædicta seruitia, vel solita poterint? dic, solitos primò esse cogendos, & in subsidiũ

ha-

habiles, ad *text. in l. pen. C. de curs. public. Franch. vbi supra n. 3. in fin.*

Verùm quia hoc colore Barones nimium solitos onerabant, dum fuisset supplicatum in Sacro Consilio per Vniuersitatem Lauri, vt onera intèr solitos, & habiles repartirentur, fuit decretum, ità seruandum, ità vt alter ex subditis plus altero non grauaretur. Act. Cioffo. & *Frāch. vbi supra, num. 4.* notat, Baroni plures Terras habenti, pro victualibus, & cæteris

41 Neapolim, vel ad habitationis locum cōducendis, omnes Terras pro focularior um numero subuenire teneri, & per circulum personis iniungi, *Rouit. in prag. 1. de salar. num. 9. ex text. in l. Ciuitas, C. de offic. Rector.* nisi aliqua ex Terris animalia non haberet, vèl minùs apta, vt sunt asini hyemali tempore. In iungendis etiam seruitijs personalibus est idem obseruandum, vt soliti cogantur, sed non multùm onerentur, *Gaill. obseru. 62. libr. 2. num. 12. in fin. Ann. singul.* 560. Non enim Baro nimis frequēs, & immoderatè operas subditis indicere debet, adeò vt eis tempus se, & suos alendi, vèl suis subueniendi negotijs, & necessitatibus non suppetat, ad *text. in l. nec audiēdus, & in l. cum patronus, in fin. ff. de oper. libert.* In subsidium inquam habilibus seruitia iniungantur, vti ad fodiendas vineas, literas asportandas, &c. vt in *Cap. Reg.* 121. Persona autèm habilis non dicetur, si nobilis fuerit; nam onera, & mune-

42 ra secundùm gradus qualitatem sunt indicenda, aliàs possent renui, *Andr. in c. 1. si quis decesserit, num. 3. si de feud. def. milit.* iniustis enim ordinationibus impunè resisti potest, *l. illicitus, §. illicita, ff. de off. Praes. l. vnic. C. nè onere à collat. lib.* 10. & dixi in

43 *pragm. praeced.* nec insolita seruitia sunt præstanda, *Gaill. obser. 17. par. 1. & tit. de arrest. cap. 10. num. 7. & Ann. singul.* 560. Indè cum fuisset ab Vniuersitate Ruborum porrectum grauamen contrà Baronem vasallos cogentem ad vxoris sedem baiulandam, pro dicta Vniuersitate allegaui *text.* ad hoc singularem in *l. 1. & glos. in l. 2. C. nè quis lib. inuit. lib.* 11. Vndè fuit decisum, Baronem se abstinere, sed solitis tātùm vti, ad hoc exercitium salario mediāte. Act. Cioffo.

44 Nùm autèm animalia ad centimola, vel tappeta, & similia exercitia, & opera destinata in subsidium, vti habilia cogi possint? negat *Camp. in cap. Reg. 53. Barthol. de Capua cap. Grauamina, in fin.* & sic fuit iudicatum in Sacro Consilio intèr Vniuersitatem Theani cum Principe Hostiliani. An autèm dieta subditis sit persoluenda,

45 attenta milliariorum viginti ratione, quæ est dieta legis, vt in *l. 1. ff. si quis caut.* cùm si non itinerentur, sed eis iniunguntur seruitia arandi, fodiendi vineas, potandi, & cætera alia præstandi? Dic, *prag.* hoc declarauisse ibi, *In cæteris verò seruitijs extrà itinera fiet solutio, prout inter ciues*, quod aduertit *Franch. d. decis.* 526.

46 imò non solùm soluere debent vt ciues, sed victum præstare operarijs, vti præstant alij, dum operas conducunt, prout fuit iudicatum ad supplicationem Vniuersitatis Lauri contra Marchionem. Act. Cioffo. & sic nota, quotièscumq. seruitia intrà territorium iniunguntur, solutio prout intèr ciues, nō autèm secundū huius

47 *pragm.* taxam, est facienda, licèt quilibet oppositum diceret, cum intrà, non vltrà fines feudi, vasallus onera subire teneatur, *l. quod nisi, cum seq. ff. de oper. libertor. Frecc. de subfeud. auth. 30. Ann. singul.* 560. *Sese de inhib. fol. 373. num.* 10. feudatarius

48 enim liberto æquiparatur, & valet ab eo argumentum, *Andr. in cap. 1. num. 6. de his, qui feud. dar. poss. Ias. de orig. feud. num.* 38. sic & Barones intra, non extra Regnum seruitia præstare tenentur, si Rex non pu-

49 gnet in Regno, *Andr. in cap. 1. §. sed nec alia iustior, num. 40. in fin. Quæ sit prima cau. benefic. amitt. Camer. ar. in cap. Imperialem, fol. 34. à lit.* P. nisi Domini expensis, & sa-

50 lario, alias abstringi non possunt, *l. cum sæpè, C. de rogat. milit. Ann. lib. 12. Bald. in l. 2. C. quib. fid. liber.* & ità intelligendus est *text. in l. liber. C. de oper. liber.*

Itèm ex multis processibus Sacri Consilij collegi aliquas alias declarationes ad *d. pragm.* de grauaminibus, quæ per Barones in dictis seruitijs inferri solent, grauabatur inquam Vniuersitas Theani a Principe Hostiliani, qui seruitia manè iniungebat, & meridie dimittebat, pro tempo-

51 ris rata soluendo, & fuit prouisum, semper diem inceptam haberi pro completa, cum per vasallum non steterit, prout fuit etiam decisum intèr Vniuersitatem Lauri, & Marchionem. Act. Cioffo. & fundatur ex dispositione *text. in l. sed adde, § fin. & l. qui operas, ff. locat. Carroc. de locat. tit. si non stat per locat. vel conduct.* & licèt videatur

52 aduersari Regula, *Labor patitur diuisionē, l. scio, ff. de ann. legat. Cepol. in l. 3. ff. de verb. signif.* contrarium tamèn est receptum ex *text. & glos. in d. l. 3.* ponitur enim ibi, dari viginti milliaria pro dieta; sed si superfit, vt quis iter faciat viginti vnius milliarij, duæ debentur dietæ, si locus tanto distat itinere, *Barbos. in l. de diuisione, ff. sol. matr. num.* 6. vndè quando opus destinatum est pro tempore, quotiès non stat per adimplere debentem, totum salarium debetur, & sic interpretatur Regula, *Labor recipit incrementum, & decrementum*, quando tempus, & locus non sunt determinati, sed actus recipiunt successiuos, & qui diuidi pos-

possunt, *Bald. in d. l. liberti, num. 15. C. de oper. libert.*

Itèm nota è contrà, si quis iter, vel opus plures requirens dies perfecerit, & ille ob suum laborem, & diligentiam vltra properauerit, salarium tot dierum, & totius operis debetur, *gloss. fin. & ibi Doctor. in l. eos, ff. de falsis, Couar. var. resol. lib. 3. cap. 13. num. 6. Barbos. vbi supra, num. 7. Bouadill. in Polit. cap. 20. à num. 66. & cap. seq. nu. 242.* quod obseruauimus recta conscientia in Reg. Tribunali quando in causis delegatis iter faciebamus, vèl in examinandis multis testibus die, ac nocte pro expediendo negotio laborauimus; nam ista ratione salarium competens dietarum peti poterit, *Menoch. de arbitr. iud. cas. 223. Add. ad Capyc. decis. 125. Rot. Flor. decis. 12.* Itèm fuit

54 supplicatum per dictam Vniuersitatem Lauri contra Marchionem, qui pluribus seruitium præcipiebat, postea vnum de manè eligebat, & cæteros dimittebat, qui dietam amittebant; & fuit decisum, necessarios tantùm die præcedenti ad seruitia monendos esse, aliàs monitis dietam sol-

55 uere teneatur, ratio suadet, vt labor recipiat diuisionem, quando non stat per conductorem quin opus conficiat, ad *text. in l. si pecuniam, ff. de condit. caus. dat. Bald. in l. edem, num. 13. C. locat. Add. ad Capyc. de-*

56 *cis. 124.* Fuit etiam supplicatum, Barones Aerarijs seruitiorum solutionem non cōmittere, sed sibi reseruare, & subditi timore accedēdi ad faciem Domini, dietarū salarium derelinqueret, & prouisum fuit, Barones Aerarijs solutiones seruitiorum committere, seq; ab hoc abstinere, ita pro Vniuersitate Controni cum Barone. Act. de Ferrarijs. Ratio decisionis fuit: nam ideò etiam Baronibus prohibitum est, nè iurisdictionem exerceant, nèc in alijs actibus interueniant, vt suprà dixi, ad tollendas metus, & impressionis suspiciones, & cum eadem ratio in hoc casu procedat, idem ius statui debebat, *l. à Titio, ff. de furt.* & maximè cum hoc æquitatem, & fauorem sapiat, quo casu de casu ad casum extensio datur, *gloss. in l. illud, C. de sacros. Eccl. Doct. in l. si constante, vers. mariti, ff. sol. matr. Tiraq. de reuoc. don. f. 73. n. 44.*

Itèm fuit supplicatum, quod Baro subditos ad sibi inseruiendum in suis ruribus

57 ad annum, vel mensem cogeret; fuit prouisum pro Vniuersitate Orioli contra Marchionem. Act. Iubeno, Barones nullo modo huiusmodi subditos nèc per hebdomadas cogere posse, sed pro occurrentibus seruitijs tantùm. Quod intellige de non solitis locare operas suas per annum, vèl pro hoc diminuto per Prag. salario, ex *l. 1. C. ne oper. à collator. lib. 10. l. ob eas, C. de actio.*

Itèm fuit supplicatum, Baronem extrà territorium seruitia iniungere, etiam in

58 negotijs, & causis, pro quibus suum aderat particulare vtile, fuit prouisum pro Barone, soluto tamèn salario, prout intèr ciues intrà territorium, extra verò secundùm taxam Pragmaticæ. Ità intèr Marchionem Lauri, & Vniuersitatem Theani, *Amend. ad Franch. decis. 211.* Itèm prouisum fuit, Baronem non solùm pro necessarijs seruitijs, verùm etiam pro suis

59 gustibus animalia venandi, vel aucupandi causa capientem prout intèr ciues extrà territorium soluturum esse; seruitijs tamèn necessarijs non existentibus à subditis, & eorum animalibus cogendis se abstenturum esse, *Gayll. obseru. 17. par. 1.*

60 Seruitia enim in subsidium ob necessitatem Baronis sunt inducta, & salaria minorata; sed quando sunt pro venationum, vèl huiusmodi voluptatibus, vasalli molestari non debent; cessantibus enim ratione, & causa legis, & eius dispositio cessare debet, *l. adigere, §. quàmuis, ff. de iure patronat. Euerard. loco Topic.* à ratione legis cessantis, & seruitia pro gustibus iniungere est duplex exorbitantia, & quia non est necessaria, & quia est voluptuaria, ideò non est attendenda, *l. 1. C. de dot. promiss.* Itèm fuit porrectum grauamen contra Baronem pro suis seruitijs, nobilium equos pro eorum personis ad sellam destinatos petentem, fuit prouisum, quod ab hoc se abstineat intèr Vniuersitatem Biccari, & Baronem. Act. Figliola, *Bertaz. in tract. de gabell. par. 8. artic. 2.* nam quæ propriæ commoditati deseruiunt, alijs quis accommodare non tenetur, *Gutier. de gabell. cap. 77.* indè talia animalia, nequè oneribus datij, & gabellarum animalibus impositum de iure subiacent, *Marsil. singul. 80. in fin. Gramm. decis. 67. num. 3.* Itèm fuit porrectum grauamen contra Baronem integrum salarium soluere nolentem, si animalis Dominus

61 illud non conducat, licèt alter de eo curam haberet, & fuit prouisum, pro quolibet animali solui salarium, dummodò adsit, qui ad seruitium, ad quod mittitur, de conducendo animali curam habeat, aliàs salarij medietatem soluendam esse, vt patet ex processu antè citato cum Vniuersitate Biccari; nam seruitium debet esse perfectum, & verba legis cum effectu sunt

63 intelligenda, *l. 1. §. hac verba, ff. quod quisquè iur. Amend. ad Franch. decis. 211.* Itèm & ad dictæ Vniuersitatis Biccari instantiam decisum fuit, si post completum ser-

64 uitium, in aliquo loco homines, vèl animalia causa Baronis morent, pro illis dietis salarium prout intèr ciues, non autèm secundùm Prag. taxam soluendum esse.

65 Ibi-

65 Ibidèm conqueſtum fuit contra Baronem ius paſſuum ſoluere non prætendentem, & muliones ad pretij bonorum ſibi furto ſubtractorum ſolutionem cogentem, fuit prouiſum, eum ad paſſuum iura exoluenda teneri, & muliones citra eorum culpam furtum paſſos non moleſtandos, ex *text. in l. bi penès, C. de agric. & cenſit. lib.* 10. Itèm fuit porrectum grauamen, quod ſeruitia, etiam exteris animalibus pro commercijs in terram venientibus iniungebantur, fuitquè prouiſum, vt illis inuitis Baro ſe ab hoc abſtineret pro Vniuerſitate Lauri, & Marchione, quia

66 ſeruitia à vaſallis, non autèm a non ſubditis peti poſſunt.

Itèm fuit porrectum grauamen, quod Baro ſeruitia, tam pro feudalibus, quam pro alijs ſuis negotijs imponebat, & prouiſum fuit pro Barone, vt intra territorium, vti intèr ciues ſolueret extra ad rationem Pragmaticæ intèr Marchionem Lauri, & Vniuerſitatem. Act. Cioffo. Verùm onera intèr omnes Terras pro conducendis victualibus repartiantur, vt intèr Marcellum Caracciolum, & Terram Biccari. Act. Figliola. *Franch. decis.* 516.

67 *num.* 4. Itèm ad dictæ Vniuerſitatis ſupplicationem fuit deciſum, Baronem ab iniungendis ſeruitijs perſonis, & animalibus, ab alio ciue pro eius neceſſarijs negotijs conductis ſe abſtinere. Verùm præferatur, dummodo præcedente die eas monuiſſet; nam facta conuentione diſcedere non licet, *l. in operis, ff. locat. Gram. dec.* 67. *num.* 2. Itèm prouiſum fuit contra Baronem vnius Terræ ſubditis ad aliam adeundam pro meſſibus, ac glandibus legendis, & cæteris dicti feudi ſeruitijs ſolùm va-

68 ſalli pro illius feudi, vbi ſunt ſubditi ſeruitijs, cogantur, ita intèr Vniuerſitatem Sancti Gregorij, & Iacobum Caracciolum, argum. *l. hę demum, ff. de oper. libert.*

69 Itèm fuit ſupplicatum contra Baronem Salarium, niſi in receſſu nuntijs, vel pauperibus mulieribus victum pro itinere faciendo non habentibus non ſoluentem, fuitq; intèr Vniuerſitatem Piſticij, & Baronem. Act. de Felice prouiſum, quod medietas antè acceſſum, & alia in receſſum perſoluatur, ſicquè fuit deciſum intèr Vniuerſitatem Prignani cum D. Ioanne de Ayerbo. Act. Galterio, ex *gloſ. & Bald. in l.* 2. *C. locat. Dueñ. regul.* 30. *Mantic. de contract. lib.* 5. *tit.* 6. *Auil. cap. prat. cap.* 17. *verſ. meneſtrales.*

70 Itèm ciuibus onus aſportandi victualia redimere volentibus, exterorum animalia conducendo, & Barone ad ęmulationem non permittente, prouiſum fuit, id ciuibus licitum eſſe, ita intèr Vniuerſitatem Solofræ, & D. Flaminium Vrſinum. Act. de Caro; ſeruitia enim iſta poſſe redimi, vel per alium præſtari firmat *Rouit. hoc loco, & Auil. vbi ſupra*, nam ſunt onera, quæ pretio redimi poſſunt, *Bald. in l.* 1. *C. de oper. libert. & in cap.* 1. *§. pen. num.* 10. *de*

71 *pace iuram. firm.* Sed an Baro demandare poſſit, vt alijs quod ad ſe ſpectaret præſtetur, & videtur, vt dixi *pragm.* 1. & 12.

72 *ex num.* 33. pro vſu Baronis inducta, alijs cędi non poſſe, *Dueñ. regul.* 304. attamèn diſtinguendum puto, aut operæ ſunt officiales, aut artificiales. Primæ, quæ in obſequio conſiſtunt, vt comitati aſſurgere, & aliæ, quas refert *Alciat. in l. ſciendum, §. item in l. ff. de verb. ſignific. gloſ. & Doct. in l. ſi non ſortem, § libertus, ff. de cond. indebit.* cędi, & per alium præſtari non poſſunt. Artificiales verò, quæ conſiſtunt in operando, cędi poſſunt, *l. operæ incertum, ff. de oper. libert.* & probat *text. in d. l. ſi non ſortem, § libertas, in fin. vbi Iaſ. num.* 16. *Tiraquell. de retract. conſang. §* 26. *gloſ.* 1. *nu.* 48. *Surd. de alim. tit.* 4. *quæſt.* 29. *num.* 57. ea enim, quæ perſonalia non ſunt, ſed ad hæredes tranſitoria, cędi poſſunt, *l. ex pluribus, vbi Doct. ff. de admin. tutor. tot. tit. ff. de hæred. vend.* & latè in ceſſione iuris venandi *Io. Arprec. par.* 1. *diſp.* 10. *num.* 21. Et vaſallum, qui Neapolim, vel aliò victualia ferre tenetur, poſſe ea redimere ibidèm mercando tenet *Add. ad Franch. deciſ.* 211. & poſtremò pro qualibet itineris hebdo-

73 mada, diem pro animalium quiete deberi habetur in *gloſ. ſing. in cap. cupientis, in princ. verb. commodè, de elect. in* 6. *Doct. in l. continuus, § cum ita, ff. de verb. oblig. Aret. §.* 3. *Inſt. de iuſtit. & iur.*

74 Itèm ſi mandauerit ſeruitium, & ei nō fuerit obeditum, an totam mandati pœnam Baro exigere poſſit? Fuit prouiſum, pœnam non excedere tarenum, niſi inobedientia alias haberet qualitates grauātes, ita intèr Marchionem Lauri, & Vniuerſitatem, *Viu. comm. opin.* 678. *incip. præceptum, Gram. conſ. ciuil.* 73. *de Ponte de pot. Proreg. §.* 1. *n.* 45.

75 Vltimò dubitari poſſet ex verbis *d. prag.* quæ Officialibus hanc dat authoritatem, vt ſalaria ſecundùm taxam præſtent, an omnes Officiales, Capitanei, & cæteri cōprehendantur, vt ſeruitia iniungere, & ſecundùm diſpoſita per *d. pragm.* & generalitate verbi, *Officiales*, ſoluere valeant? & ſic dicendum videtur: nam ſæpiùs in Iure, & a DD. Barones, Officiales, & Capitanei nominantur, vt in vſibus feudi *de Cap. qui Cur. vend. Affl. in conſt. Capitaneorum*, nam Regis Officiales ſunt; diſpoſitio tamèn officium in proprietatem, non autèm in adminiſtrationem habentibus dirigitur, vt patet ex proęmio, & diſpoſitione verborum Pragmaticæ; vndè eam ad cæte-

ros extendendam non puto, prout post hęc *Reg. de Ponte tit. de regal. impos. nu. 54.* nisi quando pro Fisci seruitio, iniunctiq. oneris causa animalibus, & alijs seruitijs opus esset, quia per Officiales cogi possunt, vt dicat ipsamet *pragm. de seruit.* & sic in occurrentibus negotijs fuit obseruatum. Hæcq; sat sint ad istam partem.

76 Sed consequutiuè scitu dignum est, & ad prædicta, & similia multùm conducit videre, si vasallus in supradictis casibus, vel in alijs à iure debitis obedire tenuerit, an Baro cogere, & subditum mulctare possit? Dixerunt multi, quod non, ex generali regula, *Nemo in propria causa ius sibi dicere debet, C. nè quis in sua causa, l. qui iurisdictioni, ff. de iurisd.* & Baronem esse in-

77 competentem, ac suspectos eius Officiales in causis ad eius subditos pertinentes, decisum reliquit *Capyc. decis. 124.* nam Capitanei vti subordinati, & à Domino dependentes, & ipsi animosi præsumuntur, *l. ita, § gessisse, ff. de adm. tutor.* factum enim Domini, ac eius Officialis dicitur correspectiuum, *Innoc. in cap. insinuante, de offic. deleg.* vbi existente Episcopo suspecto, & eius Vicarius habetur suspectus, *Crauett. cons. 32. & 232. Rouit. de suspec. Offic. prag. 1. num. 3.* & diximus suprà *pragm. 3. ex n. 165.* Alij opinati sunt, Barones vasallos inobedientes ad seruitia, & alia debita cogere posse; nam in feudalibus in locum Principis succedunt; vndè idem ius habet feu-

78 datarius in parte, quoad partem, quod Princeps, quoad totum, *l. quæ de tota, ff. de rei vind.* ideò Barones Regulos in suis Ter-

79 ris nominant, *glos. Paris. tit. 2. glos. 5. Marant. cons. 39.* Vndè sicuti Fisci debitores ab eo summariè ad congrua seruitia coarctantur, idem eius subrogatis videtur cōcedendum, *l. nemo, C. de exact. tribut.* & *Boer. decis. 136.* ait, Episcopum propria authoritate subiectos ad charitatiuū subsidium sibi debitum cogere potuisse, & Metropolitanum adire non teneri, sequitur *Gaill. obser. 17. num. 8.* adducitur etiam *Baldi* doctrina satis commendata in *l. 1.*

80 *C. vndè vi.* docens, feudatarios saltèm ex antiquissima consuetudine, in sibi debitis pro feudo, sibi ipsis iustitiam ministrare posse. Vera tamèn distinctio hæc est, vt in liquidis, & notorijs causis Capitanei procedere, & inobedientes subditos mulctare, & carcerare possint, *Vrsill. decis. 265. num. 32. Boer. decis. 55. Mastrill. de Magistr. lib. 4. cap. 18. nu. 115.* Sed si casus esset dubius, & vasalli se opponerent, & contrarium de iure, vel consuetudine esse, quod controuertitur, prætenderent, tunc prima opinio procederet, *Vrsill. vbi supra, num. 32. Boer. decis. 55. Franc. Marc. dec. 200. par. 2. & Afflict. in Const. Reg. Quia frequenter, in fin. & in decis. 136. Gram. decis. 88.* vbi pro compellendis vasallis ad adiutoria in casibus dubijs Superior adiri debet, & sui Officiales suspecti allegari possunt, *Bart. in l. qui iurisdictioni, ff. de iurisdic. omn. Iudic. Capyc. decis. 137. Carol. de Grass. de except. cap. 24. num. 89.* Sed in liquidis, & non arduis Baronis Officiales iurisdictionem iu causis ad suum commodum pertinentibus ministrare non prohibentur, *Petra de pot. Prin. c. 19. n. 5.*

81 Et exindè etiam valdè dubitatum fuit, an Barones iurisdictionem significandi, & eorum Aerariorum, & debitorum rationes calculandi alicui concedere possint, & an dictæ significatoriæ exequutionē habeant realē, & personalē, vti significatorię debitorū Vniuersitatis, vigore *prag. 5. §. 21 de admin. Vniuers.* quę exequuntur etiā appellatione interposita, ex *Franch. dec. 347.*

82 Barones hæc posse videntur, quia Fisci locum tenent, *Guid. Pap. decis. 76.* qui contra suos debitores exequutionem habet personalem, & realem, *l. instar, C. de iur. Fisci, Peregr. de iur. Fisci, tit. de debitor. Fisci,* imò & hęsitatum fuit, an fiscalium bonorum conductores hac gaudeant prærogatiua? Sed quia inoleuit practica, quod in capitulationibus factis ab eis cum Regia Camera sic expressè conuenitur, cessat difficultas *Guid. Pap. decis. 61. & 268. Capyc. decis. 12.* & quod rectà via Baro cogere suos debitores possit, *Doct. in l. 1. C. quib. muner. se excus.* prout etiam Vniuersitatis Arrendatores, qui in suos debitores paratam habent exequutionem, *Antibol. de muner. vlt. art. num. 47. Montan. super §. 10. in pragm. de admin. Vniuers.* & latè *Peregr. de iur. Fisc. tit. de ijs, quæ spectant ad ord. iud. num. 34.* Vndè si priuati vti subrogati hac specialitate potiantur, fortiùs hoc priuilegio Barones frui debent, qui à Fisco feudum in perpetuum dominium, ac merum imperium, ac multa habent regalia, quod est plus, sicq. videtur concessum, quod est minus; veritas est, Barones suorum debitorum rationes videndas delegare, de iure, & consuetudine sustineri posse, & iurisdictionem in proprijs negotijs exerceri. Sed est intelligendum, si partes non contradicunt, alias suspectus in cognoscendo est etiam, & in delegando, vt dixi supra *prag. 3. num. 166.* nisi delegetur non subdito, qui vti suspectus recusari non potest, iuxtà notata per *Cancer. var. resolut. cap. 13. ex num. 189.* Quando autèm Baronum allegatur potentia, & ab Aerarijs rationem per Superiores reui-

83 deri petitur, eorum instantiæ admittuntur, *Escobar. de ratioc. cap. 7. num. 39.* Verùm Rationales electos iurisdictionem, ac etiam realitèr, & personalitèr exequen-

dj prærogatiuam habere denegatur; nam si Fisco,& Vniuersitatibus competat, hoc est ex speciali priuilegio eis indultum, quod non est ad Barones trahendum, sed Rationales ordinariè iuris ordine serua-
84 to procedere debent, data, & recepta audita parte dubiorum, & partitarum discussione videntes, ad *text. in l. cum seruus, ff. de condit. & demonstr. Boer. dec. 2. & 295. Vlu. decis. fin. par. 1. & Marant. in sua praxi, ver. exceptiones, num. 71.* vbi de modo rationes videndi,& administrationis libros præsentandi, vt significatoriæ legitimè fieri possint, habetur, quibus promulgatis exequutio parata non datur, vt dixi; imò interposita appellatione sunt ligatæ manus Iudicis, prout in alijs, ad *text. in l. 1. C. de iur. Fisci, l. abstinendum, C. quor. appell.*
85 & ita pluriès vidi in Sacro Consilio iudicatum. Verùm limita quando tractatur de significatorijs factis ex introitu superante exitum, quo casu pars data, & accepta ponens, fateri videtur, & in confessum nullæ sunt Iudicis partes, nisi in exequendo, *Boer. decis. 195. num. 6.* propterea Sacrũ Consilium multotiès iudicauit tales significatorias esse exequendas, ex *l. quidam extimauerunt, ff. si cer. pet.* nam liquidum exequi potest, licèt altera pars adsit illiquida, *l. 2. §. quidem frumentario, ff. de adm. rer. ad Ciuit. pertin. de Ponte tit. de regal. impos.*
86 *§. 3. num. 11.* Videmus etiam in debitis priuatis liquidis exequutionem, vti in apodixa recognita, *Vrsill. dec. 85. & Frãch. decis. 502.* à simili apocas Banci, etiam nõ recognitas in contumaciam exequutionem paratam habere. Et in puncto principali non licere exequi significatorias, stante appellatione,& partitis dubijs, ait *Vrsill. decis. 35. & 157. à simili Ozasch. decis. 86. de cogendo incola ad collectas lite pẽdente super illiquido estimo.* Et sic appellatio non impediret, nisi aliqua iusta erroris, vel grauaminis causa allegaretur, quia Rationalis aliquam exitus partitam non admisisset, adde *Maran. in art. exceptionum, Mascard. conclus. 254.* & quæ notant *Gutt. lib. 1. quæst. 37. Amaya in l. 2. ex num. 30. C. de iur. Fisc. lib. 10.*

Vltimò, quia diximus quomodo Barones seruitia iniungere, & subditos ad Aerariatus munera, & alia subeunda cogere poterint, & quia alius locus congruus nõ affertur, videamus aliqua circa istius Ae-
87 rariatus officij munus, vbi multa solent inferri grauamina. Scias itaquè in Iure istos nominari Questores, *Luc. de Penn. in l. 1. C. de Quest. lib. 10. Carauit. Rit. 45.* quod officium anno durat ceterorum munerum exemplo, *C. de muner. non contin.* & ita in terminis *Franc. Marc. decis. Delph. 202. n. 5.*
88 hinc in Sacro Cõsilio fuit iudicatum intèr Vniuersitatem Pisticij, & Baronem, prætendentem, Aerarium esse obligatum post annum tenere, & vendere frumentũ in suo officio collectum,& fuit prouisum, anno elapso Aerarium vendere non teneri, sed successori tradere. Act. de Felice, nisi consuetudo antiqua esset in contrariũ, ad *text. in l. neminem, C. de suscept. libr. 10.* Itèm quamquam horum officium sit in-
89 troitus Baronum exigere, ita vt liberam procurationem à lege ad exigendum habere dicantur, *Franc. Marc. decis. 207. par. 2.* vbi an possint nouare, liberare, & terminum prorogare,& *decis. 204.* Alienare autèm victualia,& alia exacta non valent, si in eius commissione non sit ei huiusmodi mandatum concessum, vel essent bona, quæ facilè corrumpi possent, iuxtà *text. & glos. in l. procuratorem, C. de procur. Consil. Marcian. cons. 46.* non tamèn obligantur eorum periculo introitus a personis, quibus Baro ipse sine competenti cautione locauit, exigere; nam cum Baro malè cõ-
90 traxerit, de eius facto suus Aerarius non tenetur, si ille facultatibus deficiat, ita prouisum pro Vniuersitate Balbani cum Iacobo Caracciolo; nam si debitores sinè culpa Aerarij inexigibiles euasissent, Baronis damno computari fuit decisum pro Vniuersitate Theani cum Principe; si autèm infrà sui officij annum à debitoribus exigere neglexerit, sibi est imputandum, ad *text. in l. missi opinatores, C. de exac. trib. lib. 10. Lanar. cons. 99. Marcell. de Mauro allegat. 78.* & dum Barones hos non solùm feudalium bonorum, & eorum introituũ, verùm etiam burgensaticorum, & extrà feudum curam gerere mandabat, fuit prouisum intèr Vniuersitatem Prignani cum
91 Barone. Act. Galterio, eos cogi non posse, nisi pro feudalibus fructibus exigendis intrà territorium. Verùm si Baro fructus de feudo collectos merceretur, Aerarius horum curam habere tenetur, *Carauit. rit. 45. in fin. Capyc. in inuest. ver. feudorum immunitas, Mastrill. de Magistr. libr. 4. cap. 17. ex num. 70.* & sic de recollectis ex negotiatione, vt maiores fructus ex feudo percipiat, *Franch. decis. 128.* cum negotiator non dicatur, qui sua valdè gerit, *Strac. de mercat. par. 1. num. 48.* secùs si bona aliundè Baro emeret, vt mercaretur: nam tunc ad administrationem eorum Aerarij nõ sunt obligati, *Camp. in clement. de vit. & honest. cler. n. 126. Add. Capyc. dec. 158.*

93 Itidèm est obseruandum, Baronem ad habendam curam de bonis extrà feudi tenimentum cogere non posse, *Andr. in c. 1. §. sed ne alia, col. 4. tit. quæ sit prima caus. benefic.* prout Rex feudatarios ad prẽstanda seruitia extrà Regnum arctare non potest, vt diximus supra, & sic fuit decisum

sum pro Vniuersitate Pisticij cum Barone. Act. de Felice. Quæ autem sit intèr negotiationem, & industriam differentia, vide *Marant. in sua praxi, art. iudicium Merc. num. 69.* Aerarios ad habendam curam de iudustrijs, & negotiationibus, & dādis victualibus inseruientibus cogi non posse, sed solùm de feudi fructibus, quorum curam habere debent in conseruando, vendendo, & cæteris alijs, ad quæ Administratores de iure obligantur, & eos vltrà territorium inseruire non teneri, fuit iu-
94 dicatum intèr Vniuersitatem Biccari, & Marcellum Caracciolum. Act. Figliola. Qui Marcellus, quia Aerario, vt pecuniā, & alia Neapolim asportare mandabat, fuit decisum, eum non teneri, sed expensis, & Baronis periculo ea esse mittenda, *Guid. Pap. in decis. 68.* Item fuit pluriès supplicatum, quod & si Baro seruitia, & onera hæc iniungere possit, ea habilibus indicet; & in hoc attendendum est solitum, & obseruantia, si nobiles sint soliti, vèl idiotæ; nam æmulationi Baronis non est standum, vt iudicatum est intèr Vniuersi-
95 tatem Controni cum Barone. Act. de Ferrarijs, ex *text. in l. 1. C. ne quis lib. actum, lib. 10. Mastrill. lib. 4. cap. 17. nu. 69.* Dico, dum electio à Barone fieri solet, nam de iure ad Vniuersitatem Camerarium dare spectat, vt diximus, & tunc ipsa idoneum, & diui-
96 tem dare tenetur, aliàs de malè per eum gestis obligàta remaneret, *l. 1. C. de peric. nom. in lib. 10. & l. exactores, C. de suscept. & propos. libr. eod.* secùs quando Baro eligit, tunc sibi mala electio est imputanda, *§. fin. Instit. de societ. Camp. in cap. Reg. 15. Gizzarell. decis. 31.* Aduerte etiam, licèt di-
97 xerim, Aerarium liberam à lege debitores coercendi procurationem habere, hoc tamèn authore Prætore est faciendum, ad *text. in l. 2. C. de can. larg. vbi glos. & Mont. §. 11. super pragm. de admin. Vniuers.* carceratio enim est iurisdictionis, quæ sinè præuia Iudicis licentia non admittitur, vt iudicatum fuit pro Vniuersitate Lauri cum Marchione. Act. Cioffo. Licèt *Franc. Marc. decis. 204. par. 2.* Aerarios hanc modicam habere iurisdictionem in negotijs liquidis teneat, ex *l. missi, vers. Iudices, C. de exac.*
98 *tribut. libr. 12.* Et quando electio Baroni competit, is habilem eligere tenetur, iuxtà munus, & personarum qualitatem, solitos, non autèm Doctorem, vèl Nobilem nominando; nam officium, attenta regionis consuetudine, iniungi debet, *l. semper, §. legem, ff. de iur. immunit.* & ità decisum
99 pro Vniuersitate Controni cum Barone. Act. de Ferrarijs. Postremò notes, vt dixi, Aerarios quinternos, seù libros lucidos, & claros esse facturos, vt finito anno, rationes reddere, & significari possint: nam de

ùoo commissis, & omissis, vt cæteri Administratores tenentur. An autèm pro administratione eorum bona sint tacitè obligata, prout & tutorum, & curatorum, ex *l. pro officio, C. de admin. tutor. Afflict. in Constit. Reg. incip. Si quando contingit,* videtur innuere, quod sic, sed dubito; nam de administratione fiscalium loquitur, pro quibus Fiscus tacitam habet hypothecam; sed iura, & authoritas fiscalis in feudatarios, expressè sint concessa, non transeunt, *Guid. Pap. decis. 76. & in dict. Constit. Si quando,* habetur, alienationem bonorum, pendente Aerarij administratione, & rationum redditione interdictam esse. Et an ex mo-
101 ra teneantur ad interesse, antè liquidationem, vel posteaquàm partitæ erunt significatæ? latè *de Ponte tit. de regal. imposit. §. 3. & sequ. Vrsill. decis. 205. Alex. cons. 132. lib. 5.* Quid autèm si Baro finito anno rationes reddi non curat, an cogi possit? Dic, eum teneri infra duos menses immediatè curare, vt calculen-
102 tur, sic decisum intèr Vniuersitatem Biccari, & Marcellum Caracciolum. Act. Figliola. Quæ decisio videtur fundata ex *text. in l. 1. C. vt omn. Iudic.* vbi post depositum officium intrà quinquaginta dies quis rationem dare tenetur. Itèm Aerarij Rationali sportulas soluere non tenentur, nec etiam pro hab enda
103 significatorialium literarum copia, & ità fuit iudicatum pro Vniuersitate Mirabellæ, contra Ducem. Act. Amatrueda, & intèr Vniuersitatem Sancti Gregorij, & Iacobum Caracciolum; quod secùs si Aerarius reuisionem petat: nam sumptibus petentis est facienda; *Amend. ad Franch. decis. 210. in fin.* Sed si rationes
104 semèl redditæ fuerint, & per sententiam expletæ, an Baro petere valeat, vt rursus reuideantur, quotidiè præteritos Aerarios de rationibus decisis grauando? Dic, eum non posse regularitèr, *l. quamuis, ff. de condit. & demonstr. l. semel, C. de apoc. publ. libr. 10.* nisi de euidenti calculi errore tractaretur, *Mascard. conclus. incip. calculi, Montan. §. 12. num. 13. de administr.*
105 *Vniuers.* & tunc supèr errore calculi in fraudem supèr totius administrationis reuisione procedendum erit, *Gutt. de iuram. par. 1. cap. 40. nu. 15. Crauet. cons. 198. Escob.*
106 *de ratioc. in fin.* & an libri iteratò ab Administratoribus sint exhibendi, vel ipsi excusentur, dicentes, semèl se eos præsentasse, & amisisse; vide *Plot. in tract. de in lit. iur. §. 5. n. 36.*

Tt 2 SVM-

SVMMARIVM.

1 Carceres non ad pœnam, sed ad custodiam inuenti fuere.
2 Carceres commodi esse debent, non autem subterranei, & tenebrosi, & quando iniustè detentio aufugere liceat?
3 Homicida dicitur Baro periculosum detinēs carcerem.
4 Carcer quadruplex est.
5 Carcer modicæ correctionis est in vsu.
6 Carcer in paruis delictis pœnę loco datur.
7 Pater impunè filium in carceres inijcere potest.
8 Pater filium ad Iudicem, vt in carceribus is detineatur, ducere potest, & patris præceptum Iudex sequi tenetur.
9 Ecclesiastici ad carceres condemnationem exercent.
10 Carcer post sententiam cum exilio computatur.
11 Occidens bannitum in fortijs existentem, homicidij pœna tenetur.
12 Habilitare infirmum carceratum tenetur Iudex, aliàs mors sibi imputaretur.
13 Custos carcerum carceratorum infirmitates ad pœnam ennunciare tenetur.
14 Carcerati inopes à Baronibus sunt alendi.
15 Acta pauperibus sunt facienda gratis.
16 Accusator, vel creditor vtrum pauperibus carceratis victum præbere sit obnoxius.
17 Nobilis mitiùs, quàm iguobilis est in carcere detinendus.
18 Constitutio Regni Humanitate, declaratur.
19 Senes decrepiti, an sint necessariò habitādi?
20 Diuitiæ nobilitati æquiparātur, & an diues triremibus condemnari possit?
21 Licentiatus vtrum dicatur nobilis?
22 Carceratus dicitur ille, cui carceris loco est palatium traditum.
23 Debitores nobiles pro debitis in Hispania non detinentur.
24 Statutum dictans debitores, vel reos in vinculis detineri ad habilitationē alterari nō potest.
25 Nobiles ob furta, latrocinia, & huiusmodi nobilitatis amittunt priuilegia.
26 Milites, & Doctores ob delicta de iure dignitatis cingulo excubantur.
27 Habilitationes arbitrariæ sunt.
28 Carceris constructio num Vniuersitatis, vel Baronis expensis sit facienda?
29 Custodire carceratos Baronum est onus.
30 Carcerati ad appellationis Iudices, cuius expensis sint transmittendi?
31 Pertinentia ad iustitiā ad Barones pertinet.
32 Domus prætorias Baro, non autem Vniuersitas dare tenetur.
33 Vniuersitas prouentuum habens emolumenta, ad onera eorum ratione tenetur.
34 Expensæ iustitiæ Ministrorum ad Barones pertinent.
35 Carcerati inopes à fisco sunt alendi.
36 Baro suis officialibus vtrum prouisionem constituere teneatur?
37 Vniuersitates an ad Castrorum reparationē teneantur?
38 Remissiones causarum cuius fiant expensis?
39 Ius portelli carcerum ad quem pertineat? & an eius exactio sit de iure?
40 Ius portelli multis in casibus non debetur.
41 Carcerarij plus debito petentes qualitèr puniantur?
42 Sportulæ litis qualitèr sunt Iudicibus exoluendę?
43 Consuetudo conuicinij attenditur in dubio.
44 Pandecta qualitèr exigatur?
45 Pandecta exorbitans per Superiorem est moderanda.
46 Ius sigilli an à vasallis exigi possit?
47 Barones an suo sumptu bannitos persequi teneantur?
48 Principis est, latrones, & rebelles persequi.
49 Vniuersitates an pro bannitorum persequutione contribuere teneantur?
50 Constitutio Regni damna clandestina ab aula recessit.
51 Capitanei Campanę in vnaquaq; prouincia vnde habuerint ortum?
52 Delicta prouincialium totam prouinciam destruendi causa est.
53 Ciues potentiores istis casibus hospitio onerantur, quia præsumptio contra eos est, nam si bannitos extirpare vellent, possent.
54 Furta à latronibus commissa, cur ab eorum consanguineis resarcienda sint?
55 Vniuersitates ad Campanæ sonum contra bannitos se congregare tenentur.
56 Officiales quando sufficientem familiam habent, subditos conuocare non debent.
57 Campana nisi pro grauibus excessibus pulsari non debet.
58 Custodia Ciuitatis ad quem pertineat, & pro excubijs?
59 Murorum reparatio ad quem pertineat?
60 Portarum custodes à quibus eligendi?
61 Hospitia destinare Principis est.
62 Cartellas hospitij, an ad Sindicum, vel ad totum regimen facere pertineat?
63 Milites an ab hospitio excusentur?
64 Neapolitani orti, & oriundi ab hospitio excusantur.
65 Viduæ à contributione non excusantur.
66 Personæ miserabiles ab hospitio excusātur. Doctores an ab hospitando se excusare possint?



PRAGM.

PRAGM. XIX.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX, &c.

PErche, per quanto semo informati, alcuni Baroni del Regno, trà gli altri aggrauij, che fanno a' lor vasalli, tengono asprissime carceri di fosse sotto terra, e sẽza lustro, e di quelle si seruono indifferẽtemẽte per tutti gl'inquisiti, ancorche per la maggior parte la qualità delli delitti, che contro di loro si pretendono, non siano di molta importanza: ilche non fanno tanto per sicurtà di tenerli carcerati in buona custodia, quãto per mal trattarli, e ridurli per questa via à far loro grossa compositione: atteso detti vaßalli carcerati in tal modo, per nõ morire in dette fosse, & horrenda carcere, ancorche non habbiano commesso detti delitti, delli quali sono inquisiti, si rimettono per colpati, e falliti alle gratie della Corte, dal che nascono poi compositioni intolerabili, con ruina, e danno delli carcerati; cosa pernitiosa, e di malissimo eßempio. Al che volendo Noi prouedere d'opportuno rimedio, per quello conuiene al seruitio di N.S. Iddio, e di S. M. e buona amministratione de sudditi di quella, con voto, e parere del Regio Collaterale Cõsiglio appresso di Noi assistẽte, per il presente Bando s'ordina, e comanda à tutti Baroni Titolati, e non Titolati, quali tengono dominio di vassalli, che frà termine di due mesi, dopò la publicatione del presẽte Bãdo, debbiano fare carceri commode p detti carcerati, e non s'habbiano da seruire più delle sopradette fosse sotto terra, e carceri asprissime, sotto pena di ducati 2000. la prima volta, che contraueneranno, e la seconda volta di duc. 4000. & altra pena maggiore à nostro arbitrio riseruata, quali pene si esigeranno irremissibilmẽte da tutti li trangressori. Datũ in Regio Palatio Neap. die 7. Octob. 1559. D. Per Afan. Vid. Albertin. Reg. Vid. Villan. Reg. Vid. Reuert. Reg. Ioa. de Soto Secr.

Comm. Pragm. XIX.


CARCERES regularitèr non ad pęnam, sed ad custodiã introducti fuere, *l. 1. ff. de custod. reor. cap. quamuis, de pęnis, in 6. Marsil. singul. 565.* vndè iniquum admodum est, vt Barones tenebro-
1 sos, subterraneos, vel fetidos carceres teneant, cum esset potiùs necare, quàm cu-
2 stodire, & huius grauaminis causa est Baronum auaritia, vt carcerati pęnæ, tædio, & mortis timore affecti, ad compositiones iuxtà eorum votum inducantur, vt probat hic nostra *prag.* Indè semper in damnatorum, & fiscalium reuersatur, carcer facit prouentum, iuxtè ergò per hanc sanctionem decernitur, Barones Carceres tenere commodos, lumen habentes, & non periculosos, aliàs requisiti, vel hoc scientes non prouideant, vti homicidæ puniri poterint, *Bald. in l. de pecorib. ff. ad l. Aquil.* proùt etiam, & Episcopi reos ad subterranea, & periculosa loca condemnantes, irregulares erunt, & morte sequuta puniuntur, *Card. in clem. 1. q. 7. de pens. & re-*
3 *miss. Belluc. in specul. Princip. rub. 8. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 4. cas. 305.* Et quas cõmoditates habere debent, ne Baro sit in culpa; *Farinac. q. 27.* aliàs carcerati impunè tales carceres frangere possunt, *Viu. dec. 201.* proùt carcerati iniustè detenti, & iam Custodes vulnerare, & occidere possent, si aliàs iniustam Iudicis condemnationem euadere non valerent, *Farinacc. q. 30. ex num. 120. Muta. dec. 39.* & latè, *Amaya in l. prohibitum, C. de iure Fisc. lib. 10. ex num. 39.*
4 1 Cancer autem est in quadruplici differentia, vt *Iacobus de S. Giorg. in tract. de feud. vers. & cum mero imperio.* Est carcer custodiæ, quousq; rei ad debitas pænas condemnantur, vel ab impetitis absol-
5 uantur, *l. credibile. ff. de penn.* Datur modicæ coerctionis carcer, *l. 2. C. de sport.* nam prò minimis delictis carcer per aliquos dies in pęnam infertur, & sic M.C. & S.C.
6 seruare solent in modicis, vel vbi probatio deficit, *Franch. dec. 326. Viu. dec. 504.* & officiales inciuilitatis, & emendationis ratione per dies carcerare possunt, *Menoch. de arbitr. iud. cas. 380.* Est quæ car-
7 cer domesticus, vt de patre filium carcerante, & Domino seruum, *l. vn. C. de emẽd. propinq. & C. de emend. seru.* his enim hæc potestas, non autem alijs conceditur sub pęna priuati carceris, *l. vn. ff. de priu. carcer. Boss. tit. de priu. carcer. Baiard. ad Clar. q. 68.* Parentibus inquam est concessum,
8 vt omni via filios a malis moribus arcere valeãt, imò licitum est adire Iudicem, qui eos carcerare, & eorum votum in punic̃do sequi tenetur ad *tex. in l. 3. C. de patr. potest.* quem extollit *Pinell. C. de bon. matern. 2. par. rub. num. 30.* Carcer etiam domesticus dicitur, dùm furiosi per consanguineos detinentur, nàm hoc licito iure permittitur, *l. diuus, ff. de offic. Præsid.* Aliquando datur carcer ad pænam, *l. 1. C. qui non poss. ad lib. per.* quà vti solent etiam Ecclesiastici condemnando, non solùm ad tempus, sed ad vitam, quæ pæna morti ciuili comparatur, *cap. nouimus de*
9 *verb. sign. §. fin. Franc. Marc. dec. 912.*

de Pont. conf. 73. & in Regno ex multis *constit. & cap.* carceris pœna temporalis constituta reperitur, vt in *constit. si quis à modo*, & *const. amatoria pocula*, & refert casus carceris pœnam imponentes, *Carret. §. citrà*, *l. fin.* tamèn rarò id vidi seruatum, *Baiard. ad Clar. q.* 30. *Menoch.* 89. Verùm licèt carcer non detur in pœnam, sed ad custodiam, *clem.* 1. *de hæret. l. aut damnum*, *§. solet. ff. de pen. cap. quamuis de pen.* non negatur, quin carcer non sit mala mansio, *Amaya in l. nemo carcerem ex num.* 22. *C. de exact. trib. lib.* 10. locus terribilis squallore, & seruitutis est species, *l.* 2. *ff. de hom. exib.* respectu enim causæ finalis dicitur ad custodiam inuentus, sed respectu materiæ est maximè pœnæ *Gayl. de pace publ. cap.* 1. & si reus post exilij, vel rele-
10 gationis sententiam manserit carceratus, & ad locum decretæ pœnæ per se accedere non steterit, carceris tempus excomputandum erit, *l. omnes, C. de pen. Viu. dec.* 201. *Franch. dec.* 317.

Et ad nostræ sanctionis textum redeundo, qualitercumq; sit carcer siuè pœnæ siuè custodiæ comodo esse debet, *Boss. tit. de carcer*, nàm rei licèt pessimi sint, iustitię non autem hominum facto mori debent, *l. si C. de malef. Marsill. in rub. de Sicar. Gramm. dec.* 41. de occidente bannitum
11 dùm erat in fortijs Curiæ, & proindè si carceratus erit infirmus, & Medici de hoc testentur, reum ad locum meliorem Iudex habilitare tenetur, *Baiard. q.* 96. *& Fell. in add. ver. & carcerentur*, & Custos
12 carceratorum infirmitates denũciare debet, aliàs sui culpa præsumentur mortui, *Mascard. de probat. concl. incipien. carceratus, Boer. dec.* 16. vbi etiam admonentur Iudices, ne carceratos manicis, ferreis, vel catenis vexari permittant, alias mors eis erit imputanda, nisi in grauioribus delictis, vel existente fugæ suspitione, *Gomez. vari. resol. tit. de capt. Mut. super prag. Sicil. tit. de Castell. & carcer. Tapp. de iur. Reg. tit. de custod. reor.* qui simul omnes prouisiones super eorum custodia factas coaceruauit. Et consequẽtèr in culpa erũt, si reis pauperibus de victu, ad quẽ præstandum fiscus in locis demanij, & in feudis Barones tenentur, prouidẽdum nõ
14 curauerint, nam percipiunt prouentus, qui inter fructus non cumputantur, vt in iustitiæ administratione distribuantur, *Affl. in const. Regni Humanitate, & dec.* 11. *Franc. Marc. dec.* 118. *par.* 2. & dat ratam victus *Reg. Prag.* 8. *de offit. M.C.* & carceratis pauperibus acta gratis sunt faciẽda, *Couar. pract. q. cap.* 6. & ita decisum pro
15 Terra Hostiliani cum Principe. Et an accusator expensas reo pauperi subministrare teneatur, vide *Boer. dec.* 325. Sicq.
16 an creditor dobitorẽ inopẽ alere debeat? *Marsil. in sua prax. crim. §. attingam n.* 74. *Scagl. ritu* 166. *n.* 34. *Franc. de Iudic. Rober. de præsent. instrum. Gam. dec.* 261. *Cap. loc. cit. fol.* 329. *num.* 3. *ex glos. in l. fin. de erog. mil. lib.* 12. dicunt creditorẽ expensas subministrare teneri, alias Iudex tribus monitionibus factis, cũ de paupertate constiterit carceratum liberare poterit, eum ad creditoris domum transmittendo. Ab hac tamèn practica discedunt *Viu. dec.* 529. *num.* 5. *Valasc. consul.* 1. *num.* 8. quià dùm a iure est alitèr prouisum, vt bonis cedẽdo a carceribus liberari possint, ad quid credito res grauare? hoc iure tamèn vtimur, eos ad creditorẽ domus transmittendi, facta ad eorum beneficium cessione bonorum per debitores, ne miserrima paupertatis fortuna, ac ignominia vexentur, carcerati autèm pauperes pro causa criminali à fisco aluntur, *Affl. dec.* 71. *num.* 2. *de alim. tit.* 1. *quæst.* 72.
17 Et exindè etiàm in iure fit distinctio carcerum personarum nobilium, & ignobilium: Nobiles enim quia delicatiures, tamquàm non soliti ad incommoda ferẽda pręsumuntur, arctioribus carceribus mancipari, vti plebei non debent, *Ann. sing.* 357. *Franch. dec.* 63. 60. Proùt in senum, vel infirmorum carceratione; nam commodiori loco sunt detinendi, *Ozasch. dec.* 123. *Baiard. ad Clar. q.* 46. & licèt per *const. humanitate*, casus sint expressi, in quibus Iudex habilitare teneatur; aduerte tamèn, ibi distingui quoad crimina, non circa personarum qualitatem; lex enim generalitèr loquens ab alijs iuris regulis restrictionem recipit, *l. si extraneus, ff. de cõd. ob. caus. Ann. sing.* 357. Et fuit dubitatum, an senes in vinculis pro debitis deti-
19 neri debeant? & videtur, quod sic, cum de iure expressè in hoc priuilegiati non reperiantur, ex traditis per *Ozasch. dec.* 123. Aequior tamèn præualuit opinio, in carceribus non esse pro debitis septuagenarios detinendos, sed in eorum domibus loco carceris, *Anchar. conf.* 336. *Graff. de except. in prælud. à n.* 177. *Gratian. discept. cap.* 328. *num.* 14. & diximus *tom.* 2. *cap.* 93. *num.* 15. & nouissimè *Reg. Sanfelic. in sua prax. iud. spect.* 35. *à nu.* 37. Et in criminalibus, & mitiùs cùm eis agitur, *Farinacc. q.* 92. *ex num.* 22. De iure namq; fuit habita consideratio detemptionis
20 carceratorum, & personarum qualitas perpensa fuit, *l.* 1. *ff. de custod. reor.* vbi nobili commodior locus est assignandus, sicq; diuiti, ex quà lege notatur, diuitias nobilitati, & maximè hac nostra tempestate æquiparari, *Fab. de Ann. cons.* 34.

qui

qui sustinere conatur plebeium diuitem non esse ad triremium, sed relegationis pœnam, instar nobilis condemnandum; quæ opinio, etsi a *Franch. dec.* 111. impugnari videatur, dùm asserit S.C. licentiatos licèt honestos ad locum; & nobilium gradum circa condemnationem admissos non fuisse, nihilominùs *de Pont. de potest. Proreg. tit.* 1. §. 2. *num.* 2. sequitur *Ann. ex Bart. in l. capitalium*, §. *serui*, *ff. de pœn.* diuites nobilitèr viuentes vti plebeios condemnando non esse dicit. Et addo *tex. notabilem in l. nobiliores*, *C. de commer. & merc.* vbi Imperator nobilibus populares diuites, vel luce conspicuos, artes meca-
22 nicas, & viles non exercentes comparauit. Ex quibus etiam infertur, nobilem satis dici carceratum, si ei Palatium, vel aliqua domus, cum cautione assignetur, imò, etsi cum suo iuramēto de non discedendo a Palatio relaxatus fuerit, si aufugerit, officialis in culpa non dicitur, *Bellug. rub.* 31. §. *quamuis Gabr. Rom. conclus.* 8. *tit. de malef.* rectè tamen Iudicis erit de talibus personis arbitrari, *Arnon. caut.* 51. *Gram. cons. crim.* 55. Sicq; erit statuto, vèl Principis mandato satisfactum, si quem carcerari mandet, nàm intelligetur, habita personæ consideratione *Gram. dec.* 33. *in fin. Carrer.* §. *circà*, *l. fin. num.* 318. &
23 *Vasq; controu.* 97. opinionem in Hispania receptam, nobiles pro debitis vinculis alligandos non esse, sed solùm prò graui causa sustineri conatur, & meminit *Tap. de constit. Princ. cap.* 6. *Molin. de contr. disput.* 571. *num.* 10. *Guttier. de iuram. cap.* 16. Et Cōsentiæ pro debitis carcerari nō possunt, nisi per palatium ex Regum priuilegio. Verùm prædicta limitantur, nisi statutum, vel mandatum vltrà progrederetur, dicendo, in vinculis publicis detineantur, tunc enim illa verba, vt aliquid
24 operentur, intelligi debent, ne quis habilitetur, sed saltèm cum custodibus detineatur, *l. Verùm* 216. *l. quicumq;* 48. *de verb. sign. Capic. dec.* 154. *Caran. rit.* 41. *num* 14. & *rit.* 166. *num.* 28. *Ann. cons.* 140. *Viu. comm. opin.* 343. *Add. ad Capic. dec.* 154. Limita etiàm in delictis atrocioribus, ex quibus nobilitatis priuilegijs
25 priuantur, *l. Iudices*, *C. de dignit. lib.* 12. *l. vnic. C. de infam. lib.* 10. *Gram. vot.* 3. *Baiard.* §. *furtum n.* 68. nam tùnc non esset supradicta carcerationis differentia seruanda, honor namq; non debetur ei, qui suum paruipendit honorem, *l. Senatus*, *ff. de ritu nup. l.* 2. *C. de priv. Schol. lib.* 12. non enim vir dicitur, qui virilia despicit, sed brutum, cum brutorum opera imitetur *cap. minor.* 17. *q.* 4. *Luc. de Penn. in l. veterani*, *C. de veter. lib.* 10. Indè est, vt ob talia delicta furca huiusmodi rei suspendantur, licèt S.C. de æquitate aliud obseruat, vt refert *Præs. de Franch. dec.* 569. Et in Doctoratus, vel militiæ dignitate positi antiquitùs antè sententiæ exequu-
26 tionem militiæ, & Doctoratus cingulo priuabantur, *Gayll. de pace publ. num.* 29. *in princip.* licèt talis exauthoratio de consuetudine non obseruetur, *Clar. q.* 74. *in fin.* verùm contrà milites S. Iacobi, & similium de lęsę Maiestatis delictis inquisitorum, antè ipsorum mortis sententiæ exequutionem id practicatum vidi; Et sic ad positam conclusionem, & nostræ pragmaticæ verba redeundo, Carceres debent esse commodi, & Barones, dicit *tex.* indifferentèr homines carcerare non debere, nam personarum, & causarum ratio est habenda, & licèt circa causas sit lex scripta, quando quis detineri possit, vt in *Const. humanitate*, arbitrarium tamèn adhuc Iudicis est causarum qualitates ponderare,
27 *Caran. Rit.* 41. & *Gram. cons. crim.* 45. nàm causa licèt secundum titulum sit capitalis, si tamèn Iudici extrinsecis, & intrinsecis, eam esse minorādam constiterit, mitiùs agere poterit, *Capic. dec.* 126. *Cran. cons.* 224. & ad hæc satis.

Cœterum in pragmatica nostra vtilitèr restat quærendum, cuius sit carceres fa-
28 bricare, & accōmodare, ne sint subterranei, sed commodi, *Clar. q.* 46. *num.* 3. & *Capoll. Thol. dec.* 41. *Guttier. q.* 36. *lib.* 1. dicunt, hoc onus ad Vniuersitates pertinere, cum singulorum ciuium vtilitatem, & commodū respiciat. At ex *pragm.* nostra contrarium argui videtur, dùm hæc dispositio ad Barones, non autem ad Vniuersitates dirigatur, officium esse Baronū, accedit ratio, quia carceres sunt ipsorum, & de mero imperio, *Bald.* & alij in *l. imperium*, *ff. de iurisd.* & cui dominium competit, & onus cōpetere debet, cū eius sit incōmodū, cuius est commodum, *l. eum*, *C. de*
29 *vsufruct.* & ita *Afflic. in constit. Castellani*, *Franch. dec.* 526. Et exindè ciues ad custodiendos carceratos arceri non possunt, nisi existente supplicatione, & tùnc salario mediante, prout intèr Ciues, ne exteri essent, requirendi, & sic fuit iudicatum intèr Vniuersitatem Terræ Lauri, & Marchionem Act. Cioffo. Idem seruandum, quando carcerati ad superiores Iudices appellationum essent transmittendi
30 ex *cap. Regni Prouentium num.* 58. Custodum enim appositio dominium designat ex *tex.* singulari *in l. si ita*, §. 1. *ff. de vsu. & habit. Affl. dec.* 167. Vndè si Barones sint carcerum Domini, non video, quomodo sustineatur opinio *Clari*, Vniuersitates ad carcerum constructionem, & reparationem teneri, nàm pertinentia ad Iu-
31 stitiæ administrationem à Baronibus deben-

debentur, *Doct. in l. turres, C. de oper. pub.*
32 & ipsi, non autèm Vniuersitates prætorias domus Officialibus construere tenentur, *Petra de potest. Princ. cap. 7. num.* 40. & ità iudicatū fuit intèr Vniuersitatem Pisticij, & Baronem. Act. de Feliсe, vel saltem domus à solitis conducere; & salarium soluere obligantur, *Guttier. lib. 3. q. 36. add. ad. Franch. dec. 78. Garſ. de expensis cap. 21. num. 5. Peregr. de iur fisc. tit. de publ. bon. num.* 194. posset tamèn saluari dictum *Clar.* quando ipsa Vniuersitas merum haberet imperium, vel carceres, vt quamplurimæ Ciuitates habent, *Affl. in const. cum satis*, vel si ex priuilegio prouentuum fructus ipsius essent, vt Ciuitas Martinæ, Neritonis, & aliæ tunc, quia Vniuersitas fructuum carceris habet
33 commodum, ad expensarum, refectionis, & constructionis incommoda tenetur, *Ayell. de iure adohæ num.* 59.

Confert, & alia propositio ad prædictā (nàm multa corellaria hic notabo, quià locus tempestiuus ad huc non occurrit, vt hæc collarem, quæ vti necessaria ea quotidiana relinquenda non dixi) Barones
34 Principis onera circà iustitiæ administrationem in terris sibi infeudatis, vti in eius locum subrogati subire tenentur, & Principem ad alia obligatum esse non dubitatur, *Luc. de Penn. in l. neminem, C. de suscep. lib.* 10. *Affl. dec.* 265. *num.* 76. & ex hijs ad Barones etiam iustitiæ Ministrorum expensas pertinere, vt dicendum, *Parif. de Sindic. verb. Maniuolt, Garſ. de expensis loc. cit.* & latiùs *Petra de pot. Princip. cap.* 7. *num.* 37. prout decisum fuit in S.C. intèr Vniuersitatem Controni, & Baronem.
35 Act. de Ferrarijs; sicq; & carcerati inopes à Barone sunt alendi, vt dixi suprà, & fuit iudicatum in S.C. intèr Vniuersitatem Theani, & Principem Hostiliani, *Caball. caſ.* 201. & proindè etiàm Barones officia-
36 libus prouisionem dare tenentur, *Luc. de Penn. in l. annona, C. de erogat. lib.* 12. *Foll. supèr prag. cens. fol.* 131. *num.* 225. si ea fit solita dari, *Mastrill. de magistr. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 100. & si prouisio supèr prouenctibus soluēda cōstituatur, & prouentus non fiant, vel non fiant, vel non tot, an id plus Baro soluere teneatur, vide *Carau. Rit* 9. *num.* 3. Et consequentèr Barones nō autē Vniuersitates ad Castro-
37 rum, Turrium, ac Fortalitiorum reparationem tenentur, vt in *prag.* 1. *de Vniuersit. non cogi, Franch. dec.* 78. non dico de menijs terræ, cum eorum reparatio, & cōstructio ad Vniuersitates spectent, vt dicā infrà *num.* 60 *Ann. conſ.* 72. *Surgent. de Neapol. illustr. fol.* 438. sicq; reos carceratos ad appellationem Iudices, & ad supplicij locum mittere, munus, & onus est Baronum, *Camp. in cap. Regn.* 58. *incip. Prouisum, Marant. in art. appell. num.* 190.
38 Idemq; procedit, si Baro, Rei, & causæ ab aliquo Tribunali remissionem petat, vel Rei iustitiam in sua terra loco delicti, vel originis esse faciendam instet, *Franch. dec.* 510. licèt in hijs remissionibus petendis distinguendum sit, nàm si ad partis instantiam, vel eius fauorem petantur, expensarum erogatio ad ipsas partes pertinebit; sin secus, ad Barones, *Couar. pract. qq. cap.* 2. *num.* 11. *Carau. Rit.* 231. *Ann. sing.* 271. *Franch. dec.* 335. quamquàm enim Barones suam iurisdictionem defendere
39 tenentur, quià expensæ hæ ipsorum culpa eueniunt; ipsorum damnum esse debet; *Boer. dec.* 303.

Similitèr iniusta dicitur exactio à carceratis, dùm Baro ius portelli à quolibet carcerato pernoctante habere prætendit, nam quia custodiæ, & carcerum onus suū est, nil erit exigendum, si ius portelli ex priuilegio, vel antiquissima consuetudine non habeat, latè *Rouit. supèr hac prag.* & ità fuit iudicatum pro Vniuersitate Pisticij contrà Baronem Act. de Felice, & pro Vniuersitate Biccari cum Marcello Caracciolo Act. Figliola, & quando ex antiquo solitum est exigi, exactio fieri poterit, secundùm tamèn solitum, & taxam, proùt exigitur in M.C. vt in dictis causis fuit etiam prouisum; *Carau. ritu* 43. quam taxam explicat *Rouit. in prag.* 29. *tit. de*
40 *offic. Mag. Iust.* nec pro aduenis carceratis exactio alterari poterit, vt fuit prouisum pro Vniuersitate Pisticij cum Barone. Actuar. de Felice, & Carcerarij plus petentes pęna nonupli tenentur,
41 vt in *constit. Si quis Castellanorum.* Nec ius portelli debetur, si carceratus nō pernoctauerit, vt *d. ritu*, vel a debitoribus indebitè carceratus fuerit. Notes tamē, vbi hoc ius exactionis portelli deberetur, cessare in debitoribus pro fiscalibus functionibus, ac pro debitis infra duos augustales in carceres iniectis, vt fuit prouisū in d. processu Vniuersitatis Biccari. Nec dictum ius pro animalibus interceptis, & carceratis exigitur, sed solùm victus, & custodum expensæ petuntur, vt fuit decisum inter Vniuersitatem, & Baronem Pisticij. Solutio verò sportularum litis in omnibus Curijs fuit ex antiquo solita, & de iure cognita, *tot. tit. C. de sportul.*
42 vndè vti approbatæ Barones non grauāt, dum eas secundum pandectam exigi permictunt, & vbi non est, locorum conuicinarum attenditur consuetudo. ad *tex. in l.*
43 *cum de lanionis, §. asinam, ff. de fundo instr. Couar. var. resol. lib.* 3. *cap.* 5. *Franch. dec.* 55. *n.* 7. *Molfes. super consuet. Neap. par.* 1. *cap.* 5. *n.* 17. vel si diuersimodè exigatur; exactio

44 exactio erit facienda, prout exigit M. C. tàm in prima, quàm secunda instantia, & ita iudicatum fuit cum Marchione Lauri in causa supracitata, & *Rouit. super prag. 33. de offic. Magistr. Iust.* sed vnica debet esse actorum solutio, indè si Capitaneus Consultorem habeat, non est pro Capitaneo soluendum decretum, & aliud pro Consultore, nisi contraria sit consuetudo, & ità fuit decisum pro Vniuersitate Pisticij cum Barone, Act. de Felice, *Menoch. de arbit. Iud. caſ.342. n.40. Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 22.* vbi cętera ad materiam sportularum Iudicialium, quã do debeantur. Et qualitèr pandecta sit conficienda à principio de consensu Ciuium, & vti exorbitans quomodo sit li-
45 mitanda? *Afflict. in Constit. Baiulos n.11.* Et de generali consuetudine similitèr approbata videtur solutio, quàm Barones
46 exigunt pro sigillo, dum gratiarum, & transactionum memorialia expediunt, prout etiam in omnibus iustitię Tribunalibus obseruatur, de qua materia *Luc. de Penn. in l. annonas, C. de erogat. Crau. conſ.231. Petr. de pot. Princ. cap. 8. n.51. Rouit. in prag. 9. n. 17. de feud. Mastrill. de magistr. lib. 1. cap. 22. ex n. 40.*

47 Dubitari etiam vtilitèr posset, an Barones eorum sumptu contumaces, ac bannitos, qui Rempublicam perturbant, persequi teneantur, vel etiã suarum terrarũ Vniuersitates ad cõpetẽtẽ familiã assignãdam pro illorum persequutione, & earũ sumptibus cogere valeant ex prædictis videretur dicendum, Barones ad pertinẽtiam circa ministerium, & iustitię exequutionem, & ad extirpandos malefacto-
48 res teneri, cum hoc Principis sit, & ideò stipendia fuerunt instituta, non vt iurisdictionis fructus in delitijs, sed in pertinentibus ad publicam vtilitatem, & iustitiæ administrationem exigantur, *And. in cap. 1. §. prouinciæ, n. 36. de statu. & consuet. & in cap. 1. §. vectigalia n. 14. circa qua sint regal. ex Diuo Thoma 22. q.63. Afflict. dec.265. n.81.* Vndè cum Barones in terris infeudatis Principi subrogentur,
49 dicendum est, ipsos ad prædicta teueri, vt latè per *Surd. conſ.83. lib.1.* Distingue, aut loquimur de bannitorum persequutione extra Baronis territorium, & tunc nec ipse, nec Vniuersitates tenentur, cum onus proprium sit Principis, bannitos, & rebelles suis sumptibus extirpare, & vltra citatos *Luc. de Penn. in l. susceptorem, C. vt rustic. ad vllum obseq. lib.12.* nec est vera illa propositio, Barones subintrare in onera a Principe debita, solùm in expensis à iure, vel in inuestitura adiectis, *Ayell. loc. cit. n. 39.* Si verò loquamur de contumacibus, & delinquentibus intrà territorium, & Barones familiam habere, illiq; salarium præstare tenentur, imò multi Barones in suo statu tenent Barricellum cum militibus, & hoc posse suis sumptibus, dicit *Io: Gran. de bell. exul. fol.97. n.4.* Verùm in multis locis cõsuetudo est, Vniuersitatem dare familiam, & Camberlingum, *Surg. de Neap. illustr. fol. 390.* & tunc Baro ea familia pro alijs suis negotijs vti non poterit, vt decisum fuit cum Principe Hostiliani, & inter Comitem Murconi Scipionem Carrafa, & Vniuersitatem Caiuani. Et si familia Barricelli, seù Camberlinghi pro capiendis inquisitis Curiæ Baronalis non sufficeret in his necessitatis casibus Baronem posse ciues habiles ad illorum persequutionem arctare, probat *tex. in l. 2. verſ. ſi autem propter multitudinem, C. de his, qui latr. occult.* sumptibus tamèn ipsius Baronis, *arg. l. suo victu, ff. de oper. liber.* maximè cum ipse Baro ad factum teneatur, dum prouẽctus percipit, *l. sed & si hæreditas, §. 1. ff. ad exhibend. Cancer. var. resolut. cap. 5. & n. 141.* imò in casibus, in quibus bannitorum, vel capitalium inimicorum timor adsit, vasalli Domini Castrum custodire, & excubias facere tenentur, *Berlich. concl. 64. tit. 2.* Verùm si persequutio non sit delinquentium subditorum Baronis, sed aliorum publicorum bannitorum, & malefactorum, qui eius territorium ingredirentur, vel infestarent, tunc cum ad omnes spectet persequutio, tam Baro cũ suis militibus, quàm Vniuersitas cum suis ciuibus expensas pro rata facere tenentur, ut fuit similitèr decisum pro dicto Comite Morcone cum Vniuersitate Caiuani, Act. Figliuola. & in hoc Barones uti boni pastores exactè inuigilare tenentur, ne in eorum iurisdictione à malis hominibus subditi, & uiatores uexentur, *Bouad. lib. 2. cap. 16. num. 49.*

Sed nùm Princeps hoc onus Vniuersitatibus indicere possit, vt suis expensis bannitos persequi curent. Et cum hoc sit eius onus, non videtur alijs iniungi posse. Et licèt aduersari appareant *Const. Regni super incisionibus, & Const. si damna clande-*
50 *stina,* ac *cap. Regni clandestinis maleficijs,* quibus statutum fuit, Vniuersitates damnis à Regnicolis nocturno tempore, in eorum territorijs conuicinis passis, obnoxias esse. Vndè si ad damni quantumq; magni emendationem cogi possint, licèt non deliquerit, imò hęsitatum fuit, an etiam ad pęnam tenerentur, vt per *Gram. dec. 47.* quanto magis ad persequendos bannitos obligantur, quod est minus, tamèn cum præfatæ dispositiones ab aula recesserint, dum populi, vt se à soluendis dictis damnis clandestinis redimerent, fuit facta impositio

positio per Regnum trium granorum pro quolibet foculare, cuius introitu soluuntur stipendia in qualibet prouincia Capitaneo Campaneę, & quinquaginta militibus pro malefactorum persequutione, *de*
51 *Pont. tit. 4. de regal. impos. n. 59.* cessat oppositio. Verùm tamen in casu necessitatis, quando delinquentium multitudo superabundaret, & dictæ militum Cohortes Campaneę non sufficerent, si superiùs diximus permitti Baronibus, quantò fortiùs & Regijs alios subditos ad illorum persequutionem conuocare licet, & etiā expensis, & Vniuersitatum sumptibus, si alię præcisæ Regis necessitates has proprio sumptu fieri non permittant, dum horum persequutio ad publicam, & omnium Regni Ciuium vtilitatem tendit, quo casu etiam exempti onerari possunt, ad *tex. in l. 1. C. de nau. nō excusan. lib. 10.* ibi: *Cum omnes in cōmuni, si necessitas exegerit conueniat vtilitatibus publicis obedire, & subuentionem sine dignitatis priuilegio celebrare.* Et sic practicari videmus, taxam per prouincias pro focularium rata fieri pro persequentium solutione, durante bannitorum extirpatione, & innuit *Ios. Gran. de bell. exul. 3. quæst. fol. 100.* Nec appareat durum, dum Vniuersitas non deliquit, quia Regnicoli sunt receptatores, qui si non adessent, neq; essent latrones, & ob aliquorum culpā totum potest destrui collegium, *l. iure prouisum, C. de fabric. lib. 12.* imò tota prouincia, *Bart.*
52 *in l. aut facta, ff. de pœn. Couar. var. resol. c. 8. lib. 2. Belluc. in spec. Princ. rub.* Hinc Regni Magnates si Deum præ oculis haberent, & tantam vellent auertere pauperiem, à tali protectione se abstinerent. Experientia docet, quot incommoda, damna, & vexationes isti banniti generalitèr, & particularitèr publico commercio Vniuersitatibus, & Ciuibus præbeant, minoremq; extimationem, & pessima inconuenientia erga principem, & Regnum inferant, & similitèr istos bannitos regnare videmus ob Baronum eis fouentium protectionem, vt formidabiliores subditis, & alijs reddantur, & cęteris ex causis describi non permissis. Proindè Princeps talibus suspectis sub grauibus pęnis mandare debet, illos bannitos tradere in manus Curię, infra tempus sibi melius visum, quo elapso eos carcerare, iurisdictionem sequestrare, pęnas rigorosè exigere, & ipsos punire, iuxtà *tex. in l. 2. C. de hijs; qui latr. occult.* ibi: *Domini prædiorum, vel primates si vltrà non obtulerint nocentes, vel admoniti eos exhibere distulerint possessionis dominio priuabuntur, & perpetuo exilio subiacebunt*; aliàs ipse Princeps in foro conscientiæ ad omnia damna, & mala indè sequentia tenebitur, & ad hoc præcipuè inuigilare debent Domini Proreges, quia ex eo Regni quies inducitur, & rigorosè vnius punitionis exemplo cęteri à malo abusu remouentur, & ex dissimulatione auctumātur, & Principis authoritas denigratur. Et anno pręcedenti 1660. dum Regnum à multis bannitorum comitiuis infestum, & publicum commercium perturbatum reperiretur, Eccellentiss. Pignorandæ Comes vigilantissimus Vicerex, omni virtutum genere ornatissimus, & nunquam satis laudatus, onus superintendentię generalis Campaneæ mihi iniunxit, & si me excusauerim, cum voto tamèn Coll. Conf. sic reali seruitio complere, iterùm præcepit. Et Deo dante à protectoribus, & Magnatis incipiendo, infrà sex menses omnes bannitos extirpari, quod D. Reg. Antonius Miraballus, cui hoc onus antea erat iniunctum, ob immaturam mortem consequi non valuit.

53 Indè in pęnam in hospitando milites in talium bannitorum terras missos, proximiores, potentiores, & ditiores magis hospitio onerari debent, quià contra eos est alendi, & fouendi præsumptio. Hinc per D. Proregem Comitem Oliuares fuit emanatum bannum registratum in *prag. 10. de exul.* vt bannitorum consanguinei
54 de furtis tenerentur, non ipsi talium occultatores præsumuntur, & non absonum fuit à iure, cum valeat statutum, & vno delinquente, cęteri de familia puniantur, *arg. tex. in l. iure prouisum, C. de fabric. lib. 11.* & ibi *Bart.* & ratio habetur in eodem *tex.* quia alij curabunt, ne quis delinquat, *Bald. in l. 1. & l. sancimus, ne filius pro patre. Vasq; controu. 32. n. 16. Mastril. lib. 3. cap. 4. n. 109.* & exindè non mirum si dispositiones Vniuersitatibus dirigantur, cum nisi peccent in committendo, verè in omittendo valdè errant, & per *prag. 1. de proseq. malef.* statutum est, quando
55 adest suspitio bannitorum, Vniuersitates ad campaneam pulsandam teneri, ciues ad eorum persequutionem conuocando, & sic prouisiones diriguntur Vniuersitatibus, sed non sunt immunes officiales, qui vti Iustitiæ cultores vnà cum ciuibus ad persequutionem accedere debent; & nota, licèt ad campanæ sonitum, omnes ci-
56 ues accersiri debeant, si tamèn sufficiens eorum pars habeatur, officialem ea debere esse contentum, & non venientes non molestare, arg. eorum, quæ notat *Franch. dec. 211. n. 10. Cancer. var. resol. lib. 3. tit. de sono emis. Rouit. in prag. 1. de recep. malef. n. 16.* nisi maxima adesset malefactorū turba, vt paulò antea diximus. Aduerte tamèn, campanam non esse ad arma pulsandam,

sandam, nisi in grauibus delictis, aliàs ciues concurrere non tenerentur, nec mulctari possent, vt decisum pro Vniuersitate
57 Lauri cum Marchione, Actuario Cioffo, nam multi proterui officiales, vt occasionem extorquendi habeant, ob minimum suspectum pulsandam curant campanam, vt contrauenientes postea mulctare valeant.

Verùm multę expensę ad Vniuersitates pertinent, quia principalitèr eorum publicum, vel singulorum commodum respiciunt, licèt in consequentiam sub Iustitiæ protectione permaneant, vti de custo-
58 dia Ciuitatis, vel Terræ diurna, vel nocturna, ob hostium, vel latronum periculum, nam Vniuersitates, non autem Barones ad excubias suis sumptibus tenentur, dùm de ciuium periculo, & vita principalitèr agitur, *Petr. de pot. Princ. cap. 7. nu. 38. fol. 24. Ann. sing. 63. Rip. de pest. tit. de rem. ad vber. num. 281. Borrell. de Magistr. lib. 4. cap. 12.* Sic in nundinarum custodiam *Frecc. auct. 44. de subfeud. Capic. dec. 27. Boer. decis. 212. Franc. Marc. decis. 631.* Et an ad Ciuitatis murorum
59 refectionem teneantur, vel ad Regem spectet, *glos. in l. per Prouincias, C. de adific. priu.* dicit, Ciuitatis muros Vniuersitatis esse, *Capic. vbi supra n. 42.* si tamen suis sumptibus constructi fuerint, *Ann. cons. 72.* & in dubio præsumitur, & proindè ad Vniuersitates eorum refectio spectare videtur, ex *l. omnes prouinciarum, & l. inter vrbem, C. de oper. publ.* de quo latè *Luc. de Penn. l. 3. C. de publ. muner.* & nouissimè per *Ganauer. dec. 39. & seq.* Et portarum ciuitatis custodes per Vni-
60 uersitates creantur, *Rip. & Ann. vbi supra*, & non idoneus Baro priuare poterit, & delinquentes castigare, *Boer. dec. 232. Guid. Pap. sing. 587.* & fuit decisum inter Baronem, & Vniuersitatem Lauri. Act. Cioffo.

Vltimo circa hospitij materiam nota, hospitari ex Regio iussu deuenire, *l. 2. C. de de metat. lib. 10. Mastrill. lib. 3. cap. 10. n. 178.* Cartellæ tamèn, & militum inter ciues repartitio ad Vniuersitatem spectat,
61 non ad Barones, *Capic. in inuest. vers. ad hospitiorum in fine*, & ipsi in hoc se intromittere non possunt, *Mut. Surg. in addit. ad fratrem de Neap. illustr. fol. 380.* Et Sindico cartellas componere, & dispensare
62 absquè decurionibus non permittitur. *Add. ad Franch. dec. 210. num. 97.* Verùm si illi de regimine, ad quos spectat, quemquam de iure, vel priuilegio ab hospitando exemptum grauarent, loci Iudex iustitiam ministrabit, multi enim vti
63 milites grauis, vel leuis armaturæ, ab hoc onere excusantur, *l. fin. §. penult. ff. de muner. & honor.* non autem eorum
64 agnati, & affines, *l. 3. §. 1. ff. eod.* Gaudet Neapolitani orti, & oriundi, ciuium Romanorum instar, *l. 1. C. de corpor. Vrb. Ro. lib. 10.* Item patres onusti, *l. semper,*
65 *ff. de iur. immun.* Eximuntur mulieres viduæ honestatis ratione, sed à contributione diuites non excusantur, *l. 3. C. de muner. patrim. lib. 11.* Eximuntur miserabi-
66 les personæ, quas Regia Camera immunes rescribit, *arg. §. item si propter paupertatem. inst. de excusat. tutor.* vbi *Doct.* Immunes sunt Mercatores, qui ad tempus tempus resident, *Luc. de Pen. rub. de Milit negot. lib. 10.* Excusantur, qui pijs vacant, Zenodochia exercentes, *l. omnia, C. de Episcop.* Itèm *Doct.* de iure hospitari non
67 tenentur, *l. Medicos, C. de profess. Vin. dec. 162. Campa. cap. Regni 47. Menoch. de arbitr. Iud. cas. 379.* Verùm si non hospitentur, ad hospitij munera contribuere debent, nisi in contrarium esset antiqua consuetudo, vt ex Regia Camera prouisiones obtineantur, & per ista ad laudem Sanctissimę Trinitatis, ac Sanctissimæ Immaculatæ Conceptionis Mariæ, do finem istarum pragmaticarum commentarijs, in quibus, si quid rectè dictum fuerit, totum sit ad ipsorum gloriam, è quibus omne mihi bonum prouenit. Recipiant, itaq; studiosi opus, & fauorabili censura legat, cum in humanis nil omni ex parte sit perfectum.

FINIS.



INDEX



INDEX
RERVM NOTABILIVM,
Quæ in hoc Operę continentur.

Angariæ

B

Baro

Causa

Concu-

quò

E

F

Gra-

 qui

Iuris-

Ius

Legem

Loca-

M

N

O

Offi-

Offi-

Tacta

P

Patien-

Præe-

Pro-

Q

R

Ser-

V.

Verba

Vsufru-

FINIS.

REGESTVM.

a A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vv Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc.

Omnes sunt duerniones, præter T t, & Ccc, quę sũt terniones, & a, quæ est vnicũ foliũ.